SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

OPERA OMNIA

QUÆ EXTANT

VEL


QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

Nova Latina Interpretatione donata: multis aucta: Præfationibus, & Notis illustrata: nova Sancti Doctoris Vita, & copiosissimis Indicibus locupletata.

Opera & studio MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI e Congregatione Sancti Mauri.

Novissimis nunc curis emendatiora, & Quarto Volumine aucta.

TOMI PRIMI PARS SECUNDA.



PATAVII, MDCCLXXVII.

EX TYPOGRAPHIA SEMINARII,

Apud JOANNEM MANFRE'.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

M O N I T U M

IN SEQUENTES SANCTI ATHANASII

AD SERAPIONEM EPISTOLAS.

I. QUÆ sequuntur S. Athanasii ad Serapionem Thmuitanum Episcopum Epistolæ, invitante & flagitante ipso Serapione, a sancto Doctore in eremo conscriptæ sunt, ut ex prima patet Epistola num. 1. & 33. & quidem post Orationes contra Arianos, ut conjicere est ex his primæ Epistolæ verbis num. 2. Itaque Arianorum quidem nequaquam aliena est hujusmodi sententia. Postquam enim semel Dei Verbum negare ausi sunt, merito eadem quoque de ejus Spiritu impie mentiuntur. Quocirca nec plura adversus illos necesse est dicere: nam satis esse debent quæ antea contra ipsos dicta sunt. In his itaque Epistolis contra quosdam disputat S. Athanasius, qui ab Arianis quidem discesserant, fatebanturque Filium vere Deum esse, sed iidem de Spiritu sancto impie sentiebant, quem nimirum rem creatam esse vellent & unum ex administris spiritibus, soloque gradu ab Angelis differre, ut numero 1. primæ Epistolæ habetur. Unde optime ait Athanasius fictam illorum esse cum Arianis pugnam, at revera eos piæ fidei adversari. Utrumque enim errorem propugnabant Ariani, & Filium videlicet, & Spiritum rem creatam esse, uti modo vidimus, passimque alibi declarat S. Doctor, verbi gratia, Oratione III. contra Arianos pag. 212. n. 15. Inde autem effectum est ut illi & ab Arianis odio habiti sint, quod Filium nollent rem creatam esse, quemadmodum num. 32. ejusdem primæ Epistolæ narratur, nec ab Orthodoxis fuerint admissi, quod Spiritum sanctum negarent Deum vere esse. Tropici porro dicti iidem sunt, uti sæpe eos vocat S. Athanasius, ut num. 10. & 32. primæ Epistolæ, quod nempe sacræ Scripturæ loca, quibus in vindicanda S. Spiritus divinitate utebantur Orthodoxi, metaphoris & tropis vellent esse interpretanda. Cæterum hi non iidem videntur esse qui Macedoniani. Illos enim recte de Filio sentire numero 1. & alibi indicatur: at Macedoniani nolebant Filium Patri esse consubstantialem, sed similem duntaxat, ut refert Theodoretus hæreticar. fabular. lib. 4. num. 5. & historiæ Ecclesiasticæ lib. 2. c. 6.

II. Perturbato admodum & præpostero ordine exstant illæ Epistolæ in editis antea Operibus S. Athanasii. Nam quæ prima esse debet, secunda est: quæ contra secunda debet esse, primum occupat locum, Imo pars secundæ Epistolæ posterior in secundo exstat Tomo, cum pars ejusdem prior sit in primo Tomo. Similiter pars ultimæ Epistolæ posterior in primo collocata est Tomo, pars autem prior in secundo. Sed Codicum manuscriptorum ope singulas in proprium restituimus ordinem, prout sequitur. Prima nempe ea est quæ incipit, Litteras sacræ, &c. quam cum nonnulli fratrum cuperent in epitomen redigi, petiit ab Athanasio Serapion, ut id efficere non gravaretur. Hæcque causa fuit sancto Doctori secundam ad eumdem scribendi Epistolam, cujus initium, Ego quidem pauca, &c. Hujus in priori parte breviter contra Arianos Verbi divinitatem tuetur: in altera autem parte, quam his verbis exorditur, Admirabere forsitan, &c. primam contrahit Epistolam. Videtur enim omnino non diversas esse Epistolas, sed duas duntaxat ejusdem Epistolæ partes, quas postmodum distinctas veluti Epistolas, divisere Amanuenses. Nec enim posteriorem partem quasi aliam Epistolam exorditur: sed se excusat quod rogatus ut primam de Spiritu sancto Epistolam contraheret, prius de Filii divinitate disseruerit. Præterea secundæ Epistolæ initio se in ea præstitisse scribit quod postularat Serapion, ut scilicet primam, quæ paulo fusior videbatur, verbis paucioribus vellet comprehendere: quod cum nonnisi in hac, quam dicimus, secunda parte præstiterit, clarum est ipsam non novam esse Epistolam, sed partem tantum secundæ Epistolæ posteriorem. Hinc etiam in plerisque & præstantioribus manuscriptis Codicibus, secundæ Epistolæ initio eam primæ esse epitomen adnotatur, quod sane veri esset alienum, si pars ejus altera, distincta esset Epistola.

III. Nec vero soli secundæ accidit Epistolæ ut in duas disjungeretur, sed idem quoque in ultima contigit, quæ videlicet in codicibus Gobleriano & Felckmanni primo in duas pariter distracta est Epistolas. Verum etiamsi exploratum nobis videatur ita se rem habere: tamen cum in omnibus, quos vidimus, manuscriptis codicibus secunda Epistola in duas veluti Epistolas distincta sit, non ausi sumus simul conjungere, sed eam, prout in ipsis mss. habetur, divisimus.

Vide item pag. 232. n. 3. IV. Felckmannus secundam Epistolam sive primam ejus partem, quæ de Filio disserit, synopsin esse Orationum contra Arianos est arbitratus. At huic opinioni refragantur cum manuscripti Codices, qui eam epitomen esse primæ ad Serapionem Epistolæ observant, tum vero ipsum ejusdem exordium, ubi primæ tantum meminit S. Athanasius, quam se ait in secunda ista, rogatu Serapionis, nonnullisque optantibus fratribus, contraxisse. Non diffitemur tamen præcipua, quæ in Orationibus contra Arianos fusius exponuntur argumenta, strictim hic presseque tractari: at contendimus illud Opus, quod secundæ Epistolæ principio, ait se in epitomen redegisse, aliud nullum esse quam Epistolam primam ad Serapionem.

V. Ultima denique Epistola ita orditur, Legi Epistolam, &c. Hujus autem pars postrema sive veluti
Matth. 18. 32. appendix est Tractatus in Matthæi verba, Quicumque dixerit, &c. qui male in hactenus editis ab illa est divulsus. Siquidem non solum in omnibus manuscriptis codicibus hanc statim subsequitur Epistolam, sed etiam in optimæ notæ Regio & Segueriano recte cum ipsa absque ullo titulo conjungitur, tantumque in margine verba ipsa Matthæi afferuntur, uti fit & aliis in locis. In Gobleriano autem & Felckmanni primo hæc novæ quasi Epistolæ præponitur inscriptio, Ad eumdem Serapionem. Nempe cum in prima Epi-

stola

stola num. 3. & in fine partis posterioris secundæ hæc Evangelii verba contra adversarios adduxisset S. Athanasius, ipsum rogavit Serapion ut locum illum interpretaretur, explicaretque cur qui in Spiritum sanctum peccaverit, gravius puniendus sit, quam qui in Filium; cui postulationi, multum licet, ut scribit, reluctans, in fine ultimæ hujus Epistolæ satisfecit.

VI. *Non multum immorabimur in refellendo præcipiti & iniquo admodum Erasmi de prima ad Serapionem Epistola judicio.* Salvo, *inquit ille*, & integro doctorum judicio, ego censeo hoc Opus esse hominis otiosi, nulloque ingenio præditi, qui voluerit imitari divi Athanasii libellos ad Serapionem. Hic mira congeries locorum, & rationum confusio, molestissimaque semel dictorum iteratio. *Eidem sententiæ temere subscribunt Scultetus & Rivetus, nullis aliis adductis argumentis, nisi quod addat Rivetus citari ea Epistola locum Michææ qui nusquam reperitur, nimirum,* Domus Jacob exacerbavit Spiritum Domini. *Verum valde ille hallucinatur: nam is est versus septimus capitis secundi Michææ juxta Græcam versionem.*

VII. *Quam vana & temeraria sit hujusmodi illorum opinatio, ex omnibus omnino manuscriptis codicibus convincitur, in quibus videlicet, magno consensu, S. Athanasio attribuitur. Præterea qui in lectione S. Athanasii vel paulum versatus fuerit, ea in Epistola methodum, dictiones, verbaque ipsa S. Doctoris facile agnoscet. Nec enim aliter hic differit quam aliis in Operibus, verbi gratia, in Orationibus contra Arianos, in quibus Scripturæ testimonia undique accumulat, ut Filii divinitatem tueatur. Cum enim & Ariani & Tropici easdem admitterent Scripturas ac Orthodoxi, undenam, quæso, validiora posset proferre argumenta, quam ex divinis his libris? Nec etiam crebrius hic eadem repetit quam alibi, quod quidem molestum nemini esse debere ipse solet præmonere. Denique cum iidem illi secundæ Epistolæ partem posteriorem, quæ primæ est epitome, Athanasii esse consentiant, permirum sane est quod hanc audeant repudiare. Sed de his satis superque. Ita enim perspicuum est vere Athanasii esse primam hanc Epistolam, ut nemini rem serio examinanti ulla possit oboriri suspicio id in dubium revocandi.*

VIII. *Cardinalis Perronius lib. 2. de Eucharistia, aliique nonnulli postremam quoque partem sive appendicem Epistolæ ultimæ, nempe Tractatum in verba-Matthæi,* Quicumque dixerit, &c. *negarunt verum esse S. Athanasii opus. At germanum ejus fetum esse, ea quæ paulo ante num.* III. & V. *dicta sunt, apertissime ostendunt. Adde in Concilio Lateranensi sub Martino I. pag. 304. tres locos ex hoc Tractatu, tamquam ex vero S. Athanasii opere, adduci.*



SAN-



SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

EPISTOLA

AD SERAPIONEM

THMUITANUM EPISCOPUM,

Contra illos qui blasphemant & dicunt, Spiritum sanctum rem creatam esse.

I.  ITTERAS sacræ tuæ caritatis in eremo accepi. Nam tametsi acerba adversum nos persecutio instabat, & multa perquisitio eorum qui necem nobis moliebantur: tamen *Pater misericordiarum & Deus totius consolationis*, tuis nos litteris est consolatus. Tuæ enim & omnium sincere amicorum benevolentiæ recordatus, illos tunc mecum præsentes videre mihi videbar. Itaque acceptis tuis litteris valde gavisus sum: sed vixdum illas perlegeram, cum rursus vehementer dolere incœpi, eorum pervicacia motus, qui contra veritatem pugnare semel in animum induxerunt. Siquidem tute ipse, dilecte vereque optatissime, non sine dolore mihi significasti, quosdam * impiam Arianorum in Dei Filium hæresin detestantes, ab illis quidem discessisse, sed eosdem de Spiritu sancto prave sentire, contendereque, illum non tantum rem creatam, sed etiam unum ex administris spiritibus esse, soloque gradu ab Angelis differre. Et hæc simulata quidem pugna cum Arianis, sed vera est cum pia fide certatio. Nam ut illi Filium negantes, negant & Patrem: ita & isti indigna de Spiritu sancto loquentes, indigna quoque de Filio loquantur necesse est. Ita ambæ illæ sectæ bellum veritati indictum divisere, ut illi contra Filium, & isti contra Spiritum sanctum perversa sentientes, ejusdem in sanctam

2. Cor. 1. 3.

Hebr. 1. 14.

Tom. I.

A Trinitatem blasphemiæ simul rei sint. Cum igitur hæc perspicerem multaque mecum cogitarem, in gravem incidi luctum, quod iterum Diabolus ludificandi ansam apud illos nactus esset, qui ejus insaniam & furorem imitari nihil verentur. Hinc ego hoc temporis silere decreveram. Verumtamen cum ut tuæ Sanctitatis cohortationi cederem, tum ut pravam illorum opinionem & satanicam audaciam propulsarem, vix tandem paucis hanc potui scribere Epistolam, ut tu occasione inde accepta, pro tua qua polles prudentia, ea quæ desunt suppleas, atque adeo B plene refellatur impia hæresis.

2. Itaque Arianorum quidem nequaquam aliena est hujusmodi sententia. Postquam enim semel Dei Verbum negare ausi sunt, merito eadem de ejus Spiritu impie mentiuntur. Quocirca nec plura adversus illos dicere necesse est, sed satis esse debent quæ antea contra ipsos dicta sunt. Quod autem ad illos spectat, qui falsa de Spiritu sancto errantes opinantur, ipsis quodam modo sive ** tropo, ut iidem loquuntur, convenit respondere. Mira enim profecto videatur ipsorum amentia, quod scilicet ii qui Filium Dei rem creatam esse nolunt, (qua quidem in re recte sentiunt) Spiritum Filii C rem creatam esse vel etiam audire patiantur. Si enim propter Verbi cum Patre unitatem nolunt Filium esse e rebus factis: sed, quod quidem verum est, ipsum rerum factarum opificem esse sentiunt; quare Spiritum sanctum, qui eandem habet cum Filio unitatem quam Filius cum Patre, rem creatam esse audent dicere? Cur i-

Ppp gno-

* Macedonianos & Pneumatomachos ab Arianis ortum duxisse vulgaris & trita amaium sententia est, Macedoniumque esse Pneumatomachorum antesignanum. Quamobrem miretur fortasse quispiam nullam in hisce disputationibus Macedonii mentionem occurrere. Verum, ut quid hac de re sentiam paucis efferam, non videtur de Macedonio hic agi. Etenim ille inter Arianorum primipilares annumerabatur, atque ut videtur Filium semper pro re creata habuit. Contra vero isti, quos oppugnat Athanasius, Arianos quidem impugnabant; verum sanam de Filio doctrinam vindicantes in Spiritum sanctum debacchabantur, unde conjectandum relinquitur hanc Pneumatomachorum familiam disparem a Macedoniana esse, quod tamen augurando dicitur; nam lucifugarum hujusmodi initia obscuriora sunt, quam ut possit de iis certa & indubitata ferri sententia. Et alioquin mirum quanta varietas sententiarum in hæresum initiis suboriatur, aliis aliud apprehendentibus: atque ex iisdem principiis diversa colligentibus. Nimirum solenne hæreticis est ut amisso semel veritatis tramite hac illac oberrent, ac ne secum quidem ipsi consistere possint, scilicet

Πάντα [illegible]

** Tropis autem illi & metaphoris depravabant ea sacræ Scripturæ loca, quibus Orthodoxi Spiritum sanctum probabant Deum esse: hincque Tropici dicti sunt. Vide infra n. 10.

gnorant quod quemadmodum Filium a Patre non dividendo, Dei unitatem servaot, ita divideodn Spiritum a Verbo, non amplius unam in Trinitate servant divinitatem, quam nempe diffindunt, & cui alienam ac diversam naturam admiscent, quam denique inter res creatas collocant? Id sane probat non jam rem unam esse Trinitatem, sed ipsam ex duabus ac diversis naturis constare, ob diversam videlicet Spiritus substantiam, quam illi sibi ipsis commenti sunt. Quænam ergo ista tandem est theologia ex creatore & re creata conflata? Vel enim noo est Trinitas sed dualitas, ac deinde res creata: vel si Trinitas est, uti vere est: quomodo cum rebus creatis quæ post Trinitatem existunt, Trinitatis Spiritum audent collocare? Id enim rursus est dividere ac dissolvere Trinitatem. Itaque si male de Spiritu sancto sentiant, bene de Filio sentire non queunt. Nam si recte de Verbo sentirent, recte quoque de Spiritu Sancto qui a Patre procedit seatireot, qui cum Filii sit proprius, ab illo discipulis omnibusque in eum credentibus datur. Quin etiam qui in hujusmodi errore versaotur, neque in Patrem sanam fidem habere possint. Nam (Act. 7. 51.) qui Spiritui resistunt, uti insignis martyr Stephanus dixit, iidem & Filium negant. (1. Joan. 2. 23.) Filium autem negantes, neque Patrem profecto habuerint.

3. Undenam ergo tantæ vobis temeritatis causa, ut nec illud a Salvatore dictum vereamioi, (Mar. 3. 29. Mat. 12. 32.) *Qui blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem neque iu hoc sæculo neque in futuro?* Ariani quidem etsi corpoream Verbi præsentiam, & quæ ejus causa dicta sunt non intelligerent, ex his tamen occasionem suæ comminiscendæ hæresis improbissime nacti, Dei hostes esse & vere de terra inania loqui (Joan. 3. 31.) convicti sunt. Vos vero undenam, quæso, in errorem inducti estis? Quis vos ita docuit, vel quis tandem modus vestri erroris? Legimus, inquiunt, (Amos 4. 13.) in Propheta Amos hæc Dei verba: *Quia ecce ego firmans tonitru, & creans spiritum, & annuncians ad homines Christum ejus, faciens diluculum & nebulam, & gradiens super excelsa terræ, Dominus Deus omnipotens, nomen ipsi.* Inde adducti fuimus ut Arianis qui Spiritum sanctum rem creatam esse docent assentiremur. An ergo quod apud Amos exstat legistis: (Prov. 8. 22.) quod autem in Proverbiis dicitur, *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*, an legistis nec ne? Ergone istud Proverbiorum ex veritate interpretamini, ne videlicet Verbum rem creatam dicatis: illud autem Prophetæ nulla interpretatione explicatis, sed voce *spiritus* tantummodo audita, Spiritum sanctum rem creatam dici existimatis? Atqui in Proverbiis Sapientia aperte dicit, *creavit me*. Veruntamen recte vos dictum illud ita excipitis, ut non creatricem Sapientiam rebus creatis annumeretis. Sic igitur vox illa Prophetæ non Spiritum sanctum denotat, sed tantum de spiritu dicitur. Cum ergo multa sit io Scripturis spirituum differentia, rectumque sensum habere possit iste Scripturæ locus, cur vos velut litigiosi aut serpentis Ariani morsu ulcerati, de Spiritu sancto prophetam Amos loqui arbitramini, ne scilicet credere desistatis Spiritum sanctum rem creatam esse?

4. Dicite, amabo, an in aliquo divinæ Scripturæ loco Spiritum sanctum simpliciter spiritum dici reperiatis, sine addita voce vel Dei, vel Patris, vel mei, vel ipsius Christi & Filii, vel a me, quod est, a Deo, vel nisi cum articulo, ita ut non spiritus solum dicatur, sed vel ille Spiritus, vel Spiritus sanctus, vel Paraclitus, vel veritatis, id est, (Joan. 14. 6.) Filii dicentis scilicet, *Ego sum veritas*; ut vos nuda voce *spiritus* audita, sanctum Spiritum esse suspicaremini? Ex hac tamen regula eos velim excipi, qui cum Spiritum sanctum jam accepissent, de iisdem sit postea iterum mentin, vel qui cum prius quid de Spiritu sancto credendum sit didicerint, deinde repetitionis & commonitioois ergn mera voce *spiritus* prolata, quis ille iotelligendus sit non ignorant, maxime quia sic etiam cum articulo exprimatur. Denique sine articuln vel prædicto additamento nunquam Spiritum sanctum significari inveneritis. Hujusmodi suot ea quæ Paulus ad Galatas scribit: (Galat. 3. 2.) *Hoc solum a vobis volo discere: Ex operibus legis Spiritum accepistis, au ex auditu fidei?* Quem vero alium acceperant quam Spiritum sanctum qui credentibus & per regenerationis lavacrum renascentibus datur? Ad Thessalonicenses autem scribit: (1. Thess. 5. 19.) *Spiritum nolite extinguere.* Nempe eos, qui utique noverant quem acceperant Spiritum, admonebat, ne accensam in ipsis Spiritus gratiam ex negligentia extinguereot. Quod si Euangelistæ in Euangeliis de Salvatore humano more, propter carnem ab eo assumtam hæc habent: (Luc. 4. 1.) *Jesus autem plenus Spiritu regressus a Jordane*; & , (Matth. 4. 1.) *Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu*; idem quoque sensus hic observandus est. Siquidem prius a Luca dictum fuerat: (Luc. 3. 21.) *Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato & orante, apertum est cælum: & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum.* Quocirca patet ipsum Spiritum sanctum, Spiritus vocabulo illic significari. Similiter apud quos est Spiritus sanctus, licet sine additamento Spiritus tantum dicatur; non dubitandum tamen est quin Spiritus sanctus denotetur, præsertim si adsit articulus.

5. Vos autem ostendite quod vobis proposuimus, si nempe alicubi in Scriptura divina Spiritum sanctum iovenistis tantummodo Spiritum appellari sine prædicto additamentn & observatione cujus meminimus. Id certe numquam præstare potueritis. Siquidem nunquam ita scriptum vobis occurret. Sed contra in Genesi scriptum est. (Genes. 1. 2.) *Et Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Et paulopost: (Genes. 6. 3.) *Non permanebit Spiritus meus in hominibus his, quia carnes sunt.* Et in Numeris dicit Moyses ad filium Nave: (Num. 11. 29.) *Ne mihi æmuleris. Quis tribuerit Populum Domini esse Prophetas, cum dederit Dominus Spiritum suum super eos?* Et in Judicum libris, de Othoniel dicitur: (Judic. 3. 10.) *Et factus est super eum Spiritus Domini, & judicavit Israel.* Et (Judic. 11. 29.) *factus est super Jephte Spiritus Domini.* Et de Samsone: (Jud. 13. v. 24. & 25.) *Crevit*, inquit, *puer, & benedixit ei Dominus, cœpitque Spiritus Domini ire cum illo.* Et, (Ibid. 15. 14.) *Irruit in eum Spiritus Domini.* David item psallit: (Psal. 50. 13.) *Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.* Et rursus in Psalmo centesimo quadragesimo secundo: (Psal. 142. 10.) *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum, Domine, vivificabis me.* In Esaia quoque scriptum legimus: (Esai. 61. 1.) *Spiritus Domini super me, propterea unxit me.* Ante quæ verba dictum erat: (Esai. 30. 1.) *Væ filii desertores. Hæc dicit Dominus: Fecistis consilium non per me: & pacta, sed non per Spiritum meum, ad peccata peccatis addenda.* Et iterum. (Id. 48. 16.) *Audite hæc: Non a principio in abscondito locutus sum. Cum fieret, illic eram: & nunc Dominus misit me, & Spiritus ejus.* Deinde paucis interjectis addit: (Id. 59. 21.) *Hoc fœdus meum cum ipsis, dixit Dominus; Spiritus meus, qui est in te.* Et in his quæ sequuntur, rursus ait: (Id. 63. 9.) *Non legatus, nec Angelus, sed ipse Dominus servavit eos, quia illos diligebat & ipsis parcebat; ipse redemit eos & assumsit eos, & elevavit eos cunctis diebus seculi. Ipsi vero repugnaverunt & ad iracundiam provocaverunt Spiritum sanctum ejus, & conversum est eis in inimicitiam.* Hæc sunt etiam Eze-

Ezech. 11. 24. Ezechielis verba: Et levavit me Spiritus adduxit- A
que in terram Chaldæorum, in captivitatem, in visione,
Dan. 13. 45. in Spiritu Dei. Et apud Danielem: Suscitavit Deus
Spiritum sanctum pueri junioris, cujus nomen Da-
niel: & exclamavit voce magna: Mundus ego sum
Mich. 2. 7. a sanguine hujus. Michæas item dicit: Domus
Jacob irritavit Spiritum Domini. Et per Joelem
Joel. 2. 28. Deus dicit: Et erit post ea: effundam de Spiritu
Zach. 1. 6. meo super omnem carnem. Per Zachariam similiter
ita loquitur Deus: Verumtamen verba mea &
legitima mea suscipite, quæcumque ego præcipio in
Spiritu meo servis meis Prophetis. Cum item
Propheta populum increparet, paulopost ait: B
Id. c. 7. v. 12. Et cor suum obstinatum constituerunt, ne audi-
rent legem meam, & verba quæ misit Dominus omnipo-
tens in Spiritu suo per manum Prophetarum priorum.
Hæc pauca ex vetere Testamento collegimus.

6. Jam vos Euangelia & quæ Apostoli conscripse-
runt, si lubet, consulite, atque illic etiam audituri e-
stis, cum plurima sit spirituum differentia, speciatim
tamen Spiritum sanctum non simpliciter Spiritum, sed
cum memorato additamento nominari. Itaque cum
Joan. 1. 32. Dominus, ut supra dixi, humanitus baptizare-
tur, propter assumtam carnem, dicitur super eum
descendisse Spiritus sanctus: quem ipse cum discipu- C
Id. 20. 22. lis daret dicebat: Accipite Spiritum sanctum. Eos i-
Id. 14. 26. tem docebat: Paraclitus Spiritus sanctus quem mittet
Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Et
Id. 15. 26. post pauca de eodem subjicit: Cum venerit Paracli-
tus quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum ve-
ritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhi-
Mat. 10. 20. bebit de me. Et iterum: Non enim vos estis, qui
loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in
Luc. 11. 20. vobis. Et paulopost: Si autem ego in Spiritu Dei
ejicio dæmonia, igitur pervenit in vos regnum Dei.
Universam item theologiam nostrique initia- D
tionem, in qua scilicet nos sibi ipsi & per sei-
Matth. 28. 19. psum Patri conjunxit, in eodem complens, di-
scipulis hæc præcipiebat: Euntes docete omnes gen-
tes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, &
Spiritus sancti. Præterea cum se illis eum missu-
Act. 1. 4. rum promisit, præcepit ab Jerosolymis ne disce-
derent, ac paucis diebus interjectis, cum compleretur
dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: &
Act. 2. 1. factus est repente de cælo sonus tanquam advenientis spi-
ritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant
sedentes: & apparuerunt illis dispertitæ linguæ tan-
quam ignis, sederuntque supra singulos eorum: & re- E
pleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt lo-
qui variis linguis, prout Spiritus sanctus da-
bat eloqui illis. Hinc postea impositione manu-
Id. 8. 17. um Apostolorum Spiritus sanctus renascentibus
dabatur. Quidam insuper Agabus in eodem vati-
Id. 21. 11. cinatus est, ajens: Hæc dicit Spiritus sanctus. Et
Id. 20. 28. Paulus: In quo vos Spiritus sanctus posuit episco-
pos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit pro-
prio sanguine. Et Eunucho baptizato: Spiritus
Id. 8. 39. Domini rapuit Philippum. Scripsit quoque Pe-
trus: Reportantes finem fidei salutem animarum.
1. Petr. 1. 9. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Pro- F
phetæ, qui de futura in vobis gratia propheta-
verunt, scrutantes in quod vel quale tempus si-
gnificaretur in eis Spiritus Christi, prænuntians
eas quæ in Christo sunt passiones & posteriores glo-
1. Joan. 4. 13. rias. Joannes item scribit: In hoc cognoscimus quo-
niam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam
de Spiritu suo dedit nobis. Paulus similiter hæc
Rom. 8. 9. ad Romanos scribit: Vos autem in carne non e-
stis, sed in spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat
in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non ha-
bet, hic non est ejus. Si autem Christus in vo-
bis est, corpus quidem mortuum est propter pec-
catum, spiritus vero vita est propter justitiam.
Quod si Spiritus ejus qui suscitat Christum Jesum
a mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Jesum
Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora
vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. Et
ad Corinthios: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam
profunda Dei. Quis enim scit quæ sunt hominis, ni- 1. Cor. 2. 11.
si Spiritus hominis qui in ipso est? ita & quæ Dei
sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei. Nos autem
non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex
Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Et 1. Cor. 3. 16.
post pauca: Nescitis quia templum Dei estis, & Spi-
ritus Dei habitat in vobis? Et: Sed abluti estis, sed 1. Cor. 6. 11.
sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini
nostri Jesu Christi & in Spiritu Dei nostri. Et rursus: 1. Cor. 12. 11.
Hæc autem omnia operatur unus & idem Spiritus divi-
dens proprie singulis, prout vult. Et, Dominus autem 2. Cor. 3. 17.
Spiritus est, ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.
Vide etiam quomodo ad Galatas his verbis scribat: Galat. 3. 14.
Ut benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut pollicita-
tionem Spiritus accipiamus per fidem. Et iterum: Quo- Ibid. 4. 6.
niam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in
corda vestra clamantem: Abba, Pater. Itaque jam non
es servus, sed filius. Quod si filius, & hæres Dei per
Christum. Hæc quoque ejus sunt ad Ephesios verba: Ephes. 4. 30.
Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo si-
gnati estis in diem redemtionis. Et rursus: Soliciti ser- Ibid. v. 3.
vare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Ad Philippen-
ses vero hæc confidentissime scribit: Quid enim? dum Philipp. 1. 18.
omni modo sive per occasionem, sive per veritatem Chri-
stus annuntietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio
enim quia hoc mihi proveniet ad salutem, per vestram o-
rationem & subministrationem Spiritus Jesu Christi, se-
cundum exspectationem & spem meam, quia in nul-
lo confundar. Et, Nos enim sumus circumcisio, qui Ibid. 3. 3.
Spiritui Dei servimus & gloriamur in Christo Jesu. Et
ad Thessalonicenses: Itaque qui spernit, non homi- 1. Thess. 4. 8.
nem spernit, sed Deum qui dat Spiritum sanctum
suum in vobis. Hæc item ad Hebræos scribit:
Hoc significante Spiritu sancto nondum propalatam Hebr. 9. 8.
esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo ha-
bente statum. Et rursus: Quanto, putatis, dete- Ibid. 10. 29.
riori afficietur supplicio, qui Filium Dei conculca-
verit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit,
in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ con-
tumeliam fecerit? Et iterum: Si enim sanguis Ibid. 9. 13.
taurorum & hircorum, & cinis vitulæ aspersus,
inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quan-
to magis sanguis Christi, qui per Spiritum sempi-
ternum, semetipsum obtulit immaculatum Deo, e-
mundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis?
Et ad Thessalonicenses: Et tunc revelabitur 2. Thess. 2. 8.
ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet Spi-
ritu oris sui, & destruet adventu præsentiæ
suæ.

7. Ecce quo pacto Spiritus sanctus per omnes
divinæ Scripturæ paginas indicatur. Quid ergo vos
his simile in Propheta animadvertistis? Nec enim
vel etiam articulum adjunctum habet spiritus de
quo ille loquitur, ut saltem aliqua vobis ratio
subesset. Vos vero perperam vobis ipsis tropos
fingere audetis, nec veremini asserere, spiritum,
qui creari dicitur, ipsum esse Spiritum sanctum,
quamvis a peritis viris spirituum differentiam vo-
bis discere liceret. Nam & ipsius quoque homi-
nis spiritus dicitur, uti canit David: Nocte cum Psal. 76. 7.
corde meo meditabar, & tristis erat spiritus meus.
Baruch item his verbis precatur: Anima in an- Baruch. 3. 1.
gustiis & spiritus anxius clamat ad te. Et in hy-
mno trium puerorum: Benedicite spiritus & ani- Dan. 3. 86.

ma

mæ justorum Domino. Ita etiam scribit Apostolus: [Rom. 8. 16.] *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes*. Et rursus: [1. Cor. 2. 11.] *Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est*. Et Epistola ad Thessalonicenses hæc precatur: [1. Thess. 5. 23.] *Integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur*. Dicitur etiam ventorum spiritus sicuti in Genesi scriptum est: [Genes. 8. 1.] *Et adduxit Deus spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ*. De Jona item: [Jon. 1. 4.] *Et excitavit Dominus spiritum in mare, & facta est tempestas magna in mari, & navis periclitabatur conteri*. Et in centesimo sexto Psalmo: [Psal. 106. 25.] *Dixit & venit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus ejus*. Et in centesimo quadragesimo octavo Psalmo: [Psal. 148. 8.] *Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus*. Et apud Ezechielem, in lamento Tyri: [Ezech. 27. 25.] *In corde maris, in aquis multis adduxerunt te remiges tui: spiritus austri contrivit te*.

8. Quin etiam si vobis sanctas litteras legere lubeat, ipsum divinorum verborum sensum, spiritum quoque appellari reperietis. Sic enim Paulus scribit: [2. Cor. 3. 6.] *Qui & idoneos nos fecit ministros novi testamenti, non litteræ, sed spiritus. Littera enim occidit, spiritus autem vivificat*. Siquidem dictum, littera exaratum est: sensus vero quem continet, spiritus dicitur. Ita & [Rom. 7. 14. 6.] *lex spiritualis est*, ut, quemadmodum idem dixit, non serviamus in vetustate litteræ, sed in novitate spiritus. Idem quoque gratias agens dicebat; [Ibid. v. 25. & cap. 8. 1. 2.] *Igitur ego ipse mente servio legi Dei: carne autem, legi peccati. Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu. Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati*. Philippus etiam Eunuchum a littera ad spiritum convertere volens ajebat: [Act. 8. 30.] *Intelligis quæ legis?* Talem quoque spiritum Caleb habuisse ex Numeris constat, Deo dicente: [Num. 14. 24.] *Servus meus Caleb, quia factus est alius spiritus in eo, & secutus est me, inducam ipsum in terram in quam illic ingressus est*. Nempe quia ille alia ab illis mente locutus sit, Deo fuit acceptus. Tale item cor populum habere jussit Deus per Ezechielem: [Ezech. 18. 31.] *Facite vobis cor novum & spiritum novum*. Quæ cum ita sint, & tanta sit, ut ostendimus, spirituum differentia; æquius profecto ageretis, si, ubi de creato spiritu mentio facta fuerit, id de aliquo prædictorum spirituum intelligeretis. Hujusmodi ille est de quo apud Esaiam legitur: [Esai. 7. 2.] *Consensit Aram cum Ephraim, & obstupuit anima ejus, & anima populi ejus, quemadmodum in silva arbor a spiritu concutitur*. Idem item his verbis indicatur: [Jon. 1. 4.] *Excitavit Dominus spiritum in mare*, propter Jonam. Tonitru siquidem sequuntur spiritus ventorum, uti contingit in pluvia quæ contra Achab cecidit, quemadmodum scriptum est: [3. Reg. 18. 45.] *Et factus est usque huc & usque huc, & cæli obscurati sunt nubibus & spiritu*.

9. Verum quia Christi, inquiunt, meminit Scriptura: hinc fit ut spiritus de quo hic est quæstio, nullus alius intelligendus sit præter Spiritum sanctum: Itane ergo Spiritum sanctum una quidem cum Christo nominari attendistis? at ubinam illum natura a Filio dividi & separari intellexistis, qui Christum quidem rem creatam non esse, sed Spiritum sanctum rem creatam esse audetis dicere? Absurdum sane fuerit ea quæ natura dissimilia sunt simul nominare eademque gloria celebrare. Quæ enim communio vel quæ similitudo rei creatæ cum creatore? Profecto si ita est, nihil aliud superest quam ut Filio res quas ipse creavit annumeretis & conjungatis. Itaque satis quidem esse videbatur quod apud Prophetam scriptum est, de spiritu ventorum, ut jam dictum est, intelligere. Verum quandoquidem factam ibidem de Christo mentionem objicitis, accurate res est nobis explicanda, si forte quid melius de illo spiritu, qui creari dicitur, ostendere possimus. Quid est igitur annunciare inter homines Christum ejus, [Amos 4. 13.] quam ipsum hominem fieri, idemque esse ac illud: [Esai. 7. 14.] *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel*, & alia quæ de ejus adventu scripta sunt? Cum igitur eo loci Verbi in carnem adventus annuncietur, qualem creatum spiritum intelligere debemus, præter hominum spiritum qui reficitur & renovatur, quemadmodum Deus per Ezechielem pollicitus est, dicens: [Ezech. 36. 26.] *Et dabo vobis cor novum, & spiritum novum dabo vobis: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & Spiritum meum dabo in vobis*. Quando ergo id impletum est, nisi cum advenit Dominus, & sua gratia omnia renovavit? Porro hoc etiam in loco spirituum differentia ostenditur. Nam spiritus noster, is est qui renovatur: sed Spiritum sanctum, non simpliciter spiritum, sed suum esse spiritum Deus declarat, in quo scilicet spiritu noster renovatur, uti Psalmista Psalmo centesimo tertio luculenter docet: [Psal. 103. 29.] *Auferes spiritum eorum & deficient, & in pulverem suum revertentur. Emittes Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ*. Quod si in Spiritu Dei renovamur: non ergo Spiritus sanctus, is est qui creari dicitur, sed noster spiritus. Si item quia omnia per Verbum facta sunt, recte sentitis Filium non esse rem creatam: an non itidem impium est vos Spiritum sanctum, in quo Pater per Verbum omnia perficit & renovat, contendere rem esse creatam? Si igitur quod simpliciter scriptum sit spiritum creari, illum idcirco Spiritum sanctum esse sibi ipsis finxere: jam persuasum illis esse debet, non Spiritum sanctum, illum esse qui creatur, sed nostrum esse qui in eo renovatur; qua de re & ipse David hoc modo precabatur: [Psal. 50. 12.] *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis*. Etenim hoc in loco spiritum creare dicitur, quem antea finxerat, ut ait Zacharias: [Zachar. 12. 1.] *Extendens cælum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in ipso*. Quem enim antea finxerat, eumdem postea lapsum denuo creavit, factus ipse in re creata, nempe cum Verbum caro factum est, *ut*, quemadmodum Apostolus ait, [Ephes. 2. 15. Ibid. 4. 24.] *duos condat in unum novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis*. Id enim non dixit tanquam creatus sit alius ab illo homine qui initio ad imaginem factus fuit, sed ad creatam & renovatam in Christo mentem suscipiendam fideles hortabatur, quod idem his verbis præstat Ezechiel: [Ezech. 18. 31.] *Facite vobis cor novum & spiritum novum: & quare morimini domus Israel? Quia nolo mortem morientis, dicit Adonai dominus*.

10. Cum igitur ita sentiendum sit de illo spiritu qui creatur, congruenter quoque intelligi potest tonitru, quod firmari ibidem dicitur, fidelis sermo & immobilis lex spiritus: cujus cum Jacobum & Joannem [Marc. 3. 17.] ministros esse vellet Dominus, illos Boanerges nominavit, quod est, filii tonitrui. Hinc Joannes vere e cælis clamat: [Joan. 1. 1.] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Lex quippe prius umbram futurorum bonorum habuit. Cum autem Christus hominibus annuntiatus est; & ipse adfuit dicens, [Joan. 4. 26.] *Ipse qui loquor adsum*, tunc, ut dixit Paulus, [Hebr. 12. 26.] *ejus vox terram concussit*, cum id prius pollicitus esset: [Agg. 2. 7.] *Adhuc semel ego movebo non solum terram, sed & cæ-*

& cælum. Quod autem: adhuc ſemel dicit: declarat A *mobilium translationem, ut maneant ea quæ ſunt immobilia. Itaque regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam, per quam ſervimus placentes Deo.* Quod autem hic immobile regnum dicit, idem firmatum (Pſal. 92. 1.) canit David: *Dominus regnavit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem & ea præcinxit ſe. Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.* Itaque quod a Propheta dictum eſt, Salvatoris adventum ſignificat, in quo & nos renovati ſumus, & lex ſpiritus immobilis perſeverat. Sed illi vere Tropici ſeu verſatiles fœdere cum Arianis inito, ac inter ſe impietate adverſus Divinitatem diviſa, ut videlicet B illi Filium, ipſi Spiritum rem creatam eſſe pugnent, tropos, ut iidem loquuntur, effingere, atque illud etiam quod recte ad Timotheum ſcripſit Apo- (1. Tim. 5. 21.) ſtolus, male interpretari auſi ſunt. *Teſtor*, inquit Paulus, *coram Deo & Chriſto Jeſu, & electis angelis, ut hæc cuſtodias ſine præjudicio, nihil faciens ex invitatione.* Ex quibus illi concludunt, quod cum Deum & Chriſtum nominaverit, deindeque angelos, neceſſe eſt Spiritum inter angelos annumerari, eumque ex illorum eſſe ordine, atque angelum aliis majorem (Valentini error de Spiritu.) eſſe. Primo, hoc impii Valentini inventum eſt, C neque latet ipſos eadem ac illum loqui. Ille ſiquidem dixit, quod miſſo Paraclito, una cum illo coævi ejus angeli miſſi fuerint. Deinde, dum Spiritum ad angelorum naturam deducunt, non advertunt ſe angelos in Trinitate collocare. Nam ſi ſecundum illos poſt Patrem & Filium ſequuntur angeli: certe e Trinitate ſunt angeli, nec jam ſunt (Hebr. 1. 14.) *adminiſtratores ſpiritus in miniſterium miſſi*, nec ipſi ſancti efficiuntur, ſed potius alios ſanctos efficiunt.

11. Quænam tandem hæc tam abſurda illorum dementia eſt? Quo in loco rurſus Scripturæ ſacræ invenerunt Spiritum angelum dici? Eadem enim quæ jam D dixi, mihi repetere neceſſe eſt. Paraclitus dictus eſt & ſpiritus adoptionis, ſpiritus ſanctimoniæ, & Chriſti ſpiritus. At nunquam vel angelus aut archangelus, aut ſpiritus miniſterii quales ſunt angeli, appellatus eſt. Quin imo eidem & Filio miniſtrat (Luc. 1. 35.) Gabriel cum Mariæ ait: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Cum igitur Scripturæ Spiritum angelum non appellent, quid excuſationis habere poſſint in tanta tamque abſurda temeritate, maxime cum ipſe Valentinus qui impiam hanc mentem illis inſeruit, illum quidem, Paraclitum, hos vero, Angelos nominaverit, E licet idem ſtultiſſimus Spiritum angelis coætaneum eodemque duntaxat tempore ac illos exſtitiſſe ſenſerit. Sed ecce, inquiunt, apud Prophetam Zachariam ſcriptum eſt: (Zach. 4.) *Hæc dicit angelus qui loquitur in me.* Atqui perſpicuum eſt hic ſpiritus nomine angelum in ipſo loquentem ſignificari. Verum id minime dicerent, ſi quod legunt vellent attendere. (Ibid. v. 5.) Nam Zacharias in candelabri viſione ait: *Et reſpondit angelus qui loquebatur in me, & dixit: Numquid neſcis quid ſunt hæc? Et dixi: Non domine. Et reſpondit; & ait ad me, dicens: Hoc eſt verbum domini ad Zorobabel, dicens: Non in virtute magna, nec in* F *robore, ſed in Spiritu meo, dicit Dominus omnipotens.* Ex quibus liquet angelum qui Prophetæ loquebatur non fuiſſe Spiritum ſanctum, ſed illum quidem eſſe angelum, hunc autem eſſe Spiritum Dei omnipotentis, cui & angelus miniſtrat, quique a divinitate dividi nequit, ac verbi proprius eſt. Quod ſi Apoſtoli verba nobis oppoſuerint, qui ſcilicet poſt Chriſtum electos angelos nominavit; dicant quinam ex illis omnibus Trinitati adjungendus ſit? Nec enim omnes unus ſunt numero. Aut quis illorum in columbæ ſpecie in (Dan. 7. 10.) Jordanem deſcendit? Nam millia millium & decies A millies dena millia miniſtrant ei. Vel quare cælis apertis non dictum eſt, Et deſcendit aliquis ex electis angelis, ſed, Spiritus ſanctus? Vel quare ipſe Dominus de fine temporum cum diſcipulis diſſerens, diſtincte ait: (Mat. 13. 41.) *Mittet filius hominis angelos ſuos.* Item & antea dictum fuerat: (Ibid. 4. 11.) *Angeli miniſtrabant ei.* Iterum quoque dixit: (Ibid. 13. 49.) *Exibunt angeli.* Cum vero diſcipulis ſanctum Spiritum daret, ait: (Joan. 20. 22.) *Accipite Spiritum ſanctum.* Rurſus & cum eoſdem ad prædicandum miſit: (Mat. 28. 19.) *Euntes*, inquit, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.* Nec enim angelum cum divinita- B te copulavit, neque nos ſibi ipſi & Patri in re creata conjunxit, ſed in Spiritu ſancto, quem cum promitteret, non ait ſe angelum mittere, ſed (Joan. 15. 26.) *Spiritum veritatis qui a Patre procedit*, (Ibid. 16. 14.) qui idem ex ipſo accipit & datur.

12. Moyſes quoque qui angelos quidem res creatas eſſe, Spiritum autem ſanctum Filio & Patri conjunctum noverat, Deo ipſi dicente: (Exod. 33. 1.) *Vade, aſcende de loco iſto tu & populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti in terram, quam juravi Abraham, Iſaac & Jacob dicens: ſemini veſtro dabo eam: & mittam ante faciem tuam angelum meum, & ejiciet Chananæ-* C *um*; id recuſavit, ita reſpondens: (Ibid. v. 15.) *Niſi ipſe proficiſcaris nobiſcum, ne me ex iſto loco educas.* Nolebat nempe populum a re creata duci, ne rei creatæ potius quam Deo omnium creatori ſervire diſcerent. Certe idem ille qui angelum ducem habere renuerat, Deum ipſum ut ſui dux eſſet rogavit. Quod cum Deus pollicitus ipſi reſponderit: (Ibid. v. 17.) *Et iſtud verbum tuum, quod locutus es faciam: inveniſti enim gratiam coram me, & novi te præ omnibus*: cum item inde in Eſaia ſcriptum legamus: (Eſa. 63. 11.) *Qui e terra eduxit paſtorem ovium: ubi eſt qui poſuit* D *in ipſis Spiritum ſanctum, qui Moyſem dextera deduxit*: & paulopoſt: (Ibid. v. 14.) *Deſcendit Spiritus a Domino & ductor illorum fuit. Sic duxiſti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ*: quis ex his veritatem non perſpicit? Nam cum Deus ſe ducem populi fore eſſet pollicitus, ecce non jam angelum, ſed ſuum Spiritum, qui angelis ſuperior eſt, ductorem populi ſe miſſurum promittit. Quare patet Spiritum non ex rebus creatis neque angelum eſſe, ſed rebus omnibus creatis ſuperiorem & Patris divinitati conjunctum eſſe. Namque ipſe Deus per Verbum in Spiritu populum ducebat; unde per totam E Scripturam teſtatur: (Lev. 11. 45.) *Ego eduxi vos de terra Ægypti: teſtes vos eſtis, ſi Deus alienus erat in vobis* (Deuter. 32. 39.) *præter me.* Sancti quoque ita Deo loquuntur: (Eſai. 45. 21.) (Oſe 13. 4.) (Pſal. 76. 21.) *Deduxiſti ſicut oves populum tuum.* Et *deduxit eos Dominus in ſpt, & non timuerunt.* (Pſal. 77. 53.) Huic eidem hymnum offerunt qui ajunt: (Pſal. 135. 16.) *Qui traduxit populum ſuum per deſertum, quoniam in ſeculum miſericordia ejus.* Magnus vero Moyſes identidem repetit: (Deuter. 1. 30. 33.) *Dominus Deus qui præit ante faciem veſtram.* Itaque Dei Spiritus non eſt angelus neque res creata, ſed ejus divinitatis eſt proprius. Nam cum Spiritus in populo eſſet, Deus per Filium in Spi- F ritu in iiſdem erat.

13. Verum hæc ita ſint, inquiunt illi, cur igitur Apoſtolus poſt Chriſtum, non Spiritum ſanctum, ſed electos Angelos nominavit? Atqui idem ab illis merito quis ſciſcitetur: Quare non Archangelos, neque Cherubim, neque Seraphim, neque Dominationes, neque Thronos, neque quid aliud, ſed ſolos electos Angelos Paulus nominavit? Num ergo, quia non ita nominavit, Angeli ſunt Archangeli, aut ſoli Angeli exiſtunt, nullique ſunt Seraphim aut Cherubim, nulli Archangeli & Dominationes, nulli Throni & Principatus, nihil denique aliud exiſtit?

A stit? Verum id inquirere nihil aliud est, quam Apostolo necessitatem hoc vel illo modo scribendi imponere, nec non divinas Scripturas ignorare, ac proinde a veritate aberrare. Ecce enim apud Esaiam scriptum *Esa. 48.16.* legimus; *Accedite ad me & audite hæc: Non ab initio in abscondito locutus sum; quum fieret, ibi eram: & nunc Dominus misit me & Spiritus ejus.* Et apud Ag- *Agg. 2. 5.* gæum: *Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus, & confortare Jesu fili Josedec, sacerdos magne, & confortetur omnis populus terræ, dicit Dominus, & facite, quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus omnipotens. Et spiritus meus stetit in medio vestri.* Hic apud utrumque Prophetam, solius Domini & Spiritus fit men- B tio: quid igitur ad id dicturi sunt? Nam si eo quod Paulus Christi mentionem faciens, de Spiritu tacuerit, & electorum angelorum meminerit, si inquam, eam ob causam Spiritum inter angelos collocare nihil verentur: restat ut ex his propheticis verbis, iidem de illo qui ibi silentio omittitur audacius disputent. Nam si dicant Dominum esse, idem esse ac Filium esse: quid de Patre dicturi sunt? Si vero illud de Patre intelligant; quid dicturi sunt de Filio? Procul autem absit vel a sola cogitatione, ea quæ ex illorum sententia consequitur impietas. Nempe illos respondere ne- C cesse est, vel nullum illum esse, vel, quod silentio prætermissus sit, eum inter res creatas annumerare.

14. Quid item dicturi sunt, si ipsum etiam Do- *Luc. 18. 2.* minum dicentem audierint: *Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur.* Numquid quia post Deum, hominem nominavit, ille homo est Filius quem injustus judex non reveretur? An forte quia post Deum, hominem subdiderit, tertius est Filius post hominem, & quartus, Spiritus sanctus? Quid, si Aposto- *1. Tim. 6. 13.* lum eadem epistola rursus dicentem audiant: *Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Christo Jesu,* D *qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile.* Num quia hic de Angelis & Spiritu siluit, de Spiritu & de angelis utrum sint dubitant? Ita sane dubitaverint, quamdiu hæc adeo impia contra Spiritum meditabuntur. Si præterea ad hæc libri E- *Exod. 14. 31.* xodi verba attendant: *Timuit autem populus Dominum, & crediderunt Deo & Moysi servo ejus:* an Moysem Deo annumeraturi sunt, neque post Deum, Filium sed solum Moysem sunt intellecturi? Quid si etiam Patriarcham Jacob Jo- *Genes. 48. 15.* sepho his verbis benedicere meminerint: *Deus qui* E *pascit me ab adolescentia mea usque in præsentem diem: * angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.* Num quia post Deum, angelum nominavit, prior est angelus Filio, aut Filius inter angelos annumeratur? Ita profecto senserint, quippe quibus cor corruptum sit. Verum non hæc est Apostolica fides, neque ea ferre licet Christiano. Nam sancta & beata Trinitas individua atque ipsa secum unita est, ita ut ubi Patris mentio fiat, ejusdem statim Verbum, ac in Filio Spiritus debeat intelligi. Quod si *Filius in Patre, & Spiritus in Filio debet intelligi, & vicissim.* Filius nominetur, similiter in Filio est Pater, nec extra Verbum est Spiritus sanctus. Siquidem una est Patris F gratia quæ per Filium in Spiritu sancto completur. Una pariter divinitas & unus Deus est qui est super omnia, & per omnia, atque in omnibus. Nam- *1. Tit. 4. 1.* que ipse etiam Paulus cujus hæc sunt verba, *Testificor coram Deo & Jesu Christo,* Spiritum a Filio neutiquam dividi, sed ipsum in Christo esse, quemadmodum Filius in Patre est, optime noverat. Convenienter tamen electos angelos una adjunxit, ut, quoniam hæc ad discipulum scribebat, ille cui minime A latebat ea quæ a Deo dicta sunt per Christum in Spiritu dicta esse, & angelos res nostras administrare, singulorumque actus speculari, magistri exhortationes custodiret, ut cui persuasum esset omnium quæ diceret ipsos angelos speculatores testes habere. An forte angelos qui semper vident faciem Patris, qui in cælis est, propter Ecclesiæ pusillos, testes appellat, ut discipulus, cognitis populorum curatoribus, Apostoli admonitiones non negligeret.

15. Itaque is mihi videtur esse sensus Scripturæ sacræ, quo plane illorum adversus Spiritum impietas validissime refutatur. Verum iidem illi veritati ad- B versari pergunt, ut scribis non jam ex Scripturis, quippe qui nihil ibi inveniant, sed ex proprii cordis redundantia hæc rursus eructant: Si Spiritus res creata non est, neque unus ex Angelis, sed ex Patre procedit: igitur filius quoque ipse dicendus est, proindeque duo sunt fratres, ipse scilicet & Verbum. Quod si frater est: qui fieri potest ut unigenitum sit Verbum, vel ut æquales non sint, sed hic post Patrem, ille post Filium nominetur? Si item ex Patre est, cur non & ipse genitus, aut filius esse, sed simpliciter Spiritus sanctus dicitur? Denique si filii dicatur esse spiritus: C Pater ergo avus est Spiritus sancti. Hæc turpissimi homines cavillando effutiunt, qui curiosius profunda Dei scrutari conantur, quæ nemo novit nisi Spiritus Dei, de quo illi tam impie sentiunt, quibus nihil amplius respondere æquum sane esset; sed secundum Apostoli præceptum, post prædictam admoni- *Tit. 3. 10.* tionem, tanquam hæretici vitandi essent: vel certe ut nos interrogant, sic eos a nobis interrogari operæ pretium fuerit, idemque nos ab illis responsum efflagitare, quod illi a nobis exigunt. Respondeant igitur, utrum Pater ex patre sit, & num alius cum illo genitus fuerit, sintque ex uno fratres, qualeque nomen D illis sit? Quis item eorum Pater & avus, qui proavi? Atqui nullos esse respondebunt. Quare ergo Pater ab illis dicitur, qui idem ex patre non sit ortus? Vel qui filium habere potuit, qui ipse prius filius non fuit genitus? Equidem non me fugit ista inquirere nefas omnino esse. Verum haud ab re fuerit ita illudentibus vicissim illudere, ut saltem ex hujusmodi absurda & impia interrogatione propriam insipientiam percipere valeant. Nec enim illa ullo modo sunt: absit: neque hæc de divinitate sciscitari decet. Siquidem non est Deus similis hominum, ut ista humana de illo percuntari quis audeat.

E 16. Itaque, ut jam monui, silentium in his quæstionibus servare, & hujusmodi illorum argutias dissimulare satius certe fuerit. Verumtamen ne nostrum silentium majoris ipsis fiat impudentiæ occasio, hæc illis reponere non gravabor. Nempe quemadmodum *Spiritus sanctus non est filius Patris, vel frater Filii.* Patris patrem dicere non possumus, ita nec Filii fratrem. Namque Patris, ut antea dictum est, alius deus nullus fuit: nec ullus similiter alius est filius: unigenitus enim est. Proinde & solus & unus Pater, solius & unius Filii est pater, atque adeo in sola divinitate semper & est & fuit pater ac filius. Nam tametsi inter homines pater aliquis dicitur, tamen i- F dem alterius filius fuit. Tametsi similiter filius quis dicitur, tamen idem alterius est pater. Unde non proprie in hominibus patris & filii nomen servatur. Sic Abraham qui fuit filius Tharæ, idem fuit pater Isaac. Similiter Isaac qui filius erat Abrahæ, fuit pater Jacob, eaque est humanæ naturæ conditio. Nam sibi invicem sunt partes, & quisquis gignitur, patris partem habet, ut & ipse alterius fiat pater. At non ita se res habet in divinitate. Nec enim hominum similis est Deus, nec divisam habet naturam. Quapropter neque

sui

* Supra, Oratione tertia contra Arianos num. 12. hoc in Scripturæ loco, Angeli nomine, Verbum Dei indicari docet. At cum ea observatio nihil hic ad rem pertineat, ad sola attendi Scripturæ verba.

sui divisione Filium generat, ut & ipse alterius pater fiat, cum neque ipse sit ex patre, neque Filius pars sit patris. Itaque Filius non generat, ut ipse genitus est, sed totus est totius imago & splendor: atque in sola divinitate Pater proprie est pater, & Filius proprie est filius: qui Pater semper fuit pater, & Filius pariter semper fuit filius. Quemadmodum item nunquam Pater futurus est filius, sic nunquam Filius futurus est pater. Et ut nunquam Pater desinet solus esse pater: ita Filius nunquam desinet esse solus filius. Nemo igitur nisi mente captus dixerit vel cogitaverit fratrem esse Filii, & nomen avi Patri convenire. Hinc enim nusquam in Scripturis sacris Spiritus filius dictus est, ne frater esse existimaretur: uti nec filius Filii, ne Pater avus crederetur. Sed Filius, Patris est filius; & Spiritus, Patris spiritus dictus est, atque ita una Trinitatis divinitas & fides est.

17. Quocirca eam quoque ob rationem insania sine dubio fuerit contendere rem creatam illum esse. Nam si res creata esset, Trinitati non adjungeretur. Nam tota unus Deus est. Satis ergo fuerit cognoscere Spiritum rem creatam non esse, nec rebus creatis annumerari. Siquidem nihil alienum Trinitati admiscetur, sed individua & sibi ipsi similis est. Hæc, inquam, fidelibus satis esse debent: huc usque humana cognitio pervenire potest: hic Cherubim alis faciem velant. Qui autem his plura quærit & investigare cupit, refragatur dicenti: *Ne plus sapias quam necesse est, ne obstupescas*. (Eccle. 7. 17.) Quæ enim fide tradita sunt, hæc non humana sapientia expendere, sed fidei auditu excipere convenit. Quæ enim oratio ea quæ creatam naturam transcendunt digne possit explicare? Vel quænam, quæso, aures capere possint quæ hominibus nec audire nec loqui licet? Sic enim Paulus de his quæ ipse audivit testatus est: de Deo autem hæc dicit: *Quam investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius ejus fuit?* (Rom. 11. 33.) Hinc Abraham nihil curiose inquisivit, nec loquentis verba discussit, sed *credidit Deo & reputatum est ei ad justitiam*. (Rom. 4. 3. Heb. 3. 5.) Sic Moyses fidelis famulus appellatus est. Quod si Ariani, quia in malevolam ipsorum animam non ingredietur sapientia, individuam & sanctam Trinitatem nec intelligere nec credere queunt: ne idcirco veritatem adulterent, nec quæ ipsi percipere non possunt, hæc non posse esse contendant. Perabsurda enim res est, quod, cum concipere non valeant, qui fieri possit ut individua sit sancta Trinitas, Ariani idcirco Filium, & Tropici Spiritum sanctum inter res creatas numerent. Nempe æquum erat vel ista non intelligentes, prorsus silere, nec illos Filium, nec istos Spiritum sanctum inter res creatas collocare: vel certe quod scriptum est agnoscere, Filiumque cum Patre conjungere, nec Spiritum a Filio dividere, ut scilicet individua ac ejusdem vere particeps naturæ permaneret sancta Trinitas. Quibus utique cognitis non eo audaciæ prorumpere debebant, ut dubitantes inquirerent, quonam pacto hæc se habeant, ne si interrogatus in respondendo hæreret, ipsi pravos sibi ipsis sensus comminiscerentur. Hæc enim est rerum omnium factarum in primisque hominum conditio, ut de rebus quæ verbis exprimi non queunt, digne loqui non possimus. Major autem sane temeritas fuerit, si ad hæc eadem explicanda, nova vocabula aliaque a Scripturis excogitemus. Imo vero insanus admodum ille censendus sit, qui hisce de rebus interroganti vel tantum cogitet respondere: quandoquidem nec is mentis compos esse æstimabitur, qui hæc eadem de rebus factis fuerit percontatus.

18. Nam vel tandem illi qui de re nulla dubitant, respondere audeant, quomodo & ex qua materia cæli constituti sint, vel quænam illorum sit admixtio? quove modo sol & singula astra composita fuerint? Verum quid mirum, si ex superioribus sive cælestibus rebus, illorum amentiam convincamus, cum neque ipsis pateat quænam sit rerum inferiorum, verbi causa, lignorum natura, quomodo consistant aquæ, quænam sit animalium conformatio ac compositio. Hæc enim profecto nunquam illi explicaverint, quando ipse Salomon, qui sapientiæ cumulatius fuit particeps quam alii omnes, ista ab homine inveniri non posse perspiciens ait: *Et quidem universum seculum dedit in corde eorum, ut non inveniat homo opus quod fecit Deus ab initio & usque in finem*. (Ecclesi. 3. 11.) An ergo quia hæc omnia nosse nequeunt, idcirco contendent non existere? Nullus utique dubito quin id contenderint, quippe qui mentem penitus corruptam habeant. Jure igitur merito eos ita alloqui liceat: O stulti atque ad omnia audaces & præcipites, quare non potius sanctam Trinitatem curiose scrutari desinitis, eamque esse dumtaxat creditis, magistrum Apostolum hac in re imitati, cujus hæc sunt verba: *Credere enim oportet primum Deo, quia est, & inquirentibus se remunerator sit*. (Hebr. 11. 6.) Nec enim dixit, quomodo est, sed tantum, *quia est*. Quod si nec sic quidem erubescunt, dicant ergo quomodo sit Pater, ut hoc pacto discant quomodo quoque ejus sit Verbum. Sed absurdum est, inquient, hæc de Patre inquirere. Audiant igitur absurdum quoque esse idem de ejus Verbo sciscitari.

19. Itaque cum inutilis & stultus sit hujusmodi conatus, nemo jam amplius de his percuntari audeat, sed ea tantum quæ Scripturis continentur, discere satis habeant. Siquidem omnino sufficiunt quæ in hanc rem profert exempla. Nempe fons & lux Pater dicitur: *Me* enim, inquit, *dereliquerunt fontem aquæ viventis*. (Jerem. 2. 13.) Et iterum apud Baruch: *Quid est, Israel, quod in terra inimicorum es? dereliquisti fontem sapientiæ*. (Bar. 3. 10. 12.) Et secundum Joannem, *Deus noster lux est*. (1. Joan. 1. 5.) Filius vero, cum refertur ad fontem, dicitur fluvius: Namque *flumen Dei repletum est aquis*. (Psal. 64. 10.) Cum autem idem ad lucem refertur, splendor appellatur, dicente Paulo: *Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ ejus*. (Hebr. 1. 3.) Cum ergo Pater sit lux, & Filius ejus sit splendor, (nam eadem sæpe, præsertim de hujusmodi rebus, dicere nemini grave videri debet) licet quoque in Filio perspicere Spiritum sanctum, in quo nempe illuminamur. Hinc enim Apostolus, *Ut det vobis*, inquit, *Spiritum sapientiæ & revelationis, in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis*. (Ephes. 1. 17.) Porro cum Spiritu illuminamur, Christus ipse est qui nos in illo illuminat, ut hæc verba testantur: *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum*. (Joan. 1. 9.) Similiter ut Pater est fons, & Filius fluvius appellatur, ita Spiritum bibere dicimur. Nam scriptum est: *Omnes unum Spiritum bibimus*. (1. Cor. 12. 13.) Rursus cum Spiritum bibimus, Christum una bibimus. Namque *bibebant de spiritali consequente petra. Petra autem erat Christus*. (1. Cor. 10. 4.) Præterea ut Christus verus est Filius, ita nos Spiritum accipientes, filii efficimur. *Non enim*, inquit, *accepistis spiritum servitutis iterum in timore: sed accepistis Spiritum adoptionis*. (Rom. 8. 15.) Cum autem Spiritu filii Dei efficimur, manifestum est nos in Christo filios Dei appellari. Nam *quotquot receperunt eum, dedit illis potestatem filios Dei fieri*. (Joan. 1. 12.) Deinde quemadmodum Pater, uti docet Paulus, solus est sapiens, sic ejus Filius est sapientia. *Christus* enim *Dei virtus & Dei sapientia*. (1. Cor. 1. 24.) Ut item Filius est sapientia, ita nos Spiritu sapientiæ accepto, Filium habemus & in eodem sapientes efficimur. Sic enim scriptum est in Psalmo centesimo quadragesimo quinto: *Dominus solvit compeditos, Dominus cæcos sapientes efficit*. (Psal. 145. 7.) Cum insuper Spiritus nobis datur, *Accipite* enim *Spiritum* (Joan. 20. 22.)

san-

sanctum, inquiebat Salvator: Deus ita in nobis
1.Joan.4.13. est: sic enim scripsit Joannes: *Si diligamus invicem,*
Deus in nobis manet. In hoc cognoscimus quoniam in
eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo
dedit nobis. Cumque Deus in nobis est, Filius
Joan.14.23. certe itidem in nobis est, ipso Filio dicente: *E-*
go & Pater veniemus & mansionem apud eum facie-
mus. Similiter ut Filius est vita eodem testante,
Joan. 14.6. *Ego sum vita;* sic etiam in Spiritu vivificari dici-
Rom. 8.11. mur, quemadmodum Paulus ait: *Qui suscitavit Je-*
sum Christum a mortuis, vivificabit & mortalia cor-
pora vestra per inhabitantem ejus Spiritum in vobis.
Nobis porro in Spiritu vitam accipientibus, ipse
Christus in nobis vivere dicitur, ut ex his verbis pa-
tet: *Christo confixus sum cruci. Vivo autem jam non*
ego: vivit vero in me Christus. Et rursus, quemad-
modum Filius quæ faciebat opera, Patrem suum
Joan.14.10. facere ita testabatur: *Pater in me manens, ipse facit*
opera. Credite mihi, quia ego in Patre & Pater in
me est. Alioquin propter opera ipsa credite mihi: sic
quæ in virtute Spiritus Paulus efficiebat, Christi
Rom. 15.18. opera esse docebat: *Non enim audebo*, inquit, *ali-*
quid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obe-
dientiam Gentium, verbo & opere, in virtute signo-
rum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti.

20. Cum igitur ea sit in sancta Trinitate conjun-
ctio & unitas: quis jam vel Filium a Patre, vel Spiri-
tum a Filio aut ab ipso Patre separare audeat? vel
quis eo temeritatis deveniet, ut dissimilis & diver-
sæ naturæ Trinitatem esse, aliamque a Patre sub-
stantiam Filium habere, ac denique Spiritum Filio
externum esse contendat? Si quis vero rursus sciscite-
tur quonam modo hæc esse possint, ut scilicet cum
Spiritus in nobis est, Filius in nobis esse dicatur,
& similiter cum Filius in nobis est, Pater in nobis
esse itidem dicatur: vel quomodo, cum sit Trini-
tas, in uno tamen significetur Trinitas: quomodo i-
tem cum unus in nobis est, Trinitas in nobis esse dici
queat; quisquis, inquam, ita interrogaverit, vel prius
ipse splendorem a luce & sapientiam a sapiente divi-
dat, vel quomodo hæc sint edisserat. Quod si præsta-
re non valeat: multo magis hæc de Deo inquirere
summæ temeritatis & insaniæ esse fatendum est. Si-
quidem divinitas, uti dictum est, non argumentis tra-
ditur, sed fide nec non ratione cum pietate conjun-
1. Cor. 1.17. & 2. 4. 2. Cor. 12.4. cta. Nam si quæ ad salutarem crucem pertinent,
non in sapientia verbi, sed in ostensione spiritus &
virtutis prædicavit Paulus, *& audivit arcana ver-*
ba in paradiso, *quæ non licet homini loqui:* quis de
sancta Trinitate disserere poterit? Verumtamen hu-
jusmodi hæsitatio cum præsertim fide sanari pote-
rit, tum etiam prædictis exemplis imaginis, splen-
Filius in Spiritu est ut in propria imagine. doris, fontis, fluvii, substantiæ, & figuræ. Quem-
admodum enim Filius in Spiritu tamquam in propria
imagine est: ita & Pater in Filio. Scilicet divina
Scriptura ut nostram infirmitatem levaret, per quam
nobis res tantas haud licet comprehendere & sermo-
ne explicare, nobis ista exempla subministravit, ut
hoc modo propter petulantium hominum infidelita-
tem simplicius & extra periculum de his loqui posse-
mus, liceretque sine culpa res ita arduas intelligere,
ac denique credere unam esse sanctificationem ex
Patre per Filium in Spiritu sancto productam.
Nam quemadmodum unigenitus est Filius: sic &
Spiritus qui a Filio datur & mittitur, unus item
est, non multi, neque ex multis unus, sed solus
ipse Spiritus est. Quia enim unus est Filius qui
& vivens est Verbum: unam quoque esse necesse
est perfectam & plenam, sanctificantem & illu-
minantem, viventem ejus efficaciam & donum quod
ex Patre procedere dicitur, quia ex Verbo, quod

A ex Patre esse conceditur, effulget, & ab eodem Cur Spiritus ex Patre procedere dicatur.
mittitur ac datur. Filium quidem a Patre mitti
verissimum est, ut ipse his verbis testatur: *Sic Deus* Joan. 3.16.
dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum mitte-
ret. Sic etiam Filius Spiritum mittit. *Si enim,* Joan. 16.7.
inquit, *ego abiero, mittam Paraclitum.* Filius simi-
liter Patrem honorat, ut ipse ait: *Ego te clarifica-* Joan. 17.4.
vi. Spiritus item Filium honorat, ut idem Filius
dixit: *Ille me clarificabit.* Filius præterea dicit: *Quæ* Joan.16.14. Joan. 8.26.
audivi a Patre, hæc loquor in mundo. Spiritus au-
tem ex Filio quoque accipit. *De meo*, inquit, *ac-* Joan. 16.14.
cipiet & annuntiabit vobis. Rursus, Filius in nomi-
B ne Patris venit. Ita etiam *Spiritus sanctus*, inquit Joan.14.26.
Filius, *quem mittet Pater in nomine meo.*

21. Cum igitur eumdem ordinem eamdemque na-
turam habeat Spiritus erga Filium, qualem Filius
erga Patrem, qua, quæso, ratione is qui Spiritum
sanctum rem creatam esse contendit, non idem ne-
cessario de Filio sentiet? Nam si Filii Spiritus res
est creata, consequens est ut & Verbum Patris rem
creatam esse fateantur. Hæc nempe opinati Ariani
in Caiphæ Judaismum delapsi sunt. Si porro hi qui
de Spiritu hæc audent dicere, Arii sententiam tueri
nolint, ejus ergo verba quoque fugiant, nec impii
C sint in Spiritum sanctum. Nam ut Filius, qui in
Patre est, in quo etiam est Pater, non est res crea-
ta, sed Patris substantiæ proprius est, quod & vos
asseveratis: ita & Spiritum sanctum qui in Filio est,
& in quo Filius est, inter res creatas collocare, aut
a Verbo dividere, atque ita imperfectam Trinitatem
reddere nefas omnino fuerit. Sed satis sit hactenus
Tropicorum impietatem ex ignorantia ortam coar-
guisse, quo videlicet Prophetæ & Apostoli verba ex-
plicaremus, quorum illi sensum adulterantes, seipsos
in errorem induxerunt. Jam vero seorsim inspiciamus
D quænam in divinis Scripturis de Spiritu sancto dicta
fuerint, ac velut probi mensarii discernamus, num
proprium aliquid habeat Spiritus cum rebus creatis, vel
an proprius sit Dei, ut eum vel rem creatam, vel ali-
um a rebus creatis, propriumque divinitatis Trinitatis
& unum ex ea esse dicamus. Forsan enim hoc pacto e-
rubescent illi, ubi didicerint, quantum impietatis
verba quæ commenti sunt, a divinis oraculis discre-
pent.

22. Itaque res creatæ ex nulla re factæ sunt, ha-
bentque existendi principium. Siquidem in principio Genes. 1.
fecit Deus cælum & terram & omnia quæ in eis
E sunt. At Spiritus sanctus ex Deo esse dicitur. *Ne-* 1. Cor. 2.11.
mo enim, inquit, *scit quæ sunt hominis, nisi spi-*
ritus hominis, qui in ipso est: ita & quæ Dei sunt,
nemo cognovit, nisi Spiritus Dei. Nos autem non spi-
ritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est.
Quænam igitur cognatio Spiritus cum rebus creatis
ex his esse videtur? Etenim res creatæ non erant:
at Deus is est qui est, ex quo & ipse Spiritus est.
Quod autem ex Deo est, non potest esse ex nihilo,
neque res creata, ne secundum eos ille quoque ex
quo Spiritus sanctus est, res creata esse putetur. Quis Psal. 13. 1.
ergo hujusmodi insipientes ferre possit, qui & ipsi
F in corde suo dicunt non esse Deum? Nam si quem-
admodum nemo novit quæ sunt hominis, nisi spi-
ritus hominis qui in ipso est, ita & quæ sunt Dei
nemo novit nisi Spiritus qui in ipso est: an non
summæ impietatis fuerit dicere rem creatam esse Spi-
ritum qui in Deo est, & qui profunda Dei scruta-
tur? Nam qui ea mente est, fateri utique cogetur spi-
ritum hominis extra hominem esse, & Verbum quod
est in Patre, rem item creatam esse. Præterea, Spi-
ritus & est & dicitur spiritus sanctitatis & renovatio-
nis. Scribit siquidem Paulus: *Qui prædestinatus est* Rom. 1.4.
Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctitatis ex

resur-

resurrectione mortuorum Jesus Christus Dominus no- A *ster*. [1. Cor. 6. 11.] Et iterum dicit: *Sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi & in Spiritu Dei nostri*. [Tit. 3. 4.] Hæc quoque ad Titum scribit: *Cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ*. At quod res creatas [Psal. 103. 30.] spectat, ipsę sanctę efficiuntur & renovantur: *Emittes* B enim *Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ*. [Hebr. 6. 4.] Et Paulus: *Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti*.

23. Itaque qui non ab alio sanctus efficitur, neque sanctimoniæ sit particeps, sed ipse alios participes reddit, in quo & res universæ creatæ, sanctæ efficiuntur, qui, inquam, fieri potest ut is locum inter res omnes habeat, vel proprius illorum sit qui ipsius fiunt participes? Nam qui hæc ita esse pugnaverint, eos etiam concedere necesse sit Filium per quem res omnes factæ sunt, unam tamen illarum esse. Spiri- C tus item vivificus dicitur: [Rom. 8. 11.] *Qui suscitavit*, inquit, *Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem ejus Spiritum in vobis*. [Act. 3. 15.] Et Dominus quidem ipsa est vita & *auctor vitæ*, ut ait Petrus. [Joan. 4. 14.] Idem tamen Dominus ait: *Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. [Joan. 7. 39.] *Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum*. Res autem creatæ, uti dictum est, vitam per ipsum accipiunt. Qui igitur vitæ non sit particeps, sed ipse alios participes facit, & vitam rebus creatis impertit, qualem, quæso, cognationem cum rebus factis habere potest? D Aut qua tandem ratione inter res creatas censendus sit, cum ipsæ in illo vitam a Verbo accipiant? Unctio quoque Spiritus dicitur, & est item sigillum; [1. Joan. 2. 28.] unde Joannes scribit: *Et vos unctionem quam accepistis ab eo, manet in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio ejus*, nempe ejus Spiritus, *docet vos de omnibus*. Et apud Esaiam Prophetam legitur: [Esai. 61. 1.] *Spiritus Domini super me, cujus causa unxit me*. Paulus etiam ait: *In quo & credentes signati estis in diem redemtionis*. At res creatæ illo signantur & unguntur, ac de omnibus docentur. [Spiritus unctio sive unguentum & sigillum est, in quo omnia ungit & signat Verbum.] Si igitur Spiritus unctio sive unguentum & sigillum est, in quo omnia ungit & signat Verbum: quænam similitudo & convenientia unguenti & sigilli esse potest cum his rebus E quæ unguntur & signantur? Nequit proinde fieri ut ipse inter res omnes numeretur. Nec enim aliquis ex his qui signantur, sigillum ipse dicendus sit: nec similiter aliquis ex his qui unguntur, unguentum idem erit. Sed id proprium est ungentis & signantis Verbi. Unguentum quidem ungentis suavitatem & odorem retinet, cujus participes facti qui unguntur, dicunt: [2. Cor. 2. 15.] *Christi bonus odor sumus*. Sigillum vero signantis Christi effigiem servat, cujus qui signantur, participes effecti, ad eam conformantur, ut ait Apostolus: [Galat. 4. 19.] *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis*. Hoc autem modo signati, convenienter divinæ na- F turæ consortes reddimur, [2. Petr. 1. 4.] uti docet Petrus: atque ita universæ res creatæ Verbi in Spiritu fiunt participes.

24. Omnes similiter per Spiritum, Dei participes dicimur. [1. Cor 3. 16.] *Nescitis*, inquit, *quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos*. Sed si Spiritus sanctus res creata esset: nulla sane Dei communicatio nobis in ipso esset; sed rei creatæ conjungeremur, & divinæ naturæ alieni essemus, utpote nulla in parte ejus facti participes. Nunc vero cum Christi & Dei participes dicamur, utique constat unguentum & sigillum, quod in nobis est, non ad rerum factarum sed ad Filii naturam pertinere, qui nos per Spiritum, qui in ipso est, Patri conjungit. Idipsum nos Joannes, uti supra dictum est, his verbis docet: [1. Joan 4. 13.] *In hoc cognoscimus, quia in Deo manemus, & ipse in nobis; quoniam de Spiritu suo dedit nobis*. Si porro Spiritus communicatione, divinæ naturæ consortes efficimur, nemo certe nisi insanus dixerit Spiritum non Dei, sed creatæ esse naturæ. Nec enim alia de causa hi in quibus ille est, Dii efficiuntur. Quod si deos efficit, dubium non est, quin ejus natura Dei sit. Quod item centesimo tertio Psalmo habetur, clarius adhuc argumentum ad hancce hæresim evertendam nobis suppeditat, ut jam monuimus: [Psal. 103. 29.] *Auferes spiritum eorum & deficient, & in pulverem suum revertentur. Emittes Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ*. Et Paulus hæc Tito scribit: [Tit. 3. 5.] *Per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum*. Si igitur Pater omnia per Verbum in Spiritu creat & renovat: quæ similitudo aut cognatio creantis cum rebus creatis? Vel qui omnino fieri queat ut ille res sit creata, in quo omnia creantur? Sane cum impia hac sententia illa alia cohæret quæ Filii divinitatem impugnat, ita ut qui Spiritum rem creatam esse contenderint, eosdem fateri necesse sit Verbum, per quod omnia creantur, rem quoque creatam esse. Addam Spiritum imaginem Filii & dici & esse. Nam, [Rom. 8. 29.] *Quos præscivit & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui*. Itaque cum ipsi fateantur Filium rem creatam non esse, nec etiam ejus imago res creata censenda est. Qualis enim fuerit imago, talem necesse est eum esse cujus imago fuerit. Unde quemadmodum jure merito ac convenienter Verbum res creata esse negatur, quia est imago Patris: ita qui Spiritum inter res creatas collocare non dubitaverit, non potest quin Filium cum iisdem annumeret: ac proinde ad ipsum Patrem refertur quidquid impie de hujus imagine senserit dixeritve.

25. Itaque manifestum est Spiritum alium omnino esse a rebus creatis, eumque ostendimus proprium Filii esse, non autem a Deo alienum. Namque quod ad hancce acutam illorum interrogationem spectat: [Cur Spiritus S. non sit Filius.] Si Spiritus ex Deo est, quare non ipse quoque filius dicitur? Hanc, inquam, quæstiunculam audacem & temerariam esse supra jam ostensum est; sed idem nihilominus rursus ostendere non gravabimur. Tametsi enim Spiritus in Scripturis filius non dicitur, sed spiritus Dei: tamen in ipso Deo & ex [1. Cor. 2. 12.] ipso Deo esse dictus est, uti scripsit Apostolus. Porro si Filius quia est ex Patre, proprius idcirco ejusdem substantiæ est; necesse est similiter Spiritum qui ex Deo esse dicitur, proprium quoque Filii esse secundum substantiam. Certe quemadmodum Dominus est filius: ita ipse Spiritus, spiritus adoptionis dictus est. Ut item Filius est sapientia & veritas; sic etiam scriptum est Spiritum esse spiritum sapientiæ & veritatis. [Esai. 11. 2.] [Joan. 15. 26.] Filius est etiam virtus Dei & dominus gloriæ. Similiter Spiritus dicitur spiritus virtutis & spiritus [1. Cor. 1. 24.] gloriæ, de quibus singulis sic loquitur Scriptura, [1. Cor. 2. 8.] [1. Cor. 1. 8.] [Rom. 8. 15.] nempe ubi Paulus ad Corinthios scribit: *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent*. Et alibi: *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timorem, sed accepistis Spiritum adoptionis*. Et iterum: [4. Gal. 6.] *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem: Abba, pater*. Petrus item scribit:

[1. Petr. 4. 14.] *Si exprobramini in nomine Christi, beati, quoniam gloriæ & virtutis & Dei Spiritus super vos requievit*. [Joan. 14. 16.] Ipse autem Dominus Spiritum & veritatis spiritum & paracletum esse aperte testatur. Ex quibus patet perfectam in illo esse Trinitatem. In illo itaque Verbum res creatas glorificat, hominesque deos & filios efficiens Patri adducit. Atqui is qui res creatas cum Verbo conjungit, ipse certe res creata esse non potest. Qui item res creatas filios efficit, non potest a Filio alienus esse. Alioquin alium spiritum quærere necesse esset, ut iste in illo cum Verbo conjungi posset. Verum id perabsurdum est. Quapropter fatendum est non ex rebus factis esse Spiritum, sed divinitatis Patris proprium esse, in quo & ipsum Verbum res factas divinæ naturæ consortes reddit. Atqui is in quo natura creata divinitatis fit particeps, extra Patris divinitatem ipse esse non potest.

[Spiritus immutabilis est, ac proinde Deus.] 26. Ceterum ex his quoque percipere licet Spiritum rebus creatis superiorem aliumque a rebus factis esse. Nempe immutabilis & varietatis expers [Sap. 1. 5.] est Spiritus sanctus: *Spiritus sanctus*, inquit, *disciplinæ fugiet dolum, & auferet se a cogitationibus quæ* [1. Petr. 3. 4.] *sunt sine intellectu*. Et Petrus ait: *In incorruptibilitate* [Sap. 12. 1.] *quieti & modesti Spiritus*. Et iterum in Sapientia legitur: *Tuus enim incorruptus Spiritus est in omnibus*. [1. Cor. 2. 11.] Item si *nemo cognovit quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei, qui est in ipso*: non est autem apud Deum, ut docet [Jac. 1. 17.] Jacobus, *transmutatio nec vicissitudinis obumbratio*: jure ac merito Spiritus sanctus qui in Deo est, immutabilis & incorruptus omnisque vicissitudinis expers esse censendus est. At rerum factarum & creatarum natura mutabilis est, utpote quæ sit extra Dei sub- [Psal. 115. 11.] stantiam, & e nihilo exstiterit. Siquidem *omnis ho-* [Rom. 3. 23.] *mo*, inquit, *mendax*. Et, *omnes peccaverunt & egent gloria Dei*. [Jud. 6.] *Angelos vero, qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei, vinculis æternis sub caligine re-* [Job. 4. 18.] *servavit*. Et apud Job: *Si sanctis Angelis suis non fi-* [Ibid. c. 25. 5.] *dit, sed contra Angelos pravum quid cogitavit: stellæ vero non sunt mundæ in conspectu ejus*. Paulus autem [1. Cor. 6. 3.] scribit: *Nescitis quoniam Angelos judicabimus? quanto magis secularia?* Quin etiam audivimus diabolum qui in medio Cherubim stabat, & signaculum simili- [Ezech. 28. 12.] tudinis erat, e cælo quasi fulgur cecidisse. Si porro ea est rerum creatarum natura, & hæc de Angelis scripta sunt: si contra Spiritus idem semper & omnis mutationis expers est, qui & Filii immutabilitatis particeps, cum ipso semper immutabilis manet: quænam, amabo, similitudo immutabilis cum mutabilibus? Hinc enim perspicuum est, neque rem creatam esse, neque ad Angelorum, utpote qui mutabiles sint, naturam pertinere, sed Verbi imagi- [Spiritus ubique est, ac proinde Deus.] nem & Patris proprium esse. Præterea, Spiritus Domini universum orbem replevit. Ita enim David cecinit: [Psal. 138. 7.] *Quo ibo a Spiritu tuo!* Et in Sapientia scriptum [Sap. 12. 1.] est: *Tuus enim incorruptus Spiritus est in omnibus*. Atqui universæ res factæ in divisis locis existunt, verbi gratia, sol, luna & astra, in firmamento, & nubes in aere. In hominibus quoque, nationum terminos con- [Act. 17. 26.] stituit. Angeli similiter in ministeria mittuntur: *Et venerunt Angeli Dei, ut assisterent coram Domino*, [Job. 1. 6.] uti in Job legimus. Et, *somniavit Jacob Patriar-* [Genes. 28. 12.] *cha. Et ecce scala innixa in terra, cujus cacumen ad cælum perveniebat: & Angeli Dei ascendebant & descendebant per ipsam*. Si igitur Spiritus omnia implet, & in Verbo præsens est in medio omnium; si contra Angeli hac in re illi cedunt, atque illic tantum adsunt quo mittuntur: dubium utique non est, quin Spiritus nec res facta nec Angelus sit, uti contendere audetis: sed Angelorum natura superior certe censendus est.

A 27. Enimvero rursus ex his quæ subjicimus Scripturæ verbis evidens fuerit Spiritum sanctum alios sui participes facere, non vero participem aliorum fieri. (nam eadem repetere ne sit molestum.) Nempe, *Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gu-* [Hebr. 6. 4.] *staverunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustaveruntque bonum Dei verbum*. At Angeli & ceteræ res creatæ ipsius Spiritus fiunt participes. Hæc enim ipsa est ratio cur ab eo cujus sunt participes possint excidere. Spiritus vero idem profecto semper est, quippe non ex illis rebus sit quæ participes redduntur, sed potius cujus res omnes B fiant participes. Jam vero si Spiritus idem semper est, aliosque sui participes facit: si contra res creatæ ejus fiunt participes; sane Spiritus sanctus, neque Angelus neque alia res creata, sed proprius Verbi esse existimandus est, cujus ab ipso Verbo dati res creatæ fiunt participes. Ceteroquin Filium quoque rem creatam dicere iisdem necesse esset, cujus nempe omnes in Spiritu participes facti sumus. Insuper, „unus est Spiritus sanctus, multæ autem sunt res creatæ. Nam millia millium & decies dena millia sunt Angelorum: multa pariter sunt luminaria, multi Throni, multæ Dominationes, multi cæli, multi C Cherubim, Seraphim & Archangeli, ac denique res creatæ non sunt quid unum, sed omnes multæ & diversæ sunt. Quod si igitur Spiritus sanctus unus est, si contra res creatæ multæ, & multi sunt Angeli; quænam similitudo Spiritus cum rebus factis? Constat proinde Spiritum non esse ex multis, neque etiam Angelum, sed unum esse, vel potius Verbi quod unum est, & Dei qui item unus est proprium & consubstantialem esse. Hæc certe vel sola, quæ de Spiritu sancto dicimus, si seorsim etiam considerentur, palam faciunt nihil illum commune aut proprium natura & D substantia cum rebus creatis habere: sed vere alium eum esse a rebus factis, propriumque nec alienum Filii substantiæ & divinitatis esse, propter quam cum sit sanctæ Trinitatis, illos vel invitos pudore suffundit.

28. Verumtamen haud ab re fuerit veterem in- [Vetus traditio de Spiritu sancto.] super traditionem, doctrinamque ac fidem Catholicæ Ecclesiæ investigare, quam scilicet Dominus tradidit, Apostoli prædicavere, & Patres servavere. In ea enim Ecclesia fundata est, a qua si quis exciderit, is nec esse nec amplius dici Christianus ulla ratione poterit. Itaque Trinitas sancta & perfecta est, quæ in Patre & Filio & Spiritu sancto agnoscitur, E nihilque alienum vel extrinsecus admixtum habet, neque ex creatore & re creata constat, sed tota creandi & efficiendi vi prædita est: sibi quoque similis & individua est natura, unaque ejus est efficacia & actio. Nam Pater per Verbum in Spiritu sancto omnia facit, eoque modo sanctæ Trinitatis unitas servatur. Ita unus Deus in Ecclesia prædicatur, qui est *super omnia, & per omnia &* [Ephes. 4. 6.] *in omnibus*. *Super omnia* quidem ut Pater, ut principium & fons: *per omnia* vero, nempe per Verbum: *in omnibus* denique, in Spiritu sancto. Porro Trinitas non nomine tenus & sola verborum specie F est Trinitas, sed vere & reipsa existit Trinitas. Nam sicuti vere est Pater, ita & vere est ejus Verbum quod & ipsum super omnia est Deus. Nec item Spiritus sanctus non existit, sed utique vere est & existit. Nec his minus aliquid sentit Catholica Ecclesia, ne hodiernos Judæos Caiphæ haud absimiles & Sabellium sequatur; nec his item plus aliquid comminiscitur, ne in multitudinem deorum Gentilium devolvatur. Sed ut hanc esse fidem Ecclesiæ intelligant, eos discere operæ pretium est, quonam modo Dominus mittens Apostolos, iisdem præceperit ut istud fundamentum in Ecclesia jacerent: *Euntes*, inquit, *docete omnes* [Matth. 28. 19.]

gen-

gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Profecti vero Apostoli, ita sine dubio docuerunt, atque hæc ipsa prædicatio in universam Ecclesiam quæ sub cælo est, permanavit.

29. Cum igitur istud fidei fundamentum habeat Ecclesia, nobis iterum illi respondere ne graventur: Trinitasne est, an dualitas? Si dualitas est: per me licet, Spiritum rebus creatis adjungite. At si ita est, fides vestra jam non est in Deum unum, qui sit *super omnia, per omnia*, & *in omnibus*. Nec enim *in omnibus* habebitis, si Spiritum a divinitate separetis & ab ea alienum faciatis. Vestra item initiatio, quam peragere arbitramini, si ita sentitis, non tota & integra fiet in divinitatis nomen, quippe cum rem creatam ipsi admisceatis, & velut Ariani ac Gentiles, rem creatam una cum Deo, qui eam per proprium Verbum creavit, conjungatis. Quæ autem vobis ita sentientibus spes esse possit? Vel quis vos cum Deo conjunget, qui non ipsius Dei, sed rei creatæ spiritum habetis? Quæ tandem vestra est temeritas & inconsiderantia, qui Patrem & ejus Verbum ad res usque creatas deprimitis, rursusque rem creatam Deo exæquatis? Id siquidem agitis, cum de Spiritu non secus ac de re creata cogitatis, & illum nihilominus in Trinitate collocare non veremini. Quis tantus ille vester furor, ut tam iniqua de Deo sentiatis, qui scilicet non omnes res creatas, vel omnes Angelos, sed unum dumtaxat ex illis, Deo ejusque Verbo annumeretis? Postquam enim semel Spiritum rem creatam esse censuistis, eique locum in Trinitate assignastis, non unum certe sed omnes creatos Angelos in illa quoque collocare oportuit, nec amplius Trinitatem esse, sed innumerabilem quamdam divinitatis multitudinem; ut & vestra initiatio quæ in ea fieri videtur, huc & illuc distracta, instabilis tanta diversitate redderetur. Namque ejusmodi sunt vestra & Arianorum mysteria, qui tam impia adversus divinitatem comminiscimini, & rebus creatis potius quam Deo omnium creatori servitis.

30. En ergo quæ vobis absurda ex dualitate occurrunt. Quod si Trinitas sit, uti reipsa est, quæ quidem, ut ostendimus, individua nec dissimilis est, necesse est unam ejus esse sanctitatem, unam æternitatem, immutabilemque naturam. Ut enim fides quam ejus nomine accepimus una est, & nos cum Deo conjungit: ut item qui aliquid de Trinitate detrahit, & in solo Patris vel Filii nomine baptizatur, aut sine Spiritu, in Patre & Filio, nihil accipit, sed vacuus nec initiatus ipse & is qui dare videtur, manet; siquidem initiatio nonnisi in Trinitate sita est: ita qui Filium a Patre dividit, vel Spiritum ad res usque creatas deprimit, nec Filium nec Patrem habet, sed est impius & infideli deterior, quidvisque potius quam Christianus merito ac jure putandus est. Quemadmodum enim unum est Baptisma quod in Patre & Filio & Spiritu sancto datur: ut una similiter fides est in eamdem Trinitatem, quemadmodum docet Apostolus: ita sancta Trinitas, quæ eadem in seipsa est, & secum ipsa conjuncta est, nihil in se rerum factarum habet; hæcque Trinitatis unitas individua est, unaque in eamdem fides est. Quod si uti vos, Tropici, commenti estis, non ita se res habet, sed, ut somniastis, Spiritus sanctus res creata a vobis dicitur: jam non una est fides vestra, non unum Baptisma, sed duo: unum scilicet in Patrem & Filium, aliud in Angelum qui res creata est; nihilque jam vobis firmum, nihil verum superfuerit. Quæ enim communio inter rem factam & ejus effectorem? Vel quæ societas inter res inferiores creatas & Verbum a quo productæ sunt? Certe beatus Paulus, qui ista minime ignorabat, non ut vos, Trinitatem dividit, sed ejus unitatem luculenter docet, cum de spiritualibus rebus ad Corinthios scribit, & omnia ad unum Deum Patrem tamquam ad caput hoc pacto reducit: *Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: & divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus*. Quæ enim Spiritus singulis distribuit, ea a Patre per Verbum dantur. Nam omnia quæ Patris sunt, sunt item Filii: unde ea quæ a Filio in Spiritu dantur, vera sunt Patris munera. Similiter cum Spiritus in nobis est, Verbum, a quo illum accipimus, in nobis etiam est, & in Verbo est quoque Pater, atque ita fit istud: *Veniemus ego & Pater, & mansionem apud eum faciemus*, uti jam dictum est. Ubi enim lux est, illic & splendor quoque est: ubi item splendor est, ibi similiter & ejus efficientia & splendida est gratia. Quod idem Paulus in secunda epistola Corinthios his verbis docet: *Gratia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis*. Gratia enim & donum quod in Trinitate datur, datur a Patre per Filium in Spiritu sancto. Nam quemadmodum ex Patre per Filium datur gratia, ita in nobis fieri non potest doni communicatio nisi in Spiritu sancto. Hujus siquidem participes effecti, Patris caritatem, Filii gratiam, & ipsius Spiritus communicationem habemus.

31. Ex his igitur una Trinitatis efficientia esse ostenditur. Nec enim diversa & divisa dari a singulis significat Apostolus, sed ea quæ dantur, in Trinitate dari, omniaque ex uno Deo esse. Ille igitur qui res creata non est, sed cum Filio non secus conjunctus est, ac ipse Filius cum Patre: qui item cum Patre & Filio honoratur, & cum Verbo Deus agnoscitur, nec non ea ipsa agit quæ per Verbum Pater efficit; qui res creata dici possit, nisi ab eo plane qui in Filium ipsum impius fuerit? Siquidem nihil prorsus est, quod non per Verbum fiat & agatur in Spiritu: quemadmodum etiam in Psalmis canitur: *Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Et in centesimo quadragesimo septimo Psalmo: *Emittet Verbum suum & liquefaciet ea, flabit Spiritus ejus & fluent aquæ*. Et, ut ait Apostolus, justificati sumus *in nomine Domini nostri Jesu Christi & in Spiritu Dei nostri*. Namque Spiritus a Verbo nequit dividi. Profecto cum Christus ait, *Veniemus ego & Pater*, una quoque intrat Spiritus non alio modo, quam Filius in nobis habitaturus, ut Paulus ad Ephesios scribit: *Ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem, Christum habitare*. Porro cum Filius in nobis est, Pater quoque simul est, ut Filius ipse ita testatur, *Ego in Patre, & Pater in me*. Hinc cum Verbum in Prophetis adest, illi in ipso Spiritu sancto vaticinantur. Unde cum Scriptura dicit, Et factum est Verbum ad talem Prophetam, illum in Spiritu sancto vaticinari significat. Nam in Zacharia scriptum est: *Veruntamen Verba mea & legitima mea suscipite, quæ ego mando in Spiritu meo servis meis Prophetis*. Paulo post etiam populum his verbis objurgat: *Et cor suum obstinatum statuerunt, ne audirent legem meam, & verba quæ misit Dominus omnipotens in Spiritu suo in manibus Prophetarum ejus priorum*. Petrus item in Actis ita loquitur: *Viri fratres, oportebat impleri Scripturam quam prædixit Spiritus*. Simul vero sic clamabant Apostoli: *Domine, qui fecisti cælum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, qui Spiritu sancto per os patris nostri David, pueri tui*,

Marginal notes: Qui in solo Patris aut Filii nomine, vel sine Spiritu baptizatur, nihil accipit. — Ephes. 4. 5. — 1. Cor. 12. 4. — Joan. 14. 23. — 2. Cor. 13. 13. — Psal. 6. 23. — Psal. 147 18. — 1. Cor. 6. 11. — Ephes. 3. 16. — Joan. 14. 11. — Zach. 1. 6. — Zach. 7. 12. — Act. 1. 16. — Ibid. c. 4. v. 24.

ri tui dixisti. Paulus quoque cum Romæ versaretur, Judæis ad se venientibus fidenter ajebat: *Bene Spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres vestros*. (1. Tim. 4. 1.) Et ad Timotheum hæc scribit: *Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a sana fide, attendentes spiritibus erroris*. Quocirca cum Spiritus dicitur in aliquo esse, Verbum in ipso dans Spiritum intelligitur. Hinc (Joel. 2. 28.) cum impleretur prophetia, quæ dicit: *Effundam de* (Phil. 1. 19.) *Spiritu meo super omnem carnem*, Paulus ait, *Secundum subministrationem Spiritus Jesu Christi in me*. (2. Cor. 13. 3.) Et ad Corinthios idem scribit: *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus?* Si porro Christus erat qui in eo loquebatur, manifestum est Christi fuisse Spiritum qui in illo loquebatur. Etenim cum Christus in Actis in ipso loqueretur, rursus ille di- (Act. 20. 22.) cebat: *Et nunc ecce alligatus ego Spiritu, vado in Jerusalem, quæ in ea ventura sunt mihi ignorans, nisi quod Spiritus sanctus per civitates protestatur mihi dicens, quoniam vincula & tribulationes me manent*. Unde cum Sancti dicunt, *Hæc dicit Dominus*, non aliter sane quam in Spiritu sancto loquuntur, & in Spiritu loquentes, in Christo hæc eadem loquuntur. (Act. 21. 11.) Quod si Agabus in Actis dicat, *Hæc dicit Spiritus sanctus*, non aliter item intelligendus est quam quod, cum ad ipsum factum fuisset Verbum, Spiritus suggerebat quæ in eo loqueretur, ut & quæ Paulo Jerosolymis ventura erant denunciaret. Profecto cum Spiritus Paulo iterum protestaretur, ipse Christus in eo loquebatur; ita ut Spiritus testimonium, sit quoque Verbi testimonium. Sic etiam cum Verbum in sanctam Virginem Mariam advenit, simul quoque adfuit Spiritus, & Verbum in Spiritu sibi ipsi corpus formavit & aptavit, res creatas per seipsum Patri conjungere & offerre, omniaque in illo reconciliare cupi- (Coloss. 1. 20.) ens, *pacificans sive quæ in cælis sive quæ in terris sunt*.

32. Itaque ex divinarum Scripturarum consensu evidens est Spiritum sanctum rem creatam non esse, sed proprium esse Verbi & Patris divinitatis. Sic enim Sanctorum doctrina ad sanctam & individuam Trinitatem adstruendam conspirat, eaque una est Catholicæ Ecclesiæ fides. At absurdæ Tropicorum fabulæ a Scripturis valde dissentiunt, consentiuntque omnino cum Arianorum hæresi: unde verisimile sit illos non alia de causa ita dissimulare, nisi ut facilius simplices deciperent. Sed gratiæ domino habendæ, quod, ut scribis, fictam suam cum Arianis contentionem obtegere non potuerint. (Tropici & Arianis & Catholicis invisi.) Siquidem & illorum odium in se ipsos concitaverunt, ut qui solum Spiritum non autem Verbum rem creatam esse dicant: & ab aliis omnibus reprobantur, quod liqueat vere eos bellum contra sanctum Spiritum gerere, ac proinde brevi fore mortuos, utpote Spiritu vacuos & destitutos. Nempe quia sunt animales homines, non potuerunt, ut docet beatus Apostolus, percipere quæ (1. Cor. 2. 14.) sunt Spiritus Dei, utpote qui spiritualiter dijudicarentur. At qui ea quæ sunt veritatis sapiunt, omnia quidem dijudicant, ipsi vero a nemine dijudicantur, quandoquidem Dominum in seipsis habent, qui illis & seipsum & per seipsum Patrem in Spiritu patefacit.

33. Ego itaque tametsi in solitudine degens, tamen propter eorum impudentiam qui a veritate deflexerunt, nihil omnino de illis curans, quibus forte meæ ratiocinationes infirmæ & humiles atque adeo irridendæ videbuntur, hæc pauca quę scripsi, ad tuam pietatem placuit mittere, teque vehementer rogo, ut in his legendis, alia quidem emendes, alia vero quæ infirma occurrent, mihi condones. Siquidem nihil ipse tradidi nisi secundum Apostolicam fidem, prout ea nobis a patribus tradita est, nihilque externum sum commentus, sed quod didici, juxta mentem sanctarum Scripturarum his litteris exaravi. Id enim optime cum his congruit, quæ ad veritatis confirmationem ex sanctis Scripturis adduximus. Non ergo extrinsecus accersita est hæc nostra doctrina: sed ipse Dominus Jesus Christus per seipsum quidem Samaritanam ac nos per illam deinde docuit, quam perfecta & absoluta sit sancta Trinitas, eamque individuam ac unam divinitatem existere. Id, inquam, ipsa testatur veritas, ubi Samaritanæ ait: *Crede mihi, mu-* (Joan. 4. 21.) *lier, quia venit hora & nunc est cum veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare*. Inde enim perspicuum est veritatem ipsum esse Filium, ut ipse ait, *Ego sum veritas*, (Joan. 14. 6.) quem & Propheta David his verbis invocabat: *E-* (Psal. 42. 3.) *mitte lucem tuam & veritatem tuam*. Veri igitur adoratores Patrem quidem adorabunt, sed in Spiritu & veritate, Filium videlicet & in Filio Spiritum confitendo. Nam a Filio separari non potest Spiritus, uti nec a Patre Filius, quemadmodum ipsa veritas his verbis docet: *Mittam vobis Paraclitum*, (Joan. 15. 26. & 14. 17.) *Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, quem mundus non potest accipere*, hoc est, qui eum ex Patre in Filio esse negant. Qui igitur voluerint veros imitari adoratores, eos veritatem confiteri & amplecti necesse omnino est. Quocirca illi, quos hic refellendos suscepi, si nec post hæc velint quod verum est discere, nec intelligere possint; saltem impia proferre desinant, nec Trinitatem audeant separare, ne ipsi a vita separentur; nec Spiritum sanctum inter res creatas numerent, ne quemadmodum sancti Spiritus opera Pharisæi olim Beelzebuli attribuebant, sic & illi paris audaciæ rei, hic & in futura vita æterno supplicio sine ulla spe veniæ cum illis afficiantur.

EJUSDEM AD EUMDEM

Episcopum Serapionem adversus eos qui Filium rem creatam esse contendunt.

1. EGo quidem pauca me ita scripsisse existimabam: atque adeo me ipse maximæ imbecillitatis accusabam, qui nec tantum scribere potuissem, quantum adversus eos qui in Spiritum sanctum impii sunt licet hominibus dicere. Quando vero, ut scribis, quidam ex fratribus postulaverunt ut hæc in compendium redigerentur, quo paratiores ac promtiores esse possint cum ad breviter respondendum his qui ipsos de fide nostra interrogant, tum ad impios refutandos: id ego eo majore fiducia suscepi, quod, cum recta sis præditus conscientia, si quid omissum fuerit, tu ipse non ægre supplebis. Ariani toti ad seipsos conversi, nihilque aliud neque quod extra ipsos positum est, more Sadducæorum, cogitantes, divinam Scripturam humanis ratiociniis expendunt. Cum igitur Filium, Patris sapientiam, splendorem, & Verbum esse audiunt, percontari solent, qui istud possit esse? quasi id esse non possit quod ipsi intelligere non queunt. Certe idem peræque possumus de universo mundo inquirere: Quomodo res quæ aliquando non erat, potuit fieri? Quomodo pulvis terræ potuit effici homo ratione præditus? Quomodo quod corruptioni sub-

[Psal. 23. 2.] subjectum est, incorruptum fieri potest? Quomodo terra super maria fundata est, & super flumina præparavit eam Deus? Denique nihil aliud superest quam ut ipsi sibi dicant, [1. Cor. 15. 32.] *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur*, ut videlicet corruptis illis, simul corrumpatur insana eorum hæresis.

2. Nihil igitur nisi mortale & corruptum est in hac Arianorum sententia. At veritatis sermo, quem utique illos meditari decebat, hujusmodi est: Si fons, si lux, si pater est Deus, nefas certe dictu est, vel fontem aridum, vel lucem sine splendore, vel Deum sine Verbo sive ratione esse; ne videlicet sapientiæ, rationis & splendoris expers credatur Deus. Itaque quia æternus est Pater, necesse est Filium esse quoque æternum. Quæcumque enim in Patre esse intellexerimus, non est dubitandum quin hæc eadem sint in Filio, cum [Joan. 16. 15.] ipse Dominus dicat: *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt*; & mea omnia Patris sunt. Itaque æternus [Hebr. 1. 2.] est Pater: æternus item est Filius; siquidem per illum facta sunt sæcula. Vere est Pater: vere quoque neces-[Rom. 9. 5.]sario est Filius, *qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, amen*, ut ait Paulus. Non licet de Patre dicere, fuit aliquando, cum non esset: nefas similiter est de Filio dicere, fuit aliquando, cum non esset. Omnipotens est Pater: omnipotens etiam est Filius, [Apocal. 1. 8.] Joanne dicente: *Qui est, qui erat & qui venturus est, omnipotens*. Lux est Pater: splendor & lux vera est Filius. Deus verus est Pater: Deus verus est quoque Filius. Ita enim [1. Joan. 5. 20.] scripsit Joannes: *Sumus in vero, in Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus & vita æterna*. Denique nihil habet Pater, quod non sit Filii. Idcirco enim Filius in Patre & Pater in Filio est, quia quæ sunt Patris, hæc in Filio sunt, & rursus eadem in Patre intelliguntur. [Joan. 10. 30.] Ita sane istud intelligi debet: *Ego & Pater unum sumus*, quia non alia sunt in Patre & alia in Filio, sed quæ in Patre sunt, eadem sunt in Filio. Unde quia quæ in Patre vides, vides quoque in Filio, recte illud in-[Joan. 14. 9.]telligitur, *Qui videt me, videt Patrem*.

3. His ergo ita confirmatis, impius sine dubio ille habendus est qui Filium rem creatam esse contendit. Hinc enim fateri cogetur rem creatam ipsum quoque esse fontem, unde emanat creata sapientia & Verbum in quo omnia, quæ Patris sunt, exsistunt. Præterea vel ex his comprehendi potest quam futilis sit Arianorum hæresis. Nempe quorum sumus similes, eamdem quoque quam illi naturam habemus, atque adeo consubstantiales sumus. Quia igitur homines similes sumus & eadem nobis est natura: sumus idcirco invicem consubstantiales. Eadem enim omnibus est mortalitas, corruptio, mutabilitas, & origo ex nihilo. Angeli pariter inter se aliaque omnia naturæ similitudine secum conveniunt. Scrutentur ergo homines plus æquo curiosi, si inter Filium & res creatas intersit aliqua similitudo, vel si ea, quæ in Filio sunt, in rebus factis reperire possint, quo illis liceat Verbum Dei rem creatam appellare. Verum id nunquam invenient viri perquam temerarii atque a vera pietate aberrantes. Nam in rebus creatis nihil est omnipotens, nullaque in alterius sed solius Dei [Psal. 18.] est potestate. Siquidem *cæli enarrant gloriam Dei*. [Psal. 23.] Et, *Domini est terra & plenitudo ejus*. [Psal. 113. 3.] *Mare vidit & fugit*. [Psal. 102. 20.] Omnia denique creatori famulantur, faciuntque verbum ejus, & ejus mandato obediunt. At Filius omnipotens est, ut Pater, quod utique & scriptum & ostensum est. Item nihil inter res creatas natura immutabile est. Siquidem quidam ex [Jud. 6.] Angelis ordinem suum non servaverunt, & [Job. 25. 5.] *stellæ*

[A] *non sunt mundæ in conspectu ejus*: Diabolus e cælis cecidit, Adam prævaricatus est: postremo cunctæ res mutantur. Filius vero immutabilis est ut Pater, id Paulus ex centesimo-primo Psalmo his verbis docet: *Et tu in principio, Domine, terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli: ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes ut vestimentum veterascent, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient*. [Hebr. 1. 10.] Et iterum: *Jesus Christus heri, & hodie: ipse & in sæcula*. [Ibid. 13. 8.]

4. Præterea quicquid est factum, factum est cum antea nihil esset. Nam terram, quæ antea nihil erat, fecit. [B] Et qui *vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*. [Rom. 4. 17.] Atqui res factæ, sunt item creatæ. Idcirco enim initium existendi habent. Nam *in principio fecit Deus cælum & terram*, [Genes. 1. 1.] nec non omnia quæ in eis sunt. Et iterum: *Manus mea fecit hæc omnia*. [Esai. 66. 2.] Filius autem, ut Pater Deus est super omnia, quod quidem probatum est; nec est res quæ fit, sed ipse res facit: nec denique creatur, sed ipse Patris opera creat & facit. Nam per ipsum & sæcula & omnia [Hebr. 1. 2. Joan. 1. 3.] facta sunt, & sine ipso factum est nihil: atque, ut Apostolus ex Psalmo ostendit, ipse initio terram [Psal. 101. 26.] fundavit, & opera manuum ejus sunt cæli. [Hebr. 1. 10.] Insu-[C]per, nulla res creata natura Deus est, sed singulæ quod factæ sunt, idipsum appellatæ sunt: hinc alia, cælum: alia, terra dicta est: aliæ, luminaria: aliæ, astra: aliæ, maria, abyssi & quadrupedes, aliaque, homo: ut & ante res illas Angeli, Archangeli, Cherubim, Seraphim, Virtutes, Principatus, Potestates, Dominationes, Paradisus: atque ita res illæ singulæ perseverant. Quod si nonnulli dii appellati sunt: certe non ex natura, sed quod Filii participes facti sint, id nomen sunt consecuti. Sic enim ipse ait: *Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est*. [Joan. 10. 35.] [D] Unde quia natura non sunt dii, fit aliquando ut quidam mutentur, hæcque audiant: *Ego dixi; dii estis & filii Excelsi omnes. Vos autem, sicut homines, moriemini*. [Psal. 81. 6.] Talis ille erat cui dictum est: *Tu vero homo es & non Deus*. At Filius, Deus verus est, non secus ac Pater. In ipso siquidem est, & Pater in Filio, quemadmodum Joannes scripsit, uti ostensum est. David autem psallit: *Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi. Virga æquitatis, virga regni tui*. [Psal. 44. 7.] Et Propheta Esaias clamat: *Laboravit Ægyptus, & negotiatio Æthiopiæ & Sabaim viri excelsi ad te transibunt, & te sequentur vincti manicis, & adorabunt* [Esai. 45. 14.] [E] *te, quia in te Deus est. Tu enim es Deus Israel, & nesciebamus*. Quis vero Deus est, in quo est Deus, nisi Filius qui dicit: *Ego in Patre, & Pater in me est?* [Joan. 14. 10.]

5. Quæ cum ita se habeant ac conscripta sint, quis non videt Filium Patri esse consubstantialem, quandoquidem nihil simile habet cum rebus creatis, sed quæcumque sunt Patris, sunt etiam Filii? Quemadmodum enim si quam cum rebus creatis similitudinem & cognationem haberet, illis consubstantialis esset: ita quia ab iisdem secundum substantiam alius est, propriumque Patris est Verbum, nec alius ab illo est: cum item omnia quæ Patris sunt, ejusdem [F] propria sint; verum sane est eum Patri consubstantialem esse. Hæc siquidem fuit mens & sententia Patrum, cum in Nicæna Synodo Filium consubstantialem & ex substantia Patris esse confessi sunt. [Quonam sensu Patres Nicænæ Synodi Filium Patri esse consubstantialem definierint.] Recte enim perspexerunt nullam creatam substantiam posse unquam dicere: *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt*. [Joan. 16. 15.] Nam cum existendi initium habeat, eam & proprie esse & semper fuisse dici nequit. Ac proinde quia hæc Filio conveniunt, & omnia, quæ Patris esse dictum est, Filii quoque sunt; necesse est Filii substantiam non esse creatam, sed Patri consubstantialem. Unde cum alias ob causas tum certe idcirco creata di-

ci non potest substantia, quod proprietatum Dei capax sit. Proprietates autem ejus appello, ex quibus Deus cognoscitur, ut quod sit omnipotens, quod proprie sit, quod sit immutabilis, aliaque superius dicta, ne videlicet ipse Deus rebus creatis, uti volunt insipientes, consubstantialis esse videretur, ea nempe habens quæ illæ habere possent.

6. Sic autem etiam refutari potest eorum impietas qui Dei Filium rem creatam esse pugnant. Nempe fides nostra est in Patrem, Filium & Spiritum sanctum,
Matth. 28. 19. ipso Filio ad apostolos dicente: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Quibus sane verbis usus est, ut ex his quæ novimus, ea quæ dicta sunt intelligeremus. Quemadmodum ergo patres non opifices sed genitores appellamus, ac proinde nemo nos a patribus creatos, sed patrum esse natura filios & consubstantiales dicere possit: ita si Pater est Deus, profecto Pater est Filii qui sit
Exod. 36. 1. natura filius ipsique proinde consubstantialis. Hinc Abraham non creavit sed genuit Isaac. Beseleel autem & Eliab non genuerunt, sed fecerunt omnia opera quæ in tabernaculo erant. Similiter navium & ædificiorum fabricatores non gignunt quæ faciunt: sed illi quidem navem, hi domum construunt. Sic item Isaac non fecit, sed genuit sibi natura consubstantialem Jacob, ut & Jacob Judam ac fratres ejus. Quocirca ut is sana mente non esset, qui domum vel navem opifici esse consubstantialem diceret: ita profecto fateri convenit omnem filium suo patri esse consubstantialem. Quapropter si vere & Pater & Filius est, necesse omnino est Filium natura & veritate filium, hoc est Patri consubstantialem esse, quod quidem multis de-
Psal. 148. 5. monstratum est. Certe de operibus dicitur: *Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt*. De Filio
Psal. 44. autem: *Eructavit cor meum Verbum bonum*. Daniel quoque Filium Dei optime noverat: noverat & Dei opera. Itaque Filium quidem flammas fornacis rore
Daniel. 3. 57. irrigantem vidit: at cum de operibus dixisset, *Benedicite omnia opera Domini Domino*, singulas quidem res creatas enumeravit: sed inter eas Filium minime collocavit: quippe qui non esset nescius, illum opus non esse, sed per ipsum facta esse opera, eumque in Patre laudari & superexaltari. Igitur quemadmodum Dei cognitio per ipsum Verbum habetur: ita per ipsum & in ipso benedictio, laus, gloria & potentia Patri concinitur, quo grata & accepta sit hujusmodi confessio, sicuti Scripturæ testantur. Itaque cum ex multis rationibus, tum ex istis perspicuum & evidens est impium eum esse quicumque Dei Verbum rem creatam esse contendit.

Prov. 8. 22. 7. Verum cum maxime his Proverbiorum verbis niti videantur, *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*, atque ad hunc modum concludant: ecce igitur creavit, ac proinde res est creata; e re sane fuerit ex hoc etiam loco ostendere quantum illi hallucinentur, & a scopo divinæ Scripturæ aberrent. Enimvero si Filius est: res creata ne dicatur: sed si res est creata, Filius non appelletur. Namque supra probatum est, quantum esset rei creatæ & Filii discrimen. Deinde, cum initiatio sive Baptismus non in nomine creatoris & rei creatæ, sed in nomine Patris & Filii perficitur, necesse est Dominum non rem creatam sed Filium vocari. At, inquiunt, an non id scriptum est? Ita sane scriptum est & necessario dictum: sed hæretici quod bene dictum est, male profecto intelligunt. Si enim Christianismi formam & characterem intelligerent cognoscerentve, Dominum gloriæ rem creatam esse nequaquam dicerent, neque quod recte scriptum est, illis instar scopuli esset. Hi
Psal 81. 5. igitur *nescierunt neque intellexerunt*, quam ob rem, uti scriptum est, *in tenebris ambulant*. Verumtamen

A rem explicare necesse est, cum ut illi etiam hoc in loco desipere convincantur, tum ne nos ipsi refutationem illorum impietatis prætermisisse videamur, ac denique fortasse ut iidem ipsi quoque resipiscant. Is est ita- *Christianæ fidei character.*
que Christianæ fidei character, Filium Dei, qui Verbum Deus est, (nam *in principio erat Verbum & Deus* Joan. 1. 1.
erat Verbum) qui sapientia & virtus Patris est, (Chri- 1. Cor. 1. 24.
stus enim Dei virtus & Dei sapientia) in fine sæculorum hominem propter nostram salutem factum esse. Joannes enim qui dixit, *In principio erat Verbum*, mox
subjecit, *& Verbum caro factum est*, quod idem est ac Joan. 1. 14.
si diceret, homo factus est. Quin etiam ipse Dominus
B de seipso ajebat: *Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum?* Paulus vero ab Joan. 7. 19. Ibid. 8. 40.
eodem doctus scribit: *Unus Deus, unus & mediator* 1. Tim. 2. 5.
Dei & hominum, homo Christus Jesus: homo, inquam, factus, qui rebus humanis optime administratis, & morte, cujus rei eramus, fugata ac destructa, jam ad dextram Patris sedet, in quo & ipse est, & Pater in ipso sicuti fuit & est semper.

8. Hæc ergo vera est Christianæ fidei forma ex Apostolis per patres derivata. Ceterum qui Scripturæ lectioni vacat, perpendere & discernere debet, quandonam de divinitate Verbi loquatur, quando vero de
C humanis ejus actis: ne alia pro aliis intelligendo hallucinemur, quod utique Arianis accidit. Quemadmodum igitur nos qui Verbum agnoscimus, novimus
quoque quod *omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso* Joan. 1. 3.
factum est nihil. Et, *Verbo Domini cæli firmati sunt*. Et, Psal. 32. 6. Psal. 106. 20.
mittit Verbum suum & sanat omnia. Similiter illum sa- Prov. 3. 19. Psal. 103.
pientiam esse agnoscentes, Deum sapientia fundasse 24.
terram, & Patrem omnia in sapientia fecisse certum habemus. Ipsum itidem Deum confitentes, Christum esse credimus. Nam *sedes tua, Deus*, canit Da-
vid, *in sæculum sæculi. Virga æquitatis, virga re-* Psal. 44. 7.
D *gni tui. Dilexisti justitiam & odisti iniquitatem. Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ con-*
sortibus tuis. Ipse vero in Esaia de seipso dicit: *Spi-* Esai. 61. 1.
ritus Domini super me, cujus causa unxit me. Petrus
autem confessus est, quia *tu es Christus Filius Dei* Matt. 16. 16.
viventis. Ita, eum hominem factum esse scientes, non negamus quæ de illo humanitus sunt dicta, qualia sunt esurire, sitire, alapis percuti, lacrymari, dormire, ac demum mortem pro nobis in cruce suscipere. Hæc enim omnia de illo scripta sunt. Illud quoque verbum, *creavit*, quod quidem hominibus convenit, non reticuit Scriptura, sed
E expressit. Nos enim homines creati & facti sumus. Sed quemadmodum cum audimus, esurivit, dormivit, alapis percussus est, ejus divinitatem non negamus: sic cum hanc vocem, *creavit*, audimus, meminisse æquum est eum qui Deus erat, hominem creatum esse. Siquidem hominum proprium est creari, ut & cetera supra allata, esurire & similia.

9. Istud quoque recte dictum est, quod male ab
illis intelligitur, nempe, *De die autem illo vel ho-* Marc. 13. 32.
ra nemo scit, neque Angeli, neque Filius. Hæc, inquam, rectam continent sententiam. At illi ex
F his verbis, *neque Filius*, putant cum ille se ignorare asseverat, rem creatam se esse significare. Verum non ita est, absit. Etenim quemadmodum cum dixit, *creavit me*, humanam naturam designabat: ita cum ait, *neque Filius*, eamdem humanam naturam denotabat. Et quidem causa cur ita locutus sit, valde consentanea est. Quia enim homo factus est, uti scriptum est, & hominum proprium sit ignorare, ut & esurire ceteraque id genus: (namque nihil homines cognoscunt nisi audierint & didicerint) idcirco hominum ignorantiam, quatenus homo factus, præ se ferre voluit: primum quidem ut osten-

deret

deret se vere corpus humanum habere; deinde ut hominum ignorantiam in corpore gerens, naturam humanam ab omnibus liberaret & purgaret, perfectamque ac sanctam Patri exhiberet. Quid igitur Arianis superest quod possint opponere? Quid novi ad obganniendum excogitabunt? Siquidem dilucide ostendimus eos has voces non intelligere, *Dominus creavit me in opera sua*: &, *de die autem illo nemo scit neque Angeli, neque Filius*. Etenim ut hoc verbo, *creavit*, humanam naturam significat, quia vere homo (Joan. 10. 30.) factus & creatus est: ut item cum ait, *Ego & Pater* (Joan. 14. 9.) *unum sumus*, &, *Qui videt me, videt & Patrem*, &, *Ego in Patre & Pater in me*, suam æternitatem & con-

A substantialitatem cum Patre denotat; ita hæc verba, *Nemo scit neque Filius*, tanquam homo usurpat, quia nempe proprium hominum sit ignorare. Enimvero (Mat. 11. 27.) ille qui dicit, *Nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater*, multo magis res creatas idem noverit. Hinc Discipuli apud Joannem Domino ajebant: *Nunc scimus quia scis omnia*. Itaque manife- (Joan. 16. 30.) stum est nihil plane esse quod Christus ignoret, cum ipse sit Verbum per quod omnia facta sunt. Quocirca quia dies illa aliquid est ex omnibus, non dubium est quin per ipsum ipsa quoque futura sit, etiamsi Ariani præ sua ignorantia sexcenties dirumpantur.

EPISTOLA

Ejusdem ad eumdem Serapionem Episcopum, de Spiritu Sancto.

1. ADMIRABERE forsitan, quare cum jussus sim Epistolam de Sancto Spiritu in compendium redigere, remque paucis explicare, me videas tamen eam pertractare supersedentem adversus eos scribere qui de Filio Dei impie sentiunt, dicuntque rem creatam illum esse. At perspectum est mihi te nequaquam reprehensurum, ubi causam didiceris; imo potius rem probatam fore pietati tuæ, cum viderit quam consentanea ratione ductus sim. (Joan. 16. 13.) Enimvero quia ut ait ipse Dominus: *Paracletus non loquetur a semetipso: sed quæcumque audiet lo-* (Joan. 20. 22.) *quetur, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis*. Quia item cum insufflasset, ex seipso dedit illum (Joel. 2. 29.) Discipulis: eoque pacto illum Pater effudit super omnem carnem, sicut scriptum est: idcirco jure ac merito ante a me de Filio Dei actum scriptumque est; ut ex cognitione Filii, valeamus & Spiritus sancti rectam assequi notitiam. Qualem enim scimus proprietatem esse Filii ad Patrem, eandem ad Filium habere Spiritum sanctum comperiemus. Et quemadmodum Filius dicit: *Omnia* (Joan. 16. 15.) *quæcumque habet Pater, mea sunt*, ita hæc omnia per Filium in Spiritu esse deprehendemus. Ac sicut Pa- (Matth. 3. 17.) ter Filium his verbis indicat: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*; ita quoque Filii est Spi- (Galat. 4. 6.) ritus: *Misit enim*, ait Apostolus, *Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem, Abba Pater*. Et quod mirabile est, quemadmodum Filius dicit: Quæ mea sunt, Patris sunt; sic Patris est Spiritus sanctus, qui dictus est esse Filii. Siquidem ipse Filius ait: *Cum venerit* (Joan. 15. 26.) *Paracletus quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis qui a Patre procedit, ille testimonium perhibe-* (1. Cor. 2. 11.) *bit de me*. Paulus autem scribit: *Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: ita & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei, qui est in ipso. Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis*. Quin & in tota divina Scriptura reperies, Spiritum sanctum qui dicitur Filii, eumdem dici esse Dei: quod in superioribus scriptum a nobis est. Proinde si Filius, propter suam proprietatem ad Patrem, & quod sit ejus substantiæ proprius fetus, non est creatura, sed Patri consubstantialis; sic nec Spiritus sanctus fuerit creatura: quin etiam qui hoc dicit impius est, ob proprietatem scilicet ejus ad Filium; & quia ex ipso datur omnibus, & quæ habet ille Filii sunt.

Spiritus sanctus per Filium cognoscendus.

Spiritus sanctus Patris est sicut & Filii.

2. Sat quidem hæc fuissent ad persuadendum vel cuivis contentioso, ne post hæc diceret creaturam esse Dei, eum qui est in Deo, quique profunda Dei scrutatur, & ex Patre per Filium datur: ne hinc adigeretur ut Filium quoque diceret creaturam, qui est Verbum, sapientia, figura, splendor: quem qui videt, videt

Qui Spiritum creaturam dicit & Filium dicat necesse est.

B & Patrem; ac ne deinceps audiret: *Qui negat Filium,* (1. Joan. 2. 23.) *neque Patrem habet*. Ejusmodi quippe homo paulatim progrediens dicturus est ut ille insipiens: *Non est* (Psal. 13. 1.) *Deus*. Attamen ut pluribus argumentis impii convincantur, operæ pretium fuerit, ex quibus Filius demonstratur non esse creata res, ex iisdem probare nec Spiritum sanctum esse rem creatam. Ex non exstantibus sunt res creatæ, & initium habent existendi: nam, *In principio fecit Deus cælum & terram*, (1. Gen. 1.) & quæ in illis sunt. At Spiritus sanctus ex Deo est diciturque, ut ait Apostolus. Quod si Filius quia non est ex non exstantibus, sed ex Deo, non pot- C est esse creatura: ergo nec Spiritus sanctus est creatura: quandoquidem in confesso est eum ex Deo esse. Nam creaturæ sunt ex non exstantibus.

3. Rursum unctio & signaculum dicitur & est Spiritus sanctus. Scribit enim Joannes: *Et vos* (1. Joan. 2. 27.) *unctionem quam accepistis ab eo manet in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio ejus, spiritus ejus docet vos de omnibus*. In Esaia vero Propheta scriptum est: *Spiritus Domini* (Esai. 61. 1.) *super me, eo quod unxerit me*. Paulus autem sic scribit: *In quo & credentes signati estis*: Et iterum, *No-* (Ephes. 1. 13.) (Ephes. 4. 30.) D *lite contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis, in diem redemtionis*. Creatæ autem res in hoc unguntur & signantur: quod si creatæ res in hoc unguntur & signantur, nequaquam creatura fuerit Spiritus: neque enim simile est quod ungit iis quæ unguntur. Etenim hæc unctio flatus est Fi- (2. Cor. 2. 15.) lii; ut qui habet Spiritum dicat: *Christi bonus odor sumus*. Porro signaculum Filium exprimit, ita ut quod signatur Christi formam habeat, di- (Galat. 4. 19.) cente Apostolo: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis*. Quod si Spiritus bonus odor & forma Filii est, palam est E Spiritum non esse creaturam, quandoquidem nec Filius, cum in forma Patris sit, est creatura. Sicut enim qui videt Filium videt Patrem; sic qui habet Spiritum sanctum, habet & Filium, & si habet illum, templum est Dei, ut Paulus scri- (1. Cor. 3. 16.) bit: *Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis*. Joannes autem ait: *In hoc* (1. Joan. 4. 13.) *cognoscimus, quoniam in Deo manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu suo dedit nobis*. Quod si Filium quia in Patre est, & Pater in ipso, confiteamur non esse creaturam; prorsus necesse est, nec Spiri- F tum esse creaturam: in ipso namque Filius est, & ipse in Filio. Quapropter qui Spiritum accipit, templum Dei est. Rursum hinc rem animadvertere licet, si Filius, Dei Verbum est, unus est sicuti Pater. *Unus enim Deus ex quo omnia, & unus Do-* (1. Cor. 8. 6.) *minus Jesus Christus*: ideoque unigenitus Filius di-

ctus

ctus scriptusque est: creaturæ autem multæ ac variæ sunt, Angeli, Archangeli, Cherubim, Principatus, & cetera, uti dictum est. Quod si quia Filius non est multorum, sed unus est, sicuti Pater est unus, non est creatura; ergo nec Spiritus sanctus (oportet enim ex Filio Spiritus sancti assequi notitiam) creatura fuerit. Non enim multorum est, sed unus est & ipse.

1. Cor. 12. 11. & 13. 4. Et hoc probe norat Apostolus qui ait: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult*: & paulopost: *In uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus: & omnes una Spiritu potati sumus*. Ac rursum, quoniam ex Filio Spiritus cognitio accipienda est, convenit etiam ex ipso demonstrationes proferre. Igitur ubique Filius est cum in Patre sit, & Pater in ipso. Nam omnia tenet & complectitur: scriptumque est (Coloss. 1. 17.): *In ipso omnia constant* cum visibilia tum invisibilia, *& ipse est ante omnes*. Creaturæ autem in divisis sunt locis: sol quidem & luna ceteraque luminaria in firmamento, in cælo Angeli, & homines in terra. Quod si Filius cum non in divisis locis, sed in Patre sit, ubique est, & cum extra omnia sit, non est creatura, consequenter nec Spiritus sanctus creatura fuerit, cum non sit in divisis locis, sed omnia impleat, ac extra omnia sit. Ita enim scriptum est (Sap. 1. 7.): *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*: Davidque canit (Psal. 138. 7.): *Quo ibo a Spiritu tuo*, quasi non sit ipse in loco, sed extra omnia, atque in Filio sit, sicut Filius est in Patre: ideo enim nec ipse creatura est, ut demonstratum fuit. Ad hæc omnia, hinc validius confutabitur Ariana hæresis, ac rursum ex Filio perspicua fiet Spiritus sancti cognitio. Creator itaque est Filius sicuti Pater (Joan. 5. 19.): *Quæ enim*, inquit, *video Patrem facientem, hæc & ego facio*. *Omnia* igitur (Joan. 1. 3.) *per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Si vero Filius creator cum sit quemadmodum Pater, non est creatura: & si, quia omnia per ipsum creantur, non est ipse ex rebus creatis: ergo nec Spiritus sanctus creatura est. Quandoquidem de illo scriptum est Psalmo centesimo tertio (Psal. 103. 29.): *Auferes Spiritum eorum & deficient, & in pulverem suum revertentur. Emittes Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ*.

5. Cum hoc igitur ita scriptum sit, manifestum est, Spiritum non esse creaturam, sed in creando adesse. (Pater per Verbum in Spiritu creat omnia.) Pater enim per Verbum in Spiritu creat omnia, quandoquidem ubi Verbum, illic & Spiritus: & quæ per Verbum creantur, habent ex Spiritu per Filium vim existendi. Ita enim scriptum est trigesimo secundo Psalmo (Psal. 32. 6.): *Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Nimirum ita Spiritus indivisus est a Filio, ut ex supra dictis nullus supersit dubitandi locus. Quando namque Verbum factum est ad Prophetam, quæ a Verbo prodibant, in Spiritu loquebatur Propheta. Sic enim scriptum est, in Actibus Petro dicente (Act. 1. 16.): *Viri fratres, oportebat impleri scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus*: apud Zachariam vero cum Verbum ad illum factum esset, scriptum est (Zach. 1. 6.): *Veruntamen verba mea, & legitima mea suscipite, quæcumque ego præcipio in Spiritu meo, Prophetis*. Et paulopost (Zach. 7. 12.) populum coarguendo hæc ait: *Cor suum posuerunt inobsequens, ne audirent legem meam, & verba quæ misit Dominus omnipotens, in Spiritu suo, per manus Prophetarum priorum*. Item Christo loquente in Paulo ut ipse ait (2. Cor. 13. 3.): *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christi?* Nihilominus Spiritum sanctum habebat ille, qui sibi verba suppeditaret: sic enim ipse scribit (Philip. 1. 19.): *Secundum subministrationem Spiritus Jesu Christi in me*. Rursumque Christo in se loquente ait (Act. 20. 23.): *Nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur dicens, quoniam vincula & tribulationes me manent*. Non enim extra Verbum est Spiritus: sed cum sit in Verbo, per ipsum in Deo est; ita ut dona in Trinitate tribuantur. (Dona in Trinitate tribuantur.) Nam in horum divisione, ut ad Corinthios scribit, idem Spiritus est, & idem Dominus, idemque Deus qui operatur omnia in omnibus. Ipse namque Pater per Filium in Spiritu operatur & dat omnia.

6. Sane cum Corinthiis bene precaretur, in Trinitate precabatur, his verbis (2. Cor. 13. 13.), *Gratia Domini Jesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis*. Nam cum participes simus Spiritus, Verbi gratiam habemus, & in ipso, Patris caritatem. Porro ut una est Trinitatis gratia, sic indivisa est Trinitas: quod etiam videre est in ipsa sancta Maria. Angelus enim Gabriel missus ut annunciaret illi Verbi descensum in illam fore (Luc. 1. 35.): *Spiritus sanctus*, ait, *superveniet in te*: sciens in Verbo esse Spiritum, proindeque statim addidit, *Et virtus Altissimi obumbrabit tibi*. (1. Cor. 1. 24.) *Christus enim Dei virtus & Dei sapientia est*. (Spiritus est in Deo per Verbum.) Cum autem Spiritus sit in Verbo, palam est, etiam in Deo per Verbum esse Spiritum. Et ita Spiritu ad nos veniente, venient Filius & Pater (Joan. 14. 23.), & mansionem apud nos facient. Indivisa namque est Trinitas, & una ejus Divinitas: & unus Deus super omnia, per omnia & in omnibus. Hæc est Catholicæ Ecclesiæ fides. In Trinitate enim ipsam fundavit & radicavit Dominus, qui ait Discipulis (Matth. 28. 19.): *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Quod si Spiritus creatura esset, non eum cum Patre copulasset: ne Trinitas sibi ipsi dissimilis esset, si extraneum quidpiam & alienum ipsi adjungeretur. Quid enim Deo deerat, ut quicquam diversę substantię assumeret, & cum illo glorificaretur? Absit. Non ita se res habet. *Plenus sum*, ait ipse (Esaia 1. 11.). Idcirco ipse Dominus, cum nomine Patris sui illum copulavit; ut ostenderet, non ex diversis, id est ex creatore & creatura, sanctam Trinitatem constare; sed unam ejus divinitatem esse. Hoc cum didicisset Paulus, docebat unam esse, quæ in ipsa (Trinitate) daretur, gratiam, dicens (Ephes. 4. 5.): *Unus Dominus, una fides, unum baptisma*. Ut autem unum baptisma, sic & una fides. Qui enim credit in Patrem, novit in Patre Filium, & Spiritum non extra Filium: & ideo credit & in Filium & in Spiritum sanctum; quandoquidem una est Trinitatis divinitas, quæ ex uno Patre cognoscitur.

7. Hæc est catholicæ fidei forma. Qui autem blasphemant in Spiritum, & dicunt ipsum esse creaturam, si ex iis quæ dicta sunt non resipiscunt, vel ex iis quæ dicenda sunt pudore afficiantur. Si Trinitas est & in Trinitate sita est fides, dicant num semper Trinitas fuerit, vel an fuerit cum non esset Trinitas. Si itaque sempiterna est Trinitas, non ergo creata res est Spiritus, qui semper Verbo coexistit in ipsoque est. Nam erat cum creaturæ non essent. Quod si creatura est, cum creaturæ sint ex non extantibus, palam est fuisse cum non esset Trinitas, sed dualitas: quo quid magis impium quis dixerit? Ex mutatione & profectu dicunt constare Trinitatem, ac dualitatem quidem esse, sed exspectare creaturæ productionem, ut cum Patre & Filio copuletur & fiat Trinitas. Absit ut quid hujusmodi vel in mentem unquam Christianorum cadat. Quemadmodum enim Filius cum semper sit, non est creatura; sic quoniam semper est Trinitas, in ea nulla est creatura, atque adeo non est creatura Spiritus. Sicut enim semper fuit, ita & nunc est: & sicut nunc est, ita semper fuit, estque Trinitas, & in ipsa Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Et unus est Deus Pater, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus: qui est benedictus in sæcula. Amen. Ego quidem, ut significasti, hæc paucis conscripta ad te misi.

misi. Tu vero prudens cum sis, si quid in his deerit, id, quæso, suppleas, & domesticis fidei legas: eos autem, qui per contentionem blasphemant, redarguito. Fortasse vel sero tandem resipiscentes, ante insitum errorem abstergent ab anima sua. E re enim fuerit A eorum, ut scriptum est, resilire, nec comperendinare: ne si permaneant, audiant quod dictum est a Domino: *Quicumque dixerit verbum contra Spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Mat. 12. 32.

EJUSDEM AD EUMDEM

Serapionem Epistola item de sancto Spiritu.

1. Legi Epistolam a tua pietate modo scriptam, vehementerque admiratus hæreticorum impudentiam, animadverti nihil æque illis conveni- Tit. 3. v. 10. re ac Apostoli præceptum: *Hæreticum hominem, post unam & secundam correptionem, devita: sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus.* Perversam enim mentem cum habeat, non ideo sciscitatur ut cum audierit obtemperet, neque ut cum didicerit, resipiscat; sed eorum causa quos ipse decepit, ne scilicet, si taceat, ab ipsis quoque damnetur. Erant sane quæ prius dicta sunt satis: sufficiebant illa tot tantaque argumenta sibi opposita, ut finem facerent blas- C phemandi in Spiritum sanctum. Verum non sat illis fuit, sed rursum impudenter sese gerunt, ut hinc palam faciant se exercitatos ad pugnandum cum Verbo, tandemque Spiritum sanctum oppugnantes, brevi fore insipientia sua mortuos. Profecto etiam si quis ad hujusmodi eorum interrogationes respondeat, nihilo minus malis excogitandis incumbent; eo solum ut quærentes non inveniant, vel audientes non intelligant. Cujusmodi porro sunt callidæ ipsorum interrogationes? Si Spiritus sanctus non sit creatura, ergo, ajunt, filius est, & fratres duo sunt D Verbum atque ipse. Postea subsumunt, ut scribis: Hæreticorum argumenta adversus Spiritum sanctum. Si Spiritus sanctus a Filio accipiet, & ab ipso datur, (ita enim scriptum est,) & protinus inferunt: argn avus est Pater, & nepos ejus est Spiritus.

2. Quia hæc audiens, Christianos, & non potius paganos illos existimabit? Nam talia pagani adversum nos inter se colloquuntur. Quis volet ad ejusmodi illorum insaniam respondere? Mihi sane multa mecum reputanti, ac quærenti congruentem illis responsionem, nulla occurrit præter illam quæ tunc Pharisæis data est. Quemadmodum enim eos malo animo sciscitatos, vicissim Servator interrogavit, ut mentis suæ perver- E sitatem ipsi sentirent; sic quoniam & isti talia percontantur, dicant nobis ipsi, vel potius respondeant interrogati, quemadmodum ipsi interrogant. Quandoquidem enim, dum loquuntur, inventa non intelligunt sua, fortasse vel audientes, insaniam suam agnoscent. Si Spiritus sanctus non est creatura, ut in superioribus demonstratum est, sed in Deo est, & ex Deo Hæc confer cum superioribus Epist. 1. n. 15. datur: ergo filius est ipse, & duo sunt fratres ipse & Filius: & si Filii est Spiritus, atque a Filio omnia accipit Spiritus, ut ait ipse, & *cum insufflasset dedit* Joan 20. 22. *illum Discipulis*: nam & vos hæc fatemini: ergo avus est Pater & nepos ejus est Spiritus. Quæ enim sciscitantes a nobis quæritis, de iisdem vos, & ex iisdem F interrogari æquum est. Quod si quæ scripta sunt negatis: non ultra Christiani dicendi estis, & par est ut nos, utpote Christianos, interrogetis. Sin eadem quæ nos legitis, necesse est vos quoque de iisdem sic a nobis interrogari. Dicite igitur & ne cunctemini, an Filius est Spiritus & avus Pater? Quod si ratiocinantes, ut Pharisæi illi, dixeritis apud vosmetipsos: Si dicamus, Filius est, audiemus: Ubinam id scriptum est? Sin dixerimus, non est Filius, timemus ne 1. Cor 2. 12. dicant nobis: Cur ego scriptum est: *Nos non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est?* Sin autem apud vosipsos decertantes, vos quoque dicatis, Nescimus: consentaneum est & eum, quem de re ejusmodi interrogastis, silere, obtemperantem ei qui dicit: *Ne respondeas stulte juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis: sed responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.* Prov. 26. 4. Responsio autem quæ vobis maxime convenit, est silentium; ut vestram ignorantiam deprehendatis.

3. Rursum igitur æquum est ex iis quæ vos affertis, vos sic interrogare. Quandoquidem Prophetæ in Spiritu Dei loquuntur, & in Esaia Spiritus sanctus prophetat, ut in superioribus demonstratum est: ergo Spiritus est Verbum Dei, duoque Verba sunt, Spiritus videlicet & Filius. Etenim Prophetæ tunc prophetabant, quando Verbum Dei ad illos fiebat. Ad hæc, quandoquidem omnia per Verbum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & *Deus sapientia fundavit terram*, Prov. 3. 19. & omnia in sapientia fecit: scriptumque est (ut in superioribus declaratum est) *Emittes Spiritus tuum & creabuntur*: Psal. 103. 30. ergo aut Spiritus Verbum est, aut in duobus fecit Deus omnia, in Sapientia & in Spiritu: & cur, quæso, Paulus ait: *Unus Deus ex quo omnia, & unus Dominus per quem omnia?* 1. Cor. 8. 6. Iterumque: *Cum Filius sit imago Patris invisibilis*, Coloss. 1. 15. est autem Spiritus imago Filii, scriptum est enim: *Quos præscivit & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui*: Rom. 8. 29. igitur hac ratione avus est Pater. Et quoniam Filius quidem in nomine Patris venit, *Spiritus autem sanctus*, ait Filius, *quem mittet Pater in nomine meo*: Joan. 14. 26. ergo & hoc quoque modo avus est Pater. Quid ad hæc responsuri estis, licet nmnia temere dicatis? Quid ratiocinamini apud vosmetipsos? An cum advertatis vos hæsitare, ejusmodi quæstiones reprehenditis? Sed prius vos ipsns coarguite (nam talia quærere consuevistis) Scripturisque obtemperate, & cum non suppetant quæ respondeatis, discite posthac, Spiritum in Scripturis numquam vocatum esse filium, sed Spiritum sanctum, & Spiritum Dei. Quemadmodum autem Spiritus nnn vocatus est filius; sic neque de Filio scriptum est: Ipse est Spiritus sanctus. Num igitur quia Spiritus non vocatus est filius, & Filius non est Spiritus, ideo dissentit a veritate fides? Absit. Quin potius unumquodque eorum quæ indicantur, habet propriam significationem. Etenim Filius substantiæ ac naturæ Patris propria In Patre & Filio & Spiritu sancto una divinitas. est proles, & hoc revera significat: item, Spiritus qui Dei dicitur, & in ipsn est, non alienus est a Filii natura, nec a Patris divinitate. Ideo enim in Trinitate, scilicet in Patre & in Filio & in ipso Spiritu sancto una est divinitas, & in ipsa Trinitate unum est baptisma, & una fides. Nimirum Patre mittente Spiritum, Filius insufflans dat illum Discipulis: Joan. 20. 22. quoniam *omnia quæcumque habet Pater, Filii sunt*. Joan. 16. 15. Et cum Verbum in Prophetis fieret, ipsi in Spiritu prophetabant, ut scriptum ac demonstratum est: *Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Psal. 32. 6.

4. Itaque non creata res est Spiritus: sed Verbi substantiæ proprius, Dei item proprius, & in ipsn esse dicitur.

citur. Rursum eadem ipsa dicere non pigeat. Tametsi Spiritus sanctus non vocatus est Filius, non tamen est extra Filium: Spiritus namque adoptionis dictus est: & quia *Christus Dei virtus & Dei sapientia est*; congruenter de Spiritu sancto dictum est, *Spiritus sapientiæ & Spiritus virtutis est*: Cum enim participes sumus Spiritus, Filium habemus, & Filium habentes, habemus & Spiritum clamantem in cordibus nostris, *Abba Pater*, ut loquitur Paulus. Quod si quia Spiritus est Dei, & in ipso esse scriptum est: nam *quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei qui in ipso est*. Filius item dixit: *Ego in Patre & Pater in me*: quare non huic atque illi idem nomen est, sed hic quidem filius, ille, spiritus dicitur? si quis hoc modo sciscitetur is profecto insanierit, cum inscrutabilia scrutetur, & Apostolo non obtemperet, qui ait: *Quis enim novit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit?* Alioqui quibus Deus nomen indidit, quis nomen mutare audebit? Alias rebus ille quoque creatis vocabula adtribuat. Dicant, quandoquidem creatura eodem nutu facta est, cur hic, sol: illud, cælum: illud, terra, mare & aer? Sin insanis illis hoc impossibile videatur: singula enim manent ut facta sunt; multo magis quæ sunt supra creatas res, æternam habeot perseverantiam: nec aliter sunt, quam ut Pater est Pater, & non avus: & Filius est Dei Filius, & non Pater Spiritus: & Spiritus sanctus est Spiritus sanctus, & non Patris nepos, nec Filii frater.

1. Cor. 1. 24. — *Esaia 11. 2.* — *Galat. 4. 6.* — Insanum est inscrutabilia de Trinitate scrutari. — *1. Cor. 2. 11.* — *Joan. 14. 11.* — *Rom. 11. 34.*

5. His ita commonstratis, is sane insanierit qui interrogarit, num Spiritus quoque sit filius. Ne tamen quia ita scriptum oon est, ideo quis eum ex Dei natura & proprietate eximat; sed, uti scriptum est, credat, & ne dicat, quare sic & noo sic: ne talia cogitans incipiat meditari, ac dicere: Ubinam est ergo Deus, & quomodo est? ac postea audiat: *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus*. Nam quæ fide traduntur, cognitionem habent non curiose perscrutandam. Certe cum Discipuli audissent, *Baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*, non curiose inquirebant, cur secundo Filius, & tertio Spiritus, aut cur omnino Trinitas? Sed prout audierant, crediderunt. Neque sciscitabantur sicuti vos, Ergone Spiritus est Filius? Neque cum Dominus post Filium nominaret Spiritum, ioterrogabant, Ergo avus est Pater? Non enim audierant, in nomine avi, sed io nomine Patris: hancque fidem probe ratiocinati prędicaverunt ubique. Noo eoim aliter loquendum fuit, quam dixerat Salvator: se quidem Filium, illum vero, Spiritum sanctum. Neque immutandi erant, secus quam ordine juncti fuerant, ut neque Pater. Quemadmodum enim noo licet aliter de illo loqui, quam quod Pater sit; ita impium fuerit interrogare, an Filius sit Spiritus, aut Spiritus Filius. Hac de causa Sabellius alienus ab Ecclesia judicatus est, ausus tribuere Patri nomen Filii, ac Filio nomen Patris. An itaque post hæc ausit quispiam audiens Filium & Spiritum, dicere: Avus ergo est Pater, aut Filius est Spiritus? Imo audebunt Eunomii, Eudoxii & Eusebii. Cum enim semel Arianæ hæresis histriones effecti sint: nunquam cohibebuot linguam suam ab impietate. Quis enim hæc ipsis tradidit? Quis docuit? Nemo sane ex divinis Scripturis. Sed ex abundantia cordis eorum hujusmodi stultitia prodiit.

Psalm. 13. 1. — *Mat. 28. 19.* — Eunomii, Eudoxii, Eusebii.

6. Si enim quoniam creatura non est Filius (illud enim commonstratum est) ioterrogatis, ergone Filius est Spiritus? Restat vos qui didicistis Filium non esse creaturam, (per eum namque creaturæ conditæ sunt) interrogare, Pater ergo est Filius? Aut sic, Spiritus ergo est Filius, & Filius ipse est Spiritus

A sanctus? Cum autem talia cogiteot, & extra sanctam Trinitatem erunt, & athei judicabuntur, quod immutent nomen Patris & Filii & Spiritus sancti, transferantque illud suo arbitratu in similitudinem generationis humanæ: quod nepotes avosque nominent, ac deorum generationem, quemadmodum gentiles, effingant. Non est autem hæc Ecclesiæ fides, sed ut ait Salvator, in Patrem & Filium & Spiritum sanctum: Patrem scilicet qui non possit avus vocari, Filium qui non possit dici pater, & Spiritum sanctum non alio quam hoc nomine appellatum. De hac fide non licet varie loqui: sed semper Pater pater B est, & Filius semper filius, & Spiritus sanctus semper est diciturque Spiritus sanctus. In rebus enim humanis non ita se res habet, quamvis Ariani talia comminiscantur. Nam quemadmodum scriptum est: Non ut homo, Deus; ita dixerit aliquis, non ut Deus homines. Apud homines enim pater non semper pater est, neque filius semper filius. Nam ipse quidem filii pater efficitur, sed alterius ipse filius extitit. Et filius cum sit patris filius, alterius pater efficitur. Abraham igitur filius cum esset Nachoris, pater factus est Isaac: & Isaac cum esset filius Abrahæ, pater fuit Jacob. Unusquisque enim C cum sit pars parentis, nascitur quidem filius, efficitur autem & ipse alterius pater. Io divinitate vero non sic, quoniam noo sicut homo Deus. Pater itaque non ex patre est: ideoque noo gignit eum qui futurus sit alterius pater: neque Filius pars est Patris, quapropter noo est fetus ad generandum filium. Unde in deitate sola, Pater proprie, solusque pater cum sit, est & fuit & semper erit. Et Filius proprie & solus Filius est. In his enim constat illud, Patrem semper Patrem, & Filium semper Filium esse ac dici; Spiritum sanctum semper Spiritum sanctum esse: D & hunc Dei esse, & a Patre per Filium dari credimus. Sic enim sancta Trinitas invariabilis permanet, in una deitate cognita. Itaque qui interrogat, Ergone Filius est Spiritus? ita ille comminiscitur quasi nomen mutari possit, atque sua sponte insanit. Et qui interrogat, Ergone avus est Pater? nomen Patri excogitans, errat corde. Ceterum posthac ad hæreticorum impudentiam respondere non est tutum: id enim est pugnare adversus Apostolicam admonitionem: sed potius ut præcipit ipse, consulere par est.

De Deo non ratiocinandum ut de hominibus. *Num. 23. 19.* — *Memoriæ lapsu ponitur pro Thare Nachor.* — *Tit. 3. 10.*

7. Hæc sint ad vestram confutandam stultiloquentiam satis. Ne amplius illudatis deitati. Illudentibus enim mos est ea sciscitari quæ scripta non sunt, ac di- E cere, Ergone filius est Spiritus, & avus est Pater? Ita irrident Episcopi Cæsareæ & Scythopolis. Sufficit vos credere Spiritum non esse creaturam, sed Spiritum esse Dei, & in ipso Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Neque Patris nomine Filius vocandus est: neque licet dicere Spiritum sanctum esse ipsum Filium: neque Filium esse ipsum Spiritum sanctum. Sed ita se res habet quemadmodum dictum est, & una est in hac Trinitate divioitas, & una fides, & unum Baptisma est, quod in illa datur, & initiatio una in Christo Jesu Domino nostro per quem & cum quo Patri gloria & imperium cum sancto Spi- F ritu in omnia sæcula sæculorum. Ameo.

Scilicet Acacius & Patrophilus.

8. De quo autem scripsisti mihi Euangelico dicto, veniam habe, dilecte, probo affectus animo. Vereor enim, id vel ullatenus aggredi; ne si io dictum illud mentem quasi demersero, scrutarique cepero, noo valeam profuodum ejus iotellectum exhaurire. Tacere igitur de illo omnino statueram, his prioribus contentus scriptis. At veritus ne iterum hac de re scribere contendas, vim mihi ipse intuli; ut vel mediocrem quam de illo didici sententiam perscriberem: quod sperem, si scopum attingamus, docentis gratia,

Explanatio hujus dicti *Matt. 12. 32.* *Quicumque dixerit Verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo neque in futuro.*

rem

rem tibi probatam fore: sin aberremus, non reprehensurum te, cui cum affectus noster, tum nostra infirmitas non ignota est. Dictum igitur ejusmodi est: Cum post tot signa in Euangelio narrata, hæc Pharisæi loquerentur: *Hic non ejicit dæmonia nisi in Beelzebul principe dæmoniorum: Dominus sciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum divisum contra se, desolabitur*. Et cum dixisset: *Si autem ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia, igitur pervenit in vos regnum Dei*; deinde infert: *Ideo dico vobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, blasphemia autem in Spiritum non remittetur. Et quicumque dixerit Verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro*. Tu autem percontabaris, cur blasphemia in Filium dimittitur, blasphemia autem in Spiritum sanctum veniam non obtinet neque in præsenti sæculo, neque in futuro?

Mat. 12.24. *Ibid.* *Ibid. 32.*

Origenis & Theognosti laudes.

9. Prisci certe viri, Origenes, eruditissimus & laboriosus scriptor, & Theognostus admirandus ille & studiosus homo (horum enim opera legebam cum Epistolam accepi tuam) ambo quippe eam rem pertractant, ajunt illam esse in Spiritum sanctum blasphemiam, cum ii quibus in baptismate donum Spiritus sancti tribuitur, ad peccata recidunt. Ideoque illos remissionem non consequuturos, ajunt: quemadmodum & Paulus in Epistola ad Hebræos ait: *Impossibile est enim, eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, & gustaverunt bonum Dei Verbum, virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam*. Et idipsum quidem ambo dicunt: sed suam singuli sententiam adjiciunt.

Hebr. 6. 4.

Origenis sententia circa dictum superius.

10. Nam Origenes quidem causam judicii contra ejusmodi homines lati sic explicat. „ Deus & Pater „ in omnia penetrat, & omnia continet, animata & „ inanimata, rationalia & irrationalia: Filii autem „ potestas ad sola rationalia sese extendit; in quibus „ continentur Catechumeni & Ethnici, qui nondum „ crediderunt. Spiritus vero sanctus, in iis solis est „ qui sui participes effecti sunt in Baptismatis col„ latione. Cum igitur Catechumeni & Ethnici pec„ cant, in Filium peccant, quoniam is est in il„ lis, ut dictum est: possunt tamen veniam con„ sequi, ubi acceperint donum regenerationis. Cum „ autem baptizati peccant, hanc iniquitatem in „ Spiritum sanctum recurrere ait, quia tum pec„ cavit homo cum in illo esset Spiritus. Ideoque „ remitti non posse supplicium ipsi debitum. „

Theognosti sententia.

11. Theognostus autem hæc adjicit: Qui primum & secundum terminum transgressus est, minori supplicio dignus videri possit, qui autem tertium contemserit, non ulterius veniam consequetur. Primum autem terminum, & secundum terminum ait, doctrinam de Patre & Filio acceptam: tertium vero, Verbum in initiatione & in participatione Spiritus traditum: quod confirmare volens, adducit illud Discipulis a Salvatore dictum: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit Spiritus sanctus docebit vos*. Deinde ait: „ Sicut eos qui perfecta „ nondum capere possunt alloquitur Salvator, ad illo„ rum sese parvitatem demittens: cum perfectis autem „ Spiritus sanctus versatur; neque tamen quis ideo di„ xerit, Spiritus sancti doctrinam Filii doctrinam su„ perare: sed quod Filius quidem sese demittat ad im„ perfectos, Spiritus vero sanctus sigillum sit perfecto„ rum; sic non propter excellentiam Spiritus sancti „ præ Filio, inexpiabilis & citra veniam est blasphe„ mia in Spiritum: sed quia imperfectis datur venia; „ iis vero qui donum cæleste gustaverunt, & i„ nitiati sunt, nulla veniæ relinquitur excusatio „ vel deprecatio. „ Hæc itaque illi.

Joan. 16. 12.

Athanasii explicatio.

12. Ego autem ex iis quæ didici, arbitror utriusque sententiam, mediocri quadam inquisitione & observatione indigere: ne forte profundior quædam in ipsis illorum dictis mens lateat. Manifestum enim est Filium cum sit in Patre, in illis etiam esse, in quibus est Pater, nec abesse Spiritum. Indivisa namque est sancta, perfecta & beata Trinitas. Insuper si omnia per Filium facta sunt, & in ipso omnia consistunt, quomodo extra illa ipse fuerit quæ per ipsum facta sunt? Sin autem illa ab ipso non longe fuerint, in omnibus igitur & ipse fuerit, ut necessario qui in Filium peccat & blasphemat, in Patrem quoque & in Spiritum sanctum peccet. Quod si sanctum lavacrum in nomine Spiritus sancti tantum daretur, jure diceretur baptizatos, in Spiritum sanctum duntaxat peccare. Cum autem in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti detur: sicque singuli qui baptizantur, initientur, consectaneum prorsus est ut qui post Baptisma prævaricantur, in sanctam & indivisam Trinitatem blasphement. Et hoc æquum est ita cogitare & intelligere. Certe si ii quos ille alloquebatur, Pharisæi nempe, lavacrum regenerationis accepissent, & doni sancti Spiritus jam participes fuissent, verisimilis esset ejusmodi interpretatio, illi quippe a justitia descivissent, & in Spiritum sanctum deliquissent: sed cum lavacrum non acceperint, sed etiam baptisma Joannis vilipenderint; cur illos accusabat ut qui blasphemassent in Spiritum sanctum, cujus nondum participes effecti fuerant? Non enim simpliciter docendo Dominus hæc loquebatur, neque iis qui futuri erant supplicium interminabatur; sed in præsentia vere Pharisæos incusans utpote tantæ blasphemiæ jam reos, illud dicebat Dominus. Pharisæis igitur ita accusatis priusquam baptisma percepissent, hoc certe dictum eos minime spectat qui post lavacrum prævaricantur. Et præsertim quia eos non de quibuslibet peccatis, sed de blasphemia accusabat. Hæc autem inter se differunt, quod qui peccat, legem transgrediatur, qui vero blasphemat, in ipsam deitatem impie agat. Cum autem illos de multis criminibus prius accusaret Salvator, quod scilicet legem de parentibus latam propter pecuniam transgrederentur, & Prophetarum dicta respuerent, ac domum Dei domum facerent negotiationis; attamen hortabatur eos ut pœnitentiam agerent. Verum ubi ipsum dicerent in Beelzebulem ejicere dæmonia; non hoc ultra, peccatum simpliciter, sed blasphemiam dixit esse tantam, ut qui talia proferre ausi essent, nec pœnam effugere, nec veniam obtinere possent.

13. Alioqui si eorum causa qui post lavacrum peccant id dictum fuisset, & illi veniam peccatorum obtinere non possent; cur hominem apud Corinthios pœnitentem, in caritate confirmat Paulus: Galatas vero retrorsum abeuntes parturit, donec formetur iterum in eis Christus? Cum autem dicit, iterum, pristinam eorum in Spiritu perfectionem declarat. Cur vero Novatum culpamus pœnitentiam tollentem, ac dicentem nullam superesse iis veniam, qui post lavacrum peccaverint, si hæc verba de illis qui post lavacrum peccaverint dicta fuere? Etenim quod in Epistola ad Hebræos dictum est, non excludit a pœnitentia peccatores; sed ostendit unicum & non duplex esse Ecclesiæ Catholicæ Baptisma. Hebræis enim hæc scripsit: & ne illi pœnitentiæ obtentu existimarent, juxta legis consuetudinem, multa esse & quotidie baptismata; ideo eos ad pœnitentiam hortatur: unamque esse per Baptis-

2. Cor. 2. 8. *Galat. 4. 19.* *Novati hæresis.*

ptiſma renovationem, nec ſecundam ſupereſſe, affirmat, ut & in alia dicit epiſtola: *Una fides, unum baptiſma.* (Ephes. 4. 5.) Neque enim ait, impoſſibile eſt pœnitere; ſed impoſſibile eſt obtentu pœnitentiæ nos renovare. Eſt autem ingens inter hæc dicta diſcrimen. (Diſcrimen Baptiſmum inter & pœnitentiam.) Is enim quem pœnitet, peccare quidem deſinit, retinet tamen vulnerum cicatrices. Qui autem baptizatur, veterem exuit hominem, & renovatur, ſuperne genitus Spiritus gratia.

14. Hæc igitur cogitanti mihi, major in hoc dicto occurrit ſententiæ profunditas. Quapropter multis antea Dominum precatus, qui ſupra puteum ſedit & ſuper mare deambulavit; ad diſpenſationem redeo in illo pro nobis exhibitam, fortaſſis ex illa, lectionis aſſequar intellectum. Omnis itaque divina Scriptura hanc annunciat & prædicat, maximeque Joannes qui ait: *Verbum caro factum eſt & habitavit in nobis*; (Joan. 1. 14.) & Paulus his verbis: *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, & habitu inventus ut homo. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.* (Philip 2. 6.) Ideo enim Deus cum eſſet, atque homo factus eſſet, ut Deus, excitabat mortuos, verbo ſanabat univerſos, mutavit etiam aquam in vinum. Non enim hominis hæc erant opera; prout autem geſtabat corpus, ſitiebat, laborabat & patiebatur: non enim hæc erant deitati propria. Et ut Deus quidem ajebat: *Ego in Patre & Pater in me;* (Joan. 14. 11.) ut autem corpus geſtabat, Judæos arguebat: *Quid me quæritis interficere, hominem, qui veritatem vobis loquutus ſum, quam audivi a Patre?* (Joan. 8. 40.) Hæc autem nequaquam diviſim facta ſunt juxta geſtarum rerum rationem; ita ut quæ a corpore fierent, ſine divinitate: quæ autem a divinitate, ſine corpore exhiberentur; ſed conjunctim omnia agebantur, & unus erat Dominus qui ea mirabiliter per ſuam efficiebat gratiam. Spuebat enim ut homo, ſputum tamen divinum erat, per ipſum quippe cæco a nativitate viſum reſtituit. Et cum vellet ſeſe Deum exhibere, humana lingua idipſum ſignificans, ajebat: *Ego & Pater unum ſumus:* (Joan. 10. 30.) ſolaque voluntate ſua ſanabat. Humanam item manum extendens, ſocrum Petri febricitantem erexit, & Archiſynagogi filiam jam defunctam a mortuis ſuſcitavit.

15. Hæretici igitur ignorantia ſua inſaniunt: quorum alii corporea Salvatoris reſpicientes, negarunt illud, *In principio erat Verbum:* (Joan. 1. 1.) alii quæ divinitatis ſunt ſpectantes, ignoraverunt illud, *Verbum caro factum eſt.* (Joan. 1. 14.) Vir autem fidelis & Apoſtolicus, gnarus Dominicæ benignitatis, ubi conſpicit divinitatis ſigna, miratur eum, qui in corpore eſt, Dominum. Rurſus cum ea quæ corpori ſunt propria intuetur, obſtupeſcit, animadverſa in illis divinitatis efficacia. Ejuſmodi cum ſit Eccleſiaſtica fides, ubi quidam humana ſpectantes, Dominum vident ſitientem, vel laborantem, vel patientem, & Salvatori velut homini obtrectant: magnopere quidem peccant, poſſunt tamen celeriter pœnitentiam agendo, veniam conſequi, cum habeant pro excuſatione imbecillitatem corporis. * (Cum maxime Apoſtolus veniam eis concedat, & quaſi manum illis porrigat, hæc dicendo: *Revera magnum eſt pietatis myſterium, Deus manifeſtatus eſt in carne.*) (1. Tim. 3. 16.) Cum autem rurſus quidam divinitatis opera conſiderantes, dubitaverint de corporis natura, ipſi quoque maxime peccant, quod licet eum videant comedentem, & patientem, phantaſma nihilominus ipſum arbitrentur: verum illis item cito reſipiſcen-

A tibus veniam Chriſtus donare poteſt: quod & ipſi pro excuſatione habeant, magnitudinem operum hominis poteſtatem excedentium. Verum poſteaquam utrorumque inſcitiam & cæcitatem ſupergreſſi, qui videntur habere legis ſcientiam, (quales tum erant Phariſæi) in inſaniam verſi fuerint, & quod in corpore eſt Verbum, omnino negaverint, aut divinitatis opera diabolo ejuſque dæmonibus attribuerint, merito pro tali impietate indeprecabili ſunt ſupplicio obnoxii. Nam & diabolum pro Deo habuerunt: eumque, qui vere & reipſa Deus eſt, exiſtimarunt nihilo plus in operibus poſſe quam dæ- B mones.

16. In ejuſmodi igitur impietatem prolapſi erant illius temporis Judæi & inter Judæos Phariſæi. Salvatore enim exhibente opera Patris (nam mortuos excitabat, cæcis viſum donabat, claudos ambulare faciebat, ſurdis auditum aperiebat, mutis loquelam præſtabat, declarabatque ſibi ſubditam creaturam eſſe, imperans ventis, in ipſo mari deambulans) turbæ quidem obſtupeſcebant & glorificabant Deum: at contra admirandi illi Phariſæi, ajebant Beelzebulis eſſe ejuſmodi opera: nec erubeſcebant inſipientes illi, Dei poteſtatem in diabo- C lum transferre. Unde jure merito Salvator declaravit blaſphemiam proferre homines, quæ nec veniam nec remiſſionem haberet. Nam dum humana reſpicientes, claudicarent animo, dicentes: *Nonne hic eſt ille fabri filius?* (Mat. 13. 55.) Et: *Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit?* (Joan. 7. 15.) &: *Quod tu facis ſignum de teipſo,* (Joan. 6. 30.) &: *Deſcendat nunc de cruce, & credemus ei;* (Mat. 27. 42.) patienter tulit homines, utpote qui in Filium hominis peccarent, dolenſque ſuper illorum cæcitate dicebat: *Si cognoviſſetis & vos quæ ad pacem.* (Luc. 19. 42.) Etenim & magno Petro, quod ut de homine loquen- D ti oſtiariæ, eodem ille modo reſpondiſſet, ploranti ignovit Dominus. Verum ubi illi jam antea lapſi, iterum prolapſi ſunt, & ad majorem inſaniam devenerunt, ita ut Dei opera, Beelzebulis eſſe dicerent, non ulterius illos tulit: in ſuum enim Spiritum blaſphemabant dicentes eum qui hæc faceret non eſſe Deum ſed Beelzebulem. Quapropter eos, utpote non ferenda auſos, æternis addixit ſuppliciis. Perinde enim erat illud ac ſi, dum cernerent mundi ordinem, & providentiam hæc gubernantem, auſi eſſent dicere, rerum naturam a Beelzebule fuiſſe conditam: aut ſolem, ut diabolo obſequeretur, oriri: & ejus E cauſa aſtra in cælo circumagi. Nam quemadmodum hæc Dei ſunt, ita & illa Patris erant opera: & ſi illa Beelzebulis, neceſſario & iſta Beelzebulis fuerint: & quorſum poſtea hæc referent, *In principio fecit Deus cælum & terram?* (Geneſ. 1. 1.) Verum non inſolens eſt iſthæc eorum inſania. Siquidem horum Patres, eadem mente præditi, in eremo cum nuper ex Ægypto egreſſi eſſent, vitulo a ſe conflato Dei erga ſe beneficia referentes, dicebant: *Hi ſunt dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* (Exod. 32. 4.) Ob hanc itaque blaſphemiam, protinus ex iis qui talia auſi fuerant, initio non pauci ſed plu- F rimi occiſi ſunt: denuntiavit quoque Deus dicens: *Qua die viſitabo, inducam ſuper eos peccatum eorum.* (Exod. 32. 34.) Nam quamdiu illi ob panis & aquæ penuriam obmurmurabant, homines tolerabat, haud ſecus quam nutrix alumnum ſuum: ubi autem ad majorem inſaniam progreſſi, ut pſallit contra eos Spiritus, *Mutaverunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum;* (Pſal. 105. 22.) jam cum rem indeprecabilem auſi eſſent, percuſſi ſunt, ut ait (Exod. 32. 35.)

Scri-

* Hæc quæ uncinis includuntur, uſque ad *in carne*, in nullis codicibus leguntur, præterquam in Felckm. 2. ubi ad marginem ſunt ſcripta: unde videntur potius gloſſema cujuſdam alius eſſe, quam Athanaſii verba. Placuit tamen ea retinere, cum exploratum omnino non ſit, ſintne adjectitia, an, cum in aliis codicibus vitio ſcribarum omiſſa fuiſſent ad hujus codicis marginem reſtituta ſint: quod non ſemel vidimus. In omnibus editis hæc eadem [illegible].

Scriptura, ob fabricatum vitulum, quem fecerat Aaron.

17. Eadem & nunc ausi Pharisæi, talem a Domino retulerunt damnationem, qualem Beelzebul quem illi eorum auctorem suspicati sunt, jam tum habuit & habet; ita ut ipsi quoque in igne ab æternitate illi præparato cum ipso absumendi sint. Non enim hæc ideo loquutus est, ut blasphemiam in se prolatam cum blasphemia in Spiritum sanctum conferret; quasi Spiritus sanctus se major esset, ideoque majus crimen esset blasphemia in Spiritum sanctum: absit. Nam ante docuerat, omnia quæ Pater habet, Filii esse, & ex Filio Spiritum esse accepturum, ipsumque Spiritum glorificaturum esse Filium. Neque Spiritus Filium dat; sed Filius Spiritum præbet Discipulis, ac per illos iis qui in se credunt. Non eo itaque animo loquutus est Salvator: sed quasi blasphemia in utrumque prolata in seipsum recurreret, & illa minor, alia major esset, hæc loquutus est Dominus. Etenim utramque proferebant Pharisæi: cum enim hominem cernerent, ipsi convitiabantur: *Unde huic sapientia ista hæc?* Et, *Quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidisti?* Et Patris opera cum conspicerent, non solum ejus divinitatem negaverunt; verum etiam contra illam loquuti, ajebant in ipso Domino esse Beelzebulem, & Beelzebulis esse ejusmodi opera. Quapropter quasi utraque blasphemia in se diceretur, & alia quidem minor esset, quod humanitatem; alia major, quod divinitatem spectaret; de majori dixit ejus vindictam indeprecabilem illis esse. Certe cum Discipulis suis firmitatem fiduciamque præberet his verbis: *Si patremfamilias Beelzebulem vocaverunt*, se patremfamilias esse declaravit, qui sic a Judæis maledictis incesseretur.

Mat. 13. 54. Joan. 8. 57. Mat. 10. 25.

18. Quod si Judæi dum dicerent, *in Beelzebulem*, nulli nisi Domino convitiabantur, perspicuum sane est, illud, *Blasphemia vero in Spiritum*, de ipso Domino dictum esse, totamque sententiam ad seipsum, Salvatorem retulisse. Ipse namque universi paterfamilias est: idipsum quippe confirmationis causa jam repetere subterfugiendum non est. Sitire, laborare, dormire, colaphis cædi, comedere, hominum propria sunt: opera autem quæ faciebat Dominus, non hominum, sed Dei erant. Cum igitur quidam, uti superius dixi, his conspectis, Domino ut homini convitiarentur, minus supplicium merebantur, quam ii qui Dei opera diabolo adscriberent. Hi enim non solum sancta canibus projiciunt; sed & Deum diabolo comparant, & lucem tenebras esse dicunt. Hanc certe esse Pharisæorum nunquam remittendam blasphemiam Marcus observavit, his verbis, *Qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habet remissionem, sed reus est æterni delicti: quoniam dicebant, spiritum immundum habet*. Et is qui a nativitate cæcus fuerat, visu recepto, testificabatur: *A sæculo non est auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam*. Turbæ autem admirantes super iis quæ a Domino facta fuerant, ajebant: *Hæc verba non sunt dæmonium habentis: numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?* Pharisæi autem qui legis peritissimi putabantur, qui fimbrias dilatabant, & gloriabantur, quasi plus aliquid ceteris scirent; ne ita quidem erubuere, sed ut scriptum est: Immolabant miseri dæmonio & non Deo, dicentes Dominum habere dæmonium, & Dei opera, dæmonum esse. Et hoc nulla alia de causa. quam ut negarent Deum esse, & Dei Filium qui hæc ageret. Si enim comestio speciesque corporis, eum etiam hominem esse declarabat, quare non ex operibus perspiciebant, ipsum in Patre esse, & Patrem in ipso? Atqui id nolebant illi, imo potius ipsum Beelzebulem habebant in se loquentem, ut ex humanis eum hominem duntaxat vocarent; ex operibus autem, quæ Dei propria erant, non itidem illum esse Deum confiterentur, sed pro eo Beelzebulem in seipsis habitantem Deum facerent, ut cum illo tandem æternum igne cruciarentur.

Mat. 12. 24. Mat. 12. 32. Marc. 3. 29. Joan. 9. 32. Joan. 10. 21. Deut. 32. 17.

19. Quin & ipsa lectionis observatio, videtur mihi talem quamdam sententiam exhibere, & indicare utramque blasphemiam ad ipsum pertingere, & de seipso illum dixisse, *Filius hominis*, &, *Spiritus*: ut ex illo, quæ corpus suum spectarent; ex spiritu vero, spiritualem suam, & intelligibilem verissimamque divinitatem declararet. Siquidem id, de quo venia obtineri potest, ad Filium hominis retulit, ut corporea sua significaret: blasphemiam autem non remittendam, ad spiritum pertingere declaravit: ut dum ad differentiam sui corporis hæc diceret, suam divinitatem commonstraret. Hanc autem loquendi formam etiam in Euangelio secundum Joannem animadverti: ubi de corporis esu differens, ac propterea multos scandalizatos videns, ait Dominus: *Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui vivificat: caro non prodest quidquam. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt*. * Nam hic etiam utrumque de se dixit, carnem & spiritum: & spiritum a carne di-

Joan. 6. 62.

* Hoc loco abutuntur Heterodoxi, qui ex Athanasii verbis confici pugnant, Corpus & Sanguinem Christi, non reipsa, sed *spiritualiter* tantum in Sacramento haberi. Sed si expendantur Athanasii verba, hic ejus esse scopus deprehendetur, ut ex Joannis loco supra citato, probet Christum humanitatem juxta ac divinitatem suam Judæis indicasse, & magnum inter utramque posuisse discrimen. Unde post allatum Joannis locum, subsumit S. Doctor: *Nam hic etiam utrumque de se dixit, Carnem & Spiritum* (id est, ut supra explicat ipse, divinitatem) *& Spiritum a carne distinxit: ut non solum quod apparet, sed etiam quod invisibile ejus est credentes, discerent ea quæ ipse loquebatur non esse carnalia, sed spiritualia*. Ubi advertas velim, hic Athanasium de Eucharistia loquentem, agnoscere corpus Christi cum divinitate in Eucharistia esse: atque id quod invisibile est (divinitatem nempe) æque credendum esse, atque illud quod apparet, id est, quod ex sua natura apparet, nempe corpus: licet ex divina virtute in Sacramento invisibile fit.

Quod autem subjungit, verba Christi de Eucharistia loquentis *non esse carnalia sed spiritualia*, & inferius, *carnem Christi esse cibum e supernis cælestem, & spiritualem*, atque *spiritualiter dari*, verissima sane sunt, eo nempe quo Athanasius indicat modo. Duo enim, hisce verbis, intelligit. 1°. Non alimenti carnalis more dividi carnem Christi, ut hominibus detur: *Quot enim*, ait, *hominibus corpus satis esset ad esum, ut totius mundi fieret alimentum?* Quibus verbis planum est non excludi præsentiam, ut vocant, realem, sed divisionem partium. 2°. Vult S. Doctor carnem Christi in Eucharistia non esse corporalem alimoniam, sed spiritualem, quæ datur, *ut fiat*, inquit, *tutamen in resurrectionem vitæ æternæ*. Quod utique nemo est inficias. Neque enim in hisce omnibus verbis Athanasii usquam dicitur, corpus Christi non esse, vel spiritualiter tantum esse in Eucharistia: quæ tamen est vera Catholicos inter & Calvinianos quæstio. Possemus plurima afferre Cyrilli Alexandrini, & Isidori Pelusiotæ loca, quibus dilucide commonstratur vera existentia Corporis Christi in Eucharistia. Enimvero cum 70. circiter post defunctum Athanasium annos scripserint, suam pariter & Athanasii sententiam explicarunt. Neque enim a tempore Athanasii ad suum ævum Ægyptiacæ Ecclesiæ immutata fides est. Verum cum id notarum harumce brevitas non ferat, & alioqui sæpissime res agitata fuerit; unum alterumve sufficiat ex Isidoro opponere. Primum ex lib. 1. Epist. 109. ὃ ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς μυστικῆς τὸν ἄρτον τὸν κοινὸν, σῶμα ἴδιον τῆς αὐτοῦ σαρκώσεως ἀποφαίνει. *Et in Mystica mensa communem panem proprium Incarnationis corpus reddit* (Spiritus S.) Et lib. 2. Ep. 123. ἡμεῖς ἐπὶ ἐκλόγῳ τὸν ἄρτον τῆς προθέσεως ἁγιάζοντες, σῶμα Χριστοῦ ἀδιστάκτως εὑρίσκομεν. *Nos propositionis panem in fundum sanctificantes, Christi corpus sine dubitatione reperimus*. Quibus quid apertius?

Porro minus recte Card. Perronius hunc Tractatum Athanasio abjudicavit: ex his enim quæ in Monito diximus, constat ejus esse germanum fœtum. Qua de re eruditus nemo jam ambigit.

In hoc autem opere SPIRITUS nomine divinitatem Christi sæpe intelligit sanctus Doctor. Quod ab Hilario itemque a multis Patribus antiquioribus admissum referunt nostri, in Præfatione ad Hilarii novam Editionem num. 57. & sequentibus.

ſtinxit, ut non ſolum quod apparet, ſed etiam
quod inviſibile ejus eſt credeotes, diſcerent,
ea quæ ipſe loqueretur non eſſe carnalia, ſed ſpi-
ritualia. Quot enim hominibus corpus ſatis eſſet ad
eſum, ut illud totius mundi fieret alimentum? Sed id-
eo meminit aſcenſionis Filii hominis in cælum, ut a
corporali cogitatione ipſos retraheret, atque hinc edi-
ſcerent, carnem de qua loquutus fuerat, cibum e ſu-
pernis cæleſtem, & ſpiritualem alimoniam ab ipſo
Joan. 6. 64. dari. Nam *quæ loquutus ſum vobis*, inquit, *ſpiritus
& vita ſunt*. Quod perinde eſt ac ſi diceret: quod o-
ſtenditur & datur pro mundi ſalute, caro eſt quam
ego geſto: ſed hæc vobis cum ejus ſanguine a me ſpi-
ritualiter eſca dabitur; ita ut hæc ſpiritualiter unicui-
que tribuatur, & fiat ſingulis tutamen in reſurrectio-
nem vitæ æternæ. Sic & Samaritanam Dominus ab-
ſtrahens a ſenſibilibus, Deum dixit eſſe Spiritum, ut
deinceps illa non corporaliter, ſed ſpiritualiter de Deo
cogitaret. Sic itidem Propheta cum Deum carnem fa-
Thren. 4. 20. ctum contemplaretur, ait: *Spiritus faciei noſtræ Chriſtus
Dominus*: ne quis ex eo quod apparebat, Dominum eſſe
merum hominem exiſtimaret: ſed dum Spiritum audi-
ret, Deum agnoſceret eſſe eum qui in corpore eſſet.

20. Planum itaque utrumque fuerit, eum qui Do-
minum videt de ſe differentem, ſi tantum corpora-
Mat. 13. 54. lia ejus ſpectet, & non credens dicat, *Unde huic iſta
ſapientia?* peccare quidem, & tanquam in Filium
hominis blaſphemare: ſi quis vero ejus opera videat
in Spiritu ſancto facta, dicatque eum, qui talia edi-
dit, nec Deum eſſe nec Dei Filium, ſed ea Be-
elzebuli adſcribat, manifeſto blaſphemare, negan-
do ejus divinitatem. Etenim in Euangelico dicto,
uti ſæpe dictum eſt, cum dicit, Filium hominis,
carnalem & humanam ſuam naturam indicat; ut,
cum Spiritum dicit, declaret ſuum eſſe ſanctum
Spiritum, in quo omnia operabatur. Unde cum
Joan. 10. 38. opera ederet, ajebat: *Si mihi non creditis, ſaltem
operibus meis credite; ut cognoſcatis quia ego in Pa-
tre & Pater in me*. Cum autem ſeipſe pro nobis
corporaliter oblaturus eſſet, quando ea de cauſa
Mat. 26. 45. aſcendit Jeroſolymam, Diſcipulis ſuis ajebat: *Dor-
mite jam & requieſcite: ecce enim appropinquavit hora,
& Filius hominis tradetur in manus peccatorum*.
Nam opera quidem effecere, ut verus Deus crede-
retur: mors autem ejus palam fecit eum revera cor-
pus habere: ideoque jure Filium hominis dicebat
eum eſſe qui tradebatur. Verbum enim immortale
& intactile, & ipſiſſima vita eſt. Verum nec iis Pha-
riſæi credebant, neque volebant ipſa filiorum
ſuorum opera videre: quapropter eos rurſum leni-
Luc. 11. 19. ter coarguit Dominus his verbis: *Si ego in Beel-
zebulem ejicio dæmonia: Filii veſtri in quo ejiciunt?
Idea ipſi judices veſtri erunt. Porro ſi in Spiritu
Dei ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos re-
gnum Dei*. Hic autem dixit, *in Spiritu Dei*,
non quod minor eſſet ipſe Spiritu, nec quaſi Spi-
ritus ea in ſe operaretur: ſed ut rurſum decla-
raret, ſe, cum Dei Verbum eſſet, per Spi-
ritum omnia operari, auditoreſque doceret,
ſe cum Spiritus opera Beelzebuli adſcriberent, in
ea operantem Spiritum blaſphemare. Etenim hæc
cum dicit, oſtendit eos non ex ignorantia, ſed
ſponte ſua ſe in hac evidentiſſimam blaſphemi-
am implicaſſe, nec erubuiſſe, quod ea opera,
quæ vel ipſi, Dei eſſe compertum haberent, a-
mentes Beelzebuli adſcripſiſſent, atqua ab impu-
ro ſpiritu facta aſſeveraſſent.

21. Quo pacto igitur qui talia audent, poſſunt
adhuc Gentiles incuſare, quod idola a ſe conflata deos
nuncupent? Paria ſunt enim horum geſta illorum in-
ſaniæ, imo forte graviora ſunt horum facinora: qui

A licet de hoc legem acceperint, per legis tranſgreſ-
ſionem Deum affecerunt contumelia. Quid autem
qui talia blaſphemant acturi ſunt, cum Eſaiam
Prophetam legerint, & audierint Chriſti adventus
ſigna hæc eſſe, ut cæcis viſus, claudis greſſus, mutis
loquela, mortuis reſurrectio, leproſis curatio tribua-
tur, ſurdis aures aperiantur? Quemnam horum aucto-
rem eſſe volent? Si enim Deum dicant, ſeſe impie-
tatis in Dominum coarguent: nam quæ futura proſ-
piciens Propheta dixit, hæc ipſa præſens ipſe Do-
minus operatus eſt: ſin petulantia præoccupati dicere
auſint, ipſa quoque in Beelzebule facta eſſe; metuo
B ne paulatim in impietatem progreſſi, ubi lege-
rint: *Quis dedit os homini? Et quis fabricatus* Exod. 4. 11.
eſt mutum & ſurdum, videntem & cæcum? &
his ſimilia, inſanientes rurſum dicant, has quo-
que voces Beelzebulis eſſe. Nam cui gratiam
reſtituti viſus tribuunt, huic & non videndi
cauſam adſcribant oportet: utrumque enim ab eo-
dem factum eſſe declaratum eſt. Qui ſi profecto
hæc dicere auſint, tandem cenſebunt, humanæ
naturæ conditorem eſſe Beelzebulem. Conditoris
quippe eſt, ut res conditas habeat in ſua pote-
C ſtate. Ut enim Moyſes dixit: *In principio fecit* Gen. 1. 1.
Deus cælum & terram, &, *ad imaginem Dei fe-
cit Deus hominem*: ita quoque Daniel libere Da-
rium affatus eſt: *Non veneror idola manufacta*, Dan. 14. 4.
*ſed viventem Deum, qui creavit cælum & ter-
ram, & habet poteſtatem omnis carnis*: niſi rur-
ſus mutata ſententia dixerint, cæcitatem, clau-
dicationem ac cetera corporis vitia, a condi-
toris correptione proficiſci, at horum curatio-
nem, & erga hos qui affliguntur beneficentiam
a Beelzebule præſtari. Verum hæc vel diſqui-
rere, valde inſanum eſt: furentium enim &
D pluſquam mente captorum eſt impiiſſima ejuſ-
modi ſtultiloquentia. In ea ſiquidem compara-
tione, potiora non Deo, ſed Beelzebuli adſcri-
bunt inſani. Nihil enim curant divinarum Scri-
pturarum dogmata labefactare, modo negent Chri-
ſti adventum.

22. Verum par erat, improbos illos aut Dominum
ex corporalibus non vilipendere, quaſi hominem, aut
ex operibus verum Deum illum confiteri. Sed omnia
præpoſtere faciebant. Cum enim hominem cernerent
ipſi ut homini convitiabantur: ac viciſſim opera divi-
na ſpectantes, negabant divinitatem, & ad diabolum
E confugiebant, rati ſe, ſi hæc auderent effugere poſ-
ſe, ne ab ipſo Verbo quod contumelia affecerant, ju-
dicarentur. At incantatores, magi & venefici Phara-
onis, licet plurima tentaſſent, tamen a Moyſe edita Exod. 8. 19.
ſigna cum cernerent, ceſſere tandem, tergaque dede-
re dicentes, digitum Dei eſſe qui hæc ederet. Phari-
ſæi autem & Scribæ, cum integram Dei manum vi-
derent operantem, cernerentque ea quæ per Chri-
ſtum Salvatorem agebantur, ſane illis prioribus plu-
ra majoraque; horum auctorem ajebant Beelzebulem,
quem ipſi Magi, licet ſuum, ne quidem his minora
poſſe confitebantur. Quidnam de tam ingenti ſtul-
F titia dici poſſit? aut, ut ait Propheta, quis quid
cum illis impietatibus comparare poterit? Juſtiores
enim ſe Sodomitas exhibuerunt: vicerunt Gentium
ignorantiam, Magorumque Pharaonis ſtultitiam ſu-
perant, atque cum ſolis Ariomanitis conferri poſ-
ſunt, quod in eamdem impietatem ſint collapſi. Ju-
dæi enim Patris opera per Filium videntes, Beel-
zebuli ea adſcripſere: Ariani vero hæc ipſa cum
cernunt opera, Dominum ea edentem creatis re-
bus annumerant, ajuntque, ex non extantibus i-
pſum eſſe, & non fuiſſe antequam fieret. Ac Phariſæi
quidem cum viderent Dominum in corpore, obmur-
muran-

Joan. 10. 33. murantes ajebant: *Quare tu homo cum sis, facis te-*
ipsum Deum? Hi autem Christi hostes, cum vident
illum patientem ac dormientem, blasphemant his
verbis: Qui hæc patitur, non potest Deus verus es-
se, nec consubstantialis esse Patri. Demum si quis
velit, utrorumque errores inter se collatos expende-
Genes. 14. 8. re, comperiet, uti supra dixi, ipsos in vallem a-
maræ stultitiæ confertim collapsos esse.

23. Quapropter tam illis quam istis, nullam fore
supplicii huic flagitio debiti remissionem, Dominus
Matth. 12. 32. declaravit, his verbis: *Qui vero dixerit adversus Spi-*
ritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo,
neque in futuro. Et merito quidem, qui enim negat
Filium, quem rogans obtinere poterit propitiatio-
nem? aut quæ vita, vel requies ei expectanda, qui
Joan. 14. 6. Matth. 11. 28. repulit eum qui dicit: *Ego sum vita*, &, *Venite*
ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego
reficiam vos? Cum igitur isti hoc modo pœnas luant;
perspicuum fuerit, eos qui pii sunt erga Christum,

A & qui tam secundum carnem, quam secundum spi-
ritum eum adorant, nec eum Filium Dei ignorant
esse, nec Filium hominis factum esse negant; verum
etiam credunt, illud, *In principio erat Verbum*, & *Ver-* Joan. 1. 1. & 14.
bum caro factum est, regnaturos æternum in cælis esse,
secundum sanctas ipsius Domini & Salvatoris nostri
Jesu Christi pollicitationes, qui ait: *Ibunt quidem illi* Matth. 25. 46.
in supplicium æternum; justi autem in vitam æternam.
Hæc paucis tibi, ex iis quæ didiceram, scripsi. Tu
vero non ut perfectam doctrinam, sed tantum ut
occasionem a me tibi datam accipe. Restat ti-
bi ut accuratiorem sententiam ex Euangelico dicto
B & ex Psalmis decerpens, veritatis manipulos alli-
ges: ut tibi quoque illa ferenti, dicatur: *Ve-* Psal. 125. 6.
nientes autem venient cum exultatione, portantes
manipulos suos, in Christo Jesu Domino nostro,
per quem & cum quo Patri, & una Spiritui
sancto gloria & imperium in sæcula sæculorum.
Amen.

IN EPISTOLAM DE SYNODIS

MONITUM.

I. EPISTOLAM *de Synodis Ariminensi & Seleuciana sub finem anni 359. quo celebratæ illæ sunt, conscriptam fuisse, ex plurimis ejusdem locis conficitur: in ipso quippe initio, narraturum se Athanasius ait, res in ea gestas Synodo quæ tunc in omnium ore versabatur: liquidius autem testatur num. 4. professionem Sirmianam Consulatum ejus, quo ipse scribebat, anni præferre,* a præsenti Consulatu. *Consules nempe iidem tunc erant, qui Sirmiensi fidei formulæ adscripti fuerant, Eusebius & Hypatius, qui ad annum pertinent 359. Et vero liquet ex appendice, quam ad calcem hujusce operis adtexuit sanctus Doctor, nondum allatas sibi fuisse res omnes Arimini gestas, quando hoc opusculum aggressus est. Quamobrem nihil de Patrum Ariminensium lapsu: nihil de Legatis, Arianorum astutia Nice circumventis, hic habetur, quæ tamen eo ipso contigere anno.*

II. *Quare ut jam olim advertere viri cum primis eruditi, quæ num. 30. leguntur,* His in Isauria scriptis Constantinopolim profecti &c. *ad hæc usque verba n. 32.* Huc usque igitur progressi supra dicti viri &c. *ubi Athanasius fidei formulam Constantinopolitanam adfert, Antiochenam memorat, de Constantii obitu agit: quæ omnia post annum haud dubie 359. contigere; hæc, inquam, Epistolæ jam pridem a se scriptæ Athanasium inseruisse, nullus superest ambigendi locus. Ita ut prædicta verba,* Huc usque igitur progressi supra dicti viri &c. *statim post fidei professionem Isauricam n. 29. allatam, cui aptissime cohærent, primo sequerentur; dehinc interpositis ab Athanasio iis quæ supra diximus, isthæc fuere a præcedentibus divulsa.*

III. *Non satis autem firmo argumento nituntur qui arbitrantur, ad Solitarios missam fuisse hanc Epistolam, cum nec in manuscriptis codicibus uspiam Monachorum seu Solitariorum nomen præferatur, neque apud Socratem vel Sozomenum ad Monachos nuncupetur; sed apud priorem* πρὸς τοὺς γνησίους, *apud posteriorem vero* πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους *inscripta sit. Quare ad Monachosne hanc miserit Epistolam nec repugnat nec conjectari potest. Qua vero fuerit ad eam perscribendam causa permotus, haud obscure indicat Athanasius ipse operis exordio, ubi se ait ea scripto exarasse cum ut amicorum desiderium discendique studium expleret: tum, ut ne illi multis varie Synodi gesta narrantibus animi penderent, unde nonnulli eam ad Monachos missam colligunt: levissimo sane, ut nemo non videt, ducti argumento.*

IV. *Porro licet hic unus videatur Athanasii fuisse scopus, res Arimini & Seleuciæ actas enarrare, post absolutam tamen eam rem ad alia progreditur, utque fluctuantem Arianorum in fide sua animum perspicue commonstret, varias variis locis temporibusque ab illis editas fidei formulas recenset, atque ad verbum refert: quæ tam ingenti numero fuere; ut eas haud injuria labirinthum vocet Socrates l. 2. cap. 32. Iis absolutis,* τοῦ ὁμοουσίου *vocem, cum argumentis validissimis, tum exemplo veterum Patrum, ab Arianorum calumniis objectionibusque vindicat. Tres itaque sunt hujus Epistolæ partes. In Prima agit de* Vide item apud Hilarium l. 2. ad Constantium n. 4.
Synodis Ariminensi & Seleuciana. In Secunda, de Arianorum blasphemiis, eorumque variis fidei professionibus. In Tertia, de Consubstantialitate admittenda. De singulis quædam pertractanda.

V. *In prima parte antequam rerum Arimini gestarum narrationem ordiatur, agit de formula Fidei Sirmii anno 359. Consulibus Eusebio & Hypatio, edita. Præcipuosque eorum auctores Ursacium, Valentem, Gaium & Germinium vehementer exagitat, quod suæ fidei, Constantium Imperatorem, Consulatusque annum præfixerint, quasi tunc primum credere cœpissent. Eam vero fidei formulam ait Patribus Arimini coactis propositam, ab iisque repudiatam fuisse. Hinc refert Epistolam Ariminensium Patrum ad Constantium Imperatorem: ubi res in Synodo gestæ, prædictorumque Arianorum præsulum depositio narratur. Deinde paucis recenset res in Seleuciana Synodo gestas & in Acacium Cæsariensem acriter invehitur: atque ita clauditur prima hujus Epistolæ pars.*

VI. *In secunda parte progreditur ad varias Arianorum blasphemias fideique formulas recensendas, orsusque ab Arii Thalia, ejus non modicum adfert fragmentum impietatibus refertum. Hinc sequitur Fidei Confessio, quam sub Arianæ hæreseos initium Arius ipse cum sectatoribus suis, Alexandro Archiepiscopo Alexandrino obtulit, anno circiter 319. Exinde refert ingentes blasphemias a quibusdam A-*

riano-

rianorum antesignanis prolatas: quibus subdit Epistolam Synodi Hierosolymitanæ anni 335. *ubi Arius cum suis ad communionem Ecclesiæ ab Episcopis Eusebianis admittitur. Unde cum in Arianismi suspicionem jure illi venissent, ejus removendæ causa, Fidei formulam edidere in Synodo anno* 341. *Antiochiæ habita, occasione Basilicæ aureæ dedicandæ: ad quam celebritatem magnum Episcoporum numerum acciverat Constantius. Eam integram refert Athanasius, atque secundam tertiamque subjungit eodem loco atque anno editas ab Arianis, cum se præcedentium fidei professionum pœniteret.*

VII. *Quartam post hæc adfert Arianorum fidei formulam, quam paucis interjectis mensibus eodem anno* 341. *ut putamus, de integro composuere: missisque in Gallias legatis, Constanti obtulere Augusto. Elapsis hinc tribus annis, Quintam conscripsere fidei Professionem ceteris omnibus prolixiorem: legatosque miserunt qui eam in Italiam deferrent. Quæ hanc excipit sexta numero, in secunda Sirmiensi adversus Photinum Synodo, edita fuit, anno* 351. *cui subjunguntur* 27. *anathematismi. Huic septimam subjicit Athanasius Sirmii item editam anno* 357. *cui subscripsit Hosius, vi tormentorum ab Arianis compulsus. Postea illam memorat quæ octava numero est, quæque Imperatoris præfixo nomine, atque ejusdem anni consulatu, sub initium hujus Epistolæ primo loco posita fuit.*

VIII. *Nona subsequitur eodem anno* 359. *Seleuciæ edita, ubi ὁμοούσιον pariter & ὁμοιούσιον rejicitur, ἀνόμοιον vero anathemate damnatur. Decima in Constantinopolitana Synodo anni* 360. *admissa, integra isthic legitur. Undecima denique Antiochiæ anno* 361. *conscripta, non ad verbum legitur, sed quædam ejus sententiæ adferuntur. Porro quid quæque fidei confessio complectatur, in quove quælibet ab aliis discrepet, lectori advertendum relinquimus.*

IX. *In tertia Epistolæ parte voces substantiæ & consubstantialis pluribus defendit adversus Arianos. Monet tamen se non pro inimicis eos homines habiturum, qui cum solam τοῦ ὁμοουσίου vocem non admitterent, reliqua omnia Nicænæ Synodi scripta reciperent, atque solo nomine in controversiam adducto, reipsa cum Catholicis consentirent: cujusmodi esse ait Basilium Ancyranum. Hinc pugnat adversus eos qui ὁμοούσιον repudiatum peroptabant, quique ajebant in Synodo Antiochena adversus Paulum Samosatensem damnatam eam vocem fuisse: affirmatque haud dissentire Synodum illam cum Nicæna, sed ambas Synodos vocem ὁμοουσίου vario accepisse modo, adsertque Dionysii Alexandrini locum, qui se testatur vocem admittere consubstantialis. Probat insuper exemplo Ignatii alteriusque Patris anonymi, licere divinis de rebus loquenti, voces usurpare quæ nusquam Scripturarum reperiantur, dum sanæ fidei nihil repugnent. Atque aliis permultis ad consubstantialitatem asserendam allatis argumentis, demum Epistolam claudit, atque appendicis modo subdit Epistolam Constantii ad Ariminensem Synodum, Synodique ad eam responsum.*

X. *Socrates lib.* 2. *c.* 13. *citat Athanasii librum Synodicon inscriptum: cujus nonnulla excerpit ex Nicænis subscriptionibus quæ non exstant in hac Epistola; unde diversum omnino opus fuisse censendum est. Non enim ad præsens Athanasii institutum pertinet Catholicas Synodos recensere: ipseque Socrates cum alio nomine hunc librum alias laudaverit, satis innuit diversum hoc opus a Synodico esse.*

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

EPISTOLA

De Synodis Arimini in Italia, & Seleuciæ in Isauria, celebratis.

Scripta anno 359.

I. FORTASSE & ad vos fama pervenit ejus Synodi, quæ nunc in omnium ore versatur: missæ quippe undique sunt Imperatoris ac Præfectorum litteræ, quæ viros illuc conventuros accerserent. Sed quia discendi cupidi, res gestas scire peroptatis; quæ vidi, quæque diligenter exploravi, vobis indicanda duxi: ne aliis narrantibus animi pendeatis: cum maxime nonnulli soleant res secus enarrare quam gestæ sint. Concilium itaque, nequaquam Nicææ, uti statutum fuerat, celebratum est: sed secunda prodiit jussio; ut Occidentales Episcopi Ariminum in Italia convenirent, Orientales vero Seleuciæ, quæ aspera dicitur, in Isauria, convocarentur. Obtentus autem hujusmodi conventus erat, ut de fide in Dominum nostrum Jesum Christum (ut jactitabant) ageretur. Curarant scilicet eam spargere famam, ex Pannonia quidem, Ursacius, Valens & Germinius quidam: ex Syria vero, Acacius, Eudoxius, & Patrophilus, urbis quæ ex Scythis nomen sortita est Episcopus. Hi enim Arianarum semper partium cum fuerint, nec intelligant quid credant, quidve affirment, singulos sensim decipientes, inserentesque hæreseos sementem, nonnullos, qui alicujus pretii videbantur, ipsumque Imperatorem Constantium hæreticum subornarunt; ita ut Synodum, sub ementita asserendæ fidei specie impetrarint: rati se Nicænam posse Synodum obruere, atque ita omnes a sententia dimovere, ut impietas veritatis loco obtineat ubique.

Cur eam scripserit.

2. Et primum quidem id valde miror (quod prudentem arbitror quemlibet animadversurum) nimirum cum universalis Synodus indicta esset, illamque omnes exspectarent, eam derepente fuisse divisam; adeo ut hi hoc convenirent loco, alii alio sese convocarent: quod fortasse divinæ providentiæ fuit opus; ut in altera Synodo hominum sincera puraque fides palam fieret, in altera vero suspecta virorum dubiaque animi sententia deprehenderetur. Id quoque mihi, germanisque fratribus hic mecum versantibus, in mentem subiit, atque ejusmodi concursus absurditatem cernentes cogitabamus, quæ res tantopere urgebat, ut orbis terrarum turbaretur, & qui tum temporis pro clericis habebantur, ultro citroque discurrerent, sciscitantes quomodo in Dominum nostrum Jesum Christum

Synodus Nicææ indicta, dividitur, Occidentalibus, Ariminum; Orientalibus, Seleuciam concedentibus.

stum crederent? Si enim credidissent, nequaquam periode sciscitati essent, quasi quid crederent non haberent. Hoc autem Catechumenis haud levis offensionis ansam, ethnicis vero, non modicam sed effusam risus materiam præbuit: quod Christiani, veluti e somno nunc excitati, quærant, qua ratione in Christum credere oporteat: qui autem inter illos Clerici vocantur, tametsi auctoritatem apud populos, quasi magistri, sibi vindicant, jam se tamen infideles declaraverint, cum id quærant scilicet quod non habent. Nec advertunt Ursacius & socii, qui horum auctores fuere, quantum sibi iræ thesaurum recondant, Domino per Sanctos suos dicente: *Væ illis per quos nomen meum blasphematur in gentibus*: suo autem ipse ore in Euangeliis ait: *Qui ergo scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris*: *quam*, ut addidit Lucas, *ut scandalizet unum de pusillis istis*.

Esai. 52. 5. & Rom. 2. 24. — *Mat. 18. 6.* — *Luc. 17. 2.*

3. Quid enim doctrinæ ad piam religionem defuit Ecclesiæ Catholicæ, ut nunc de fide perquirant, utque suis de fide expositionibus præsentis temporis consulatum præfigant? Ursacius enim, Valens & Germinius, cum sociis id fecere, quod nunquam apud Christianos vel factum vel auditum fuerat. Cum enim scripsissent quam ipsi vellent fidei formulam, consulatum initio posuerunt, mensem item atque illius anni diem: ut prudentibus omnibus palam facerent, non antea, sed nunc demum sub Constantio eorum cœpisse fidem. In his quippe omnibus scriptis suis unam hæresis suæ curam habuere. Ad hæc, cum se de Domino scribere simulent: alium sibi dominum vocant Constantium. Is enim erat, qui impietati eorum potestatem tribuebat: eumque illi æternum Imperatorem appellarunt, qui Filium sempiternum esse negant: adeo aperte pro impietate sua Christum oppugnant. Sed fortasse sanctorum Prophetarum chronographia, consulatus indicandi causa illis fuit. At si id effutire ausi fuerint, suam hinc inscitiam liquidius commonstrant. Sanctorum enim Prophetiæ, temporum habent memoriam. Esaias quippe & Osee in diebus Hosiæ & Joatham & Achaz & Ezechiæ vixerunt: Hieremias in diebus Josiæ: Ezechiel & Daniel sub Cyro & Dario: alii item aliis prophetavere temporibus. Non quidem quod tum Religionis primordia constituerent: nam ea ante ipsos extitit & semper fuerat, atque ante mundi constitutionem, hanc ipsam nobis Deus in Christo præparavit. Neque illi fidei suæ tempora significabant, cum ante illa fideles fuerint, sed suæ annunciationis tempora indicabant. Quæ annunciatio primo ac præcipue Salvatoris spectabat adventum, secundo quæ Judæis, gentibusque obventura erant. Tempus autem indicabatur, non incœptæ fidei, uti supra dixi, sed ipsorum Prophetarum, quo scilicet ipsi hæc prophetarent. Hi autem hujus temporis sapientes, non in historiæ narratione, nec in futurorum prædictione: sed postquam hæc scripsissent, *Edita est fides Catholica*, mox addidere & consulatum & mensem & diem: ut quemadmodum Sancti illi, historiarum, suique ministerii tempora scripserant: sic isti suæ fidei tempus significarent. Atque utinam de sua tantum fide scriberent, nunc enim vere incœpit illa, nec quasi de Catholica loqui ausi fuissent. Non enim scripsere: Ita credimus; sed, *Edita est Catholica fides*.

Ursacius, Valens & Germinius contra Ecclesiæ usum consulatum, suæ fidei Formulæ præfixere.

4. Propositi igitur audacia, eorum ignorantiam prodit. Nova autem illa scribendi ratio, Arianæ hæresi consentanea est. Ejusmodi enim scriptis suis indicarunt quandonam ipsi incœperint credere: atque a præsenti tempore suam fidem annuntiari volunt. Ac quemadmodum juxta Lucam Euangelistam, *datum est edictum* de descriptione, illudque edictum non prius exstiterat, sed a diebus illis, a Scriptore scilicet indicatis, initium duxit; sic & isti his verbis, Nunc fides edita est, palam fecerunt hæreseos suæ sententiam recentiorem esse, nec antea exstitisse. Ubi autem addiderunt, Catholicæ, non adverterunt se in Cata-Phrygum amentiam esse collapsos; adeo ut isti perinde atque illi, dicant: Nobis primo revelatum est, & a nobis Christianorum fides incipit. Atque ut illi Maximillam & Montanum; sic & isti Constantium, vice Christi, dominum conscribunt. Quod si ex illorum sententia a præsenti Consulatu fides habet initium, quid acturi Patres sunt & beati Martyres? imo quid illi ipsi facient erga eos qui a se in Christiana religione instituti, ante hunc Consulatum obdormierunt? Quomodo illos excitabunt, ut quod illos docuere in illis deleant, & inventa sua quæ jam scripsere illis inserant? Ita nempe imperiti sunt, unaque est illorum scientia, causas confingere, easque absurdas, incredibiles, & quæ nullo negotio refutentur.

Luc. 2. 1.

5. Siquidem Nicæna Synodus non temere, sed ex urgente necessitate & ex legitima causa, coacta est; nam Syriæ, Ciliciæ & Mesopotamiæ populi, circa festi celebrationem claudicantes, cum Judæis Pascha celebrabant. Ariana quoque hæresis adversus Catholicam Ecclesiam insurrexerat, patronosque habebat qui sui solicitudinem gererent, & piis insidiarentur hominibus, Eusebianos. Quæ causa fuit œcumenicæ congregandæ Synodi; ut ubique una festi dies celebraretur, & hæresis, quæ pullularat, anathemate damnaretur: quod & factum est. Syri enim obtemperarunt: Ariana vero hæresis Antichristi prodromus declarata est, eaque refutata, rectam fidei expositionem ediderunt. Attamen cum tot tantique essent qui scriberent, ejusmodi nihil ausi sunt, quale tres aut quatuor isti homines. Non enim Consulatum vel mensem vel diem præposuere: sed de Paschate quidem ita scripsere: *Decreta sunt quæ sequuntur*, tunc enim decretum est ut omnes morem gererent: de fide vero nequaquam dixere, Decretum est; sed: *Sic credit Catholica Ecclesia*, statimque confessi sunt, quidnam crederent, ut declararent non recentiorem, sed Apostolicam esse suam sententiam. Quæque illi scripto tradidere non ab illis inventa, sed ea ipsa sunt quæ docuerunt Apostoli.

Qua de causa coacta fuit Nicæna Synodus.

6. Quam vero legitimam causam habent Synodi ab illis coactæ? Si qua enim alia recentior post Arianam exorta est hæresis, ejus nobis commenta proferant, dicantque quinam ejus sint auctores: scriptisque suis ante hanc Synodum exortas hæreses, inter quas est Ariana, anathemate damnent, quemadmodum a Nicænis Patribus factum est, ut & ipsi videantur verosimilem causam habere nova dicendi. Quod si nihil accidit ejusmodi, neque id illi probare valent, imo potius hæc effutiunt quod Arii impietatis sectatores sint: unde obvenit illis, ut quotidie confutati sententiam mutent? Quis, quæso, Synodorum usus, cum Nicæna sufficiat, quæ contra Arianam & alias hæreses coacta, eas omnes per sanam suam fidem condemnavit? Etenim ille vulgo jactatus Aetius, cognomine atheus, non eo ferocit quod novam repererit insaniam, sed in Arianam hæresin quasi procellis agitatus, ipse cum subornatis a se hominibus, naufragium fecit. Frustra igitur circumcursantes obtendunt se fidei causa Synodos postulasse. Est quippe Scriptura sacra præ ceteris omnibus satis. Quod si hac de causa Synodo opus sit, extant Patrum acta: neque enim qui Nicææ convenere, hanc rem neglexerunt: sed tam probe scripserunt, ut qui sincero animo eorum scripta evolvant, ex iis reminisci valeant pieta-

Synodi non absque causa cogendæ.

tis erga Christum quæ in divinis prædicatur Scripturis.

7. Quia igitur nihil apud illos rationi consonum reperitur, & quamquam commentis utuntur, hærent tamen ubique; hoc demum restat illis dicendum: Nos majoribus nostris contradicentes, transgredientesque Patrum traditiones, Synodum cogi postulavimus: metuentes autem ne Episcopis unum in locum congregatis, vana fuerit nostra solicitudo; rogavimus Synodum in duas dividi partes: ut separatis illis, quæ scripsimus exhibentes, majorem eorum numerum, minis Constantii impietatis patroni nomine intentatis, subornare possimus: sicque acta Nicæna irrita facere, dum scriptorum nostrorum simulatam simplicitatem obtendemus. Hæc licet iisdem minime verbis sint effati, hoc certe animo omnia fecere, omnia conturbavere. Et sane cum multa multoties in diversis Synodis dixerint scripserintque, nunquam tamen de Ariana hæresi, ut prava, mentionem fecerunt: imo si qui forte ex præsentibus hæreses deferrent, illi Arianam, quam Nicæna Synodus anathemate damnarat, propugnabant. Quin potius eos, qui Arianica proferrent, perhumaniter amplectebantur. Magnum hoc igitur argumentum, eos non veritatis asserendæ causa, sed ut Nicæna acta abrogarent, de convocandis nunc Synodis cogitasse. Quæ autem in his Synodis cum a se, tum a sibi similibus acta sunt, rem non alio modo se habere palam faciunt. Quapropter e re fuerit ut singula, prout gesta sunt, enarremus.

Quo animo Synodos dividendas curarint Ariani.

8. Cum exspectarent omnes, ut in unum convenirent, quos Imperatoris literæ accersebant, utque unica Synodus celebraretur; postea quam divisi fuissent, & alii Seleuciam cognomento asperam convenissent: alii Ariminum, ubi plures quadringentis Episcopi reperti sunt; eo se contulerunt etiam Germinius, Auxentius, Valens, Ursacius, Demophilus, & Gaius. Sed cum omnes Episcopi ex diviois Scripturis differerent: charta illi producta, ubi Consulatum legissent, postulabant ut hæc toti anteferretur Synodo, & nihil ultra ab hæreticis quæreretur, nec eorum exploraretur seotentia: sed hæc eorum scripta sufficerent, quæ ad hunc modum se habent.

Historia Ariminensis Synodi anno 359 celebratæ.

* *Edita est Catholica fides, præsente Domino nostro piissimo & victoriis eximio Imperatore Constantio Augusto, æterno, venerando, sub consulatu Flaviorum Eusebii & Hypatii clarissimorum, Sirmii undecimo Calendas Junias.*

Scripta anno 359. 22. Maii.

CREDIMUS in unum solum ac verum Deum Patrem omnipotentem, creatorem & opificem omnium: & in unum unigenitum Filium Dei, ante omnia sæcula, ante omne principium & ante omne tempus quod excogitari potest, & ante omnem comprehensibilem substantiam, impassibiliter ex Deo genitum, per quem sæcula condita, & omnia facta sunt: natum unigenitum, solum ex solo Patre, Deum de Deo, similem Patri suo qui ipsum genuit, secundum Scripturas: cujus generationem nemo novit, nisi solus qui ipsum genuit, Pater. Hunc scimus Dei unigenitum Filium, nutu paterno de cælis advenisse, ad destruendum peccatum: & natum ex Maria Virgine, versatum cum Discipulis, qui omnem dispensationem implevit secundum paternam voluntatem, crucifixum, & mortuum: qui ad inferos descendit, & quæ illic agenda ordinavit: quem conspicati inferorum ostiarii exhorruerunt: qui tertia die resurrexit a mortuis, qui cum Discipulis versatus, ubi omnem dispensationem implesset, peractis quadraginta diebus, assumtus est in cælos, sedetque ad dexteram Patris: qui venturus est ultima die resurrectionis cum gloria paterna, redditurus singulis juxta opera sua. Et in Spiritum sanctum, quem ipse unigenitus Dei Jesus Christus promisit se missurum generi hominum, Paracletum id est Consolatorem, ut scriptum est: Vado ad Patrem meum, & rogabo Patrem, & alium Paraclitum mittet vobis, Spiritum veritatis. Ille de meo accipiet, & docebit vos ac suggeret vobis omnia. Nomen autem substantiæ quod simplicius a Patribus positum, a populisque minime intellectum, offensionis causa sit: quod etiam in Scripturis non contineatur, de medio tolli, & nullam omnino substantiæ mentionem in Deo deinceps faciendam esse placuit; quod divinæ Scripturæ nusquam de Patris & Filii substantia meminerint. Patri autem Filium secundum omnia similem dicimus: quemadmodum Scripturæ dicunt atque docent.

Joan. 14. 16.

9. His perlectis, non diu postea eorum qui scripserant vafrities deprehensa est. Episcopis enim proponentibus, ut Ariana cum aliis hæresibus anathemate damnaretur: acquiescentibusque omnibus, abnuerunt Ursacius & Valens cum sociis: atque demum compertum est, illos non sincero ea scripsisse animo; sed ut ea quæ Nicææ acta fuerant abrogarent, eorumque loco nefariam inducerent hæresim. Hominum itaque dolosa verba & vafrum consilium mirati Episcopi ajebant: Nos non ideo huc convenimus quod fide egeremus, in nobis enim ipsis sanam habemus fidem; sed ut eos qui veritati repugnant, & nova moliuntur, pudore afficeremus. Quod si vos, quasi qui nunc credere incipiatis, ista scripsistis, nondum Clerici estis, quippe qui jam primum fide instituamini: si vero qua meote nos convenimus, eadem & vos accessistis, sit omnium concordia, & hæreses anathemate damnemus, Patrumque nostrorum servemus traditiones, ne posthac Synodorum cogendarum causæ passim occurrant, cum semel illi qui Nicææ convenerunt omnia præ-

Arianorum deprehensa vafrities.

ª Hæc fidei confessio exstat apud Socratem l. 2. c. 37. ejus pars apud Nicephorum l. 9. c. 39. De hac fuse disputavit Nicolaus Faber Præfat. ad Hilarii Fragmenta. Socrat. ἐξετέθη πίστις ἡ καθολικὴ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Κωνσταντίου, ἐν ὑπατείᾳ Φλαυίων &c. Porro Latine illam primo editam, Græce deinde fuisse versam ajunt Socrates l. 2. c. 30. & Sozom. l. 4. c. 17. Quos tamen hallucinari putant viri complures eruditissimi, quod a Marco Arethusio Græco homine ab aliis Episcopis electo concinnata fuerit, ut Germinius oculatus testis enarrat in Epistola sua ad Rufianum, apud Hilarium Fragmento 14. sub finem. Quod itidem confirmatur ex subscriptionibus, quas adfert Epiphanius Hær. 73. num. 22. ubi Marcus Arethusius prior subscribit, maximaque subscribentium pars Græci Episcopi sunt. Et ne dicatur aliam esse illam Fidei formulam a Germinio Epiphanioque laudatam, clausulam adfert Germinius hic iisdem prorsus verbis expressam. Epiphanius vero verba adfert Valentis, qui ait se subscriptionem dedisse ea nocte, quæ diem Pentecostem præcessit, quæ ipsissima dies est quæ in fronte hujusce fidei Formulæ designatur, videlicet undecimo Calendas Junias. Innuit item Epiphanius, Valentis consilium fuisse illam fidei formulam Ariminum deferre, quod huic rectissime convenit. Aliam profert V. Cl. Valesius rationem, ut probet eam Græce fuisse editam, quia nempe Athanasius, ubi monumenta adfert ex Latino Græce versa, de ea re admonere perpetuo solet. At non adeo firmum est hoc argumentum; in Apologia quippe ad Constantium Imperat. pag. 322. Epistolam adfert S. Doctor ex Latino Græce versam, quin illud indicet. Uno verbo certum videtur hanc ipsam esse fidei Formulam quæ a Marco Arethusio dictata est, cujusque subscriptiones habentur apud Epiphanium Hær. 73. num. 22. Græcene autem an Latine primo fuerit edita, ambiguum.

Titulum vero quod spectat, ex Athanasio forte colligatur Ursacio, Valente & Gaio auctoribus præmissum illum fuisse. Certe id non obscure innuit Sanctus Pater num. 3. ubi ait, eos cum sociis post editam fidei professionem, ei consulatum, diem atque Imperatoris nomen præposuisse. Et liquidius n. 5. ait Nicænos Patres nequaquam ausos esse Consulatum, diem, vel mensem formulæ fidei præponere, quod tamen tres aut quatuor isti designarunt. Quod eo illi forte animo fecere, ut Imperatoris Consulumque nomen Formulæ suæ auctoritatem daret, atque Ariminensibus Patribus terrorem incuteret.

præoccuparint, & nihil non pro Catholica Ecclesia egerint. Sed cum Episcopi una omnes consentirent, abnuere tamen supradicti. Quapropter cum exploratum ipsis esset, ignaros, vafros, vel potius hæreticos esse homines, omnes Nicænam Synodum suis suffragiis approbarunt, sufficereque illam omnibus visum est; prædictos autem, Ursacium scilicet, Valentem, Germinium, Auxentium, Gaium, & Demophilum hæreticos declararunt, & cum illos deposuissent, utpote qui non vere Christiani, sed Ariani essent, hæc Latine scripsere, quæ * ad sensum Græce sic translata sunt.

* Sunt qui vertendum putant, pro verbus.

Ex Hilarii Fragment. 8. p. 1344.

10. * *Exemplum Epistolæ Ariminensis Concilii ad Constantium Imperatorem, ubi Episcopi prævaricati sunt a fide vera.*

I. JUBENTE Deo ex præcepto pietatis tuæ credimus fuisse dispositum, ut ad Ariminensium locum ex diversis Provinciis Occidentalium Episcopi venfremus, ut fides claresceret omnibus Ecclesiis Catholicis, & hæretici noscerentur. Dum enim omnes qui recte sapimus contractaremus; placuit quidem ut fidem ab antiquitate perseverantem, quam per Prophetas Euangelia & Apostolos, per ipsum Deum & Dominum nostrum Jesum Christum Salvatorem imperii tui & largitorem salutis tuæ, quam semper obtinuimus, teneamus. Nefas enim duximus, Sanctorum aliquid mutilare, & eorum qui in Nicæno tractatu consederant una cum gloriosæ memoriæ Constantino Patre pietatis tuæ. Qui tractatus manifestatus est, & insinuatus mentibus populorum, & contra hæresim Arianam tunc positus invenitur, ut hæreses inde sint expugnatæ: a quo si aliquid demtum fuerit, venenis hæreticorum aditus panditur.

II. Ideo Ursacius & Valens in suspicionem ejusdem hæreseos Arianæ venerunt aliquando & suspensi erant a Communione: & rogaverunt veniam, sicut eorum continent scripta, quam meruerant tunc temporis a Concilio Mediolanensi, assistentibus etiam Legatis Romanæ Ecclesiæ. Constantino præsente in hoc, cum magno examine fuisset conscriptum, quod tenens baptizatus ad quietem Dei commigravit; nefas putamus inde aliquid mutilare, & tot Sanctos & Confessores & Successores Martyrum ipsius tractatus conscriptores in aliquo removere: cum & ipsi præteritorum Catholicorum secundum Scripturas * cunctas servaverunt, mansisseque in hæc tempora, quibus pietas tua a Deo Patre per Deum & Dominum nostrum Jesum Christum regendi orbis accepit. Tunc etiam conabantur convellere, quod fuerat positum ratione. Etenim cum pietatis tuæ litteræ jusserunt tractari de fide, offerebatur nobis a supradictis turbatoribus Ecclesiarum, associato Germinio (Auxentio) & Gaio, novūm nescio quid considerandum, quod multa perversæ doctrinæ continebat. Adeo cum videretur displicere quod offerebant publice in Concilio, putaverunt aliter esse conscribendum. Equidem hæc brevi tempore sæpe mutasse, manifestum est. Et ne Ecclesiæ frequentius perturbentur, placuit instituta vetera rationabilia servari. Ad instruendam igitur tuam clementiam (Legatos misimus qui tibi ** sententiam Synodi per Epistolam indicent) quibus hoc ipsum solum mandamus, ut non aliter legationem perferrent: quam statuta vetera permanerent firmissima, ut & sapientia tua cognosceret, non hoc quod promiserant supradicti Valens & Ursacius, Germinius & Gaius, si sublatum fuisset, pacem posse compleri. Magis enim turbatio cunctis regionibus & Ecclesiæ Romanæ immissa est.

* Forte, cuncta. locus vitiosus.

III. Ob quam rem tuam rogamus clementiam, ut placidis auribus & sereno vultu universos Legatos nostros & respicias & audias: neve aliquid permittat clementia tua injuria veterum convelli; sed manere ea, quæ a majoribus nostris accepimus, quos fuisse & prudentes, & sine Spiritu sancto Dei non egisse confidimus: quia ista novitate non solum fideles populi perturbati sunt, verum etiam infideles ad credulitatem vetantur accedere. Oramus etiam ut præcipias tot Episcopos, qui Arimino detinentur, inter quos plurimi sunt qui ætate & paupertate defecti sunt, ad suam Provinciam remeare: ne destituti suis Episcopis laborent populi Ecclesiarum. Hoc etiam frequentius postulamus, ut nihil innovetur, nihil minuatur; sed maneant incorrupta quæ Patris sanctæ pietatis tuæ temporibus & tuis religiosis sæculis permanserunt. Nec jam nos fatigari aut convelli a sedibus nostris tua sancta prudentia permittat: sed quieti vacent semper postulationibus, quas habent semper & pro salute tua, & pro regno tuo, & pro pace quam tibi divinitas pro meritis tuis profundam & perpetuam largiatur. Legati autem nostri & subscriptiones & nomina Episcoporum vel Legatorum perferent, sicut idem alia Scriptura instruit tuam sanctam religiosamque prudentiam.

*** *Decretum Synodi.*

Apud Hilar. Col. 1342.

11. QUANTUM decuit, Fratres carissimi, Catholica Synodus patientiam habuit, & piam Ecclesiam totiens exhibuit juxta Ursacium & Valentem, Germinium, Gaium (& **** Auxentium); qui totiens mutando quod crediderant, omnes Ecclesias turbaverunt, & nunc conantur hæreticum animum suum inserere animis Christianis. Subvertere enim volunt tractatum habitum apud Nicæam, qui positus est contra Arianam hæresim & ceteras. Attulerunt nobis præterea conscriptam a se fidem, quam recipere nos non licebat. Jam quidem hæretici antehac nobis pronunciati sunt, & multis diebus est comprobatum: quos & ad nostram communionem non admisimus, voce nostra damnantes eos præsentes. Nunc iterum quid vobis placet, iterum dicite, ut singulorum subscriptione firmetur. Universi Episcopi dixerunt, Placet ut hæretici * SS. damnentur, quo possit Ecclesia fide inconcussa, quæ vere Catholica est, in pace perpetua permanere. Rerum quidem Arimini gestarum celerrimus ejusmodi fuit exitus. Nulla enim ibi fuit sententiarum discrepantia: sed omnes una mente quæ decreta fuerant conscripserunt, Arianosque deposuerunt.

* Idest, suprascripti.

12. Seleuciæ vero Asperæ hæc acta sunt. Mensis erat a Romanis September, ab Ægyptiis Thoth, a Macedonibus Gorpiæus nominatus. Decimaque

Res in Synodo Seleuciana gesta anno 359.

sexta

* Hæc Epistola latine primum data fuit, ut est apud Hilarium Fragmento 8. Columna 1344. quam huc transferibere visum est. Extat ea Græce apud Socratem lib. 2. cap. 37. Sozomenum l. 4. cap. 18. Theodoretum l. 2. cap. 19. Nicephorum lib. 9. cap. 40. Prout scilicet apud Athanasium ex Græco versa habetur magis ad sententiam, quam ad verbum.

** Apud Hilarium Fragm. 7. Col. 1342. unde contextus Latinus desumtus est, legitur Grecianum a Calle decretum illud protulisse: quod cum Latine primum editum fuerit, ut ibidem jacet, Græce versum est.

*** Auxentium omittit Hilarius de more.

**** Hilarii textus hic deficit.

sexta mensis secundum Ægyptios: qua qui vocati fuerant convenere. Erantque ibi Episcopi circiter centum sexaginta. Cum autem ex illis multi accusarentur, clamarentque accusatores adversus illos, Acacius, Patrophilus, Uranius Tyri, Eudoxius qui Antiochenam invasit Ecclesiam, Leontius, Theodotus, Evagrius, Theodulus, & Georgius ille ex toto terrarum orbe pulsus, callidam rem aggrediuntur. Veriti quippe accusatorum suorum probationes; alios secum Arianæ factionis assumsere, qui pariter ad impietatem mercenarii, & a Secundo, per magnam Synodum deposito, ordinati fuerant; ex Libya Stephanum, Seram, & Pollucem, de variis criminibus accusatos: ac deinde Pancratium & Ptolemæum quemdam Meletianum, & cum se de fide inquirere velle simularent, haudquaquam latuit eos reformidare accusatores suos: cumque hæresim vindicarent, disjuncti sunt Episcopi, & alii quidem, Acacio juncti, paucissimi numero, suspecti erant: alii autem multitudo erant. Acaciani igitur amentiæ suæ audacia usi, quæ Nicææ scripta fuerant plane abnegarunt, ipsamque Synodum criminabantur. Alii antem multo majore numero, reliquis omnibus Synodi admissis verbis, solam consubstantialis vocem, eo scilicet obtentu quod præ obscuritate suspecta esset, improbabant. Cum igitur illic diutius immorarentur, instantibus accusatoribus, accusatis autem refugientibus, & ea de causa vehementius impietate sua concitatis, in Dominumque blasphemantibus, Episcoporum multitudo rem indignissime ferens, Acacium quidem, Patrophilum, Uranium, Eudoxium, Georgiumque olim exactorem & alios ex Asia, Leontium, Theodosium, Evagrium, & Theodulum deposuere. A communione autem sua segregarunt Asterium, Eusebium, Augarum, Basilicum, Phœbum, Fidelium, Eutychium, Eustathium, & Magnum: eo quod in jus vocati, ut a multis allatas adversum se criminationes repellerent, non comparuissent: decreveruntque ut ita manerent, donec sese purgantes, ab ejusmodi criminibus se innocentes comprobarent. Cumque ad singulas diœceses judicium contra eos latum scripsissent, impiissimum Augustum Constantium adierunt, ut illi acta sua renunciarent, ita enim jussum illis fuerat. Talisque fuit Seleucianæ Synodi exitus.

13. Quis igitur non laudaverit, Episcoporum in Ariminensi Synodo congregatorum pietatem? qui tanto itineris labore, tot maris periculis perfuncti sunt, ut eos qui cum Ario sentirent deponerent, Patrumque definitiones integras servarent, rebus sancte & canonice constitutis. Unicuique enim eorum persuasum erat, si majorum suorum decreta abrogarent, se posteris occasionem daturos, ut res a se constitutas irritas facerent. Quis contra non improbarit temeritatem Eudoxii & Acacii, qui Patrum suorum honorem, Ariomanitarum studio & gratiæ propinant? Quænam fides eorum actia, si majorum solvantur acta? aut cur Patres vocant eos quibus illi successere, quorum tamen sententiam criminantur? Præsertim Acacius quidnam de magistro suo Eusebio dixerit: qui non modo Nicænæ Synodo subscripsit, sed * per Epistolam plebi suæ significavit, hanc esse veram fidem, quæ in Nicæna Synodo declarara esset? Etenim licet arbitrio suo sese per epistolam excusarit, verba tamen non negavit, imo reprehendit Arianos, quod cum dicerent, Filius non erat antequam gigneretur, ne ante Mariam quidem eum esse vellent. Quid porro populos docebunt ab illis institutos? an errasse Patres?

Eam Epistolam habes supra post Tractatum de Nicæna Synodo.

qui dictis eorum fidem habebunt discipuli, quibus suadent illi ut magistris non obtemperent? Quibus oculis intuebuntur monumenta Patrum; quos nunc vocant hæreticos? Cur Valentinianos, Cataphrygas & Manichæos insectantur, quos autem illis similia loqui arbitrantur, sanctos appellant? Quove jure Episcopi erunt ipsi, si ab iis, quos ut hæreticos criminantur, ordinati sunt? Quod si male senserunt illi, & scriptis suis orbem terrarum in errorem deduxerunt, cesset penitus eorum memoria: & si scripta eorum abjiciantur, ite vos ipsi & eorum reliquias ex cœmeteriis abjicite, ut omnes intelligant, illos seductores, vos parricidas esse.

Cœmeteriorum usus facer ad humanda corpora Christianorum.

14. Certe Beatus Apostolus Corinthios laudat his verbis: *Quod per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Isti autem cum talia de majoribus suis cogitent, iis plane contraria populis dicere audebunt: Non vos laudamus quod Patrum memores sitis; sed potius eo vos probamus, quod eorum traditiones non retineatis: ac demum infaustum suum genus culpent, dicantque, Nos non ex piis viris, sed ex hæreticis originem duximus. Decet quippe ita loqui homines, qui uti supra dixi, & Patrum honorem, & salutem suam Arianæ hæresi propinant: qui non quod in divino Proverbio scriptum est: *mala proles patrem execratur*, audire metuunt, non minas adversum ejusmodi homines in lege positas. Ob suum itaque pro hæresi studium, ita pertinace sunt animo. At vos ne ideo turbemini, neve audaciam eorum pro veritate habeatis. Etenim ipsi inter se mutuo diffident, & cum a Patribus defecerint, nequaquam una eademque sunt mente; sed variis diversisque sententiis fluctuant: disceptantesque adversus Nicænam Synodum, multas & ipsi Synodos celebrarunt: in quarum singulis cum fidem exposuerint, nulli tamen stetere professioni, nec alio umquam modo acturi sunt: male quippe quærendo, quam oderunt sapientiam nunquam invenient. Non abre igitur aliquam Arii scriptorum partem subjunxi, item quascumque colligere potui fidei expositiones in variis Synodis editas ab illis: ut cognoscatis, & quidem non sine admiratione, qua de causa, nullo afficiantur pudore, dum adversus œcumenicam Synodum & adversus Patres suos disceptant. Arius & sectatores ejus cum hæc sentirent atque proferrent: Ex non entibus Deus filium fecit, & vocavit eum sibi filium: Dei Verbum est una ex creaturis, &, erat aliquando cum non esset: mutabilis autem est, potestque cum voluerit mutari; a beatæ memoriæ Alexandro ab Ecclesia ejecti sunt.

1. Cor. 11. 2.

Prov. 30. 11.

Varias Ariani edunt fidei professiones.

15. Ejectus autem Arius dum apud Eusebium versaretur, suam hæresim in charta disposuit, & quasi in Thalia, neminem prudentium, sed Ægyptium Sotadem, moribus & dissolutione numerorum imitatus, multa scripsit: quorum pars hæc est.

Blasphemiæ Arii.

IPSE igitur Deus secundum illud quod est, ineffabilis omnibus est. Hic solus nullum sibi vel æqualem vel similem vel æqualis gloriæ habet. Ingenitum autem illum dicimus, propter eum qui natura genitus est: hunc sine principio celebramus, propter eum qui initium habet. Æternum ipsum veneramur, propter eum qui in tempore natus est. Qui sine initio est, Filium posuit initium creaturarum, huncque tulit ac sibi in filium adoptavit, qui nihil Deo proprium habet secun-

Paolo post annum 320. edita videtur.

* Hæc confer cum iis quæ supra habentur, De sententia Nicænæ Synodi pag. 85.

secundum propriam substantiam, non est enim æqualis aut consubstantialis illi. Sapiens vero est Deus, quia sapientiæ magister ipse est. Evidens quoque res est, Deum invisibilem esse omnibus quæ per Filium sunt, ipsique Filio invisibilem esse. Diserte autem dicam quo modo a Filio videatur qui est invisibilis: qua vi Deus videre potest, eadem propriis modis in Filium cadit Patrem videre, quatenus fas est. Nimirum Trinitas est non simili gloria: substantiæ enim eorum inter se permixtæ non sunt: altera altera gloriosior est in immensum. Extraneus a Filio secundum essentiam Pater est, quia sine principio est. Intellige unitatem fuisse, dualitatem vero non fuisse priusquam existeret. Igitur Filio nondum existente, Pater Deus est. Dehinc cum Filius aliquando non extiterit, (voluntate autem paterna extitit) unigenitus Deus est, & ab utroque alienus. Sapientia, Dei sapientis voluntate sapientia extitit. Sexcentis igitur rationibus hic intelligitur, Spiritus, Virtus, Sapientia, Dei gloria, Veritas, Imago, & Verbum. Intellige illud etiam, splendorem & lucem concipi. Æqualem filio gignere potest Deus: at præstantiorem, vel meliorem, vel majorem, nequaquam. Dei voluntate Filius quantus quantus est, ex quo tempore a Deo extitit, Deus fortis cum sit, se præstantiorem ex parte celebrat. Ut paucis dicam, Filio Deus est ineffabilis, est enim sibi quod est, hoc est inenarrabilis; ita ut nihil eorum quæ secundum comprehensionem dicuntur, intelligere, aut effari valeat Filius. Impossibile quippe est illi Patrem investigare, qualis in se est. Nam ipse Filius ne suam quidem substantiam novit: Filius enim cum sit, paterna ex voluntate revera extitit. Qua ratione fieri queat, ut qui est ex Patre, ipsum genitorem cognoscere atque comprehendere possit. Palam quippe est id quod habet initium, non posse id quod non habet initium, ut est cogitare vel comprehendere.

16. Quæ vero Ariani per Epistolam suam beatæ memoriæ viro Alexandro Episcopo scripta tradidere, hæc sunt.

* *Beato Papæ & Episcopo nostro Alexandro, Presbyteri & Diaconi in Domino salutem.*

NOSTRA a majoribus fides, quam & a te didicimus, beate Papa, hæc est. Agnoscimus unum Deum, solum ingenitum, solum æternum, solum principio carentem, solum verum, solum immortalitate præditum, solum sapientem, solum bonum, solum potentem, omnium judicem, administratorem, dispensatorem, immutabilem & inalterabilem, justum & bonum, Legis, Prophetarum & novi Testamenti Deum: qui Filium unigenitum ante tempora æterna genuit, per quem & sæcula & universa condidit: genuit autem non sola specie tenus, sed revera propria voluntate subsistere fecit, eumque immutabilem, inalterabilem: creaturam Dei perfectam, sed non ut aliquam ex creaturis: genitum, sed non ut aliquod ex genitis: neque ut Valentinus docuit Patris prolem esse emissionem: neque ut Manichæus, partem Patri consubstantialem: neque ut Sabellius unitatem dividens, eumdem dixit Filium & Patrem: neque ut Hieracas lucernam ex lucerna, aut ut lampadem in duas partes distinctam. Neque vero ejusmodi est, ut is qui prius erat, postea genitus sit aut in Filium conditus: quemadmodum tu ipse, beate Papa, in media Ecclesia & in consessu pluries qui hæc affirmarent confutasti; sed ut dicimus, voluntate Dei ante tempora & ante sæcula creatum, qui ut viveret & esset a Patre accepit, adeo ut ei Pater suam gloriam in creatione contulerit. Neque enim Pater, cum omnium possessionem ipsi tradidit, iis seipsum privavit, quæ ingenito modo in se continet: fons enim est omnium, quapropter tres sunt † substantiæ. Et Deus quidem cum omnium sit causa, omnino solus absque principio est: Filius vero sine tempore a Patre genitus, & ante sæcula creatus & fundatus, non erat priusquam gigneretur; sed sine tempore, ante omnia genitus, solus a Patre existit, non enim est æternus, coæternus, aut una cum Patre ingenitus: neque simul cum Patre habet esse, ut quidam dicunt de iis quæ ad aliud referuntur, duo ingenita principia inducentes: sed Deus, ut est unitas & principium omnium, sic ante omnia est. Quapropter & ante Filium est, ut a te in media Ecclesia prædicante didicimus. Quatenus igitur a Deo habet essentiam, gloriam, vitam, & omnia ei tradita sunt; eatenus Deus ejus principium est. Dominatur enim illi, utpote Deus ejus, & ante illum existens. Quod si illud, *ex ipso*, & *ex utero*, &, *ex Patre exivi & venio*, quasi pars ipsius consubstantialis, vel quasi emissio, a quibusdam intelligatur, Pater compositus erit, & divisibilis & mutabilis, item corpus secundum illos, & quantum in ipsis erit, incorporeus Deus, quæ corpori sunt propria, patietur. ** Pars quædam hæc sunt eorum quæ ex hæretico corde suo Ariani evomuerunt.

De Hieraca Epiph. Hæres. 61. ubi hæc non leguntur.

† Sic Hilarius.

Rom. 11. 36. Psal. 109. 3. Joan. 16. 28.

17. Antequam vero Nicæna Synodus celebraretur, eorum similia scripserant Eusebius, Narcissus, Patrophilus, Maris, Paulinus, Theodotus & Athanasius Nazarborum: quorum Eusebius Nicomediensis eo progressus est, ut hæc Ario scripserit: „ Cum recte „ sentias, precare ut omnes ita sentiant: manifestum „ enim omnibus est, illud quod factum est, non fuisse „ antequam fieret. Quod autem factum est, incipit „ esse. „ Eusebius vero Cæsareæ Palestinæ ad Euphrationem scribens † Episcopum, non timuit aperte dicere, Christum non esse verum Deum. Sed Athanasius Nazarborum apertius hæresim detexit, cum ait Filium Dei unam ex centum ovibus esse. In suis enim ad Alexandrum Episcopum litteris, ausus est hæc proferre: „ Cur Arianos arguis quod dicant, ex non ex- „ stantibus Filium Dei creatum factumque, atque ex „ omnibus unum esse? cum enim in centum ovibus „ opificia omnia per Parabolam indicentur, una ex „ illis est ipse Filius. Si igitur centum illæ non sunt „ creatæ res & opificia, aut si præter illas centum aliud „ quidpiam existat: nec Filius utique creatura est, aut „ unus ex omnibus. Quod si centum illæ omnes crea- „ tæ res sint, nihilque sit extra illas centum præter so- „ lum Deum, quid absurdi dicunt Ariani, si in illis „ centum, Christum complectentes & annumerantes, „ unum ex omnibus illum affirment? „ Georgius autem qui nunc Laodiceæ Episcopus est, tumque Alexandriæ Presbyter erat, & Antiochiæ commorabatur, ad Alexandrum Episcopum hæc scripsit: „ Ne Aria-

Præcipuorum Arianorum impia dicta.

† Balanea.

* Habetur hæc fidei Formula apud Epiphanium Hæresi 69. num. 7. apud Hilarium bis, libro scilicet quarto de Trinitate col. 833. Libro item 6. de Trinit. col. 882. Apud Ambrosium Tom. 2. pag. 786. in gestis Synodi Aquilejensis, hujus Epistolæ seu fidei formulæ passim fit mentio, ejusque varia expenduntur loca, ab initio petita: atque ut ibi testantur Patres in Epistola ad Imperatores numero decima, ea in Synodo recitata fuit, atque ibi ad Imperatores Epistolæ subjuncta, unde tamen excidit. Vocaturque ibi *Epistola Arii*, præcipui scilicet, at non solius ejus auctoris.

** Quod hic ait Athana. hæc partem esse eorum quæ Ariani impie protulere, nequaquam indicat partem tantum Epistolæ hic allatam fuisse; sed significat Sanctus Doctor, alias exstare in scriptis Arianorum impias voces: seu, alias alibi prolatas ab illis fuisse. Integram enim esse hanc Epistolam patet ex Epiphanio, ubi statim post hæc verba, ὁ [illegible] Θεός, sequitur, ἐρρῶσθαί σε ἐν κυρίῳ εὐχόμεθα, μακάριε πάπα. Ἄρειος, Αἰθάλης, Ἀχιλλεύς, Καρπώνης, Σαρμάτης, Ἄρειος πρεσβύτεροι. διάκονοι, Εὐζώϊος, Λούκιος, Ἰούλιος, Μηνᾶς, Ἑλλάδιος, Γάϊος. ἐπίσκοποι, Σεκοῦνδος Πενταπόλεως, Θεωνᾶς Λίβυς, Πιστὸς ὁ [illegible] εἰς Ἀλεξάνδρειαν οἱ Ἀρειανοί. Quæ Pistum hunc spectant, expenduntur in vita Athanasii ad annum 339. ubi vide sis. Alii autem omnes hic recensiti in Epistola encyclica Alexandri supra p. 158. eodem ferme ordine leguntur.

„ nos reprehendas, quod dicant, erat tempus cum non esset Filius Dei: etenim Esaias filius fuit Amos, ipseque Amos erat antequam Esaias existeret: Esaias vero non erat ante, sed postea extitit. Ad Arianos vero scripsit his verbis: Quid Alexandrum Papam arguitis quod dixerit ex Patre Filium esse? etenim nec vos metuere debetis Filium dicere ex Deo esse. Nam si Apostolus scripsit: *omnia autem ex Deo*, propalamque est, ex non extantibus omnia facta fuisse: estque etiam Filius creatus, atque una ex rebus factis; ergo & Filius ex Deo dici poterit, sicut omnia ex Deo dicuntur. „ Ab illo igitur Arii sectatores didicere, vocem, ex Deo, simulate proferre, & verba quidem dicere, nec tamen recte sentire. Ipse vero Georgius ab Alexandro, cum aliis de causis, tum quod sese impium exhiberet, depositus est; Presbyter enim erat, uti supra dictum est.

1. Cor. 11. 12.

18. Uno verbo ita illi scripsere, quasi singuli certarent atque contenderent, quisnam hæreseos impietatem plus augeret, & apertius eam detegeret. Porro Epistolas illorum penes me non habeo, alioquin earum exemplaria vobis misissem, missurus sane si Deo volente nactus fuero. Item quidam * Asterius ex Cappadocia, multiceps Sophista, unus ex Eusebianis, cum in priore persecutione sub Constantii avo diis sacrificasset, nec posset ab illis in Clerum cooptari; ex sententia Eusebianorum opusculum edidit, eorum arbitrio conscriptum, quod sacrificii ejus scelus æquaret: in illo enim cum locustam & erucam Christo contulisset, imo prætulisset, ac diceret aliam esse in Deo sapientiam præter Christum, quæ & Christi & mundi creatrix esset, Syriæ Ecclesias aliasque, Eusebianorum commendatione fretus, circuibat: ut quia semel Christum abnegare aggressus fuerat; ita nunc quoque adversus veritatem audacius insurgeret. Homo ille sane audacissimus in quæ loca sibi ingredi non liceret sese immisit, & in Clericorum loco sedens opusculum publice legebat, ceteri tamen rem indigne ferentibus. Multa certe complectitur opusculum illud: cujus hæc pars est: „ Non enim ait beatus Paulus se Christum prædicare, propriam virtutem, aut sapientiam ejus, scilicet Dei; sed sine additamento, Dei virtutem, & Dei sapientiam: docens aliam quidem esse propriam ipsius Dei virtutem, ipsi innatam, non factam & cum ipso existentem quæ genitrix est, Christi scilicet, creatrix vero totius mundi: de qua in Epistola ad Romanos: *Invisibilia enim ipsius*, inquit, *a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus & divinitas*. Sicut enim memoratam hic divinitatem nemo dixerit Christum esse, sed ipsum esse Patrem; sic puto, sempiternam ejus virtutem, non unigenitum Deum, sed eum qui genuit Patrem esse. Aliam vero Dei virtutem & sapientiam docet, quæ scilicet per Christum exhibetur: & per ipsa ministerii ejus opera cognoscitur. Et rursum: Etsi sempiterna ejus virtus & sapientia, quam sine principio & generatione esse, veritatis ratiocinia declarant, una eademque haud dubie sit: multæ tamen singulatim ab eo creatæ sunt, quarum primogenitus, unigenitus est Christus quæ quidem omnes a possessore pendent, & omnes ipsiua creatoris qui illis utitur virtutes jure appellantur. Ejusmodi est quod Propheta locustam in pœnam humanorum scelerum divinitus immissam, non Dei virtutem solum, sed magnam virtutem ab ipso Deo vocari dicit. Beatus autem David in plerisque Psalmorum, non Angelos solum sed & virtutes Deum laudare jubet, & omnes ad hymnum concinendum hortatur: quarum multitudinem declarat, easque ministros Dei vocare non renuit, ac illius voluntatem facere docet. „

Asterii sophistæ scripta & impietas.

Rom. 1. 20.

Joel. 2. 25.

19. Hæc contra Salvatorem ausus, non hic tamen sceleris stetit, sed magis magisque blasphemias adauxit suas dicens, „ Unus ex omnibus est Filius. Opificiorum enim primum est, & una ex intelligentibus naturis. Et quemadmodum sol in rebus quæ sub oculis cadunt, unus est ex iis quæ conspiciuntur: cum tamen universo mundo, juxta factoris sui mandatum, luceat; eodem prorsus modo Filius, cum una sit ex intelligentibus naturis, omnibus qui in intellectuali mundo sunt, lucet ac splendet. Iterumque ait: Erat aliquando cum non esset, atque ita scribit: Et quidem ante Filii generationem, præexistentem generandi scientiam habuit Pater: inerat quippe medico, antequam quos sanaret adessent, medendi scientia. Et rursum: Benefico, inquit, studio creatus est Filius, & virtutis copia Pater illum condidit. Et iterum: Si Dei voluntas per omnia deinde opificia pertransiit, liquet Filium opificium cum sit, voluntate extitisse, & factum fuisse. „ Hæc Asterius solus scripsit: Eusebiani vero hæc ipsa una cum illo sentiebant.

20. Hæc sunt quorum causa decertant, & cum antiqua Synodo pugnant, quia scilicet qui in ea convenere Patres suis similia non scripserunt, imo Arianam hæresim, quam hi stabilire studebant, perculsserunt anathemate. Quocirca Asterium qui idolis sacrificarat, sophistam hominem impietatis suæ advocatum designarunt; ne abstineret aut a verbis contra Dominum, aut a callidis argumentis ad simpliciores circumveniendos compositis. Verum ignorabant inscii illi, id sese in suam agere perniciem. Fœtor enim sacrificii ab advocato suo idolis oblati, hæresim magis magisque Christo inimicam coarguebat. Idcirco etiamnum omnia movent & turbant, rati, si quamplurimos occidant, & singulis mensibus Synodos convocent, vel sero tandem latam contra Arianos sententiam obliterandam esse. Videntur etiam nescire, aut scire quidem, sed simulare quasi nesciant, etiam ante Nicænam Synodum hæresim istam abominabilem fuisse: quo tempore Artemas ejus fundamenta jaceret: & ante illum, Caiphæ & Pharisæorum illius temporis consessus. Imo semper Christi hostium officina execrabilis est, nec unquam cessabit esse odiosa, quod dominicum nomen sit amabilissimum & omnis creatura genua flectat, & confiteatur, *quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris*.

Artemas seu Artemon, Christum merum hominem putabat. Vide Euseb. Hist. Eccl. lib. 6. p. 195.

Philip. 2. 11.

21. Ceterum illi frequentes Synodos adversus universale illud Concilium celebrantes nunquam satiscunt. Nam tametsi post Nicænam Synodum Eusebiani depositi sunt, postea tamen impudenter Ecclesias invadentes, cœperunt Episcopis sibi repugnantibus insidiari, horumque vice hæresis suæ homines in Ecclesias constituere, ut arbitratu suo Synodos cogant, quia scilicet Episcopos habent qui secum concurrant: quos de industria, ea de causa, prius ordinarant. Coeunt igitur Jerosolymis atque hujusmodi litteras dedere.

* San-

* De Asterio & ejus scriptis vide supra in Epistola de Decretis Nicænis p. 87.

Scripta anno 115. * *Sancta Synodus, Hierosolymis per Dei gratiam congregata, Ecclesiæ Dei quæ est Alexandriæ, & iis quæ sunt per totam Ægyptum, Thebaidem, Libyam, & Pentapolim. Item Episcopis, Presbyteris & Diaconis per totum orbem, in Domino salutem.*

NObis omnibus unum in locum ex diversis Provinciis, ad magnam solemnitatem congregatis; quam celebravimus in Dedicatione Martyrii Salvatoris, a religiosissimo Imperatore Constantino, in honorem omnium Imperatoris Dei & Christi ejus excitati; ingentem animi B voluptatem Christi gratia attulit, quam nobis ipse quoque religiosissimus Imperator per proprias dedit litteras, nos ad officium hortatus: cum omnem invidiam ab Ecclesia Dei ejecisset, & omne odium procul abegisset, quo Christi membra jam pridem diffidebant: ut simplici & pacifico animo Arium cum suis reciperemus: quos ad aliquod temporis spatium omni infesta bono invidia extra Ecclesiam detinuit. Imo ipse religiosissimus Imperator per Epistolam suam hujusmodi virorum rectam esse fidem testatus est: quam ipse ab illis sciscitatus, viva voce loquentes cum au- C diffet, a se approbatam nobis indicavit, litterisque suis sanam virorum fidei formulam subjunxit, quam nos omnes rectam & Ecclesiasticam esse agnovimus. Et jure quidem hortabatur viros suscipi & Ecclesiæ Dei conjungi, ut vobis ex ejusdem Epistolæ exemplari, quam nos ad pietatem vestram misimus, notum erit. Credimus vobis ipsis, utpote propria vestri corporis membra recuperantibus, magnum fore gaudium lætitiamque: dum vestra viscera, vestros fratres, & Patres agnoscitis & recipitis: quippe non solum Presbyteri Arii sequaces, sed omnis populus & multitudo universa D vobis restituitur, quæ supra dictorum virorum occasione jamdiu a vobis diffidebat. Et revera decet vos, iis compertis quæ hic acta sunt, nempe viros illos nobiscum communicasse, & a tanta sacra Synodo receptos fuisse; conjunctionem & pacem cum propriis membris libentissime amplecti: cum potissimum fides ab illis exposita, Apostolicam traditionem atque doctrinam ab omnibus approbatam, absque conteotione conservet.

22. Hoc illis fuit Synodorum exordium, ubi cito consilium suum palam fecere, nec occultare potuerunt. Cum enim dicereot eliminatam omnem iovidiam E fuisse, &, postquam Athanasius Alexandriæ Episcopus in exilium missus esset, scriberent oportere Arium cum suis suscipi; plane ostenderunt, se ea de causa Athanasio & aliis omnibus Episcopis sibi repugnantibus insidias struxisse, ut Arium cum sociis reciperent, hæresimque introducerent io Ecclesiam, & quamquam omnes pravas Arii seoteotias io illa Synodo laudassent, & ad communionem eos admitti statuissent, quod jam ab ipsis factum fuerat; attamen rati aliquid adhuc ad suum propositum desiderari, Antiochiæ Synodum obtentu Encæoiorum, ut vocant, coegerunt. F Et quia semper ab omnibus de hæresi accusabantur, alia aliis diversisque modis scripta ediderunt. In aliqua autem epistolarum suarum hæc conscripsere.

Prima fidei formula scripta anno 341. ** Nos neque Arii sectatores fuimus, quomodo enim Episcopi Presbyterum sequeremur? neque A aliam fidem, præter eam quæ ab initio tradita est, recepimus. Quinimo nos ejus fide examinata, explorataque, eum potius admisimus, quam sequuti sumus: quod ex verbis nostris cogniturі estis. Ab initio namque didicimus, in unum & universorum Deum credere, omnium intelligibilium & sensibilium opificem & provisorem. Et in unum Filium Dei unigeoitum, qui ante omnia sæcula existit, & una exstat cum eo qui se genuit Patre: per quem etiam omnia facta sunt, visibilia & invisibilia: qui novissimis diebus, secundum Patris voluntatem, descendit, & carnem ex Virgine assumsit: qui postquam B paternam ejus voluntatem adimplevisset, passus est, & resurrexit, in cælos ascendit, & in dextera Patris sedet: & rursum venturus est judicare vivos & mortuos, & permanet Rex & Deus io sæcula. Credimus quoque in Spiritum sanctum. Et si hoc addere oporteat: credimus carnis resurrectionem & vitam æternam.

23. Iterumque in alia Epistola eorumdem Eocæoiorum tempore, cum riorum pœniteret, ac nova quædam & plura excogitassent, hæc edidere.

*** Credimus juxta Euangelicam & Apostolicam traditionem in unum Deum Patrem omoipotentem: Secunda fidei formula scripta anno 341. C omnium rerum conditorem & opificem & provisorem; per quem omoia. Et io unum Dominum Jesum Christum Filium ejus, uoigenitum Deum, per quem omnia: genitum ex Patre ante sæcula, Deum ex Deo, totum ex toto, solum ex solo, perfectum ex perfecto, Regem ex Rege, Dominum ex Domino, Verbum vivens, sapientiam viventem, veram lucem, viam, veritatem, resurrectionem, pastorem, portam, nec mutationi, nec conversioni obnoxium, paternæ divioitatis, substantiæ, consilii, potestatis & gloriæ in nullo dissimilem imaginem, primogenitum omnis creaturæ: qui erat in principio apud D Deum: Deum Verbum, ut scriptum est in Euangelio: *& Deus erat Verbum:* per quem omnia facta Joan. 1. 1. sunt, & in quo omnia consistunt: qui novissimis diebus descendit desuper, oatus est ex Virgine secundum Scripturas, (*a*) & homo factus est: mediator Dei & hominum, Apostolus fidei nostræ, & auctor vitæ, ut ipse ait, *Descendi de cælo, non ut faciam* Joan. 6. 38. *voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me:* (*b*) qui passus est pro nobis, & resurrexit tertia die: & ascendit in cælum, sedetque ad dexteram Patris: & iterum venturus est cum gloria & potestate, judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum san- E ctum, qui ad consolationem, & sanctificationem, & ad initiationem credeotibus datur, sicut & Dominus noster Jesus Christus præcepit Discipulis dicens: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Matth. 28. 19. Patris, scilicet, vere Patris: & Filii vere Filii: & Spiritus saocti vere Spiritus sancti: nominibus non temere aut inutiliter positis, sed accurate propriam singulorum qui nominantur hypostasim, ordinem & gloriam significantibus: adeo ut hypostasi quidem tria sint: concordia autem, unum. **** Hanc F igitur tenentes fidem, eamque ab initio ad finem usque in conspectu Dei & Christi servantes, pravam omnem hæreticam doctrinam anathemate damnamus. Et si quis præter sanam rectamque Scripturarum fidem docuerit, dicens, aut tempus, aut ævum, aut sæculum, esse, vel extitisse, priusquam Fi-

* Epistola hæc habetur item in Apologia contra Arianos pag. 80.

** Hæc fidei professio exstat apud Socratem l. 2. c. 10. Niceph. l. 10. c. 5. & quoad sententiam tantum apud Theodoret. l. 3. c. 5. Decreveramus hic de Synodo Antiochena an. 341. agere. Sed cum notarum harumce brevitas rem tantam capere nequeat, ad vitam Athanasii, ubi res necessarie pertractatur, remittimus.

*** Hæc item fidei formula extat apud Socr. l. 2. c. 10. & apud Hilarium de Synodis p. 1168. quam teste Sozomeno l. 3. c. 6. ajebant Ariani se reperisse scriptam manu ipsius Luciani Martyris.

(*a*) Sic habet Hilar. *Et agnus factus est, mediator Dei & hominum prædestinatus fidei nostræ.*

(*b*) Hilar. *Qui passus est & resurrexit pro nobis tertia die.*

**** Hæc habentur apud Niceph. l. 10. c. 5. p. 680.

Filius gigneretur, anathema esto. Et si quis dixerit Filium creaturam, ut unam ex creaturis, aut genitum, ut unum ex genitis, aut opificium, ut unum ex opificiis, neque singula ut divinæ Scripturæ tradiderunt, prout ordine dicta sunt, profiteatur: aut si aliquid docuerit, aut euangelizaverit, præter id quod accepimus, anathema esto. Nos enim omnia quæ sacris in Scripturis traduntur, cum a Prophetis tum ab Apostolis, vere ac religiose credimus sectamurque.

24. Theophronius porro quidam Episcopus Tyanensis, hanc fidei formulam a se compositam coram omnibus proposuit, cui, hominis approbata fide, subscripserunt omnes.

Tertia fidei formula scripta anno 341.

Novit Deus, quem testem in animam meam advoco, me ita credere, scilicet, in unum Deum Patrem omnipotentem, universorum creatorem & factorem, ex quo omnia. Et in Filium ejus unigenitum, Deum, Verbum, potentiam, sapientiam, Dominum nostrum Jesum Christum, per quem omnia, ex Patre natum ante sæcula, Deum perfectum ex Deo perfecto: qui est apud Deum in hypostasi: qui in novissimis diebus descendit, & natus est ex Virgine, secundum Scripturas, homo factus est, passus est, resurrexit a mortuis, & ascendit in cælos, sedetque ad dexteram Patris sui. Et iterum venturus est cum gloria & potestate, judicare vivos & mortuos, manetque in sęcula. Et in Spiritum sanctum, consolatorem, Spiritum veritatis, quem per Prophetam promisit Deus se effusurum super servos suos, & Dominus promisit se missurum suis Discipulis, quem etiam misit, ut testantur Apostolorum Acta. Si quis autem quidpiam præter hanc fidem docet, aut intra se sentit, anathema esto. Et qui cum Marcello Ancyræ, aut Sabellio, vel Paulo Samosatensi sentit, anathema is quoque sit, & quicumque cum eo communicant.

Joel. 2. 28. — Act. c. 2.

25. * Porro qui ad Encænia convenerant Episcopi, nonaginta numero erant, Coss. Marcellino & Probino, Indictione 14. cum ibi esset impiissimus Constantius. Hæc cum Antiochiæ Encæniorum tempore gessissent, rati se nondum perfecte fidem suam scripsisse, utpote fluctuanti mente præditi; aliud denuo edunt de fide rescriptum paucis interjectis mensibus: atque Narcissum, Marin, Theodorum, & Marcum in Gallias mittunt: qui quasi a Synodo legati, hæc beatæ memoriæ Constanti Augusto, & ceteris qui aderant, tradiderunt.

Quarta fidei formula scripta anno 341.

** Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, conditorem & factorem omnium, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur. Et in unigenitum ejus Filium Dominum nostrum Jesum Christum, ante omnia sæcula ex Patre natum: Deum ex Deo, lumen ex lumine: per quem omnia facta sunt in cęlis & in terra, visibilia & invisibilia: qui est Verbum, sapientia, potentia, vita & lux vera. Qui in novissimis diebus propter nos homo factus, & natus est ex sancta Virgine, crucifixus etiam, mortuus & sepultus est: & resurrexit ex mortuis tertia die, & assumtus est in cælum, sedetque ad dexteram Patris. Et venturus est in consummatione sæculi judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera sua: cujus regnum interminatum permanet in infinita sæcula. Sedebit enim ad dexteram Patris, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Et in Spiritum sanctum id est, Paracletum: quem Apostolis pollicitus. post suum ad cælos ascensum misit, ut doceret illos & suggereret omnia: per quem etiam sanctificabuntur animæ illorum qui sincere in ipsum crediderint. Illos autem qui dicunt, ex non extantibus Filium, aut ex alia substantia, & non ex Deo esse: &, fuit aliquando tempus, quo non erat, alienos agnoscit Ecclesia Catholica.

26. Sed quasi se horum pœniteret, rursum post tres annos concilium suum coegerunt, miseruntque Eudoxium, Martyrium, & Macedonium, in Cilicia Episcopum, cum iisque alios quosdam, in Italiam, qui fidei formulam plurimis conscriptam deferrent, multisque additamentis auctiorem quam superiores; nam quasi recentiora quædam excogitassent, hæc secum attulere.

Quinta, scripta anno 344. vel 341.

*** I. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem & factorem omnium, ex quo omnis paternitas in cęlo & in terra nominatur. Et in unigenitum ejus Filium Dominum nostrum Jesum Christum, ante omnia sæcula ex Patre natum: Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quem omnia facta sunt, in cælis & in terra, visibilia & invisibilia: qui est Verbum, sapientia, potentia, vita & lux vera. Qui in novissimis diebus propter nos homo factus est, & natus est ex sancta Virgine, crucifixus, mortuus & sepultus: & resurrexit ex mortuis tertia die, & assumtus est in cælum, sedetque ad dexteram Patris: qui venturus est in consummatione sæculi judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera sua: cujus regnum interminatum permanet in infinita sæcula. Sedet enim ad dexteram Patris non solum in hoc sæculo, verum etiam in futuro. Credimus etiam in Spiritum sanctum, hoc est in Paracletum, quem Apostolis pollicitus post suum in cælos adscensum misit, ut doceret illos & suggereret omnia, per quem etiam sanctificabuntur animæ eorum qui sincere in illum crediderint.

II. Illos autem qui dicunt Filium ex non exstantibus, aut ex alia substantia, non autem ex Deo esse; aut tempus aliquando vel sæculum fuisse cum non esset, alienos agnoscit Catholica Ecclesia. Similiter eos qui dicunt tres Deos esse, aut Christum non esse Deum: aut eum ante sæcula neque Christum esse, neque Filium Dei: aut eumdem esse Patrem atque Filium vel Spiritum sanctum: aut ingenitum esse Filium: vel Patrem non arbitrio suo aut voluntate genuisse Filium; anathemate ferit sancta & catholica Ecclesia.

III. Neque enim tutum est dicere Filium ex non exstantibus esse, cum nusquam divinarum Scripturarum hoc de ipso feratur: vel ex alia prius existente substantia quæ Patris non esset; sed ex solo Deo eum vere genitum esse definimus: unum enim ingenitum & sine principio Christi Patrem esse divinus sermo docet. Sed neque eos qui citra Scripturæ auctoritatem temere dicunt, Erat tempus cum non esset, aliquod temporis spatium antecedens cogitare oportet; sed solum Deum qui sine tempore illum genuit. Tempora enim & sæcula per illum facta sunt. Neque item existimandum est Filium una cum Patre non genitum & principio expertem: quippe simul non geniti & principio carentis, nemo proprie Pater aut Filius dici poterit. Sed Patrem qui solus principio carens & ingenitus est, modo ineffabili & omnibus incomprehensibili genuisse novimus. Filium autem ante sæcula genitum fuisse, nec proinde velut Patrem ipsum quoque ingenitum esse: sed principium habere, Patrem nempe qui se genuit: caput enim Christi Deus. 1. Cor. 11. 3.

IV. Nec tamen quia tres res & tres personas Patris, & Filii, & Spiritus sancti secundum Scripturas confitemur, ideo tres Deos facimus. Unum enim solum ex seipso perfectum, ingenitum, prin-

* De his vide Socrat. lib. 2. c. 18. Sozom. l. 3. c. 5. & quæ diximus in Monito.

** Hæc fidei confessio habetur apud Socr. l. 2. c. 18. Et apud Nicephorum lib. 9. cap. 10.

*** Hæc item fidei professio exstat apud Socratem lib. 2. cap. 19. & apud Niceph. lib. 9. cap. 11.

principio carentem, & invisibilem Deum novimus, Deum & Patrem Unigeniti, qui solus ex seipso habet esse, solus copiose illud aliis largitur. Porro tametsi unum Deum solum dicimus Patrem Domini nostri Jesu Christi, solum ingenitum, non ideo negamus Christum quoque Deum esse ante sæcula: ut faciunt Pauli Samosatensis discipuli, affirmantes eum post Incarnationem, ex profectu Deum factum esse, postquam natura simplex homo factus fuisset. Scimus enim eum, quamvis Patri & Deo subjectus sit, ante sæcula tamen a Deo genitum, Deum secundum naturam perfectum & verum esse, neque ex homine postea Deum, sed ex Deo hominem propter nos factum esse, neque unquam esse desivisse.

V. Execramur præterea & anathemate damnamus eos, qui illum solum ac simplex Dei Verbum non subsistens, quod in alio suam existentiam habeat, falso appellant, quodque modo velut prolatitium a quibusdam dicitur, modo internum nominatur: Christum autem ipsum & Filium Dei, mediatorem, & imaginem Dei, non fuisse ante sæcula contendunt: sed eo tempore Christum ipsum & Filium Dei factum esse, ex quo nostram carnem ex Virgine assumsit, non integris abhinc quadringentis annis. Ex eo enim tempore initium regni habuisse Christum contendunt: & hoc regnum, post consummationem & judicium, finem habiturum.

Eusebium vide in Marcellum.

VI. Hujusmodi sunt sectatores Marcelli, & Scotini Ancyrogalatarum, qui Christi ante sæcula existentiam & divinitatem, ejusque perpetuum regnum cum Judæis inficiantur, ut Monarchiam constituere videantur. Scimus enim eum, non esse duntaxat prolatum, & internum Dei Verbum, sed vivum Deum Verbum per se subsistens, Deique Filium & Christum, eumque ante omnia sæcula non per solam præscientiam simul cum Patre extitisse, & cum illo versatum fuisse, ipsique ad creationem omnium visibilium sive invisibilium ministrasse. Hic enim est cui Pater dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Qui Patriarchis facie ad faciem visus est, qui legem dedit, & loquutus est per Prophetas, qui tandem homo factus est, & Patrem suum omnibus hominibus manifestavit: qui regnat in infinita sæcula. Nullam enim novam dignitatem accepit Christus: sed eum antea perfectum Patrisque per omnia similem esse credimus.

Genes. 1. 26.

VII. Illos vero qui dicunt Patrem & Filium & Spiritum sanctum eumdem esse; tria hæc nomina de una eademque re ac persona impie accipientes, merito ab Ecclesia proscribimus: eo quod Patrem qui nec comprehendi nec pati potest, comprehensioni & passioni per Incarnationem subjiciant: cujusmodi sunt qui apud Latinos Patropassiani, apud nos Sabelliani vocantur. Nos enim scimus Patrem qui misit, in propria immutabilis divinitatis conditione permansisse. Christum autem qui missus est, Incarnationis implevisse dispensationem.

VIII. Itemque illos qui summa impietate dicunt non arbitrio neque voluntate Filium genitum fuisse: involuntariam & invitam quamdam necessitatem Deo attribuentes; ita ut nolens genuerit Filium, impiissimos & ab Ecclesia alienos censemus; quod præter communes de Deo sententias, imo contra mentem Scripturæ divinitus inspiratæ, ejusmodi de illo ausi sint definire. Nos enim Deum sibi ipsi imperantem, ac sui dominum agnoscentes, eum sponte ac libere Filium genuisse pie censemus. Porro licet cum timore credamus illi de se dicenti: *Dominus creavit me principium viarum suarum ad opera sua;* non tamen quo modo creaturæ & opificia ab illo facta sunt, eodem & illum factum esse intelligimus. Impium enim est, & ab Ecclesiastica fide alienum, creatorem cum rebus quas creavit conferre, & eodem generationis modo atque alias creaturas illum editum esse arbitrari. Quippe unigenitum filium, unum & unice genitum fuisse, germane ac vere docent nos divinæ Scripturæ.

Prov. 8. 22.

IX. Sed neque tametsi dicimus Filium per seipsum esse, vivere ac subsistere, perinde atque Patrem, illum idcirco a Patre separamus, spatia quædam & intervalla quibus disjuncti sunt corporali modo intelligentes. Credimus enim, eos absque ullo medio & interstitio conjunctos esse, nec a se invicem posse ullatenus separari: ita ut totus Pater Filium in sinu suo complectatur, & totus Filius a Patre pendeat, illi adhæreat, solusque in Patris sinu perpetuo conquiescat. Credentes igitur in undique perfectam & sanctissimam Trinitatem, id est in Patrem, & in Filium, & in Spiritum sanctum: cum Deum Patrem, Deum item Filium dicimus, non hos, duos Deos, sed unam confitemur divinitatis dignitatem, & unam absolutam regni concordiam; ita ut solus Pater omnibus omnino, & ipsi quoque Filio dominetur: Filius vero Patri subjiciatur, & illo excepto omnibus post illum dominetur quæ ab ipso facta sunt: & Spiritus sancti gratiam Patris voluntate, sanctis affatim largiatur. Sic enim ejus quæ in Christo est Monarchiæ rationem constare, sacra nobis eloquia tradiderunt.

X. Hæc coacti sumus, post fidem compendio antehac editam, fusius explicare, non superflua ambitione impulsi; sed ut alienam omnem de fide nostra suspicionem levaremus, eorum maxime qui rerum nostrarum imperiti sunt, utque Occidentales omnes cum adversariorum sycophantiæ impudentiam, tum Orientalium Ecclesiasticam in Domino sententiam, exploratam habeant, sinceroque divinitus inspiratarum Scripturarum testimonio confirmatam, apud eos qui mente minime perversa sunt.

27. Sed neque his steterunt: iterum namque Sirmii adversus Photinum coacti, aliam fidei formulam ediderunt, non ita prolixam, neque tot verbis conscriptam: sed plurimis detractis, alia addiderunt, veluti ea a quibusdam sibi suggerentibus accepissent.

Sexta fidei formula scripta anno 351.

* Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem & factorem omnium: ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Et in unigenitum ejus Filium, Dominum nostrum Jesum Christum, ex Patre natum ante omnia sæcula: Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quem omnia facta sunt, quæ in cælis & quæ in terra, visibilia & invisibilia. Qui Verbum est & sapientia, lux vera, & vita: qui in novissimis diebus propter nos homo factus est; natusque ex sancta Virgine, crucifixus, mortuus, & sepultus: qui resurrexit ex mortuis tertia die, & assumtus est in cælum, sedetque ad dexteram Patris. Et venturus est in consummatione sæculi judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera sua, cujus regnum perpetuum permanet in infinita sæcula. Erit enim sedens ad dexteram Patris, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Et in Spiritum sanctum, hoc est, Paracletum: quem Apostolis pollicitus, se, post ascensum suum in cælos, missurum, misit, ut doceret eos & suggereret eis omnia: per quem omnes animæ, quæ in eum sincere credunt, sanctificantur.

* Hæc fidei confessio exstat apud Socratem libro 2. cap. 30. apud Niceph. lib. 9. cap. 31. & apud Hilarium de Synodis col. 1174.

I. Eos porro qui dicunt, Filium ex non extantibus, aut ex alia substantis, & non ex Deo essa: aut tempus vel sæculum fuisse cum non existeret, alienos a se agnoscit sancta & catholica Ecclesia.

II. Iterum argo dicimus: si quis Patrem & Filium duos Deos dicit, anathema esto.

III. Et si quis cum dicat Deum Christum, & ante sæcula Dei Filium esse, eumdem non confiteatur ad creationem universorum Patri ministrasse, anathema esto.

IV. Si quis ingenitum illum, aut partem ejus ex Maria natum dicere ausit, anathema esto.

V. Si quis secundum præscientiam ante Mariam Filium esse dicit, & non ante sæcula ex Patre genitum apud Deum esse, ac per eum non omnia fuisse facta, anathema sit.

VI. Si quis Dei substantiam dilatari, aut contrahi dixerit, anathema sit.

VII. Si quis dilatatam Dei substantiam Filium facere dixerit, aut dilatationem substantiæ ajus Filium nominet, anathema esto.

VIII. Si quis internum aut prolatitium, esse Dei Filium dixerit, anathema sit.

IX. Si quis Filium ex Maria natum, hominem tantum esse dicat, anathema sit.

X. Si quis Deum & hominem ex Maria natum, Deum ingenitum ipsum intelligat, anathema sit.

(Esai. 44. 6.) XI. Si quis illud, *Ego Deus primus, & ego postea, & præter me non est Deus*, quod ad idolorum, falsorumque deorum subversionem dictum est, ad subversionem unigeniti, ante sæcula Dei, Judaico more accipiat, anathema sit.

(Joan. 1. 14.) XII. Si quis illud, *Verbum caro factum est*, audiens, Verbum in carnem mutatum esse existimet, aut mutationem quamdam, in assumendo carnem, passum esse dicat, anathema sit.

XIII. Si quis unigenitum Filium Dei crucifixum audiens, divinitatem ejus corruptionem, passionem, mutationem, diminutionem aut destructionem subiisse dicat, anathema sit.

(Gen. 1. 26.) XIV. Si quis illud, *Faciamus hominem*, non Patrem Filio, sed sibi ipsi Deum dixisse affirmaverit, anathema sit.

XV. Si quis dixerit Abraham non vidisse Filium, sed ingenitum Deum aut partem ejus, anathema sit.

XVI. Si quis cum Jacobo non Filium ut hominem colluctatum esse dicat, sed ingenitum Deum, aut partem ejus, anathema sit.

(Gen. 19. 24.) XVII. Si quis illud, *Pluit Dominus a Domino*, non de Patre ac Filio accipiat, sed ipsum a seipso pluisse dicat, anathema sit: pluit enim Filius Dominus a Domino Patre.

XVIII. Si quis audiens Dominum Patrem & Dominum Filium, aut Dominum Patrem & Filium, quod Dominus ex Domino sit, duos dicat deos, anathema esto. Non enim Filium exæquamus Patri, sed subditum illi esse intelligimus. Neque enim sine voluntate Patris descendit Sodomam, neque pluit a semetipso, sed a Domino, id est, per auctoritatem Patris; neque sedet ad dexteram Patris a semetipso, sed
(Psal. 109. 1.) audit Patrem dicentem: *Sede a dextris meis*.

XIX. Si quis Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unam personam dicat, anathema sit.

XX. Si quis Spiritum sanctum Paracletum dicens, ingenitum Deum dixerit, anathema sit.

XXI. Si quis, ut nos docuit Dominus, non alium
[A] Paracletum dicat præter Filium, dixit enim: *Et alium Paracletum mittet vobis Pater, quem ego rogabo*, anathema sit. (Joan. 14. 16.)

XXII. Si quis Spiritum sanctum partem Patris aut Filii dixerit, anathema sit.

XXIII. Si quis Patrem & Filium & Spiritum sanctum tres deos dixerit, anathema sit.

XXIV. Si quis voluntete Dei, ut unam ex rebus factis Filium Dei factum esse dixerit, anathema sit.

XXV. Si quis Filium non volente Patre genitum esse dicat, anathema sit. Non enim coactus Pater, vel naturali necessitate ductus, cum nollet genuit
[B] Filium: sed simul ac voluit, sine tempore, & sine passione ex se genitum illum edidit.

XXVI. Si quis ingenitum & principio carentem dixerit Filium, ita ut duo principio carentia, & duo ingenita dicat, duosque Deos faciat, anathema sit. Caput enim quod est principium omnium Filius est: caput vero quod est principium Christi, Deus est: ita enim ad unum, qui est sine principio, omnium principium, omnia per Filium pie referimus.

XXVII. Et iterum Christianismi sententiam accurate exponentes dicimus: Si quis negaverit Christum Deum, Filium Dei esse ante sæcula, & Patri ad u-
[C] niversorum creationem ministrasse; sed ex quo tempore ex Maria genitus est, Christum ac Filium appellatum fuisse, & tunc incœpisse Deum esse, anathema sit.

28. His omnibus rejectis, quasi præstantiora excogitassent, fidei doctrinam formulamque statuunt, & hæc Sirmii Latine scribunt, quæ Græce translata sunt.

(Septima Fidei confessio anno 357.) * Cum nonnulla putaretur esse de fide disceptatio, diligenter omnia apud Sirmium tractata sunt & discussa, præsentibus Valente, Ursacio, Germinio & ceteris. Unum constat Deum esse & Patrem omnipotentem, ut sic per universum orbem creditur. Et unicum
[D] Filium ejus Jesum Christum Dominum Salvatorem nostrum, ex ipso ante sæcula genitum. Duos autem Deos nec posse nec debere prædicari, quia ipse Dominus dixit, *Ibo ad Patrem meum & ad Patrem vestrum, ad Deum meum & ad Deum vestrum*. (Joan. 20. 17.) Ideo omnium Deus unus est, sicut Apostolus docuit: *An Judæorum Deus tantum? nonne & Gentium? Immo & Gentium. Quoniam quidem unus est Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem*: (Rom. 3. 29.) sed & cetera convenerunt nec ullam habere potuerunt discrepan-
[E] tiam. Quod vero quosdam aut multos movebat, de substantia, quæ Græce Usia appellatur, id est (ut expressius intelligatur) homousion, aut quod dicitur homœusion: nullam omnino fieri oportere mentionem nec quemquam prædicare, ea de causa & ratione, quod nec in divinis Scripturis contineatur: & quod super hominis scientiam sit, nec quisquam possit nativitatem
[F] Filii enarrare, de quo scriptum est: *Generationem ejus quis enarrabit?* (Esai. 53. 8.) Scire autem manifestum est solum Patrem quomodo genuerit Filium suum; & Filium quomodo genitus sit a Patre. Nulla ambiguitas est majorem esse Patrem. Nulli potest dubium esse Patrem, honore, dignitate, claritate, majestate & ipso nomine Patris majorem esse Filio, ipso testante, *Qui me misit Pater, major me est*. (Joan. 14. 28.) Et hoc Catholicum esse, nemo ignorat, duas personas esse Patris & Filii. Majorem Patrem, Filium subjectum, cum omnibus his quæ ipsi Pater subjecit. Patrem initium non habere, invisibilem esse, immortalem esse, impassibilem esse: Filium autem natum

* Hæc fidei formula latine primum scripta fuit, ut habetur apud Hilarium de Synodis, col. 1156. unde illam transcripsimus. Legitur ea item apud Socratem l. 2. c. 30. & apud Niceph. l. 9. c. 31. Titulus apud Hilarium: *Exemplum blasphemiæ apud Sirmium per Osium & Potamium conscripta*. At non putatur Osius illam conscripsisse, sed cum eidem subscripsisset, fraude fortasse Arianorum obtinuit, ut ea Osii confessio vocaretur. Vide quæ ea de re dicuntur in Hilariana postrema editione, & in vita Athanasii nostra ad annum 357.

natum esse ex Patre, Deum ex Deo, lumen ex lumine. Cujus Filii generationem, ut ante dictum est, neminem scire, nisi Patrem suum. Ipsum autem Filium Dei, Dominum & Deum nostrum, sicuti legitur, carnem vel corpus, id est, hominem suscepisse ex utero Virginis Mariæ, sicut Angelus prædicavit. Ut autem Scripturæ omnes docent, & præcipue ipse magister Gentium Apostolus, hominem suscepisse de Maria Virgine, per quem compassus est. Illa autem clausula est totius fidei, & illa confirmatio quod Trinitas semper servanda est, sicut legimus in Euangelio: *Ite & baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Integer, perfectus numerus Trinitatis est, Paracletus autem Spiritus per Filium est: qui missus venit juxta promissum, ut Apostolos & omnes credentes instrueret, doceret, sanctificaret.

Matth. 28. 19.

Octava fidei formula, edita anno 359. quæ habetur supra num. 8.

29. Hæc cum scripsissent, consilio iterum mutato, eam edidere Fidei formulam, quam se cum Consulatu edidisse postea erubuere. De more autem quasi hanc item improbarent, curarunt ut per * Martinianum Notarium exempla ab iis qui haberent auferrentur. Et cum Constantio Imperatori auctores fuissent ut adversus eam edictum promulgaret, aliam rursus tradidere. Additisque, uti solent, quibusdam verbis, hæc in Isauria conscripserunt.

Nona formula scripta anno 359. Octobris 29.

** Non subterfugimus authenticam fidem in Encæniis Antiochiæ expositam in medium proferre: etsi Patres nostri tunc temporis ad propositam quæstionem concurrerint. At cum hæ voces ὁμοούσιον, & ὁμοιούσιον præteritis temporibus atque etiam nunc multos conturbarint: imo a quibusdam ἀνόμοιον (sive dissimilem Patri Filium) jam innovari dicatur, ὁμοούσιον, & ὁμοιούσιον, utpote voces a Scripturis alienas rejicimus: ἀνόμοιον autem anathemate damnamus: & omnes quotquot hujus sententiæ fuerint, ab Ecclesia alienos sentimus. Similem vero Patris Filium plane confitemur, juxta Apostolum qui de Filio dicit: *Qui est imago Dei invisibilis*. Confitemur autem & credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Credimus item in Dominum nostrum Jesum Christum, Filium ejus, sine passione ab eo genitum ante omnia sæcula, Deum Verbum, Deum ex Deo unigenitum, lumen, vitam, veritatem, sapientiam, potentiam: per quem omnia facta sunt, quæ in cælis & quæ in terra, sive visibilia, sive invisibilia. Hunc credimus in consummatione sæculorum, ad abolendum peccatum carnem suscepisse ex sancta Virgine, & hominem factum esse: passum esse pro peccatis nostris, resurrexisse, assumtum fuisse in cælos, ac sedere ad dextram Patris: & iterum venturum esse in gloria judicare vivos & mortuos. Credimus & in Spiritum sanctum, quem Paracletum quoque nuncupavit Salvator & Dominus noster: quem se post discessum suum Discipulis missurum pollicitus est, & revera misit: per quem cunctos in Ecclesia Fideles sanctificat, qui baptizantur in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Eos porro qui præter hanc fidem aliud prædicant, alienos agnoscit Catholica Ecclesia. Quod autem fides Sirmii nuper edita coram pietate Imperatoris nostri, huic paria contineat, norunt omnes qui legerint.

Coloss. 1. 15.

*** 30. His in Isauria scriptis Constantinopolim profecti, quasi se scriptorum pœnitet, ea de more mutaverunt, additis tamen quibusdam voculis; ita ut neque hypostasin in Patre & Filio & Spiritu sancto dicerent: eademque ipsa iis transmisere qui Ariminum convenerant, coactis omnibus harum regionum Episcopis ut iis subscriberent. Et si qui repugnabant, eos a Constantio in exilium pelli curarunt. Sic autem se habent illa.

Decima, scripta anno 360.

† Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, ex quo omnia: & in unigenitum Filium Dei, ante omnia sæcula, & ante omne principium ex Deo genitum: per quem omnia facta sunt visibilia & invisibilia, eumque unigenitum, solum ex solo Patre, Deum ex Deo, similem Patris qui se genuit, secundum Scripturas: cujus generationem nemo novit nisi solus Pater qui genuit eum. Hunc scimus unigenitum Dei Filium mittente Patre ex cælis advenisse, sicut scriptum est, ad destructionem peccati & mortis: & ex Spiritu sancto natum de Maria Virgine secundum carnem, ut scriptum est: cum Discipulis conversatum, & universa dispensatione secundum voluntatem Patris impleta, crucifixum, mortuum ac sepultum esse, & ad inferos descendisse, quem ipse infernus exhorruit: qui etiam tertia die resurrexit a mortuis, & cum Discipulis versatus est: & impletis quadraginta diebus assumtus est in cælos, & sedet ad dexteram Patris, venturus ultimo resurrectionis die in paterna gloria, ut reddat unicuique secundum opera sua. Et in Spiritum sanctum, quem ipse unigenitus Dei Filius, Christus, Dominus & Deus noster promisit se missurum generi humano Paracletum, sicut scriptum est; Spiritum veritatis, quem ipsis misit, postquam ascendisset in cælum. Nomen autem substantiæ, quod simplicius a Patribus positum est, & ignotum populis offensioni fuit, quoniam in Scripturis non continetur, placuit amoveri, nec ullam omnino deinceps ejus fieri mentionem: quandoquidem divinæ Scripturæ nusquam substantiæ Patris ac Filii meminere. Imo nec hypostasis de Patre & Filio & Spiritu sancto nominari debet. Similem autem dicimus Patri Filium, ut loquuntur & docent divinæ Scripturæ. Omnes porro hæreses, sive olim damnatæ sive recens ortæ, quæ huic a nobis editæ Scripturæ adversantur, anathema sunto.

Joan. 15. 13.

Undecima fidei formula anno 361.

31. Sed ne his quidem stetere, nam Constantinopoli Antiochiam profecti mutata sententia, qua juxta sacras Literas similem esse Patri Filium, scripto tradiderant, concinnatisque iis quæ excogitarant, rursus

ad

* Quod ait hic Athanasius, exempla confessionis tertiæ Sirmiensis, cui adscripti Consules erant, a Martiniano ablata fuisse, ad secundam Sirmiensem superius editam num. 28. nequicquam, Socratis testimonio nixi, referre conati sunt eruditi viri, qui hoc loco lapsum Athanasium immerito arbitrantur.

Nam quod objiciunt vix potuisse Formulam in Synodo 400. Episcoporum Arimini lectam obliterari, infirmum plane censebitur, si advertatur, eam præ manibus fuisse Ursacii solum & sociorum ejus, qui ea perlecta, ubi adverterunt Patres indigne ferre præpositum Consulatum esse fidei professioni, in promtu sane fuit illis eam occultare, curareque ut nemini traderetur ejus exemplum. Qui tamen quantalibet sua sollicitudine assequi non potuere ut ne ea in manus veniret Athanasii, qui semper secretiora eorum acta ignotis nactus est modis. Nec plus valet quod ajunt, tertiam Sirmiensem Formulam, nedum sublata de medio fuerit, laudatam in Synodi Seleuciana professione, atque paucis immutatis, ablatoque titulo, Nice in Thracia propositam denuo fuisse, cui Episcopi Occidentales fere omnes subscripsere. Ob solum namque titulum & appositum Consulatum, ut ait Athanasius, non doctrinæ causa eam obliterare curarunt Ariani. Quare nil mirum, si suppresso titulo, eam postea memorarint, atque nonnullis mutatis iterum proposuerint. Contra vero credi vix potest secundæ Sirmiensis Formulæ exempla omnia de medio tolli potuisse, quæ ubi primum edita fuit, in Galliam missa, ac S. Phœbadii scriptis exagitata est: quæ item in Africam, aliasque regiones transmeavit? Qui, quæso, Martinianum notarius, ubique servatum fere dispersa exemplaria colligere atque auferre potuit? Hinc videas quam periculosum sit Athanasium arguere, in iis maxime quæ suo tempore suaque causa gesta sunt.

** Habetur apud Epiphanium Hæresi lxxiii. c. 25. Socr. l. 2. c. 40. Nic. l. 9. c. 43. Ubi multa præmittuntur, quæ videsis.

*** Hinc usque ad num. 32. aliquot post datam epistolam annis huc adjecta fuisse diximus in Monito.

† Theodoretus hanc affert l. 2. c. 21. Socrates l. 2. c. 41. Niceph. l. 9. c. 44.

ad priorem reversi sententiam, dixerunt Patris omnino dissimilem, & nullo modo similem esse Patris Filium, & tantopere a pristina mente deducti sunt, ut iis qui apertius Ariana loquerentur admissis, Ecclesias etiam ipsis traderent, ut hinc illi fidentius blasphemias proferrent, ac proinde ob ingentem blasphemiarum impudentiam Anomœi ab omnibus vocati sunt, ἐξ-κόντων quoque cognomen habentes, ac hæreticum Constantium impietatis suæ nacti patronum: qui cum ad usque finem in impietate perseverasset, demum instante morte baptizari voluit, non a piis utique viris, sed ab Euzoio qui Arianæ hæreseos causa, non semel sed multoties, & Diaconus cum esset, & cum Antiochiæ sederet, depositus fuerat.

32. Huc usque igitur progressi supra dicti viri, substitere tandem, ac demum depositi sunt. Sed bene novi eos ne ita quidem gradum repressuros, quotquot jam hac usi sunt simulatione, sed conflaturos semper conspirationes contra veritatem, donec ad se reversi dicant & ipsi: Surgamus properemusque ad Patres nostros, & dicamus illis: Arianam hæresin anathemate damnamus, Nicænam vero Synodum agnoscimus: cum ea enim illis est contentio. Quia igitur, vel modico sensu præditus, hos ultra ferat? Quis homines videns in singulis Synodis alia detrahere, alia addere, eorum suspectam ac subdolam erga Christum mentem non animadvertat? Quis eos conspicatus fidei suę formulam ac criminationum depulsionem multis concinnare verbis, non advertat homines sese prodere, & multa de industria scribere, ut per intempestivam ostentationem, & tantam loquacitatem simpliciores seducant, ac suam possint hæresin occultare? At sicut Ethnicis, ait Dominus, nihil prodest multa in orationibus verba fundere, sic & isti tot tantaque effutientes, judicium contra Arianam hæresin latum abolere nequaquam potuerunt: imo magis magisque convicti, depositi sunt, & jure quidem; quod enim eorum rescriptum quivis audiens recipiat? Aut qua fiducia accedentes ad se ad fidem instituent? Nam si rescripta illa omnia unam eamdemque sententiam ferant, quid multorum opus? Sin tam multorum opus fuit, manifestum est, singula deficere plenaque non esse, quod illi ipsi plusquam nos palam faciunt: ea quippe omnia immutant atque alio edunt sermone. Porro multitudo Synodorum, scriptorumque discrepantia arguit sane eos qui convenerunt, adversus Nicænam Synodum concertare; sed tamen se imbecilliores esse quam ut oppugnent veritatem.

Cur Ariani tot fidei Formulas ediderunt.

Matth. 6. 7.

33. Ceterum quando ipsi erga se mutuo & erga majores suos sic affecti sunt, age, jam sciscitemur illos, ut ediscamus quam in scriptis illis absurditatem aut quam vitiosam sententiam conspicati, Patribus inobsequentes sunt, & adversus œcumenicam Synodum decertant? Hæ voces, ajunt, *ex substantia*, & *consubstantiale*, nobis minime placent, quibusdam enim offendiculo fuere, plurimos conturbarunt. Illi igitur scriptis suis ita sunt loquuti. Verum sic quispiam illis occurrat: Si ergo hæc verba per se illis offensionis causa fuere, non solum quosdam offendi, ac plurimos turbari oportuit, sed & nos aliosque universos eodem effectos esse modo par fuit. Quod si universi has voces amplectuntur: si qui illa scripsere, non vulgares homines, sed ex toto orbe coacti sunt: si qui jam Ariminum convenere Episcopi plus quadringentis ea testimonio suo comprobant; nonne qui adversus Synodum hæc effutiunt hinc arguuntur, non verba quidem culpanda esse, sed eorum qui hæc prave interpretantur malitiam? Quam multi sunt, qui divinis Scripturis maligne lectis ac prave intellectis, Sanctos hinc insimulant: cujusmodi fuere olim Judæi, qui Dominum non receperunt, & jam Manichæi qui in legem blasphemant: cujus sane rei, non Scripturæ, sed ipsorum perversitas causa fuit. Si itaque verborum pravitatem ostendere potestis, agite, demonstrandi ratio ineatur: nec objiciatis nobis hæc nonnullis offensioni esse, ne idem vobis, quod tunc Pharisæis, accidat. Etenim cum illi sese simularent de doctrina Domini offendi, ait Dominus illis: *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur*. His autem verbis ostendit, non Patris verba a se *plantata*, sed pravam suam recte dictorum interpretationem, offendiculo illis fuisse. Nam ii qui olim Apostoli Epistolam culpabant, non Pauli, sed ipsorum ignorantiam, & perversum animum palam fecere.

Defenduntur contra Arianos voces ἐκ τῆς οὐσίας, & ὁμοούσιον.

Matth. 15. 13.

34. Sed jam respondete (operæ pretium enim fuerit hoc ab illis quærere) quinam sunt, quos de illis offendi atque turbari causamini? Certe nemo eorum qui pie de Christo sentiunt, quippe qui ea defendant afferantque. Quod si Ariani sunt qui hæc indigne ferunt, quid mirum si irascuntur iis qui eorum hæresin de medio tollunt? Non enim ea verba illis scandalo sunt, sed dolori, quod quasi in cippo insculpta suam hæresin traducant. Desinite igitur adversus Patres nostros hac de causa obmurmurare: alioqui restat, ut Crucem quoque dominicam vituperetis, quod ea Judæis sit scandalum, Gentibus autem stultitia, ut dixit Apostolus. Verum quemadmodum Crux mala non est, nobis enim qui credimus, *Christus est Dei virtus & Dei sapientia*, etiamsi Judæi insaniant; ita quoque Patrum verba non perversa, sed utilia sunt iis qui æquo animo ea legunt, ipsaque omnem omnino destruunt impietatem: quamvis Ariani multoties disrumpantur, quod sese ab illis damnatos videant. Demonstratum itaque est illam scandali quam adserunt rationem nullius esse probabilitatis. Ceterum respondete nobis, cur vobis hoc dictum, *ex substantia*, minime placet? Id enim primo inquirendum est: atqui vos ipsi scripsistis ex Patre genitum Filium esse? Si igitur cum Patrem nominatis, aut hanc vocem, *Deus*, pronunciatis, non substantiam significatis, neque ipsum qui existit, ut est secundum substantiam intelligitis; sed aliud circa ipsum, aut aliquid pejus, quod a me dictum nolim, per hæc indicatis: vobis ergo scribendum non fuit, ex Patre Filium esse; sed ex iis quę circa ipsum vel in ipso sunt: ut hinc vitantes Deum vere Patrem dicere, eumque qui vere simplex est, compositum corporeumque intelligentes, recentioris blasphemiæ inventores essetis. Cum porro sic intelligatis, necesse est ut Verbum, & Filium, non substantiam sed merum nomen existimetis, ac demum nomine tenus, vestram retineatis opinionem: ac quæ dicitis nullo modo esse & nusquam exstare sentiatis.

Soli Ariani has voces improbant.

1. Cor. 1. 24.

35. Hæc Sadducæorum, imo potius eorum qui a Græcis athei vocantur, scelesta est opinio. Atque hinc reliquum est ut creaturas Dei veri opificium esse inficias eatis, si quidem, hæc vocabula, Pater, & Deus, non ipsam existentis substantiam significant; sed aliud quidpiam quod commenti vos estis. Sed hoc vel solum cogitare, impium prorsus atque turpissimum est. Sin autem cum audimus: *Ego sum qui sum:* &, *In principio fecit Deus cælum & terram:* &, *Audi Israel, Dominus Deus tuus Dominus unus est:* &, *Hæc dicit Dominus omnipotens:* non aliud nisi ipsam simplicem, beatam, incomprehensibilem ejus, qui est, substantiam intelligimus: quamvis enim quidnam ille sit comprehendere nequeamus; attamen cum has voces audimus, Pater, Deus, Omnipotens, nihil aliud quam ejus, qui est, substantiam indicari concipimus. Dixistis vos etiam, ex Deo filium esse, ac consequenter ex Patris substantia ipsum esse; cum ergo & ante vos Scripturæ dicant Dominum

Exod. 3. 14.

Gen. 1. 1.

Deuter. 6. 4.

minum esse Patris Filium, & ante Scripturas Pater dixerit, *Hic est Filius meus dilectus*: Filius autem nihil aliud sit quam Patris fetus; qua quæso ratione Patres non recte loquuti videbuntur, ubi dixerint, Filium esse ex substantia Patris, rati scilicet idem esse sincera mente dicere, ex Deo, ac dicere, ex substantia? Nam creaturæ omnes, quamvis ex Deo extitisse dicantur, sed non quemadmodum Filius, ex Deo sunt illæ, non enim res genitæ, sed factæ, natura sua sunt. *In principio* igitur *Deus*, non genuit, sed *fecit cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt*, ut scriptum est. Nec vero dicitur, qui gignit, sed *qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis*. Quod si Apostolus dixit, *Unus Deus per quem omnia*, non eo sane illud dixit, quod Filium reliquis omnibus annumeraret: sed quoniam multi ex Græcis existimant fortuito, & ex atomorum complicatione, ac ex similaribus partibus sponte rerum naturam coaluisse, neque auctorem habere. Alii autem ab aliqua causa nec tamen per Verbum eam conditam arbitrantur. Quisque autem ex hæreticis, arbitratu suo res comminiscitur & de rerum natura fabulatur. Quapropter ex necessitate Apostolus, dixit: *ex Deo*; ut factorem notum faceret, & omnium creationem ex ejus voluntate factam declararet: statim ergo infert, *Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia*, ut ex omnibus Filium exciperet: quæ enim Dei esse dicuntur, omnia per Filium facta sunt: nec fieri potest creatas res eandem, quam creatorem, habere generationem; & ut doceret illud, ex Deo, quod hic dicitur, alia ratione de opificiis, alia de Filio intelligi. Nam hic proles, illa vero, opificia sunt. Ideoque Filius est proprius substantiæ fetus, illa autem, voluntatis creaturæ.

Matth. 3. 17.
Genes. 1. 1.
Psalm. 103. 4.
1. Cor. 8. 6.
1. Cor. 8. 6.

36. Hæc cum ipsa Synodus animadverteret, ac perspectum haberet ejusdem vocabuli diversas esse significationes; ne quidam suspicarentur, Filium Dei ex Deo dici, perinde atque creaturas, clarius scripsere, Filium ex substantia Dei esse: hinc namque vere germanum Patris esse Filium indicatur. Ex eo autem quod simpliciter dicitur, ex Deo, voluntas creatoris in creando significatur. Si ergo ipsi eadem mente scripserunt ex Patre esse Verbum, ne Synodum criminentur: sin ut de creaturis scriptum est, ita de Filio eam intelligunt vocem, ex Deo; oportuit eos id de creaturis accipientes, Filium non nominare, ne videantur cum pietate blasphemiam admiscere, parque fuit, aut Dominum creaturis non annumerare, aut non indigna & minime congruentia Filio adscribere. Nam si Filius est, non est creatura, sin creatura est, non est Filius. Hac cum mente sint, sacrum etiam baptisma forte negabunt, quia in Patre & Filio, & non in creatore & creatura datur, prout ipsi sentiunt. Sed, ajunt, hæc scripta non sunt, vocesque illas, quod in Scripturis non habeantur rejicimus. Sed hanc illi cavillationem impudentissime proferunt. Si enim verba non scripta putant rejiciendà: quare Ario non obsistunt, qui tot sententiolarum quæ in Scripturis non habentur colluviem excogitavit: quales sunt, ex non exstantibus: &, non erat filius antequam gigneretur: &, erat tempus quo non erat: &, mutabilis est: &, ineffabilis, & invisibilis est Pater Filio: &, Filius non novit suam substantiam, & quaslibet alias ejus sententias, quas in ridicula & impia Thalia sua evomuit, imo potius eas illi propugnant, quæ causa illis est ut cum Patribus etiam suis decertent. In quibus autem Scripturis hæc ipsi invenere, non-factum, & nomen substantiæ: &, tres sunt hypostases: &, Christus non est verus Deus: &, is una est ex centum ovibus: &, Sapientia quidem Dei ingenita & sine principio est, multæ autem sunt virtutes creatæ, quarum una est Christus? Aut cur cum in Encæniis, ut vocant, verbis ex Scriptura non desumtis usi Acacius, & Eusebius, dixerint, primogenitum creaturæ esse sine dissimilitudine imaginem substantiæ, potentiæ, consilii & gloriæ; adversus Patres jam obmurmurant, quod verborum quæ in Scriptura non exstant mentionem fecerint, & substantiæ vocem usurparint: par fuit enim eos aut contra se ipsos obmurmurare, aut nihil Patres criminari.

Cur Synodus Nicæna vocem ex substantia, usurparit.
Arius & Ariani vocibus in Scriptura non repertis sunt usi.

37. Si igitur quidam alii ex Synodi verbis occasionem arriperent, suspicio esset eos vel ignorantia vel religione id facere: neque vero hic sermo habetur de Georgio Cappadoce, qui Alexandria exactus est, viro qui nec ex præterita vitæ ratione commendatur, nec ullo modo Christianus est: sed propter opportunitatem, Christiani nomen simulate sumsit, & pietatem quæstus loco habuit. Quapropter nemo eum jure arguerit, quod circa fidem labatur, hominem, qui neque novit quæ dicit, nec de quibus affirmat, sed omnes, uti scriptum est, veluti larus insequitur. Cum autem Acacius, Eudoxius & Patrophilus hæc dicant, quomodo non omni damnatione digni sunt? Nam cum ipsi quoque ea scripserint quæ in Scripturis non habentur, & sæpe substantiæ nomen ut sanum, maxime propter Eusebii epistolam, receperint, majores suos nunc criminantur, quod hujusmodi sint usi verbis. Immo cum ipsi quoque dixerint Filium esse Deum ex Deo, ac Verbum vivens, substantiæ Patris imaginem per omnia similem, jam Nicænos Patres criminantur, quod dixerint, ex substantia, ac consubstantialem esse genitori genitum. Quid mirum autem si cum majoribus, & cum patribus suis pugnant, ubi ipsi secum concertant in seque ipsos impingunt. Cum enim Antiochiæ in Encæniis, ut vocant, declarassent Filium esse substantiæ Patris sine ulla dissimilitudine imaginem, jurassentque se ita sentire, ac eos qui aliter sentirent anathemate damnassent, imo in Isauria scripsissent: Non refugimus authenticam fidem in Encæniis Antiochiæ editam, (illic autem substantiæ nomen scriptum est) veluti eorum immemores paulopost in ipsa Isauria iis adversantia conscripsere, scilicet, ὁμούσιον, & ὁμοιούσιον, hoc est, consubstantiale, & substantia simile, utpote a Scripturis aliena, rejicimus, & substantiæ nomen de medio tollimus, quippe cum in Scripturis non reperiatur.

Georgii Alexandrini pseudoepiscopi ignorantia.
Prov. 7. 22.

38. Quis igitur viros hujusmodi ulterius Christianos existimabit? Aut quæ fides, apud quos, nec verba, nec scripta firma sunt, sed omnia pro temporis ratione mutantur & invertuntur? Si enim, o Acaci, & Eudoxi, non refugitis expositam in Encæniis fidem, in eaque scriptum est, Filium esse substantiæ Patris sine discrepantia imaginem, cur in Isauria scribitis, rejicimus ὁμοιούσιον? Si namque Filius secundum substantiam Patri similis non est, qui substantiæ imago erit sine discrepantia? Quod si vos pœnituit scripsisse, cum esse sine discrepantia substantiæ imaginem, cur anathemate damnatis eos qui dicunt Filium esse Patri dissimilem? Si enim similis non est secundum substantiam, plane dissimilis est. Quod autem dissimile est, nunquam imago fuerit. Sin, uti vos dicitis, ita se res habet, verum ergo non est qui vidit Filium, Patrem vidisse, cum multa inter utrumque sit discrepantia, imo potius hic sit illi omnino dissimilis. Quod autem dissimile est, simile nunquam dicatur. Quo pacto igitur dissimile dicitis simile, & simile dissimile existimatis, ac simulatione usi dicitis, Filium esse Patris imaginem? Si enim Filius non est secundum substantiam Patris similis, aliquid sane imagini deficit, neq. est plena imago, non perfectus splendor. Cur itaq. hoc legitis: *In ipso inhabitat omnis* pleni-

Adversus Anomœos, si Filius sit Patri dissimilis, nunquam ejus imago fuerit.
Coloss. 2. 9.

Joan. 1. 6.

plenitudo divinitatis corporaliter, &, *ex plenitudine ejus nos omnes accepimus?* Cur Arianum Aetium ut hæreticum ejicitis, licet ea ipsa quæ ille loquamini? Tibi enim, Acaci, amicus est, Eudoxioque hujus magister impietatis fuit, in cujus gratiam eum Leontius Episcopus diaconum ordinavit; ut, quasi ovis vestimento diaconatus nomine usus, blasphemiæ verba libere posset evomere.

39. Quid igitur vobis suasit, ut vobis ipsis adversemini, tantumque dedecoris referatis? Certe nihil rationi consentaneum vobis dicendum suppetit: hocque solum intelligendum relinquitur, vos nulla non simulatione, nullo non commento uti propter Constantii patrocinium, lucrumque quod hinc vobis evenit. Atque in promtu vobis est Patres incusare: temereque objicitis, non haberi ea verba in Scripturis sacris: & ut scriptum est, *crura divaricastis omni transeunti*; ita ut toties sententiam commutetis, quoties velint ii qui vos mercede & præmio conducunt. Quamquam nihil interest, si quis non scriptas voces proferat, dum piam servet sententiam. Hæreticus autem vir, licet verbis e Scriptura depromtis utatur, nihilo tamen minus, suspectus ac mente corruptus cum sit, a Spiritu sancto audiet: *Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Quare diabolo licet ex Scripturis loquenti os a Salvatore obturatum est. Beatus autem Paulus, quamvis ex profanis loquatur: *Cretenses semper mendaces*: &, *Ipsius enim genus sumus*: &, *Corrumpunt mores bonos colloquia prava*; attamen sanctus cum sit, piam retinet sententiam; & cum Christi mentem habeat, Gentibus magister est fidei & veritatis, & cum pietate semper loquitur. Ecquidnam fide dignum inest Arianicis voculis, quibus eruca & locusta Salvatori anteponitur, ipsique hæc convitia dicuntur: Aliquando non eras, & creatus es, alienusque es a Deo secundum substantiam: nullamque demum non proferunt blasphemiam? Contra, quid quod Christi commendationi laudive conferat a Patribus omissum est? Nonne sanctis potius inest viris sublimis de Christo sententia, pietasque erga illum eximia? Et tamen isti hæc ausi sunt scribere, Illa rejicimus, dumque ejusmodi in Christum maledicta tolerant, propalam certe faciunt, se nulla alia de causa cum magna Synodo pugnare, quam quod Arianam damnaverit hæresin. Ea etiam illis causa est consubstantialis vocem criminandi de qua ipsi prave sentiunt. Si namque recte crederent, Patrem vere Patrem confiterentur: Filium vero genuinum Filium, & natura verum crederent Verbum, & Sapientiam Patris. Quod autem dicitur ex Deo Filium esse, si non ut de creaturis dicitur, ita de illo affirmarent; sed illum substantiæ Patris propriam esse prolem intelligerent, quemadmodum splendor a luce ortum habet, nequaquam singuli eorum, Patres incusassent, ac potius fidenter dixissent, bene Synodum scripsisse, & eam esse rectam de Domino nostro Jesu Christo fidem.

Ezech. 16. 25.

Psal 49. 16.

Tit. 1. 12. Act. 17. 28. 1. Cor. 15. 33.

Licet verbis ex Scriptura non acceptis uti.

40. Sed, ajent, obscura nobis est horum verborum sententia. Ea enim fuit futilis hominum excusatio: cum non possimus verborum interpretationem assequi, illa rejicimus. At si sincero loquerentur animo. non dictum oportuit, illa rejicimus; sed sciscitaturi erant ut a peritis ediscerent: alioqui rejiciant quidquid in Scripturis divinis non intelligunt, eosque qui illa scripsere criminentur. Sed hæreticorum potius quam nostrum Christianorum fuerit audacia ejusmodi. Quæ enim in sacris eloquiis non intelligimus, non ideo rejicimus, sed ab iis quærimus, ab iis ediscere postulamus, quibus Dominus revelavit. Verum quia eam verborum obscuritatem prætexunt, fateantur ergo quæ statim inferuntur, & anathemate damnent eos qui sentiunt, ex non exstantibus esse Filium, & non fuisse antequam gigneretur, & creaturam opificiumque esse Dei Verbum: natura mutabile esse, & ex alia substantia; demumque Arianam damnent hæresin quæ hujusmodi impietatem excogitavit. Ne dicant deinceps, ea verba rejicimus; sed, nondum illa intelligimus; ut sic verisimilem ea recusandi causam afferant. Probe scio autem ac exploratum habeo, quod ipsi quoque non ignorant, eos si ista confiteantur & Arianam hæresin anathemate damnent, Synodi verba non negaturos. Idcirco enim Patres cum dixissent ex substantia Patris genitum Filium esse Patri consubstantialem, statim intulerunt: Eos autem qui prædicta illa Arianæ hæreseos verba dicunt, anathemate damnamus: ut ostendant, hæc a se quasi eamdem ipsam vim habentia dicta esse, & utraque verba idem significare: ac quicumque illa confessus fuerit, eum hæc etiam esse cogitaturum; qui vero illa non sunt sententia, imo ea verba improbant, ii sane Christo inimici esse omni ex parte coarguuntur.

41. Ceterum ad eorum confutationem qui totam Synodum repudiant hæc pauca sufficiant. Viros autem qui alia quidem omnia Nicææ scripta recipiunt, de solo autem Consubstantialis vocabulo ambigunt, non ut inimicos spectari par est. Neque enim velut Ariomanitas, aut Patrum adversarios, homines aggredimur: sed disputamus veluti fratres cum fratribus, qui eadem qua nos sunt sententia, solo nomine in controversiam adducto. Cum enim confiteantur ex substantia Patris & non ex alia substantia esse Filium, nec creaturam vel opificium illum esse: sed genuinam naturalemque prolem, & ab æterno una cum Patre Verbum & Sapientiam existere, non longe absunt a recipienda Consubstantialis voce. Talis est Basilius Ancyræ qui de fide scripsit. Nam si similis tantum dicatur secundum substantiam, id non idem prorsus significat atque illud: ex substantia; quo verbo magis, ut ipsi dixere, Patris germanum Filium ipsum esse significatur. Nam stannum est argento simile, canis lupo, aurichalcum vero auro, nec tamen stannum ex argento est, nec lupus canis filius haberi potest. Quandoquidem autem & ex substantia, & substantiæ similem eum esse dixerunt, quid aliud his significant quam eum esse consubstantialem? Etenim sicut qui dicit tantum, substantiæ similem, non prorsus indicat eum ex substantia esse: sic qui dicit, Consubstantialem, utriusque dicti sententiam complectitur, &, substantiæ similis, &, ex substantia. Iterumque illos aggressi qui dicunt Verbum esse creaturam, & negant genuinum esse Filium, ex humanis exemplis filii ac patris sua adversum illos argumenta mutuati sunt, hac tamen exceptione, quod Deus non sit ut homo, neque humani partus similis sit Filii generatio, sed talis sit qualis Deo convenit, & a nobis intelligi debet. Nam & Patrem fontem sapientiæ dixere atque vitæ, Filium vero splendorem æternæ lucis, ipsumque esse fontis partum, qui ait: *Ego sum vita*, &, *Ego sapientia habito in consilio*. Porro lucis splendorem, fontis partum, patris filium, quomodo apte nominaveris, nisi, Consubstantialem? Ergone, cum hominum proles, ejusdem sit substantiæ, cavere oportet, ne is qui Filius dicitur, Consubstantialis & ipse nominetur, ut hominum proles: absit, nequaquam se ita res habet. Sed hoc facile solvitur, Filius quippe Verbum & Sapientia est Patris, quibus Patris generationem impassibilem & indivisam esse significatur. Nam ne hominum quidem verbum pars eorum est, neque cum quadam passione ab illis procedit; nedum Dei Verbum, quod Filium esse suum, Pater declaravit. Ne autem

Non respuit Athanasius eos qui rejecta sola τῷ ὁμοούσιος voce, Catholicam tamen Nicænamque sententiam retinebant.

Joan. 14. 16. Prov. 8. 12.

quis-

quiſpiam audiens duntaxat, Verbum, exiſtimet ejuſmodi illud eſſe quale eſt humanum, nempe ſine ſubſtantia; ſed quem audit, Filium, agnoſcat eſſe Verbum vivens, & Sapientiam ſubſtantia præditam.

42. Deinde quemadmodum ubi eum prolem dicimus, hoc non humano more intelligimus: & cum Patrem eſſe Deum agnoſcimus, non corporalia de illo cogitamus: ſed dum illa audimus exempla hujuſmodique verba, ea tamen congruenti modo de Deo intelligimus, non enim Deus ut homo; ſic cum Conſubſtantialem audimus, omnem ſenſum tranſcendere debemus, & juxta Proverbium, ſpiritualiter intelligere quæ apponuntur nobis; ut cognoſcamus, non voluntate, ſed revera eum Filium ex Patre germanum eſſe, quaſi ex fonte vitam, & ex luce ſplendorem. Alioqui cur illas voces, proles, filius, non corporaliter, Conſubſtantiale autem quaſi de corporibus, intelligimus: cum potiſſimum non de alio atque alio hæc dicantur, ſed de quo, proles, de eodem, Conſubſtantiale, dictum ſit? Parque eſt eamdem ſententiam utriuſque dicti circa Salvatorem retinere, neque vocem illam, proles, recte; illam autem, Conſubſtantialis, aliter interpretari: conſequens enim eſt vos, cum ea mente dicitis Filium Patris Verbum & Sapientiam eſſe, diverſam de his habere ſententiam, & alio modo Verbum, alio Sapientiam intelligere. At ſicut abſurdum illud eſt: namque Filius eſt Verbum & Sapientia Patris, unuſque eſt ex Patre fetus, & ejus ſubſtantiæ proprius; ita una eademque ſignificatio eſt prolis & Conſubſtantialis: & qui cenſet Filium eſſe fetum, is recte ſentit eum eſſe Conſubſtantialem.

Prov. 23. 1.

43. Et ſatis quidem hæc ſunt ad comprobandum dilectorum ſententiam non alienam, neque longe eſſe a Conſubſtantiali. Quoniam autem, ut ipſi dicunt, (nam epiſtola penes me non fuit) qui Samoſatenſem damnarunt Epiſcopi, ſcripto tradidere, * Filium Dei, non eſſe Patri conſubſtantialem, ac demum ipſi, pietatis honoriſque cauſa erga viros qui hæc dixerunt, ſic pro ea voce ſunt affecti, operæ pretium fuerit pie cum ipſis ea de re diſſerere. Non decet quippe illos cum his committere: omnes enim Patres ſunt; neque fanctum eſſet definire hos probe, illos male loquutos eſſe: omnes quippe in Chriſto obdormierunt. Diſceptandum porro non eſt, neque numerus conferendus virorum qui coacti ſunt, ne videantur trecenti illi, pauciores obſcurare, neque tempora metienda ſunt, ne qui præceſſere, ſubſequentes exauctorare putentur. Omnes enim, uti ſupra dictum eſt, Patres ſunt: neque tamen trecenti illi, aliquam novam ſcripſere ſententiam: neque ſibi ipſis confiſi, verbis non antea ſcriptis patrocinati ſunt; ſed exemplo Patrum incitati, eorum verba uſurparunt. Diu namque ante illos ** ſeptuaginta qui Samoſatenſem depoſuerunt, duo Dionyſii extitere, quorum alter Romæ, alter Alexandriæ epiſcopus erat. Cum autem quidam ad Romanum epiſcopum, Alexandrinum detuliſſent, quod Filium rem factam & Patri non conſubſtantialem affirmaret, Synodus Romæ coacta rem indigne tulit: Romanus autem epiſcopus omnium ſententiam reſcripſit ad gentilem ſuum. At ille ſui purgandi cauſa librum edit hoc titulo, Elenchus & Apologia, & his verbis ad Romanum ſcripſit epiſcopum.

Dionyſii diu ante Synodum Antiochenam floruere ſed ad eam uſque pervenere.

44. *** In alia item epiſtola ea ſcripſi, quibus criminationem adverſariorum repuli mendacemque oſtendi, qua ajebant me Chriſtum negare eſſe Deo conſubſtantialem. Tametſi enim fateor, me hoc vocabulum nuſquam Scripturarum ſacrarum vel inveniſſe vel legiſſe; attamen argumenta mea quæ ſubſequuntur, quæque iſti tacuerunt, ab hac ſententia non diſcrepant. Etenim humanam prolem in exemplum attuli, quam patet ejuſdem eſſe generis *ac genitorem*. Dixique revera in hoc ſolum parentes differre a filiis, quod ipſi non ſint filii: alioqui neceſſe fore neque parentes exſiſtere, neque filios. Epiſtolam autem, ut ante dixi, ob præſentem rerum conditionem penes me non habeo. Alioquin ipſa tibi quæ tunc ſcripſi verba, imo totius Epiſtolæ exemplar miſiſſem, mittamque ſi quando mihi ejus copia fuerit. Scio autem atque memini me plurimas ex rebus inter ſe cognatis ſimilitudines conglobaſſe. Etenim plantam, ſive ex ſemine, ſive ex radice ſuccreſcentem, aliam eſſe dixi ab eo unde pullulavit, tametſi ejuſdem prorſus eſt naturæ: fluviumque a fonte fluentem, aliam formam & nomen accipere: neque enim aut fontem fluvium, aut fluvium fontem dici, ſed utrumque exiſtere: ac fontem quidem quaſi patrem eſſe; fluvium vero, aquam ex fonte manantem. Hactenus Epiſcopus ille.

45. Si quis igitur eos qui Nicææ convenerunt arguit, quod præter majorum decreta quædam protulerint, is jure ſeptuaginta Epiſcopos reprehendat, quod majorum ſuorum decreta non ſervarint. Prius quippe erant ambo Dionyſii, atque ii qui tunc temporis Romæ convenerant Epiſcopi. Sed neutros fas eſt culpare: omnes quippe res Chriſti curabant, omnes ſtudia ſua convertebant adverſus hæreticos, & alii Samoſatenſem, alii Arianam damnarunt hæreſin. Recte autem ac probe utrique ſcripſere, atque congruenter ad propoſitum argumentum. Etenim quemadmodum beatus Apoſtolus ad Romanos his verbis ſcripſit: *Lex ſpiritualis eſt*, &, *Lex ſancta & mandatum ſanctum, & juſtum & bonum*: & paulopoſt, *Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur*: ad Hebræos autem, *Nullum perfecit Lex*: ad Galatas, *In lege nemo juſtificabitur*: ad Timotheum autem, *Bona eſt lex, ſi quis ea legitime utatur*: neque tamen quis ſanctum virum criminatus fuerit, quaſi contraria & pugnantia ſcribat; ſed potius admiratus fuerit, quod, ut ſingulis conſentaneum erat, ſcriberet; ut Romani & alii ex littera ediſcerent, ſeſe ad Spiritum convertere: Hebræi vero & Galatæ docerentur, non in legem, ſed in Dominum qui legem dedit, ſpem habere. Ita quoque etſi ambarum Synodorum Patres diverſe de Conſubſtantiali mentionem fecerint, nullatenus tamen ab illis diſſidere debemus, ſed illorum perſcrutari ſententiam, & tunc ambas inter ſe Synodos conſentire deprehendemus. Qui enim Samoſatenſem depoſuere, vocem Conſubſtantialis corporali accepere modo, cum Paulus argutari vellet ac dicere, Si Chriſtus non ex homine Deus factus eſt, ergo Conſubſtantialis eſt Patri atque hinc neceſſe eſt tres eſſe ſubſtantias: unam priorem, duas vero ex illa procedentes. Ideoque illud Pauli ſophiſma jure caventes, dixere Chriſtum non eſſe Conſubſtantialem: neque enim Filius ita ſe habet reſpectu

Pa-

Rom. 7. v. 14. 12.
c. 8. v. 3.
Heb. c. 7. v. 19.
Galat. 3. 1.
1. Tim. 1. 8.

Quo ſenſu Antiocheni Patres vocem ὁμοούσιος reſpuerint.

* Hæc vide ſis quoque apud Hilarium de Synodis Col. 1196. Euſeb. item Eccleſ. Hiſt. l. 7. c. 29.

** *Septuaginta*. Hilarius octoginta memorat, & fortaſſis abſque ulla diſſenſione: numero enim pleno, ſeptuaginta, & octoginta dici poſſunt, qui ſeptuagenarium aliquot numeris excedunt. At Baſilius Diaconus, aliique Monachi, in libello quem ad Synodum Epheſinam obtulere centum octoginta numerant Tomo 3. Concil. p. 425. ſed Athanaſii & Hilarii teſtimonio haud dubie ſtandum. Nam quod nonnulli prope innumerabiles, aut pene infinitos eo conveniſſe ab Euſebio narrati putant l. 7. c. 29. decepti videntur Valeſii verſione, qua illud, πλείστων ὅσων ἐπισκόπων, *Epiſcoporum numero prope innumerabilium*, vertitur, ubi vertendum erat, quamplurimorum Epiſcoporum.

*** Hoc Epiſtolæ Dionyſii Alexandrini fragmentum legitur item ſupra in Epiſtola de Nicænis decretis & in Epiſtola de Sententia Dionyſii p. 202. cum aliis multis.

Patris qualiter ille cogitabat. Qui autem Arianam hæresin anathemate damnarunt, cum Pauli calliditatem animadvertissent, & cogitarent, non ita de incorporeis, & maxime de Deo, consubstantialitatem accipiendam asse: agnoscentesque Varbum non creaturam, sed prolem ex substantia esse: item Patris substantiam, Filii principium, radicem & fontem esse, ac eumdem ex se veram esse genitoris similitudinem, nec eum quasi natura extraneum, uti nos sumus, a Patre separatum esse; sed, cum ex ipso sit, Filium asse indivisum, uti sa habet splendor erga lucem: cum item sibi saverent Dionysii exempla, fontis scilicet vox & Consubstantialis defensio: & ante ista vox Salvatoris index unitatis: *Ego & Pater unum sumus*: &, *qui vidit me vidit & Patrem*; ea inquam de causa jure & ipsi Filium consubstantialem dixerunt. Et sicut, uti supra dixi, nemo Apostolum culpaverit, quod de lege Romanis hoc modo, Hebræis alio scripserit; sic nec præsentis temporis homines priscos illos criminati fuerint, si eorum considerent interpretationem: neque prisci posteros reprehenderint, si advertant qua sententia & quo usu ita de Domino scripserunt. Etenim utraque Synodus ex legitima causa, hoc modo alia, alio alia loquuta est. Cum enim Samosatensis Filium sentiret non esse ante Mariam, sed ab illa initium existendi accepisse, ideirco Episcopi tunc congregati, illum deposuerunt, & hæreticum declararunt: de Filii autem divinitate cum simplicius scriberent, ad accuratam Consubstantialis interpretationem non devenerunt, sed ut conceperant de Consubstantiali loquuti sunt. Tota enim eorum cura in eo posita erat, ut quod Samosatensis commentus fuerat everterent, & ante omnia Filium esse declararent, eumque nequaquam ex homine Deum factum esse, sed Deus cum esset, formam servi induisse, & cum Verbum esset, factum carnem, ut ait Joannes: atque ita adversus Pauli blasphemiam actum est. Cum autem Eusebiani & Ariani, ante tempora quidem Filium fuisse dicerent, factum tamen fuisse, ac unam ex creaturis eum esse docerent, & illud, ex Deo, non Filium ex Patre genuinum esse crederent: sed sicut creaturas, ita eum affirmarent ex Deo asse: unitatem autem similitudinis Filii cum Patre, dicerent non esse secundum substantiam, nec secundum naturam, quemadmodum filius est patri similis, sed ob solum dogmatum doctrinæque consensum: imo cum substantiam Filii a Patre omnino separarent & alienarent, diversum a Patre initium ipsum habere commenti, ad creaturasque eum deprimentes; ideo qui Nicææ congregati erant, eorum qui ita sentirent vafritiem conspicati, Scripturarumque mente collecta, liquidius scripsere consubstantialem eum esse; ut hinc vera & genuina Filii natura explorata esset, palamque foret opificia nihil cum eo commune habere. Accurata enim hujus vocis ratio, eorum coarguit simulationem, qua hanc proferunt vocem. ex Deo: omnesque eorum ad simpliciores seducendos argutias resellit. Certe cum omnia possint pro libidine sophismatibus eludere ac detorquere: hanc solam vocem, utpote quæ suam hæresin confutet, reformidant: quam Patres, quasi propugnaculum adversus impiam omnem eorum cogitationem, conscripsera.

Joan. 10. 30.

Joan. 14. 9.

Nicæni Patres Filium consubstantialem jure merito dixerunt.

46. Cesset ergo omnis contentio, nec ultra in nos mutuo impingamus, disceptemusque, num variis modis Synodi Consubstantialis vocem acceperint. Ad defensionem enim legitimas causas pro iis adserendas habemus, cum supra dictas, tum etiam istam: nempe licet hanc vocem, ingenitum, ex Scripturis non didicerimus: nusquam enim Scripturæ Deum, ingenitum, dixere; attamen cum multi præclari viri de illo nomine mentionem fecerint: accurate de illo sciscitati, agnovimus hoc nomen diversa significare: alii enim ajunt ingenitum esse id quod exsistit, nec tamen genitum est, neque omnino causam habet: alii vero, id quod creatum non est. Si quis igitur harum significationum priorem respiciens, qua intelligitur, ingenitum esse, quod nullam habet causam, diceret Filium non esse ingenitum; non ideo si quem conspicatus qui juxta sententiam quæ ait, ipsum nec opificium nec creaturam, sed æternam prolem esse, eum ingenitum diceret, illum propterea criminaretur. Uterque enim juxta proprium scopum probe loquutus esset; ita quoque si ex Patribus, alii alio modo de Consubstantiali loquuti sunt, ne contendamus: sed pie eorum dicta excipiamus, dum maxime toto studio pietati operam dederunt.

47. Ignatius certe qui post Apostolos Antiochiæ Episcopus constitutus est, ipseque Martyr Christi fuit, de Domino scribens, dixit: Unus medicus est carnalis & spiritualis, factus, & non factus, in homine Deus, in morte vita vera, & ex Maria & ex Deo. Quidam autem post Ignatium & ipsi ex Magistris nostris scribunt: Unum non-factum est, scilicet Pater: & unus ex ipso Filius germanus, proles vera, Verbum & Sapientia Patris. Si itaque illis etiam adversamur, sit nobis adversum Synodos quoque certamen. Quod si gnari eorum in Christo fidei, persuasum habemus beatum etiam Ignatium recte scripsisse, cum illum carnis causa factum dixit, (Christus enim caro factus est) &, non factum, quia non ex opificiis & rebus factis est, sed Filius ex Patre: nec ignoramus eos qui unum non factum, scilicet Patrem dixere, non quasi Verbum sit res facta aut opificium ita scripsisse; sed quia nullam Pater habeat causam; imo potius, quia ipse quidem Pater sit Sapiantiæ, opificia autem omnia in sapientia fecerit; cur non etiam Patres, cum eos qui Samosatensem deposuere, tum eos qui Arianam hæresin infamia notarunt, in unum pietatis tuendæ studium conjungimus, imo segregamus, & quare non potius de illis recte sentimus: quandoquidem, uti jam dixi, priores illi solum Samosatensis sophisma, & ejus interpretationem spectantes, scripsere non esse Christum consubstantialem: hi vero verba sane intelligentes, dixera Filium esse consubstantialem? Equidem cum tali de piis illis erga Christum viris sim sententia, hæc paucis conscripsi. Quod si Epistolæ, quam illos scripsisse dicunt, mihi copia fuisset, existimo plures deprehensurum me fuisse causas, cur beati illi ita scribere coacti sint. Par est enim decetque nos ita sentire, probumque erga Patres animum servare, si tamen spurii non sumus, & si ab illis traditiones pietatisque doctrinam tenemus.

Ignatius post Evodium Petri successor fuit.

Hunc locum vide Epist. Ignatii ad Ephes. c. 7.

48. Talem igitur Patrum fuisse mentem dicamus, credamusque. Age vero rursum cum illis rem placide & bono animo inquiramus, deque supra dictis mentionem faciamus: annon revera demonstrari possit Episcopos Nicææ congregatos recte sensisse? Si Verbum est res facta, & alienum a Patris substantia, ita ut a Patre segregetur imo ea separatione quæ a diversitate naturæ proficiscatur, Patri certe consubstantiale nequaquam fuerit; sed potius ejusdem naturæ, cujus res factæ, atsi illis gratia antecellat. Quod si confiteamur eum non esse opificium, sed genuinam ex Patris substantia prolem consequens sane fuerit eum inseparabilem esse a Patre, cum sit ejusdem naturæ, utpote ab illo genitus. Talis autem cum sit, jure consubstantialis dicatur. Deinde si non ex participatione Filius est, sed substantia ipsa Verbum est & Sapientia Patris: hæc autem substantia, paternæ substantiæ fetus est & ejus similitudo, veluti splendor est similitudo lucis, Filiusque dicit: *Ego, & Pater unum sumus*: &, *qui vidit me, vidit & Patrem*; quomodo

Probatur Filium vere dici consubstantialem.

Joan. 10. 30.

Joan. 14. 9.

hæ

hæ voces intelligendæ sunt? aut qua mente eas accipientes, Patrem & Filium unum esse tuebimur? Nam si ob dogmatum consensum, & quod Pater a Filio non dissentiat, ut dicunt Ariani, prava sane est hæc intelligendi ratio. Etenim Sancti, & multo magis Angeli & Archangeli, hujusmodi habent cum Deo consensum, nec ulla apud ipsos est dissensio; nam qui discors fuit diabolus, e cælo cadere visus est, ut ait Dominus: Si ergo ob consensum Pater & Filius unum sunt, etiam opificia quæ ita cum Deo consentient, unum cum eo fuerint, quorum quodque dicere possit: *Ego & Pater unum sumus*. (*Joan. 10. 30.*) Quod si absurdum hoc sit, ut revera est, necesse demum fuerit Filii & Patris unitatem, secundum substantiam intelligere. Res factæ enim quantumvis cum opifice suo consensum habeant: motu tantum, participatione, & mente eum habent, quem cum ille non servasset, ejectus ex cælo est. Filius autem cum sit ex substantia fetus, substantia quoque ipse & qui genuit eum Pater unum sunt.

49. Quamobrem vocibus unitatem indicantibus æqualitatem cum Patre habere dicitur, & hinc fit ut quæ de Patre dicuntur, eadem de Filio Scripturæ afferant: ea tamen exceptione quod ille, Pater dicatur. Ipse enim Filius ait; *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt*. (*Joan. 16. 15.*) Patrique dixit: *Omnia mea, tua sunt, & tua mea*. (*Joan. 17. 10.*) Hujusmodi est illud, Deus: nam, *Deus erat Verbum*. & illud, Omnipotens: *Hæc dicit qui est, & qui erat, & qui venturus est Omnipotens*. (*Apoc. 1. 8.*) & quod sit lux: *Ego sum*, inquit, *lux*: (*Joan. 8. 12.*) quod sit creatrix causa, nam, *Omnia per ipsum facta sunt*, (*Joan. 1. 3.*) &, *quæ video Patrem facientem, hæc & ego facio*; (*Joan. 5. 19.*) quod sit æternus: *Sempiterna quoque ejus virtus & divinitas*, (*Paul. Rom. 1. 20.*) &, *In principio erat Verbum*: &, *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum*: (*Joan. 1. 1. & 9.*) quod sit Dominus: *Pluit enim Dominus ignem & sulphur a Domino*: (*Genes. 19. 24.*) & Pater quidem ait: *Ego Dominus*, &, *hæc dicit Dominus Deus omnipotens*: de Filio autem, inquit Paulus, *Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia*. (*1. Cor. 8. 6.*) Patri ministrant Angeli, Filius autem ab ipsis adoratur: *Et adorent eum omnes Angeli Dei*. (*Hebr. 1. 6.*) Dicitur etiam esse Dominus Angelorum, nam, *Angeli ministrabant ei*: (*Mat. 4. 11.*) &, *Mittet Filius hominis Angelos suos*: (*Mat. 24. 31.*) quod honoretur sicut Pater: *Ut*, inquit, *honorificent Filium, sicut honorificant Patrem*. (*Joan. 5. 23.*) Quod sit æqualis Deo: *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*: quod sit ex vero veritas, ex vivente vita, ut qui revera ex Patris fonte emanaverit: quod Filius vivificet & suscitet mortuos sicut Pater, ita enim legitur in Euangelio. Et de Patre quidem scriptum est: *Dominus Deus tuus, unus Dominus est*: (*Deut. 6. 4.*) &, *Deus Deorum Dominus loquutus est, & vocavit terram*: (*Psalm. 49. 1.*) de Filio autem, *Deus Dominus & illuxit nobis*, (*Vide Ps. 117. 27.*) &, *videbitur Deus deorum in Sion*. (*Psalm. 83. 8.*) Et rursum de Deo quidem ait Esaias: *Quis Deus, ut tu, tollens iniquitates, & superans injustitias?* (*Esai. 43. 25.*) Filius vero dicebat, quibus placuit ipsi: *Dimittuntur tibi peccata tua*: (*Matth. 9. 5.*) quo tempore Judæis murmurantibus, opere illam remissionem comprobavit, dicens Paralytico: *Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam*. (*Marc. 2. 11.*) De Deo quoque dixit Paulus: *Regi sæculorum*: (*1. Tim. 17.*) de Filio autem David cecinit: *Attollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ*: (*Psalm. 23. 7.*) Daniel vero hæc audivit: *Regnum ejus, regnum sempiternum*, (*Dan. 3. 100.*) &, *regnum ejus non corrumpetur*. (*Dan. 7. 14.*) Demum quæcumque de Patre dicta repereris, tot tantaque de Filio dicta deprehendes, ea solum exceptione, quod ipse non sit Pater, ut dictum superius est.

50. Si quis igitur aliud principium & alium Patrem excogitet, eo quod æqualia sint quæ dicuntur, insanum certe illud commentum. Si autem quia Filius ex Patre est, omnia quæ Patris sunt (ut in imagine & charactere) Filii sunt: æquo animo cogitemus, num substantia aliena a Patris substantia, istiusmodi rerum capax sit: & si, qui talis est, diversæ naturæ, & alienæ substantiæ sit, & non potius Patri consubstantialis. Cavendum enim, ne quæ Patris propria sunt transferentes ad illud, quod ei substantia dissimile est, & ne in eo qui dissimilis natura, & alienus substantia est, Patris divinitatem designantes, extraneam aliam inducamus substantiam, primæ substantiæ proprietatum capacem: pudoreque afficiamur ab ipso Deo dicente, *Gloriam meam alteri non dabo*, (*Esai. 42. 8.*) & deprehendamur alienum adorare, talesque habeamur, quales olim fuere Judæi, qui ajebant: *Quare tu, homo cum sis, facis teipsum Deum?* (*Joan. 10. 33.*) cum illi ea quæ Spiritus erant alio transferentes, blasphemarent his verbis: *In Beelzebulem ejicit dæmonia*. (*Luc. 11. 15.*) Quod si illud indecorum est, certe non dissimilis substantiæ fuerit Filius, sed consubstantialis Patri. Etenim si quæ Patris sunt, naturaliter Filii sunt, ipseque Filius ex Patre est, & propter hujusmodi unitatem divinitatis & naturæ, ipse & Pater unum sunt, & qui vidit Filium vidit & Patrem, merito a Patribus dictus est consubstantialis: neque enim qui alterius esset substantiæ, talia habere posset.

51. Rursum si, prout supra diximus, non ex participatione sit Filius: sed opificia quidem omnia, ex participatione Dei gratiam habeant, ipse vero Patris sapientia & Verbum sit, quicum communia habet omnia: certe cum sit ipse id quo Pater deificat & illuminat, in quo scilicet omnia deificantur & vivificantur, non alienæ a Patre substantiæ est sed consubstantialis. Hujus enim participatione, Patris participes efficimur, eo quod ipse proprium Patris sit Verbum. Unde si ipse quoque ex participatione esset, & non ex se substantialis divinitas & imago Patris, non deificaret alios, cum & ipse deificatus esset. Non enim fieri potest eum qui ex participatione habet, id cujus particeps est aliis impertire: quod enim ille habet, suum non est, sed ejus qui dedit, & quod accepit, vix sibi sufficientem gratiam accepit. Causam tamen cur quidam, ut fertur, consubstantiale respuant, sincere examinemus, an non magis ex illa ipsa Filius Patri consubstantialis ostendatur. Ajunt igitur, ut vos scripsistis, Filium Patri consubstantialem dici minime debere, quia qui dicit consubstantialem, tria dicit, substantiam aliquam, quæ prius subjaceat, & eos qui ex illa geniti sunt esse consubstantiales: atque hinc concludunt: Si ergo Filius sit Patri consubstantialis, necesse est prius subjacere eorum substantiam ex qua geniti sint, & non esse illum Patrem, hunc Filium, sed ambos fratres. Hæc tametsi Ethnicorum sunt explicationes, nosque nihil eorum egemus ratiociniis: nihilominus videamus utrum illa consubstantialia, quæ cum ex prius intellecta substantia sint, fratres dicuntur, sibi mutuo, an substantiæ, ex qua orta sunt, sint consubstantialia. Si enim sibi mutuo; diversæ ergo substantiæ, ac dissimilia erunt substantiæ a qua ortum duxerunt: opponitur enim consubstantiali, quod est ex diversa substantia. Quod si utrumque consubstantiale sit substantiæ a qua ortum duxit, nam id certe quod ex alio nascitur ei qui se genuit est consubstantiale; non ultra sunt quærendæ tres substantiæ: sed id solum investigandum, num hoc vere ex illo sit. Nam etsi contingat non esse duos fratres, sed unicum ex illa substantia ortum esse: eo quod alter non sit, nequaquam qui natus est, diversæ substantiæ dicatur; sed licet solus sit, erit tamen & ipse ei qui se genuit consubstantialis. Alioqui quid dixerimus de filia Jephte, quæ unigenita erat: *& non habebat*, ait, *alios liberos*: (*Jud. 11. 34.*) & de filio viduæ quem Dominus ex mor-

mortuis suscitavit, qui & ipse fratrem non habebat, sed unigenitus erat: an uterque ei qui se genuerat consubstantialis non erat? Erant plane, nam liberi erant: idque proprium liberis est erga parentes suos. Sic cum Patres Dei Filium ex ejus substantia dixerint, merito & consubstantialem dixerunt: hanc enim vim & proprietatem habet quoque splendor ad lucem. Hinc autem sequitur, neque creatas res ex non existente factas esse. Homines enim ipsi qui cum passione aliqua gignunt, in subjacente materia operantur, nec aliter quidquam facere potuerint. Quod si creandi modum in Deo non humano more intelligimus, multo minus gignendi in ipso intelligere humano more debemus, neque corporeo modo consubstantiale accipere. Sed recedendum nobis est a rebus factis, ac depositis humanis imaginibus, omnibusque omnino sensibus, ad Patrem ascendere, ne inscii Filium a Patre auferamus, eumque rebus e se creatis adjungamus.

52. Rursum si Patrem & Filium confitentes, duo principia, aut duos deos dicimus, quemadmodum Marcion & Valentinus; aut Filium quemdam alium divinitatis modum habere, & non esse imaginem & figuram Patris, quod ex ipso genitus sit: esto dissimilis; nam alienæ inter se prorsus sunt istiusmodi substantiæ. Quod si unam agnoscimus & solam Patris divinitatem, hujusque Verbum & Sapientiam Filium esse, & hoc credentes, duos tamen deos minime dicimus, unitatemque Filii cum Patre non doctrinæ similitudine, sed secundum substantiam, & revera consistere sentimus, ita ut propterea non duos deos, sed unum dicamus, cum una sit species divinitatis, ut est lux & splendor, ille enim Patriarchæ Jacob visa est, aitque Scriptura: *Ortus est autem illi sol, postquam transivit species Dei.* [Genes. 32. 31.] Hoc cum viderent sancti Prophetæ, ac intelligerent cujusnam sit ille Filius & imago, ajebant: *Factum est Verbum Domini ad me*, cumque Patrem in eo visum revelatumque cognoscerent, fidenter dicebant: *Visus est mihi Deus Patrum nostrorum, Deus Abraam, Isaac & Jacob.* Cum igitur ita se res habeat, cur eum qui unus est cum Patre, & talis apparet qualis est Pater, secundum similitudinem atque unam divinitatem, veremur dicere consubstantialem? Si enim, quemadmodum sæpius dictum est, nullam habet ut Filius proprietatem similitudinemve cum paterna substantia, ea voce uti recte veremur. Sin autem ille est Patris propria vis illuminatrix & creatrix, sine qua nec creat, nec cognoscitur, (omnia enim per ipsum & in ipso consistunt) cur rem intelligentes, recusamus vocem id significantem proferre? Quid enim est ejusdem naturæ esse cujus Pater, nisi esse illi consubstantiale? Non enim alienum Deus veluti ministro egens Filium assumsit: neque opificia creatori sunt dignitate paria, ut perinde illa atque ipse honorentur, aut ut putandum sit, ea & Patrem unum esse. Alioquin ausit quis hæc dividere, ac dicere solem & splendorem duo esse lumina, aut diversam aliquam substantiam, aut splendorem solis accidens esse, & non simplicem ac purum solis partum; ita ut duo quidem sint sol & splendor, una tamen lux, eo quod ille a sole oriatur. Cum hujusmodi sit, imo magis inseparabilis natura Filii e Patre, & cum divinitas Filio non acciderit, sed paterna divinitas in Filio sit; ita ut qui videt Filium, in ipso Patrem videat, cur qui hujusmodi est, non dicatur consubstantialis?

53. Sat quidem hæc sunt, quæ vobis suadeant, ut non accusetis eos qui dixere Filium esse Patri consubstantialem. Attamen ipsam consubstantialis vocem secundum se explanemus, ut comperiamus utrum hæc [Vocis, ὁμοούσιος, explanatio.] vox, consubstantialis, usurpanda sit, & si propria sit dictio, atque congruenter de Filio dicatur. Nam ipsi scitis, & nemo dubitaverit, simile non de substantiis, sed de figuris & qualitatibus dici. De substantiis enim, non similitudo, sed identitas dici debet. Homo igitur hominis similis dicitur, non secundum substantiam, sed secundum habitum & figuram: quod ad substantiam enim ejusdem naturæ sunt. Rursum homo cani nequaquam dissimilis dicitur, sed diversæ naturæ: ergo quod ejusdem naturæ est, etiam consubstantiale est; & quod diversæ naturæ, diversæ etiam substantiæ. Quapropter qui dicit similem secundum substantiam, ex participatione similem dicit: similitudo enim est qualitas, quæ substantiæ accidere potest; hoc autem opificiis proprium fuerit, ea enim ex participatione Deo similia efficiuntur. Nam *cum*, ait, *apparuerit ille, similes ei erimus*, [1. Joan. 3. 2.] similes scilicet non substantia, sed filiorum adoptione, quam per eum participamus. Si igitur eum ex participatione Filium dicitis, dicatur a vobis substantia similis: sed si ita appelletur, nec veritas, nec lumen ullatenus, nec natura Deus erit. Nam quæ ex participatione sunt, non vere, sed similitudine veritatis similia dicuntur; ita ut quod participatur, a participantibus decidere & tolli possit: hoc autem creatis rebus atque opificiis proprium est. Itaque si absurdum illud est, nequaquam erit ex participatione, sed ex natura & veritate, Filius, lumen, sapientia, Deus: cum autem natura talis sit & non participatione, nunquam proprie substantia similis dici potuerit, sed consubstantialis. Quod autem de aliis nemo dixerit, (demonstratum est enim, simile de substantiis non prædicari) qui, quæso, non stultum fuerit, & fortasse etiam gravissimum id de Filio proferre, & non potius eum consubstantialem appellare?

54. Idcirco probe Nicæna Synodus id scripsit quod consentaneum erat, Filium nempe ex substantia Patris genitum, esse consubstantialem. Hæc eadem nos cum didicerimus, ne cum umbris pugnemus: gnari maxime eos, qui hæc scripserunt, non studio prave explicandi veritatem, sed eam una cum pietate in Christum asserendi, & Ariomanitarum blasphemias damnandi, sic fidem promulgasse suam. Considerandum enim est, & accurate animadvertendum, cum eum dicimus substantia dissimilem, & diversæ substantiæ, nos haudquaquam verum Filium significare, sed unum ex opificiis, & adscitum adoptioneque Filium, quod hæretici sentiunt: quem si dicamus sine contentione consubstantialem, verum significamus Filium ex Patre natum: etiamsi hac de causa pluries disrumpantur Christi hostes. Hæc quidem, quæ nota mihi, & ex prudentium disputationibus explorata erant, paucis scripsi. Vos autem manentes super fundamentum Apostolorum, Patrumque traditiones retinentes, orate, ut jam cesset omnis contentio & zelus, hæreticorumque insanæ quæstiones & una omnis verborum contentio damnentur, utque nefaria & sanguinaria Arianorum hæresis aboleatur, in omnium vero cordibus veritas eluceat; ita ut omnes ubique idem dicant, idem sentiant: ac nulla deinceps relicta Ariana blasphemia, per universam Ecclesiam dicatur, atque in confesso habeatur illud, *Unus Dominus, una Fides, unum Baptisma*, [Ephes. 4. 5.] in Christo Jesu Domino nostro, per quem Patri gloria & imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

55. Postquam de Synodis scripsissem, comperi impiissimum Constantium ad Episcopos Arimini versantes scripsisse. Operamque dedi, ut exempla a germanis fratribus acciperem, ad vosque mitterem, & simul ea quæ Episcopi rescripserant:

runt: ut sciatis cum Imperatoris impiam versutiam, tum Episcoporum firmam immotamque in veritate sententiam. A

Interpretatio Epistolæ.

* *Constantius Victor & Triumphator Augustus, omnibus Episcopis qui Ariminum convenerunt.*

PRÆCIPUAM nos semper curam gerere divinæ & adorandæ Legis, ne vestra quidem mansuetudo ignorat: attamen viginti Episcopos a vestra prudentia missos, qui legationem vestram B obeundam susceperunt, nondum videre potuimus; urgebat enim nos necessaria adversus Barbaros expeditio: &, quemadmodum nostis, animo ab omni solicitudine vacuo divinæ Legis negotia tractanda sunt. Quamobrem Episcopis mandavimus, ut Adrianopoli reditum nostrum exspectarent, ut postquam ea quæ ad rempublicam pertinent recta fuerint constituta, tunc demum quæ illi suggesserint, audire atque expendere valeamus. Vestræ igitur constantiæ ne molestum sit eorum reditum exspectare, ut cum reversi fuerint, C nostra ad vos responsa ferentes, ea quæ utilitatem Ecclesiæ Catholicæ spectant, ad exitum perducere possitis. ** Hæc Episcopi acceperunt, tribus referentibus,

Exemplum Epistolæ Episcoporum.

TUÆ clementiæ literas accepimus, Domine Imperator religiosissime, quibus significas, te ob publicorum negotiorum necessitatem, nondum potuisse legatos nostros ad conspectum admittere tuum: nosque jubes eorum reditum expectare, donec pietas tua per illos norit quæ sunt a nobis juxta majorum nostrorum traditionem decreta. Nos vero etiam nunc his literis profitemur, & affirmamus, nullatenus nos a proposito nostro discessuros: id enim legatis quoque nostris jussimus. Rogamus itaque, ut placido vultu, tum hæc mediocritatis nostræ scripta jubeas perlegi, tum ea quæ per legatos nostros mandavimus, perhumaniter accipias. Porro tua benignitas nobiscum intelligit, quantus mœror & tristitia nunc sit, quod tuis felicissimis temporibus, tot Ecclesiæ Episcopis destitutæ sint, & idcirco clementiam tuam etiam atque etiam rogamus, Domine Deo carissime Imperator, ut ante hyemis asperitatem, si quidem id tuæ pietati placuerit, nos ad nostras Ecclesias redire jubeas: quo possimus omnipotenti Deo, & Domino ac Salvatori nostro Christo, Filio ejus unigenito, pro Imperio tuo, consuetas una cum populis preces effundere: sicut ante semper fecimus, & nunc orantes facere non desistimus.

* Hæc Epistola habetur apud Socratem lib. 2, c. 37.
** Sequens Epistola habetur ibidem apud Socratem lib. 2. cap. 34. & apud Theodoretum lib. 2. cap. 20.

IN TOMUM AD ANTIOCHENOS

MONITUM.

I. IN *prioribus editis Græcis Epistolæ nomen obtinet hoc Opusculum, Editorum sane vitio, nam* τόμος *nuncupatur in omnibus pene codicibus, &*, Tomus, *in veteribus editis Latinis. Et vero non insolentem esse titulum ejusmodi, cum aliis permultis exemplis, tum maxime hoc luculento Gregorii Nazianzeni testimonio comprobatur. Is enim Epistola I. ad Cledonium sic habet loquens de Apollinaristis:* Δειξάτωσαν δὲ πάντως, ἢ διὰ τόμου συνοδικοῦ, ἢ δι' ἐπιστολῶν κοινωνικῶν. οὗτος γὰρ τῶν συνόδων ὁ νόμος. Omnino autem ostendent (*se scilicet ad Communionem admissos esse*) vel per Tomum Synodalem, vel per Epistolas Communionis indices. Nam hic Synodorum mos est. τόμος *autem vocatur, ait Philotheus Patr. lib. 2. adversus Niceph. Gregoram, quod in eo res* συντετμημένως, *id est, paucis enarrentur.*

II. *Putat Felckmannus hanc Epistolam seu Tomum, esse fragmentum alicunde divulsum. Hæc illius sunt verba*: In codice Gobleriano notatur ad hanc Epistolam, ζήτει τὴν ἀρχὴν τοῦ αὐτοῦ λόγου (præcessit enim Liberii ἀκέφαλος:) quo innui videtur hanc similiter esse fragmentum alicujus libri. Cujus rei etiam hoc indicium est, quod infra sub finem scribuntur quædam quæ in Antiochena Synodo acta sunt, ad quam tamen habendam demum scriptam esse ex contextu apparet, & auctor est Socrates. Putarim ego Epistolam hanc cum appendice, alicujus libri Synodici fragmentum esse, aut certe illa sub finem aliunde ad Epistolam assuta. *Porro ad marginem Seguriani item scribitur,* ζήτει ἀρχήν, *perinde atque in Gobleriano, cujus notam non intellexit Felckmannus, nec intellecturus est quisquis ordinem manuscriptorum Athanasii non adverterit. In omnibus itaque codicibus quos, vel quorum catalogum dispicere licuit, hic Tomus bis descriptus est, & primo quidem integer atque absolutus, duodecimus numero habetur, atque iterum in iisdem septuagesimus nonus ordine locatur, non quidem ex integro descriptus, sed ab initio ejus pars haud exigua ibi exaratur. Ad marginem igitur duodecimi scribunt librarii,* ζήτει ἀρχήν, quære initium, *quia scilicet ejusdem initium septuagesimo nono loco iterum ponitur, cum hac nota in Regio codice,* προγέγραπται εἰς τὸν ιβ' λόγον τὸ ἴσον, descriptus est supra integer duodecimo Tractatu. *Liquet autem hunc Tomum omnibus numeris & partibus suis absolutum esse, ut ne vel minima suspicio sit esse fragmentum. Paulini vero formula fidei quæ ad calcem assuta est, Antiochiæ quidem edita fuit, sed congruenter huic Tomo Alexandrinæ Synodi adtexitur, subscribit enim ille rebus Alexandriæ decretis.*

III. *Quid Athanasium ceterosque Patres compulerit ad eam celebrandam Synodum, ex hoc ipso Tomo comperire licet. Actum enim ibi primo fuit de rebus Antiochenæ Ecclesiæ componendis. Nam tres in partes distracta tunc civitas erat. Prima numero maxima erat Arianorum, qui pulso Meletio Euzoium suæ sectæ hominem Episcopum sibi constituerant.* 2ª. *Meletianorum, ut vocabant a Meletio Episcopo, quem Ariani ordinarant Episcopum, rati suæ favere sententiæ. At ubi primum agnoverunt eum consubstantialitatis strenuum defensorem esse, in exilium ablegari curarunt, cum vix triginta sedisset dies. Redux ille cum aliis, Juliano ineunte imperium, a suis ingenti gaudio exceptus fuerat.* 3ª. *Eustathianorum, a sancto Eustathio Antiochiæ olim Episcopo: sed Arianorum, quibus*

infen-

insensissimus erat, insidiis in exilium pulso, atque illic defuncto. Hi a reliquis omnibus segregati Paulini Presbyteri conventibus intererant, atque cum Athanasio communicabant. Quos ad pacem cohortatur Athanasius, suadetque ut cum iis communicent qui in Veteri conventus agunt, scilicet cum Meletianis; qua in re nequaquam Athanasio Synodoque Alexandrinæ obtemperatum est: diuturnum enim postea fuit discidium.

IV. *Quod aic autem Baronius, Paulinum, antequam Alexandrina cogeretur Synodus, a Lucifero Episcopum ordinatum fuisse, vel ex hoc Tomo, cui tamen soli ipse innititur, elevari videtur. Nam si Episcopus antea fuit ordinatus, cur Episcopi nomen ei nusquam hoc Tomo tribuitur, maximeque num. 9. ubi cum agitur de legatis Luciferi, Paulini & Apollinarii, primus & postremus Episcopi dicuntur, Paulinus minime? An credibile est si jam Episcopus Paulinus fuisset, non hortaturos fuisse Synodi Patres, ut omnes Catholici Præsuli suo adjungerentur? Sed instat Baronius, Episcopum fuisse qui legatos miserit ad Synodum. At certum est sede vacante licuisse presbytero legatos ad Synodum mittere. Vacabat porro tunc Antiochena sedes, vel saltem vacare putabatur: Euzoius enim Arianus ab Arianis ordinatus fuerat. Meletius item ab Arianis constitutus, licet Catholicus esset, plurimis tamen Catholicorum suspectus, nondum omnino Arianicæ promotionis maculam diluerat. His adde Baronio refragari omnes Ecclesiasticæ historiæ scriptores, qui ajunt eo tempore ordinatum fuisse Paulinum, quo Patres Alexandrini de rebus Ecclesiæ agerent.*

V. *Actum præterea est in hac Synodo de Tabella Sardicensi, quam rejiciendam censuerunt Patres. De tribus etiam Hypostasibus, quas nonnulli repudiatas volebant, admittebant alii; sed expensa utrorumque sententia, solius nominis quæstio visa est. Actum item de aliis Christi Incarnationem spectantibus, maxime de Apollinarii hæresi tum pullulanti, qui per legatos suos virus suæ hæreseos ad tempus occultavit, ut infra dicitur. Editus autem est hic Tomus initio Imperii Juliani Apostatæ, cum ejus decreto Episcopi remigrarent ab exilio, anno 362. ipsaque manu Athanasii scriptum fuisse conjectamus ex quibusdam ad calcem positis, ubi vide sis.*

1. * TOMUS ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI,

AD ANTIOCHENOS.

*Carissimis & optatissimis comministris ** Eusebio, Lucifero, Asterio, Cymatio & Anatolio, Athanasius, ceterique Episcopi, ex Italia, Arabia, Ægypto & Lybia, qui Alexandriæ adfuere, Eusebius, Asterius, Gaius, Agathus, Ammonius, Agathodæmon, Dracontius, Adelphius, Hermæon, Marcus, Theodorus, Andreas, Paphnutius, alius Marcus, Zoilus, Menas, Georgius, Lucius, Macarius, & reliqui, in Christo salutem plurimam.*

PERSUASUM quidem habemus, vos cum sitis A ministri Dei ac boni dispensatores, ad omnia Ecclesiæ negotia temperanda idoneos esse. Verum quia ad nos allatum est, plurimos, qui pridem a nobis per contentionem desciverant, pacem jam cupere: plerosque item ab Ariomanitarum hæresi deficientes communionem nostram exoptare; necessarium duximus, ea, quæ nos & dilecti nostri Eusebius & Asterius scripsimus, vestræ quoque mansuetudini scribere, (qui & ipsi estis dilecti ac vere optatissimi comministri) de hoc quidem fausto nuntio læti, optantesque ut si quis adhuc procul nobis relinquitur, & si quis Arianorum cœtibus B etiam nunc jungi videtur, is ab illorum insania resiliat: ita ut omnes deinceps ubique dicant, *unus Dominus, una fides*. (Ephes. 4. 5.) Quid enim tam *bonum*, ut ait Psalmista, & tam *jucundum*, quam *habitare fratres in unum?* (Psal. 132. 1.) Domus autem nostra est Ecclesia; quocirca par est eamdem nobis esse sententiam: sic enim & Dominum nobiscum habitaturum credimus, qui dixit, *Inhabitabo in illis & inambulabo*, &c. (2. Cor. 6. 16. & Levit. 26. 12.) *Hic habitabo quoniam elegi eam.* (Psal. 131. 14.) *Hic* autem ubinam, nisi ubi una fides & religio prædicatur?

2. Vellemus quidem nos Ægyptii, una cum dilectis fratribus nostris Eusebio & Asterio multis de causis ad vos proficisci, sed ideo maxime, ut vestram caritatem amplecteremur, & simul hujusmodi pace & concordia frueremur. Verum quia, ut in aliis quoque epistolis indicavimus, & ab ipsis comministris nostris discere potestis, Ecclesiasticis necessitatibus detinemur: hac de causa sane dolemus; sed tamen eosdem comministros nostros Asterium & Eusebium rogavimus, ut nostrum vice ad vos accedant: gratiasque illorum pietati agimus, quod tametsi licebat ipsis ad suas diœceses properare, omnibus tamen posthabitis, ob urgentem Ecclesiæ necessitatem ad vos iter instituere maluerunt. Illis igitur nostro desiderio acquiescentibus, nosmetipsos consolati sumus; quia ejusmodi viris vobiscum istuc convenientibus, nos quoque omnes adesse arbitramur.

3. Quotquot igitur nobiscum pacem habere cupiunt,

* Latinæ editiones omnes, in quibus scilicet sola Nannii versio cusa est, habent pro titulo, *Ad Antiochenses Tomus duodecimus*, errore hinc orto, (ut notat Felckmannus) quod Interpres codicem Goblerianum sequutus omiserit vocem, λόγος ιβ, ubi λόγος ιβ. *Tractatus* 12. ordinem duntaxat significat, quo in manuscriptis describitur, uti supra monuimus; neque vero intelligendum est, duodecim Tomos Antiochiam vel alio missos fuisse.

** Existimat Baronius, Eusebii & Asterii nomina mendose huc irrepsisse. Non potuisse enim ait, ad Eusebium & Asterium mitti Epistolam, cui iidem episcopi subscripserint. Sed reclamant verba ad calcem hujus epistolæ posita, ubi dicitur Eusebium & Asterium Epistolæ seu Tomo subscripsisse, & ad eosdem eam fuisse directam. Et imvero Synodali Alexandrino Tomo subscripsere, quia Synodo adfuerant; atque ad ipsos Epistola dirigenda fuit, quia Antiocheno conventui, cui illa mittebatur, interfuturi erant.

piunt, maxime autem qui in * Veteri conventus agunt, & qui ab Arianorum partibus resiliunt, ad vos convocate, eosque, quemadmodum patres filios suos, excipite, ac velut magistri & tutores amplexamini: dilectisque nostris Paulino & sequacibus ejus adjungite, nihilque amplius ab illis exigatis, quam ut Arianam hæresin anathemate damnent, fidemque a sanctis Patribus Nicææ promulgatam profiteantur. Condemnent item eos qui Spiritum sanctum affirmant creaturam esse & a Christi substantia divisum. [Illud enim vere est resilire a detestanda Arianorum hæresi, sanctam Trinitatem non dividere, nec dicere aliquid quod ad eam pertinea creaturam esse. Nam qui simulant quidem se Nicæanam fidem profiteri, atque interea contra Spiritum sanctum blasphemare non dubitant, nihil aliud præstant, quam quod Arianam hæresin verbis quidem negant, animo autem & sententia retinent. Anathemate quoque ab omnibus damnetur Sabellii & Pauli Samosatensis impietas, Valentini item & Basilidis insania & Manichæorum amentia: quod si ita fiat, futurum est ut omnis mala suspicio levetur ubique, & sola Catholicæ Ecclesiæ fides pura commonstretur.

4. Quod autem hanc teneamus fidem cum nos, tum omnes qui nobiscum semper communione juncti fuere, nemini vestrum neque alii cuipiam latere arbitramur. Ceterum quia congratulamur iis qui nobiscum conjungi exoptant, omnibus quidem, sed iis potissimum qui in Veteri conveniunt, jamque magnam Domino gloriam retulimus, cum de aliis omnibus, tum de bono horum ** proposito; hortamur vos ut his conditionibus concordia ineatur; &, uti supra diximus, nihil plus his, ab iis qui in Veteri conveniunt, exigatis: neque plura quam quæ Nicææ decreta sunt, Paulini sequaces proponant.

5. Quam igitur nonnulli jactant tabellã,*** quasi in Sardicensi Synodo de fide compositam, ne legi quidem omnino aut proferri sinatis: nihil quippe ejusmodi definivit Synodus. Quamvis enim nonnulli postularint ut quædam de fide scriberentur, quasi aliquid Nicænæ Synodo deesset, atque id obtinere temere conati fuerint; Synodus tamen Sardicæ coacta rem indigne tulit, sancivitque ut nullum ultra de fide ederetur rescriptum, sed sufficeret fides a Patribus Nicææ promulgata, quippe quæ in nullo deficeret, sed plena pietatis esset: statuitque ne altera ederetur fidei professio, ne quæ Nicææ conscripta fuerat, imperfecta reputaretur, neve occasio iis daretur, qui sæpenumero de fide scribere ac definire volunt. Unde si quis illud aliudve proponat, compescite homines, atque ad studium pacis potius hortamini: nihil enim in istis agnoscimus quam solum contendendi studium. Nam quos quidam incusabant, quod tres hypostases dicerent, quia hæ voces cum in Scriptura non habeantur, hinc suspectæ esse possunt; rogavimus ut nihil præter Nicænam confessionem inquirant. Illos tamen contentionis occasione interrogavimus, anne ut Ariomanitæ dicunt hypostases illas alienas peregrinasque, ac diversæ a se invicem substantiæ, & unamquamque hypostasin secundum se ab altera divisam, ut sunt aliæ creaturæ, necnon qui ex hominibus nascuntur: vel

A quasi diversas substantias, quale est aurum, argentum & æs: sic & ipsi dicerent: an sicut alii hæretici, tria principia, & tres deos esse dicunt, eadem ipsi sententia affirmarent tres esse hypostases? At illi, se neque hæc dicere, nec unquam ita sensisse, affirmabant. Nobis autem percontantibus, qui ergo hæc dicitis? aut quare tandem hujuscemodi vocabula usurpatis? Responderunt illi: Eo quod in sanctam Trinitatem credamus, non nomine tenus Trinitatem, sed quæ vere sit & subsistat: nimirum Patrem vere existentem & subsistentem, Filium item vere substantialem ac subsistentem, Spiritumque sanctum subsi- B stentem & existentem agnoscimus. Nec tamen se dixisse ajebant tres deos aut tria principia, nec omnino eos qui ita dicerent sentirentve, tolerare: sed se sanctam quidem Trinitatem agnoscere, unamque tamen Deitatem ac unum principium, ac Filium quidem Patri consubstantialem, ut Patres declararunt, Sanctum vero Spiritum, non creaturam, neque alienum, sed proprium, & a substantia Filii & Patris indivisum.

6. Approbata igitur ejusmodi & vocum interpretatione & excusatione, eos quoque examinavimus, quos isti accusabant, quod unam dicerent hypostasin, C num ii in Sabellii sensu ita loquerentur, quo Filium, Spiritumque sanctum de medio tollerent: an Filium substantia, Spiritumque sanctum hypostasi carere existimarent? Qui item affirmarunt se neque hoc dicere nec unquam ita sensisse; sed hypostasin, ajebant, dicimus, existimantes perinde esse dicere hypostasin atque dicere substantiam: unamque credimus hypostasin eo quod Filius sit ex substantia Patris, & quod una eademque sit natura. Unam quippe Deitatem, & unam ejus naturam esse credimus: nec aliam quidem Patris, alienam autem ab illo Filii ac Spiritus san- D cti substantiam sentimus. Tunc sane qui accusati fuerant, quod tres dixissent hypostases, cum istis consentiebant: ii autem qui unam esse substantiam dixerant, illorum doctrinam, prout eam interpretati fuerant, profitebantur: & utrique Arium tanquam Christi hostem, Sabellium item ac Paulum Samosatensem velut impios, Valentinum & Basilidem ut alienos a veritate, Manichæum vero ut malorum inventorem, anathemate damnarunt. Omnes denique, Dei gratia, post hujusmodi interpretationes, una confitentur istiusmodi vocabulis præstantiorem accuratioremque esse fidem a Patribus Nicææ promulga- E tam; atque demum illius verba sufficere debere, iisque utendum esse.

7. Sed cum etiam de Salvatoris incarnatione nonnulli inter se litigare viderentur, utrosque interrogavimus: tum quod alii confitebantur, in hoc alii quoque consentiebant, nempe non sicut in Prophetas *factum est Verbum Domini*, eodem modo in sanctum hominem in consummatione sæculorum advenisse: sed ipsum Verbum carnem factum esse, & cum in forma Dei esset, formam servi accepisse, ac ex Maria secundum carnem propter nos hominem esse fa- F ctum, & sic humanum genus in ipso integre ac perfecte a peccato liberatum in regnum cælorum introduci. Hoc item profitebantur, non corpus inanimatum aut sensus expers, aut mente carens Salvatorem ha-

* Libanius in Antiochico, ait Antiochiam in duas urbes fuisse divisam, alteram, παλαιάν, seu ἀρχαίαν, hoc est antiquam, quæ secundum Orontis fluvii oram longum terræ occupabat spatium: alteram novam in ejusdem fluvii insula sitam, forma rotunda, quæ quinque pontibus antiquæ jungebatur. In antiqua exstabat vetus Ecclesia ab Apostolis fundata, quam ideo Apostolicam vocat Theodoretus, Chronicon vero Alexandrinum, παλαιὰν appellat, unde ambigi possit, veteremne urbem, an veterem Ecclesiam hic Athanasius memoret. Ceterum quidquid sit, certum est Meletium in veteræ urbe conventus egisse, in Ecclesia, quam Theodoretus Apostolicam, Chronicon Alexandrinum Veterem appellat. Paulinus vero unam tantum Ecclesiam admodum parvam in nova urbe occupabat, quam Euzoius tunc Arianorum Episcopus reverentia viri commotus Paulino suisque concesserat, ut ait Socrates, libro tertio, cap. 9.

** De his vide Rufinum Hist. Eccles. cap. 28. & Athanasium Epist. ad Rufinianum infra.

*** Ea tabella de Fide, seu fidei confessio, habetur apud Theodoretum l. 2. c. 8. subjungiturque Epistolæ Encyclicæ Synodi Sardicensis: atque hoc pacto incipit: [illegible] &c.

habuisse. Neque enim, ajebant, * possibile erat, Domino pro nobis homine facto, corpus ejus sine mente existere: non enim corporis duntaxat, sed etiam animæ in ipso Verbo salus facta est: & cum vere Filius Dei esset, factus est & filius hominis: cumque unigenitus esset Filius Dei, factus est ipse primogenitus in multis fratribus. Quamobrem non alius erat ante Abraham Filius Dei, alius post Abraham: neque alius erat qui Lazarum suscitavit, alius vero qui de illo interrogavit: sed idem ipse erat qui humane quidem dicebat, *Ubi positus est Lazarus*, & qui divinitus illum excitavit: ** idem ipse erat qui corporaliter quidem ut homo spuebat, divinitus vero, ut Dei Filius, aperiebat oculos cæci nati: & carne quidem patiebatur, ut ait Petrus, divinitus autem monumenta aperiebat mortuosque suscitabat. Atque omnia quæ in Euangelio habentur eadem prorsus ratione intelligentes: affirmarunt se idipsum sentire de Incarnatione & de assumta a Verbo humana natura.

Joan. 11.

1. Petr. 4. 1.

8. Cum hæc igitur ita confessi sint, hortamur vos ne eos quidem qui sic profitentur, & eo pacto verba quæ proferunt, interpretantur, temere condemnare aut rejicere velitis, sed potius, ipsos paci studentes & sese purgantes recipiatis. Eos contra qui hæc profiteri & verba tali modo explicare renuerint, ut suspectæ sententiæ homines arceatis pudoreque afficiatis. Hos igitur ne toleretis; eos autem qui & recte verba interpretantur & probe sentiunt, hortamini ne ulteriorem inter se adhibeant disquisitionem, nec verbis inutiliter decertent, neque hujusmodi vocabulis contendant, sed in pietatis sententiam conveniant. Nam qui non sic animo affecti sunt, sed dehujusmodi tantum voculis quæstiones agitant, & præter ea quæ Nicææ conscripta sunt, nonnulla requirunt, nihil aliud agunt, quam *quod proximo suo subversionem turbidam propinant*, utpote qui paci invideant & schismata diligant. Sed vos ut probi homines, fidelesque servi ac dispensatores Domini, quæ offendiculo quidem sunt, & a concordia deterrent compescite & impedite, omnibusque hujusmodi pacem anteponite, cum sana sit fides: forsitan Dominus noster misertus, quæ divisa fuere coaptabit, factoque deinceps uno ovili, omnes unum habebimus ducem Dominum nostrum Jesum Christum.

Habac. 2. 15.

9. Hæc nos quidem (tametsi nihil præter Nicænam Synodum requirendum erat, neque toleranda erant contentiosa verba; attamen pacis conciliandæ causa, & ne eos qui recte sentire cupiunt abjiceremus) examinavimus, & quæ ipsi professi sunt paucis dictavimus, nos qui Alexandriæ relicti sumus, idque una cum comministris nostris *** Asterio & Eusebio: plurimi namque nostrum ad suas diœceses sunt profecti. Vos itaque in commune ubi conventus agere soletis, hæc legitote, illucque omnes convocare dignemini. Æquum enim est ut illic primum Epistola legatur, ac ibidem qui pacem optant procurantque, sibi invicem concilientur: ac deinceps cum mutuo conciliati fuerint, ubicumque populo placuerit, præsente vestra humanitate illic conventus celebrentur, & Domino una gloria tribuatur ab omnibus. Salutant vos fratres qui mecum sunt. Opto vos bene valere, & memoriam nostri apud Dominum facere, Ego Athanasius: alii pariter Episcopi, qui simul convenerunt subscripsere: necnon qui missi sunt a **** Lucifero quidem Sardiniæ insulæ Episcopo, Diaconi duo, Herennius & Agapetus: a Paulino autem Maximus & Calemerus, ipsi quoque Diaconi. Aderant & quidam Monachi ab Apollinario Episcopo in hoc ipsum missi.

10. Episcopi autem prædicti ad quos scripta est Epistola, hi sunt: Eusebius ***** Vercellorum Galliæ urbis, Lucifer Sardiniæ insulæ, Asterius Petrarum Arabiæ, Cymatius Palti Cœlesyriæ, Anatolius Eubœæ.

Qui vero Epistolam scripserunt, hi sunt, Athanasius Papa & qui cum eo Alexandriæ adsuere, ipse Eusebius & Asterius: reliqui autem, Gaius Paratonii proxime Libyam, Agathus Phragonis & partis cujusdam Elearchiæ Egypti, Ammonius Pachnemunis, & reliquæ partis Elearchiæ: Agathodæmon Schediæ & Menelaiti, Dracontius parvæ Hermopolis, Adelphius Onuphis quæ est Lychnorum, Hermion Taneos, Marcus Zygrorum proxime Libyam, Theodorus Athribis, Andreas Arsenoiti, Paphnutius Saeos, Marcus Philorum, Zoilus Andro, Menas Antiphrorum.

His Eusebius quoque Latine subscripsit, quorum hæc est interpretatio.

Ego Eusebius, secundum exactam vestram utriusque partis confessionem, qua in eandem circa hypostases sententiam convenistis, in eandem quoque conveni: sed etiam circa Incarnationem Salvatoris nostri, nempe Dei Filium hominem factum esse, & omnia præter peccatum assumsisse, cujusmodi erat antiquus noster homo: idque juxta contextum Epistolæ meo suffragio confirmavi. Et quandoquidem exclusa dicitur Sardicensis Concilii tabella, ne ultra Nicænam fidem aliquid exponi videa-

* Hæc verba esse Apollinarii legatorum, patet ex ipsius Apollinarii epistola ad Episcopos Diocæsareæ congregatos, apud Leontium Byzantinum, libro adversus fraudes Apollinaristarum, quam hic referre operæ pretium fuerit, quod ad hæc intelligenda multum conferat.

DOMINIS MEIS HONORATISSIMIS EPISCOPIS Diocæsareæ in Domino salutem.

Expectabamus, literis nostris ad vos missis, ut similiter a vestra caritate litteras acciperemus. Domini honoratissimi, quales semper a beato Episcopo Athanasio accepimus: qui scit nos & eo dogmatibus cum ipso consentire, & in omnibus morem ei gerere. Quia vero non rescripsistis, existimavi fortasse prolixitatem Epistolæ non declarasse vobis nostram mentem, ac sententiam. En clare scribimus consentanea communi magistro nostro & vestro. De eo igitur hac de divina Incarnatione, quandoquidem de his multus tumultus non a nobis, sed ab aliis, quos taceo, excitatus est. Confitemur, non ad hominem sanctum venisse Verbum Dei, quod erat in Prophetis, sed ipsum Verbum carnem factum esse non assumta mente humana, mente mutabili, quæ, turpibus cogitationibus captiva ducitur, sed divina mente immutabili, & cælesti. Quamobrem, non corpus inanimatum, neque sensu & intelligentia vacuum habuit Salvator, Nec enim fieri poterat, ut cum Dominus propter nos factus esset homo, corpus ejus esset sine intelligentia. Cum esset vere Filius Dei, factus est filius hominis: & cum esset unigenitus Filius Dei, factus est ipse primogenitus in multis fratribus. Unde non alius erat Filius Dei ante Abraham, alius vero post Abraham: sed unus perfectus unigenitus Dei, perfectus autem divina perfectione, & non humana. Cum iis qui sic sentiunt, confitemur nos communionem habere. Cum iis vero qui contra sentiunt & scribunt, communionem non habemus. Ubi cetera quidem omnia ut hic apud Athanasium leguntur, sed dum ait Verbum non assumsisse mentem humanam sed divinam, virus suæ hæreseos detegit, quod his antea verbis occultarat, οὐ σῶμα ἄψυχον, οὐδ' ἀναίσθητον, οὐδ' ἀνόητον ἔσχεν ὁ σωτὴρ, *corpus non inanimatum, nec sensus expers, nec mente carens habuit Salvator*: vafre scilicet ac subdole intelligendo, mentem divinam solum inesse Christo. Qua de re iterum agetur ad libros contra Apollinarium.

** Hæc ipsa vide sis Orat. 3. contra Arianos pag. 228. n. 32.

*** Asterium Orientalium, Eusebium vero Occidentalium causam in hac Synodo egisse auctor est Rufinus Hist. Ecclas. lib. 1. cap. 29. Porro hic Asterius is est qui olim Arianos Sardicam properantes in via deseruit una cum Ario Petrarum Episcopo, atque Sardicensi Synodo subscripsit. Qua de causa iisdem Arianis auctoribus in Superiorem Africam relegatus, in reditu huic interfuit Synodo.

**** Unum duntaxat Diaconum a Lucifero legatum narrant Rufinus Historiæ Ecclesiasticæ lib. 1. cap. 27. & Sozom. lib. 5. cap. 12. Atque idem Rufinus, similiterque Theodoretus lib. 3. c. 5. Luciferum ab Eusebio rogatum ut Alexandriam secum proficisceretur, id abnuisse.

***** Multi ex his Episcopis relegati pro Catholica Fide recensentur in Hist. Arianorum ad Monachos supra n. 72. in Apologia de Fuga num. 7. & in Apologia ad Constantium num. 27. De Episcopatibus autem vide supra Tabellam Geographicam.

deatur: Ego huic quoque rei consentio, ne per illam Nicæna fides exclusa videatur, neque proferendam eam esse sentio. Opto in Domino vos bene valere.

Ego Asterius superioribus scriptis adstipulor, & opto in Domino vos bene valere.

11. Postquam autem Tomus hic Alexandria missus est, a supra dictis ita subscriptus, postea & ipsi quoque (Antiocheni) ita subscripsere.

* Ego Paulinus sic sentio ut a Patribus accepi: Esse & subsistere Patrem perfectum, & subsistere Filium perfectum, & subsistere Spiritum sanctum perfectum. Quapropter approbo supra scriptam de tribus hypostasibus & de una hypostasi sive substantia interpretationem, itemque eos qui ita censent. Pium enim est sanctam Trinitatem in una Deitate sentire atque confiteri. De Incarnatione autem Verbi Patris propter nos facta, ita sentio, ut scriptum

A est, nempe secundum Joannem, Verbum carnem factum esse: non vero, ut impiissimi quidam dicunt, ipsum mutationem esse passum; sed propter nos hominem factum esse, exque sancta Virgine Maria, & ex Spiritu sancto esse genitum. Neque enim inanimatum, aut sensus expers, aut mente carens corpus ** habuit Salvator: nam fieri non potuit, ut cum Dominus pro nobis homo factus sit, corpus ejus mente caruerit. Ideoque anathemate damno eos qui fidem Nicææ promulgatam vilipendunt, & qui negant Filium ex substantia Patris, & Patri consubstantialem esse. Anathemate quoque damno eos qui dicunt B Spiritum sanctum creaturam esse a Filio factam. Anathematizo quoque Sabellii & Photini & quamcumque aliam hæresin, incedens secundum Nicænam fidem, & secundum omnia superius scripta. Valere vos opto, ego Carterius. ***

* Hanc fidei, professionem in Synodo Antiochena anni 363. primum editam fuisse, existimant Baronius & Hermantius, quibus tamen refragari videtur Epiphanius hisce verbis: μετὰ ἐκθέσεως ἐγγράφου ἡμᾶς ἔπεισε, ἧς ἤδη πρότερον ὁμολογίας χάριν πρὸς τὸν μακαρίτην Ἀθανάσιον ἐπεποίητο τὴν συγκατάθεσιν. προτείνουσι γὰρ καὶ ἐνδέχονται ὑπὲρ ταύτης τὸ ἀντίγραφον μεθ' ὑπογραφῆς, σαφῶς περὶ Τριάδος ἔχον ὁμοῦ, καὶ περὶ τὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως, χειρὶ αὐτοῦ τοῦ μακαρίτου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, id est. *Nos (Paulinus) per scriptam fidei expositionem persuasit, cui jam antea, sui apud beatæ memoriæ Athanasium purgandi causa, assensum præbuerat. Hujus enim nobis exemplum a se subscriptum obtulit tradiditque, in quo de Trinitate, & una de mente Christi incarnati, ex ipsius beatæ memoriæ Patris nostri Athanasii Scripto, diserte agebatur.* Quibus non obscure significatur hanc Paulini subscriptionem fideique professionem tum primum editam fuisse cum Tomus ad Antiochenses Antiochiam pervenisset, ut hic etiam innuitur hoc est anno 362. Paulinumque anno sequenti 363. Epiphanio aliisque Antiochenæ Synodi Patribus, hujus professionis apographum obtulisse.

** Post ἔχει ὁ σωτὴρ, *habuit Salvator* omnes Epiphanii editi habent, καὶ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Ἀθανασίου, quibus significatur hæc verba ex opere Athanasii manu conscripto desumta esse, ut superius etiam dictum est; sintne autem Paulini an Epiphanii, vel librarii cujusdam, non liquet..

*** Carterii meminit Athanasius, Antaradi civitatis Syriæ Episcopi. Apol. de Fuga n. 3.

IN SEQUENTIA OPUSCULA

JOVIANI IMPERATORIS TEMPORE EDITA

MONITUM.

I. POSTQUAM *Julianus Apostata miserrima nece sublatus est, magna Christianorum rebus lux effulsit, cum Jovianus in ejus fuit locum inauguratus. Is ut erat, teste Gregorio Nazianzeno, mira pietate animique lenitate præditus, exsulum Episcoporum revocatione imperium est auspicatus. Ante omnes autem Athanasium exsulem restituit, qui omnibus virtute præstabat, & pro pietate sine ulla dubitatione oppugnatus fuerat,* λίαν μὲν, *sic Gregorius,* τοῖς ἐπισκόποις τὴν ἐξορίαν, τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι, καὶ πρὸ πάντων τῷ πρὸ πάντων τὴν ἀρετὴν, καὶ προβληθέντι ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πολεμουμένῳ. *Huic Epistolam primo misit Imperator ab Epiphanio memoratam Hær. 68. p. 726. quam suo loco restituentes, priorem hic posuimus, ubi Athanasium patriæ Ecclesiæque remittens, ejus virtutem animique firmitatem quanti faciat testificatur. Porro Joviano litteras* εὐχαριστηρίους *rescripsisse Athanasium, licet ad nos minime pervenerint, haud dubitandum videtur. Neque tamen putavit Athanasius expectandam sibi esse redeundi facultatem; Alexandriam enim remigrasse fertur cum primum necem Juliani audivit, ut pluribus in vita Athanasii narramus.*

II. *Præter hanc Epistolam, aliam Athanasio misit Jovianus, qua rogabat, ut fidei veritatem in sexcentas, ut ait ibidem Gregorius, opiniones partesque distractam, ad se transmitteret. Quæ quidem Epistola injuria temporum disperiit: superestque solum ea quam Imperatori rescripsit Athanasius, eximia sane & tanto Doctore dignissima: ubi laudato principis erga res cælestes amore, atque discendi studio, Nicænam commendat fidem, in Arianosque acriter invehitur, quod illius Synodi decretis stare renuerint: unde exortæ tantæ turbæ, tanta per Ecclesiam discidia. Enumerat inde Provincias & Regiones, quarum Ecclesiæ, Nicænæ inhærerent fidei, paucis exceptis Arianis, qui hactenus adversus eam concertarent. Hinc refert Nicænum Symbolum, cui nonnulla perspicuitatis causa subjungit, ac liquido Spiritus sancti divinitatem declarat. Acceptam autem Joviano fuisse hanc Athanasii Epistolam testatur ipse Imperator inferius in Tertia scilicet Arianorum Petitione, ubi ait se diligenter sciscitatum comperisse, Athanasium recte sentire, atque orthodoxum esse. Hanc item commendat Gregorius Nazianzenus, Oratione 21. infra edenda, aitque S. Doctorem, trium personarum unam essentiam, atque Spiritus sancti divinitatem palam in ea Epistola, licet paucis, confiteri. Extat hæc ipsa apud Theodoretum lib. 4. cap. 3. narratque ille cap. 2. Athanasium Episcopos doctrina præstantiores congregasse, ut eorum consilio eam conscriberet, mitteretque ad Jovianum.*

III. *Antiochiæ autem ab Athanasio sociisque conscriptam fuisse hanc Epistolam opinatur Valesius in Notis ad cap. 3. libri 4. Theodoreti, sed levissimo sane ductus argumento. Nititur quippe solo hujus Epistolæ titulo, qui sic jacet apud Theodoretum,* τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ φιλανθρωποτάτῳ, νικητῇ Αὐγούστῳ Ἰοβιανῷ Ἀθανάσιος καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι οἱ ἐλθόντες ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος καὶ Λιβύων ἐπισκόπων. *Putatque his verbis indicari Athanasium & alios quosdam Episcopos, ex persona omnium Ægypti, Thebaidis & Libyæ præsulum, Antiochiam venisse, ut Joviano coram se sisterent, atque ibi Epistolam scripsisse; sed apparet ex præcedenti Theodoreti capite, ubi ait Athanasium*

nasium congregasse Episcopos doctrina præstantiores, ipsum Athanasium non loco movisse, sed Alexandriæ ubi tunc erat stetisse. Nam illud, οἱ ἐλθόντες, non ad Athanasium refertur, sed ad illud, οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι, qui scilicet Alexandriam acciti se contulerunt. Ecquid, quæso, opus ut Episcopi adirent Imperatorem, si litteris cum eo acturi erant? Hoc certe in loco Baronii sententiæ, qui datam putat Epistolam Alexandriæ, quam Valesii, qui scriptam arbitratur Antiochiæ, stare malumus.

IV. *Epistolæ Athanasii ad Jovianum subjicimus quatuor supplices Lucii Arianorumque Petitiones Antiochiæ ad Jovianum factas: quæ perperam in editis omnibus,* colloquia *inscribuntur. Vox enim, ἐντυχία, non colloquium hic significat, sed supplicem petitionem seu voce seu scripto, Principi vel Magistratui, adversus aliquem oblatam: qua sententia usu venit item vox, ἐντυγχάνειν. Sic 1. Macchab. c. 10. v. 63. de Jonatha dicitur:* Καὶ ἐκάθισεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἶπε τοῖς ἄρχουσιν αὐτοῦ· ἐξέλθετε μετ' αὐτοῦ εἰς μέσον τῆς πόλεως, καὶ κηρύξατε τοῦ μηδένα ἐντυγχάνειν κατ' αὐτοῦ περὶ μηδενὸς πράγματος. *Ubi sic habet Vulgata:* Et collocavit eum Rex sedere secum. Dixitque principibus suis: Exite cum eo in medium civitatis, & prædicate, ut nemo adversus eum interpellet de ullo negotio. *Vox, ἐντυγχάνειν, eadem sententia ibi sæpe repetitur. Similem usum vocis, ἐντυχία, observavit Vir Erud. Valesius in Notis ad Theodoreti Historiam Eccl. p. 5. Hæ sunt igitur supplices Petitiones Lucii & Arianorum adversus Athanasium, qui tum Antiochiæ aderat, in cujusque locum Episcopum alium postulant; Lucium scilicet ordinari peroptabant, quem Georgius Pseudoepiscopus Alexandrinus presbyterum constituerat. Palam enim illud est ex iis quæ sub finem tertiæ Petitionis dicuntur. Ex Joviani autem responsis liquet quantum ille pietate, quantum ingenii acrimonia valeret: Arianorum enim Petitiones salse arguteque respuit, Lucium vero ne auditum quidem cum convitio & imprecatione repudiavit. Hæc porro opuscula anno haud dubie 363. edita sunt.*

V. *In prioribus Athanasii editis post Epistolam Joviani, fragmentum subsequitur, cui titulus est,* τῷ αὐτῷ Ἀθανασίῳ πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Ἰοβιανόν, *sed falso inscribi certum est; nullam enim præfert Epistolæ formam, nec habetur in manuscriptis antiquioribus; imo post ætatem Athanasii scriptum videtur, de quo fusius infra suo loco.*

EXEMPLUM EPISTOLÆ

Joviani Imperatoris, missæ ad sanctissimum Athanasium Archiepiscopum Alexandrinum.

Religiosissimo, & Deo dilecto Athanasio, Jovianus.

Scripta anno 363. CUM magnopere miremur honestissimam vitam tuam, similitudinem tuam cum Deo universorum, tuumque erga Christum Salvatorem nostrum, affectum, quæ tuæ sunt præclaræ virtutes; te laudamus, honoratissime Episcope; quod nullum laborem, nullum persequutorum furorem extimuisti, pericula, gladiorumque minas ne flocci quidem fecisti, atque clavum caræ tibi orthodoxæque fidei retinens, hactenus certasti pro veritate: itemque quod exemplum te typumque virtutis, u- A niverso fidelium populo assidue exhibes. Te itaque revocat Majestas nostra, atque ad salutis doctrinam reverti jubet. Remigra igitur ad sanctas Ecclesias, & pasce Dei populum, atque alacri animo una fundite preces ad Deum pro nostra clementia. Novimus quippe tua supplicatione, cum nos, tum eos qui nobiscum Christiane sentiunt, magnum a summo Deo auxilium consequuturos.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

AD JOVIANUM,

DE FIDE.

Scripta anno 363. I. RELIGIOSUM Imperatorem decet discendi studium & cælestium rerum amor: ita enim vere cor in manu Dei habiturus es. (Prov. 21. 1.) Cum igitur tua pietas fidem Catholicæ Ecclesiæ a nobis cupiat perdiscere: postquam gratias eam ob rem Domino egimus, nihil nobis melius visum est, quam ut tuam pietatem fidei, quam Patres Nicææ confessi sunt, commonefaceremus. Quidam enim, illa rejecta, & nobis varie insidiati sunt, quod Arianæ hæresi assentiri noluimus; & hæresis atque schismatum in Ecclesia Catholica auctores fuerunt. Namini tamen obscura esse potest vera & pia in Dominum fides, ut quæ ex divinis Scripturis haberi & internosci queat. Hac enim initiati Sancti, martyres sunt effecti, qui quidem soluti a corpo- B re, nunc sunt in Domino: eaque inviolata mansisset semper, nisi quorumdam hæreticorum malitia ipsam adulterare tentasset. Siquidem Arius quidam & ejus sectatores fidem illam conati sunt corrumpere, impietatemque adversus eam inducere, cum scilicet dicere ausi sunt Filium Dei ex nihilo, remque creatam & factam, ac mutabilem esse. Cujusmodi sermonibus multos utique deceperunt, ut etiam ii, qui aliquid esse videbantur, in illorum inducti sint impietatem; quamvis eam sancti Patres nostri in Nicæna, ut diximus, Synodo congregati, ana- C themate percusserint, simulque fidem Catholicæ Ecclesiæ scripto sint confessi, ut illa ubique promulgata, hæresis ab hæreticis accensa extingueretur. Ea igi-

igitur sincere ac sine dolo per omnem Ecclesiam agnita & pervulgata fuit. Verum cum Arianam hæresin quidam nunc renovare in animo habentes, fidem hanc, quam Patres Nicææ confessi sunt, ausi sint rejicere, eamque confiteri simulent cum revera negent, quippe qui vocem, Consubstantialis, prave interpretentur, impiaque proferant in Spiritum sanctum, quem nimirum ajunt rem creatam esse, & per Filium factam: nos necessario perpendentes damnum, quod populis affert hujusmodi impietas, fidem, quam Nicææ confessi sunt, tuæ religioni tradere absque mora curavimus, ut scilicet non ignoret tua pietas, quæ omni cum diligentia scripta sunt, quantumque arrent qui alia præter hanc ce fidem docent.

Fidem Nicænam universæ Ecclesiæ suffragio suo approbarunt.

2. Scito enim, religiosissime Auguste, hæc ab omni ævo esse prædicata, hancque ipsam fidem Patres, qui Nicææ convenerunt, confessos fuisse, eamque suffragio suo comprobare universas totius orbis ecclesias, nempe Hispaniæ, Britanniæ, Galliæ, totius Italiæ, Dalmatiæ, Daciæ, Mysiæ, Macedoniæ, Græciæque & Africæ universæ, nec non Sardiniæ, Cypri, Cretæ, Pamphyliæ, Lyciæ, Isauriæ, Ægypti, Libyæ, Ponti, Cappadociæ, vicinas quoque nobis necnon Orientis ecclesias, paucis exceptis qui Arii hæresin sequuntur. Quæ enim sit omnium illarum ecclesiarum sententia, & experientia novimus, & earum habemus litteras. Nec vero te fugit, piissime Auguste, tametsi pauci quidam huic fidei adversantur, præjudicium tamen facere non posse, quippe cum orbis universus Apostolicam fidem retineat. Illi enim Ariana hæresi perditi jam infecti, veræ pietati hodie pertinacius adversantur. Quocirca ut ea de re certior possit esse tua pietas, licet ei minime lateat, fidem quam Episcopi Nicææ confessi sunt, subjicere nobis studio fuit. Itaque fides quam Patres Nicææ confessi sunt, hæc est,

Symbolum Nicænum.

3. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium effectorem: & in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei genitum ex Patre unigenitum, id est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum, non factum, Consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt, sive quæ in cælo, sive que in terra sunt; qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, ac venturus est ad judicandum vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Illos autem qui dicunt, Fuit aliquando cum non esset, &, priusquam fieret non erat, &, ex nihilo factus est, vel qui ex alia hypostasi aut substantia esse, vel creatum esse aut mutari aut converti posse ajunt Filium Dei, anathemate ferit Catholica & Apostolica Ecclesia.

4. In hac fide, Auguste, tamquam divina & Apostolica, omnes necesse est permanere, nec ullus eam subtilibus sermonibus & contentionibus immutare debet, uti fecere Ariani, qui Filium Dei ex nihilo esse ajunt, fuisseque aliquando cum non esset, creatumque & factum ac mutabilem esse. Siquidem idcirco, uti supra commonuimus, Nicæna Synodus hujusmodi hæresin anathemate mulctavit, & fidem veritatis confessa est. Nec enim Filium Patri esse similem tantummodo dixere, ne videlicet similis dumtaxat Deo putaretur: sed ut verus ex Deo Deus esse crederetur, scripserunt Consubstantialem esse, quod quidem proprie convenit germano & vero filio veri & naturalis patris. Neque etiam Spiritum sanctum a Patre & Filio disjunxere, sed illum potius una cum Patre & Filio glorificavere, in una sanctæ Trinitatis fide, quia nempe una est in sancta Trinitate divinitas.

PETITIO AD JOVIANUM

Imperatorem Antiochiæ facta a Lucio, Berniciano, & aliis quibusdam Arianis, contra Athanasium Episcopum Alexandriæ.

Prima Petitio quam fecerunt, Imperatore in campum concedente, in porta Romanensi.

Scripta anno 363.

ROGAMUS potentiam tuam, imperium tuum, & pietatem tuam, ut nos audias. Imperator dixit: Quinam estis, & unde? Responderunt Ariani: Christiani, Domine. Imperator dixit: Unde & ex qua civitate? Ariani dixerunt, Ex Alexandrina. Imperator dixit: Quid vultis? Ariani dixerunt: Rogamus potentiam tuam & imperium tuum ut des nobis Episcopum. Imperator dixit: Jussi priorem quem habuistis Athanasium in throno collocari. Ariani dixerunt: Rogamus potentiam tuam, jam multis annis exul & accusatus est. Miles derepente commotus respondit: Obsecro imperium tuum, ut ipse inquiras quinam & unde sint. Hi enim sunt abjectæ reliquiæ Cappadociæ, residua improbi illius Georgii, qui civitatem & mundum desertum reddidere. His auditis Imperator, equum calcaribus concitavit, & abiit in campum.

Secunda Petitio Arianorum.

Accusationes & probationes habemus contra Athanasium, qui ante decem & viginti annos ab æternæ memoriæ Constantino & Constantio in exilium pulsus est: Et sub Deo Dilectissimo, Philosophiæ studiosissimo, & beatissimo Juliano item exulavit. Imperator dixit: Jam præterierunt quæ ante decimum, vicesimum, & tricesimum annum institutæ sunt accusationes. Ne mihi de Athanasio dicatis: scio enim quamobrem accusatus & quare proscriptus sit.

Tertia Petitio Arianorum.

Et nunc iterum quasdam alias accusationes habemus contra Athanasium. Imperator dixit: Non ex tumultu & loquacitate, quod justum est apparebit: sed eligite duos ex vobis, & ex plebe duos alios. Nequeo enim ad singulos vestrum respondere. Qui ex plebe erant dixerunt: Hi sunt reliquiæ improbi Georgii, qui provinciam nostram devastarunt; & in civitatibus nullum permisere consiliarium habitare. Ariani dixerunt: Rogamus te: quemcumque volueris præter Athanasium. Imperator ait: Dixi vobis, quæ Athanasium spectant jam constituta esse: iratusque ait: Feri, feri. Ariani dixerunt: Rogamus te: Si mittas Athanasium, perit civitas nostra, nullusque cum eo conventus agit. Imperator dixit: Atqui diligenter sciscitatus novi eum recte sentire, & orthodoxum esse, atque recte docere. Ariani dixerunt: Ore quidem recte loquitur, animo autem dolose sentit.

tit. Imperator dixit: Satis hoc est, quod vos de illo testificati estis, eum recte loqui ac docere. Quod si lingua quidem recte docet loquiturque, animo autem prave sentit, res illi cum Deo est: homines enim cum simus, sermonem audimus: quæ vero in corde latent, novit Deus. Ariani dixerunt: Jube nos conventus agere. Imperator dixit: Quis vos prohibet? Ariani dixerunt: Rogamus te: hæreticos & dogmatistas nos declarat. Imperator dixit: Hoc ejus officium est, atque eorum qui recte docent. Ariani dixerunt: Obsecramus Imperium tuum; hunc ferre non possumus, & agros Ecclesiarum abstulit. Imperator dixit: Pecuniarum igitur gratia huc accessistis, & non fidei causa? Rursumque ait, Discedite, & quiescite. Præterea ad Arianos dixit: Ite ad Ecclesiam, cras conventus vobis est: & post dimissionem; adsunt hic Episcopi: Nemesinus item hic est: unusquisque vestrum, secundum id quod credit, subscribet. Athanasius etiam hic est. Qui fidei Verbum nescit, discat ab Athanasio. Habetis crastinum & perendinum. Egredior enim in campum.

Quidam etiam Scholasticus ex Cynicis Imperatorem rogavit. Rogo imperium tuum, Athanasii Episcopi causa Catholicus mihi ædes eripuit. Imperator dixit: Si Catholicus tuas ædes eripuit, quid hoc ad Athanasium?

Alius quidam Patalas Scholasticus dixit: Accusationem habeo contra Athanasium. Imperator dixit: Ecquid tibi cum Christianis, cum sis Gentilis?

Quidam autem e plebe Antiochenorum Lucium comprehenderunt, & Imperatori obtulerunt, dicentes: Rogamus potentiam tuam & imperium tuum, vide quem voluerunt Episcopum constituere.

Alia Petitio ad atrium Palatii a Lucio facta.

Obsecro potentiam tuam, audi me. Imperator substitit & ait: Tibi ipsi Lucio dico: quomodo huc venisti, navi-ne an pedes? Lucius dixit: Rogo te, Navi. Imperator ait: Deus mundi & cometes sol, & luna iis ipsis succenseat qui tecum navigarunt, quod non te in mare abjecerunt: & navis illa nunquam in posterum secundis fruatur ventis: nec cum jactata fluctibus erit, cum navigantibus ad portum appellat.

Ac per Euzoium postularunt a Probatio & sociis, qui Eusebii & Bardionis successores erant, Eunuchis, ut commendationem haberent infideles Ariani. Recognita Imperator, Eunuchos tormentis applicans dixit: Hæc patiatur quisquis voluerit Christianos deferre. Et sic dimisit eos Imperator.

IN ANTONII VITAM

MONITUM.

I. ANTONII *Vitam, eximium Athanasii opus, haud diu post Joviani tempora editam opinamur, anno circiter 365, quo sedata persequutione, invictus fidei defensor, in pace demum Alexandriæ morabatur. Rogantibus autem transmarinis Monachis (&, ut veri quidem simile videtur, Occidentalibus) eam conscripsit, ut testatur ipse sub initium. Neque porro assentimur iis qui, quod,* πρὸς τοὺς ἐν τῇ ξένῃ μοναχοὺς, *nuncupetur, missam putant ad Monachos Monasterii cujusdam cui nomen Xene fuerit, aut regionis ejus nominis circa Scethen: quam quo pacto transmarinam existiment nescimus. Nam eo prorsus modo hic intelligendum videtur* τῇ ξένῃ *quo supra p. 49.* μετὰ τὸν ἐπὶ ξένης, αὐτῆς τῆς οἰκίας, καὶ πορρωτάτω διατριβήν. Post vitam, *scilicet*, relicta patria, in extranea regione (in Gallia) peregre actam. *Et p. 67.* καὶ γὰρ τῷ ἐπὶ ξένης αὐτῷ διατρίβοντι ὑμεῖς παραμυθία γεγόνατε. Vos enim illi in extranea regione (in Italia) commoranti consolationi fuistis. *Atque ex his fortasse locis suspicari liceat, nomine* ξένης *indicari nonnunquam proprie Occidentales regiones, tum quod procul remotæ & transmarinæ essent, tum etiam quod diversa ibi lingua obtineret. Certe in Italiam Græce transmissam oportuit, cum ibi eam Evagrius Latine transtulerit, ut infra dicimus: nec mirum Græce scriptam mitti ad Latinos, ubi iis temporibus Græce intelligebant plurimi. Certe Occidentales intelligere omnino videtur Athanasius, cum gratulatur de propagatione Monasteriorum & Monachorum:* ἐπεὶ γὰρ καὶ παρ' ὑμῖν λοιπὸν μοναστήρια, καὶ τὸ τῶν μοναχῶν ὄνομα πολιτεύεται. Nam apud vos quoque jam demum sunt Monasteria, & Monachorum nomen celebratur. *Quod vix ad Syros, Cilicas, vel alios transmarinos quam Occidentales dictum credatur. Nostram tamen conjecturam prudentis Lectoris judicio permittimus.*

II. *Hæc Græce primum vulgata fuit anno* 1611. *curante Davide Hœschelio Augustano qui eam Latine reddidit & notis illustravit, unde eam mutuati sunt Parisienses editores. At cum codices quibus est usus Hœschelius mendis pene infinitis respersi & nonnunquam mutili fuerint, imperfectam omnino edidit: qui si Evagrii versionem consuluisset, multa loca restituere potuisset, multa perpurgare. Licuit certe nobis per manuscriptorum copiam & præstantiam, emaculatam vulgare. Atque Evagrii versionem una cudendam duximus, quæ scilicet utpote Græcis Athanasii ætate suppar, permagni est ad Græca restauranda asserendaque momenti. Eam itidem cum manuscriptorum & quidem antiquissimorum, tum veterum editorum ope fidei pristinæ restituere conati sumus. Edita illa fuit sub ipsis typographiæ incunabulis a Mombritio, ac deinde omnibus pene cusis Vitæ Sanctorum collectionibus inserta, accuratius demum a Rosvveido, & postea a Bollando publicata est.*

III. *Esse autem germanum Athanasii fetum nulla est dubitandi causa: nec esset quod in eo probando diutius immoraremur, nisi Novatorum conatibus obsistendum foret, qui id contendant, id pugnant, ut opus hoc egregium Athanasio abjudicent: imo in ejus auctorem gravia proferunt maledicta, insulsum scilicet hominem vocantes, insignis mendacii, insignis scorti auctorem. Nimirum, facilius multo ipsis est conviciis oppugnare quam argumentis. Futilia prorsus sunt quæ hactenus immisere tela, ac licet jamdiu fracta, jamdiu quassata fuerint, non cessant in dies ea ipsa contorquere. Quæ denuo depellere non pigebit, cum veterum Patrum testimonia attulerimus.*

1. *Atque ut initium ab ipso Athanasio ducatur, ait sanctus Doctor infra* ἐπεὶ δὲ ἀπεδήμει, καὶ προεπέμπομεν αὐτόν· ὡς ἤλθομεν εἰς τὴν πύλην, ὄπισθέν τις ἐβόα γυνή· Μεῖνον ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ἡ θυγάτηρ μου δεινῶς ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἐνοχλεῖται· μεῖνον παρακαλῶ, μὴ κἀγὼ κινδυνεύσω τρέχουσα. Τοῦτο ἀκούσας ὁ γέρων, καὶ ἀξιωθεὶς παρ' ἡμῶν, θέλων ἔμεινεν, *&c.* Cum autem discederet (Alexandria) nosque illum honoris causa co-

sa comitaremur, ubi ad portam pervenimus, retro mulier clamabat: Maneto homo Dei, filia mea graviter a dæmone vexatur: maneto, quæso, ne mihi quoque currenti sit periculum. Tum his senex auditis, nobisque rogantibus libens substitit. *Ubi planum est ipsam Athanasium hujus vitæ scriptorem de se loqui. Neque vero est quod dicatur, alium esse qui fraude quadam, Athanasii personam præ se ferat. Nam hæc ipsa verba in Evagrii versione reperiuntur, quæ vel ipso Athanasii tempore, vel non multis post ejus obitum annis concinnata fuit. Neque vero puto ausuros Novatores, quantalibet cura huic operi νόθου maculam adspergere conentur, dicere, ipsis Athanasii temporibus, vel haud diu post ejus obitum, falsum Athanasium vitæ Antonii scriptorem exortum esse; cujus opus, vitam a vero Athanasio scriptam ita obscurarit, ut nemine obsistente hæc admissa sit ab omnibus, Athanasiana vero neglecta haud diu postea interierit.*

2. *Gregorius Nazianzenus Orat.* 21. *infra edenda, haud longe ab initio:* Πολὺ μὲν οὖν ἐκεῖνον (τὸν Ἀθανάσιον) λέγων τε καὶ θαυμάζων, μακρότερον ἂν ἴσως τυχὸν, ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν τοῦ λόγου· καὶ ἱστορίας ἔργον. οὐκ ἐγκωμίου· ἣν καὶ ἰδίᾳ παραδοῦναι γραφῇ παιδαγωγία τε καὶ ἥδυσμα τοῖς εἰς ὕστερον, εὐχῆς ἔργον ἐμοὶ, ὥσπερ ὃ ἐκεῖνος Ἀντωνίου τοῦ θείου βίον συνέγραψε, τοῦ μοναδικοῦ βίου νομοθεσίαν ἐν πλάσματι διηγήσεως. Atque totam quidem (Athanasii) vitam sermone & admiratione prosequi longius fortasse fuerit, quam orationis hujusce institutum ferat; atque historiæ opus fuerit, non encomii: quam etiam, ut posteris documento atque oblectationi futuram, proprio scripto mandare cum primis optarem: quemadmodum ipse dicti Antonii vitam conscripsit, & vitæ Monasticæ leges narrationis specie tradidit. *Vitam igitur Antonii scripsit Athanasius, quæ vitæ monasticæ norma erat: quod huic apprime convenit.*

3. *Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap.* 125. Evagrius Antiochiæ Episcopus, acris ac ferventis ingenii, cum adhuc esset Presbyter, diversarum hypotheseon tractatus mihi legit, quos necdum edidit. Vitam quoque Beati Antonii de Græco Athanasii in sermonem nostrum transtulit. *Hujus Evagrii versio sæpissime cusa fuit, habeturque Evagrii nomine in codicibus omnibus. Ipseque Hieronymus prologum ejus tacito Evagrii nomine, Epistolæ ad Pammachium inseruit. Cum autem Evagrius in codicibus editisque Presbyter dicatur, necesse est hanc scripserit antequam crearetur Episcopus, id est ante annum 368. nam anno 368. in Episcopatum Antiochenum promotus fuit. Quod si Innocentius ad quem prologum suum nuncupat, is ipse sit qui anno circiter 369. obiit, quod vero simile nobis videtur; aliquot ante obitum Athanasii annis hæc interpretatio Latina ab Evagrio edita fuerit. Quamobrem cum vel vivente Athanasio, vel paucalis ab ejus morte annis suam versionem concinnarit Evagrius, ipsa sane luce lucidius fuerit, ut germanam habemus Evagrii versionem ex Græco Athanasii adornatam, ita habere ipsam Athanasii Græcam, quæ huic ita conveniat ut ne interpolatam quidem utramlibet suspicari liceat. Huic argumento qua ratione occurrere possint Neoterici, intelligere nequimus: nisi forte dicant Græcum falsificum cum Latino conspirasse, aut saltem eodem animo id facinoris admisisse; ut ille nomine Athanasii in Oriente vitam Antonii conscriberet, hic in Occidente Evagrii nomine ejus versionem adornaret: quibus ita res ex voto cesserit, ut falsis scriptis vera obruerint, & oblitterarint. Hæc quantumvis absurda fortassis usurpabunt, qui multo futiliora objecere.*

4. *Eodem illo libro, capite* 87. Fertur, *ait*, Athanasii Historia, Antonii Monachi vitam continens. *Et cap.* 88. Antonius Monachus, cujus vitam Athanasius Alexandrinæ urbis Episcopus, insigni volumine prosequutus est.

5. *Sancti Ephremi insignis extat locus, in illud*, Adtende tibi ipsi: *quem longiusculum licet huc referre visum est.* Cujusmodi Sanctus Antonius extitit, quemadmodum & S. Athanasius Archiepiscopus meminit, in vita quam de eo conscripsit. Nam multa exercitatione, eaque incitatiore ac vehementiore ast usus. Jejunabat enim semper, indumentumque gerebat, interius quidem cilicinum, exterius autem pelliceum, idque ad mortem usque servavit; ita ut neque corpus sordium causa aquis ablueret, neque penitus suos pedes lavaret, neque illos umquam omnino vel aqua tingeret, nisi necessitate cogente. Sed neque quis eum denudatum umquam conspexit, nec prorsus Antonii corpusculum nudum, præterquam cum post mortem sepeliretur, cuiquam patuit. *Rursusque ait:* Etsi ista ad illius virtutem parva; ex iis tamen qualis Dei servus fuerit Antonius, considerare & æstimare licet; quippe qui a juventute ad tantam usque ætatem, æqualem semper servabat in exercitatione alacritatem: & neque senectute fractus, delicatioribus utebatur cibis; neque propter debilitatem corporis, immutabat sui indumenti habitum. Aut si forte pedes aqua tingeret, & tamen in omnibus illæsos permanebat: nam etiam oculos illæsos integrosque servabat, recteque cernentes: Et ne singula consectemur; cunctis qui cibis variis, & lavacris diversisque vestimentis utuntur, ipse multo illustrior apparebat, ac clarior & ad fortitudinem alacrior. *Hæc S. Ephremi Athanasio æqualis verba eo retulimus ex integro, quod sint vitæ Antonii Athanasianæ, ut jam comparet, veluti compendium; ut nemo sanus non videat fuisse illa ex iis expressa. Quod enim habet Ephrem de victu S. Antonii, de corporis neglectu & maceratione: hic omnia habentur, & quæ initio attulimus, iisdem verbis num.* 47.

6. *Chrysostomus Homilia* 8. *in Matth. sub finem:* εἰ δέ τις οὐδέπω ἐπέβη τῶν σκηνῶν ἐκείνων, ἐννοείτω τὸν μέχρι νῦν ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν ὄντα, ὃν μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἡ Αἴγυπτος ἤνεγκε, τὸν μακάριον καὶ μέγαν Ἀντώνιον· καὶ λογιζέσθω ὅτι καὶ οὗτος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ γέγονεν, ἐν ᾗ καὶ Φαραώ· ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲν παρεβλάβη. ἀλλὰ καὶ θείας ὄψεως κατηξιώθη· καὶ τοιοῦτον ἐπεδείξατο βίον, οἷον οἱ τοῦ Χριστοῦ νόμοι ζητοῦσι. Καὶ τοῦτο εἴσεταί τις μετὰ ἀκριβείας, ἐντυχὼν τῷ βιβλίῳ τῷ τὴν ἱστορίαν ἔχοντι τῆς ἐκείνου ζωῆς, ἐν ᾧ καὶ πολλὴν ὄψεται τὴν προφητείαν, καὶ γὰρ περὶ τῶν τὰ Ἀρείου νοσούντων. Si quis vero nondum illa adiit tabernacula, is virum cogitet qui hactenus in omnium ore versatur, quem post Apostolos tulit Ægyptus, beatum scilicet & magnum Antonium: memineritque in eadem illum qua Pharao regione extitisse; nihilque tamen hinc accepit detrimenti, imo divina donatus est visione. Atque tale vitæ genus coluit qualem postulant Christi leges. Cuique autem id accurate ediscere in promptu est, legendo scilicet librum in quo vitæ illius historia continetur. Multa quippe Prophetico vidit spiritu, in quibus ea sunt quæ de Arianis, &c. *Quæ fusius ibi ille prosequitur:*

aitque

aitque nullum umquam extitisse apud hæreticos hujusmodi virum. Quem autem hic memorat librum, esse Athanasii, non est dubium; nam fatentur sectarii, etiam Damasceni tempore extitisse verum Athanasii de Antonii vita librum, nec vel ipsos puto dicturos, jam falsificum alium edidisse; qui enim tam modica post Athanasium tempore hoc facinus aggressus ille sit, ita ut opus ejus etiam magnos eruditissimosque viros ipsumque Chrysostomum in errorem deduceret. Porro visio illa de Arianis quam memorat, hoc in Opere narratur, cum aliis quæ de Prophetico Antonii spiritu habet Chrysostomus; quæ tamen adversarii in Athanasiano Opere non admittunt.

7. *Rufinus l. 1. Hist. Eccl. cap.* 8. De virtutibus Antonii, *ait*, atque institutis & sobrietate mentis, ut in solitudine vitam degens, usus solummodo sit consortio bestiarum, & de dæmonibus crebros agens triumphos, placuerit Deo supra cunctos mortales, utque institutionis suæ præclara usque in hodiernum diem Monachis exampla reliquerit, volentem me aliqua exponere, ille libellus exclusit, qui ab Athanasio scriptus, etiam Latino sermone editus est. *Quis non videt memorare Rufinum vitam quam nunc habemus cum Latina Evagrii versione?*

8. *Augustinus Confess. lib. 8. cap. 13. præclara habet de Antonio, longiora autem quam ut hic adferantur: pauca excerpamus.* Stupebamus autem, *ait*, audientes tam recenti memoria, prope nostris temporibus testatissima mirabilia tua in fide recta & Catholica Ecclesia. Omnes mirabamur, & nos quia tam magna arant, & ille (Pontitianus) quia inaudita nobis erant, &c. *Et cap.* 19. Surgunt indocti (*de Antonio loquens*) & cælum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi volutamur in carne & sanguine. *Quæ ibi vide lectu sane dignissima. Et cap.* 28. Audieram enim de Antonio, quod ex Euangelica lectione cui forte supervenerat, admonitus fuerit, tanquam sibi diceretur quod legebatur; Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & veni, sequere me, & tali oraculo confestim ad te esse conversum. *Quæ ipsissima sunt quæ narrantur num.* 2.

9. *Idem Augustinus in Prolog. de Doctrina Christiana*, Recordentur, *ait*, se tamen per homines didicisse, vel litteras, nec propterea sibi ab Antonio sancto & perfecto viro Ægyptio Monacho insultari debere, qui sine ulla scientia litterarum Scripturas divinas, & memoriter audiendo tenuisse, & prudenter cogitando intellexisse prædicatur. *De quo Augustini loco inferius agimus.*

10. *Paulinus Prologo ad vitam Sancti Ambrosii.* Hortaris, *ait*, venerabilis Pater Augustine, ut sicut Beati viri, Athanasius Episcopus & Hieronymus Presbyter, stilo prosequuti sunt vitam sanctorum Pauli & Antonii in eremo positorum.

11. *Palladius in Historia Lausiaca c. 8. de Ammune.* Τέτε θαῦμα διηγήσατο ὁ μακάριος Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος, γράψας εἰς τὸν περὶ Ἀντωνίου βίον, ὅτι περιέρχεσθαί ποτε μέλλων τὸν Λύκον ποταμὸν ἅμα Θεοδώρῳ μαθητῇ αὐτοῦ, εὐλαβεῖτο ἀποδύσασθαι, ἵνα μὴ γυμνὸν ἑαυτὸν ἴδῃ ποτέ, καὶ ἐν τῷ διστάζειν αὐτὸν, εἰς τὸ πέραν εὑρέθη τοῦ ποταμοῦ, ὡς ἐν ἐκστάσει γενόμενος, δίχα πορθμοῦ ὑπὸ ἀγγέλων μετενεχθείς. Rem miram de illo narravit Athanasius Episcopus vitam conscribens Antonii, quod cum transiturus esset Lycum fluvium cum Theodoro discipulo suo, verereturque vestimenta exuere, ne sese nudum conspiceret: cum anxius esset, se se trans fluvium reperisse, quasi in extasi absque scapha trajecisset, translatus ab Angelis. *Quam Historiam habes in hoc Opere.*

12. *Socrates libro* 1. *cap.* 21. Οὗτος δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν χρόνων καὶ ὁ μοναχὸς Ἀντώνιος ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Αἰγύπτου, ὡς φανερῶς τοῖς δαίμοσιν ἀντεπάλαιεν, ἐφωράσας τε ἀκριβῶς τὰς τέχνας αὐτῶν καὶ τὰς ἐνέδρας, καὶ ὅπως πολλὰ ἐποίει τεράστια, περιττὸν λέγειν ἡμᾶς· ἔφθασε γὰρ Ἀθανάσιος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, μονόβιβλον εἰς τὸν αὐτοῦ βίον ἐκδόμενος. Qualis in solitudine Ægypti fuerit iisdem temporibus Antonius Monachus, qui cum dæmonibus palam dimicavit, astus eorum atque insidias omnes deprehendens; & ut multa prodigia ac miracula ediderit, superfluum mihi videtur commemorare. Athanasius quippe Alexandriæ Episcopus jamdiu librum unum de vita illius conscripsit. *Idem de Ammune loquens Monacho, ait*, Τὴν τοῦ Ἀμμοῦ τὴν ψυχὴν μετὰ θάνατον ἀναλαμβανομένην ὑπὸ ἀγγέλων ὁ κατ' αὐτὸν βιώσας Ἀντώνιος ἐθεάσατο, ὡς φησιν ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος. Hujus Ammunis animam post obitum ab Angelis efferri, Antonius, qui iisdem vivebat temporibus, vidit; sicut in ejus vita narrat Athanasius Alexandrinus Episcopus.

Sozomenus libro 1. *cap.* 13. *vitæ Antonii compendium adornat ex hoc haud dubie libro excerptum, ubi non modo res, sed etiam integræ sententiæ hinc depromuntur, ut quisque videat: quod autem quædam ibi enarrantur quæ nusquam comparent apud Athanasium, quid mirum, cum testetur ipse se minimam gestorum Antonii partem narraturum; horteturque Monachos ut sciscitentur a multis, ac certo sciant se numquam omnia illius memoranda gesta audituros?*

14. *Auctor vitæ sancti Pachomii sub initium.* Τὰ γὰρ ἀσκητικώτατα τοῦ ἀοιδίμου ἱερωτάτου πατρὸς ἡμῶν Ἀντωνίου αὐτὸς ἦν ὁ βίος, ὡς ὁ τοῦ μεγάλου Ἡλίου, καὶ Ἐλισσαίου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, καθὼς καὶ ἐγγράφως μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν, ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος Ἀθανάσιος, καὶ τὴν αὐτὴν διηγησὴν ὁμοῦ δηλώσας τοῦ ἁγίου πατρὸς Ἀμοῦν, ἀρχιμονάζοντος ἐν τῷ ὄρει τῆς Νιτρίας ἀδελφῶν, καὶ ἐπὶ αὐτῷ Θεοδώρῳ. Præclari etenim ascetæ, & vere virtutibus eximii Patris nostri Antonii, talis vita fuit, qualis magni Heliæ, Elisæi, & Joannis Baptistæ, ut in ejus vita post mortem ipsius scripta testatur sanctissimus Archiepiscopus Athanasius: ubi de vita item Amunis agit Monachorum præfecti in monte Nitriæ, nec non de Theodoro.

15. *Joannes Damascenus Orat.* 1. *de Imaginibus.* Quemadmodum, *ait*, scimus beatum Athanasium Sanctorum Reliquias non in urnis collocandas, sed humi condendas eo consilio censuisse, ut absurdum Ægyptiorum morem abrogaret, qui mortuos suos non sub terra condebant, sed in lectulis & scimpodiis collocabant. *Et in Historia Barlaami & Josaphati c.* 37. Ac denique ingentem in ipsius animo, quemadmodum quodam loco de magno Antonio proditum est,

est, cogitationum pulverem commovebat. *Prior locus legitur sub finem. Alter ipsis verbis num. 5.*

IV. *Plura proferri possent Patrum loca, sed plusquam satis hæc sunt. Ecquodnam Athanasii opus germanum fuerit, si spurium istud concedatur: cujus auctoritas tot Patrum, & quidem multorum Athanasio æqualium, testimonio firmatur? Et quod omnem dimoveat suspicionem, adest Evagrii versio, quam vel superstite vel haud diu mortuo Athanasio, constat esse scriptam. Adversariorum argumentis plane levissimis jam occurramus.*

Ajunt esse commentum insulsi hominis qui insigne mendacium, insigne scortum ediderit: ad quæ & similia Sculteti atque Riveti maledicta hoc unum reponemus. Longe aliter sensisse omnes qui ab Athanasii tempore exstitere Patres, atque ea hic legi Christianæ & Monasticæ vitæ documenta, quæ prudens Christianus, nedum aspernetur, ut præclara vitæ instituendæ præcepta amplecti debeat.

Non haberi item dicunt Monasticæ vitæ leges, quas Nazianzenus scribit Athanasium sub narrationis prætextu voluisse promulgare. Sed Nazianzenus loco superius a nobis allato id solum innuit, Antonii vitam ab Athanasio scriptam Monasticæ vitæ normam esse, quod sane huic optime convenire nulli non conspicuum est.

Narrant etiam alii, *ait Rivetus*, Antonium causidicum fuisse, & valde doctum. At commentitius auctor iste dicit eum indoctum fuisse, & litterarum imperitum. Id quidem verum est Augustini tempore jactatum fuisse. Antonium illum sine ulla scientia litterarum Scripturas divinas & memoriter audiendo tenuisse & prudenter cogitando intellexisse. Simile etiam quid prædicatum fuisse de servo barbaro Christiano; sed quantum his narrationibus fidei tribuerit Augustinus, ex eo patet, quod subjicit de Doctrina Christiana l. 1. in prologo: *At si hæc quisquam falsa arbitretur, non ago pugnaciter.* Quod sane non dixisset, si Athanasium ejus narrationis habuisset auctorem. *Hæc Rivetus, quam bona fide, hinc edisces. Postquam de Antonio quæ supra adtulimus & notat hic Rivetus, narravit Augustinus, subdit:* Aut ab illo servo barbaro Christiano, de quo a gravissimis fideque dignissimis viris nuper accepimus: qui litteras quoque ipsas nullo docente homine &c. *Et post hanc historiam subjicit:* At si hæc quisquam falsa arbitretur, non ago pugnaciter. *Cum dicis se hanc postremam historiam a gravissimis fideque dignissimis viris accepisse, totum Riveti evertit ratiocinium, quod cum probe adverterit Rivetus, illa verba callide prætermisit. Nam si, ut perperam pugnat Rivetus, ideo ait Augustinus:* At si hæc quisquam falsa arbitretur, non ago pugnaciter, *quod parum fidei his narrationibus triberet, nihil repugnat Athanasianæ historiæ non habuisse fidem, qui item historiæ a gravissimis fideque dignissimis viris traditæ parum fidei tribuerit. Sed revera nec Athanasio nec aliis illis fide dignissimis viris fidem ut deroget Augustinus illa dicit: sed, ut patet, contentionis vitandæ studio. Alioquin cur fide dignissimos vocasset, an ut postea se eorum dictis parum fidei habere testificaretur? At vero non hoc solum in loco id Augustinus ait: sed etiam Confessionum lib. 8. c. 19. ubi de Antonio loquens ait:* Surgunt indocti &c. *quæ vide superius.*

Quod vero ajunt Hospinianus aliique Antonium causidicum fuisse & valde doctum: hoc, ut advertit Rosweidus, ex Suida expiscatus ille est. Ad ipsum Suidam brevitatis causa lectorem remittimus; ibi enim protinus quivis perspiciet quanta sit inter Antonium illum & nostrum discrepantia. Mirum sane postquam Hospiniani commentum detectum fuerat, ab omnibus tamen qui illius fuere sententiæ usurpatum postea fuisse: cum maxime falsorum deorum cultor feratur in Suida Antonius. Sed etsi Christianus esset, an liceret quemvis obvium Antonium, istum esse affirmare?

Piget sane tricis hujusmodi tempus terere, utque brevi complectamur, dicimus multa levissima a Riveto objici, ut quod ait de responso ad Philosophos Antonium irridentes, digno sane magni Antonii; quod, ut ridiculum exhibeat, detruncat Rivetus, uti cuique videre licet.

Aliud adfert idem de Pallio quod Antonius in extremis agens Athanasio a quo acceperat dedit. Nam, ut vult Rivetus, cum Pallium ab Athanasio sibi datum pro Pauli corpore humando tradiderit, non potuit illud ipsum Athanasio restituere. Quod quam futile sit ut videas, nota Antonium quindecim ante mortem annos Paulo pallium attulisse ab Athanasio sibi datum. Quid autem vetat ut post hæc aliud ab Athanasio pallium acceperit?

Ait autem ibidem nihil hic haberi de Paulo quicum Antonius colloquutus est: quod numquam putat ab Athanasio omittendum fuisse. Sed cum Hieronymus qui hanc narrat historiam, dicat illam se scribere quia omissa fuerit; ab Athanasio certe fuit omissa, cujus haud dubie scripta legerat Hieronymus. Et alioqui Athanasius (ut dictum est) se testatur minimam partem Antonii gestorum narrasse. Quod satis sit ad omnia alia, ex omissis petita, depellenda argumenta. Exstant sane permulta alia Antonii vitam spectantia, quæ hic minime leguntur, quæque Bollandus ex variis collecta scriptoribus, ad calcem vitæ Antonii apposuit.

Quod corporeos faciat dæmones Antonius, ut vult Rivetus, minime constat: ait solum ille dæmones levibus uti corporibus. Etiamsi corporeos faceret, quid hinc colligatur? multi namque Patres ante definitam rem ita tradidere. Et alioqui an si qua in Patribus de doctrina difficultas occurrat, statim nothiae suspicio? Quot extant talia?

Res non est difficilis remanere in statu innocentiæ qua conditi sumus, ut ait Antonius, dum adsit Dei gratia, quam perperam Rivetus vult excludi ab Antonio: cum ne verbum quidem ejusmodi usquam in hoc libro compareat. Quinimmo sæpe ac liquidissime innuit Antonius, omnia nobis bona, dæmonum lapsum, victoriam de tentationibus reportatam e Domino provenire.

Demum ait Rivetus: Verus Athanasius in Epistola ad Solitarios narrat, Blacii femur proficiscentis ad primam mansionem, equum cui insidebat cervicibus retortis, ita momordisse, atque ex dorso excussum humi afflixisse, ut intra triduum proximum perierit. Auctor vero vitæ Antonii equum quo Nestorius præses vehebatur morsu repentino Blacium decussisse in terram, ac sic in eum inhiantem femora ejus lacerasse & corrosisse, ut statim relatus in civitatem post triduum mortuus sit. Hæc varietas verum Athanasium a fictitio evidenter distinguit. *Leve illud; nam primo equus qui Balacium male accepit, utrobique Balacii dicitur, scilicet supra pag. 139. & infra in hoc Ope-*

re. Superius autem legitur, ἐπιστραφεὶς ὁ ἵππος, conversus equus, quin dicatur, fueritne ille equus quo insidebat Balacius, an alius qui item suus esset. Ut detur tamen esse aliquam discrepantiam, quoties fit ut historias quas dudum narravimus, accuratius postea ediscamus? Si hoc argumentum aliquanti pretii esset, Epistolam ad Monachos potius peteret quam vitam Antonii. Nam certissimum licet sit priorem Athanasii esse, nequaquam illa tot veterum testimoniis, tot argumentis nititur. Nec defuere viri doctrina conspicui, qui putarint non ab ipso Athanasio, sed ejus jussu ab aliquo scriptam illam fuisse: quia scilicet numquam putant in prima persona singulari loquutum ibi Athanasium, quod tamen minus verum est. Nam aliquoties in persona Athanasii loquitur ibidem. Nec minimum dubii est esse ipsius Athanasii, qui etiam se testatur in Epistola ad Serapionem, ejusmodi litteras ad Monachos misisse.

V. Scriptor nuperus superioribus denuo allatis argumentis, novum hoc profert, Socratem scilicet & Sozomenum dicere, quod historia feratur de Ammone in cælum elato, quin memorent eam ab Athanasio narrari, unde sequitur, hanc Antonii vitam in qua narratur hæc historia, eam non esse quæ ab Athanasio scripta est. Hæc quam consequenter, judicent eruditi, sed oscitanter admodum scriptor iste ait, non dicere Socratem eam ipsam haberi apud Athanasium. Nam post allatam eam historiam ait: Quemadmodum in vita Antonii S. Athanasius Archiepiscopus Alexandrinus &c. ante Socratem vero Palladius idipsum ex Athanasio refert. Utriusque locum vide supra.

VI. Restat ut unum levemus quorumdam scrupulum, qui ægre tot visis, tot prodigiis, tot dæmonum phantasiis & portentis, quot in hac vita leguntur, habent fidem. Sed hac in re tria cum primis cogitanda sunt. 1°. Quidquid sit de visis illis & dæmonum phantasiis, an vera scilicet sint, necne; ex Chrysostomi, Rufini, Augustini & Socratis testimoniis superius allatis, compertum est, res ejusmodi multas in vita Antonii ab Athanasio scripta fuisse recensitas, quare nullius id momenti est ad eam Athanasio abjudicandam. 2°. Licet non temere cuique visa & dæmonum spectra loquenti credendum sit, cum maxime multi fabulis ejusmodi recensendis gaudeant, temerarium prorsus foret sine delectu omnia explodere, cum potissimum ejusmodi plurima in Euangelio legamus, dæmonum scilicet legiones unicum aliquando hominem, aliquando porcorum bina millia invadentes, diabolumque videamus ad Jesum accedentem forma (ut putant ferme omnes) humana: cum prænuntiarit item Dominus fore ut qui crederent in eum, in nomine ejus dæmonia ejicerent, aliaque prodigia, etiam majora quam ipse, ederent: cum apud omnes ferme Patres etiam gravissimos eruditissimosque paria enarrentur. Unde non prudentis esset res ejusmodi, solum quia sunt præter consuetudinem, nulla habita narrantium ratione, inter aniles fabulas computare. 3°. Quæ hic de dæmonum phantasiis leguntur, eadem ipsa iisdem fere verbis expressa habentur in Epistola ad Episcopos Ægypti & Lybiæ sub initium: ubi bene multa reperies istis adeo similia, ut eamdem facile Athanasii manum agnoscas.

VII. Evagrii versionem quod spectat, usque adeo libera illa est, ut sæpenumero verborum Athanasii nihil pensi habuisse videatur, imo ab ejus scopo frequentissime aberrat, soletque brevius Athanasiana exprimere, quam in Græcis enarrentur. Quæ causa nobis fuit ut versionem e regione Græci textus quæ ipsi omnino responderet adornaremus, Evagrii versione ad imum paginæ posita. Innocentium porro ad quem nuncupat prologum suum Evagrius, opinamur cum Rosvveido eum esse, de quo Hieronymus Epist. 41. ad Rufinum: Innocentium enim, partem animæ meæ, repentinus febrium ardor abstraxit. Nunc uno & toto mihi lumine Evagrio nostro fruor; cui ego semper infirmus ad laborem cumulus accessi. Cujus mors cum anno 369. vel 370. contigerit, sequitur haud diu post scriptam Græce Antonii vitam, Latine versam Athanasio superstite fuisse.

VIII. Cum Bollando autem existimamus ejus interpretationem adornasse Evagrium cum in Italia esset: nimirum Italiam Evagrius cum Eusebio Vercellensi petierat circa annum 362. isthinc reversus est cum Hieronymo & Innocentio post Eusebii Vercellensis obitum anno circiter 369. vel 370. Innocentius vero itineris socius cui versionem suam nuncupat, in ipso ad Syriam adventu obiit, ut Hieronymus indicat Epist. ad Rufinum 41. Quare non potuit post reditum eam versionem adornare, atque ad Innocentium inscribere. Quod autem suspicatur Bollandus Evagrium forte Alexandriam cum Eusebio Vercellensi commigrasse, atque illic Antonii vitam ab Athanasio Græce accepisse: id sane fieri omnino non potuisse arbitramur. Nam præterquam quod non sat otii Athanasio fuisse tunc videtur ad eam conscribendam, quippe qui nuperrime ab exsilio remigrasset, & gravissimis tunc Ecclesiæ necessitatibus detineretur, ait ipse in Prologo ad vitam Antonii, rogantibus Monachis id operis aggressum se urgeri a tabellario, qui Athanasii opusculum (jussu haud dubie Monachorum) delaturus erat, quod scilicet ad finem vergeret navigandi tempestas. At cum Eusebius Vercellensis Alexandria sit profectus circa Augustum mensem, nondum Athanasius opus suum conscripsisse, & tunc Evagrio tradidisse potuit. Quare putamus data Ecclesiæ Athanasioque summa pace anno circiter 365. hoc opusculum ab Athanasio editum in Italiam transmissum, atque illic postea ab Evagrio Latine versum fuisse.

IX. Hanc autem versionem ab Hieronymo fuisse adornatam putavit post alios quosdam Baronius; hinc deceptus quod in Epistola ad Pammachium 101. Hieronymus, Prologum Evagrii referens, tacito Evagrii nomine, hæc dicat: Qualis super hoc genere præfatiuncula sit, in libro, quo beati Antonii vita describitur, ipsius lectione cognosce: Ex alia in aliam &c. ut infra, ubi sub finem legitur: qui beatum Antonium te petente transposui. Quod de se dixisse Hieronymum male putavit Baronius: cujus lapsus jam nemini non liquet, quare non est quod in his diutius immoremur.

X. Ceterum ordinem temporis sedulo servat hoc in libro Athanasius, quod a viris eruditione conspicuis minime animadversum erroris illis causa fuit. Curavimus nos singula gesta suis temporibus adscribere, annis quam accuratius potuimus ad marginem notatis.

PROLOGUS EVAGRII
IN VITAM
SANCTI ANTONII.

(1) *Presbyter Evagrius Innocentio carissimo filio in Domino salutem.*

EX alia in aliam linguam ad verbum expressa translatio, (2) sensus operit & veluti læto gramine sata strangulat. Dum enim casibus & figuris servit oratio, quod (3) brevi poterat indicare sermone, longo ambitu circumacta vix explicat. (4) Hoc igitur ego vitans, vitam B. Antonii, te petente, ita transposui, ut nihil desit ex sensu, cum aliquid desit ex verbis. Alii syllabas aucupentur & litteras, tu quære sententiam.

(1) Colbertinus, S. Germani codex, Gemmeticensis 2. *Presbyter Evagrius Carius* (German. addit, *Carissimo*) *Filio*. Nimirum cum esset scriptum in quibusdam codicibus, car̃mo pro carissimo, ex car̃mo demum Carino factum fuit.

(2) Hieronymus ad Pammachium, *sensum*. Ibidem Colbert. solus, *operit*. Mox omnes mss. & Hieron. *læto gramine*. Editi, *latum gramen*.

(3) Germ. *breviter*. Mox Gemmeticensis 1. & 2. & Hieron. *indicare*, alii omnes, *indicari*.

(4) Hieron. *Hoc igitur ego vitans qui beatum Antonium te petente transposui*. Et sic etiam Colbert. Gemmet. 2. & Germ. qui tamen pro, *qui*, habent, *ita*, melius. Gemmet. 1. *Igitur ego vitam beati Antonii, ita te petente transposui*. Editi, *Hoc igitur ego vitans, Vitam beati Antonii, te petente, ita transposui*. Mox Gemmet. 1. & Colbert. *syllabis occupentur & litteris*. Ibidem Germ. & Gemmet. 2. *quaeris*.



VITA

VITA ET CONVERSATIO

SANCTI PATRIS NOSTRI

A N T O N I I,

Scripta missaque ad Monachos in peregrina regione versantes, a Sancto Patre nostro Athanasio Episcopo Alexandriæ.

BONUM cum Ægyptiis Monachis iniistis certamen, cum eos virtutis exercitatione, vel æquare vel etiam superare constituistis. Nam apud vos etiam demum sunt Monasteria, jam Monachorum nomen celebratur. Hoc itaque propositum jure quis laudaverit, vobisque precantibus, ipsum Deus perficere velit. Cum autem de vitæ instituto sancti Antonii me rogaveritis, cupientes ediscere quanam ratione hoc exercitationis genus aggressus ille sit, quis antea extiterit, quis fuerit vitæ ejus * exitus, verane sint quæ de illo dicuntur, ut ad eum imitandum vos conferatis; multa cum alacritate mendatum suscepi vestrum. Megnum quippe mihi lucrum vel ex sola Antonii memoria obvenit. Novi certe futurum esse, ut vos, postquam his auditis hominem admirati fueritis, ejus propositum imitari peroptetis. Apta quippe forma ad exercita- A tionem Monechis est Antonii vita. Ne igitur narrantibus de Antonio fidem derogete, imo pauca vos audisse existimate: vix enim illi potuere tot tantasque res vobis renuntiare. Etenim ego, rogantibus vobis, quantacumque per epistolam misero, nonnisi pauca vobis ex gestis illius enarrebo; quare ne desinatis homines hinc ad vos navigantes percontari. Fortasse enim singulis quæ nota sibi sunt indicantibus, vix pro merito illius digna fuerit narratio. Litteris itaque vestris acceptis, volebam quosdam Monachos accersere, ex iis maxime qui frequentius illum adibant: ut ab illis edoctus plura vobis possem B transmittere; sed cum ad finem jam vergeret navigandi tempestas, urgeretque tabellarius; ideo quæcumque novi, (sæpe etenim illum vidi:) & quæ eb eo ediscere potui, qui non modico tempore virum sequutus sum, etque lavanti manus equam effudi; hæc vestræ pietati rescribere festinavi: magnaque mihi

* Quod ait Athanasius se narraturum qualis fuerit vitæ exitus Antonii, liquido confutat eos qui ajunt Athanasium, vivente Antonio, ejus conscripsisse vitam. Et sane mortem ejus ipse narrat sub finem.

V E R S I O E V A G R I I.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI PRÆFATIO.

Athanasius Episcopus ad peregrinos fratres.

OPTIMUM, fratres, iniistis certamen; aut (1) æquare Ægypti monachos, aut superare nitentes virtutis instantia. Etenim apud vos jam (2) plurima sunt Monasteria: Monachorum quoque nomen est celebre: & hinc voluntetem vestram juste quisque mirabitur: orantibusque vobis optetum Deus tribuet effectum. Quoniam igitur exegistis a me, ut vobis scriberem de conversatione beati Antonii, volentibus discere, quemadmodum cœperit, (3) quive fuerit ante sanctum propositum, qualem etiam habuerit terminum vitæ, & si vera sint ea, quæ de ipso fama dispersit, ut ad ejus æmulationem atque exemplum (4) vos instituere possitis: magna cum lætitia suscepi vestræ caritatis imperium. Etenim mihi ingens lucrum est atque utilitas hoc ipsum, quod recordor Antonii: & vos cum admiratione audientes, scio ejus propositum cupere sectari: perfecta siquidem (5) est ad virtutem via, Antonium scire quis fuerit. Ergo ut breviter dicam, & omnibus, (6) quæ de eo referentium sermo jactavit, credite, & (7) minime vos existimate audisse de maximis: quia non ambigo, nec eos omnia potuisse cognoscere, cum & ego rogatus a vobis, qantacumque per Epistolam significavero, non æqualia sim ejus meritis narraturus. Sed & vos, omnes (8) hinc navigantes studiose percontemini, quo singulis quæ norunt referentibus, congrua dignaque tanti nominis reletio compleatur. Disponebam itaque post lectionem litterarum vestrarum aliquos ad me Monachos invitare, & maxime eos qui crebro ad eum ire consueverant: ut plenius aliquid eddiscens, munera vobis majora transmitterem. Sed quoniam & navigationis tempora labebantur, & litterarum portitor vehementissime festinabat, (9) ideo ea, quæ & ipse noveram: frequenter enim eum visitavi, & quæ eb eo didici, qui ed præbendam ei aquam non paululum temporis cum eo (10) feci, dilectioni vestræ indicare properavi: utrobique

(1) Sic omnes mss. Editi, *æquari Ægypti Monachis*.
(2) German. 1. & Gemmet. 2. *plura*. Infra Maximin. *orantibusque nobis*. Mox Gemmet. 2. *tribuit effectum*. Mox Colbert. & Gemmet. 2. *exegistis*.
(3) Colbert. & German. 2. *Quisve*. Infra Colbert. & Germ. 2. *& si vera sunt*.
(4) *Nos instruere*. Germ. 2. Infra Colbert. *& mihi enim* cum Bollando.
(5) Colbert. *Est ratio ad virtutum viam*.
(6) Colbert. & Gemmet. 1. *quæ de eo referuntur, ut* (Gemmet. 1. *&*) *sermo jactavit*. Gemmet. 2. & Germ. 2. *quæ de eo referendum sermo jactavit*.
(7) Colbert. *minora vos æstimate*. Germ. 2. *minima credite me audisse de maximis*. Gemmet. 2. *credite & minime audisse*. Infra Germ. 2. *exoratus a vobis*. Colbert. Gemmet. 1. & 2. *exhortatus*. Mox Germ. 2. *per Epistolas*. Mox Colb. *non æqualibus sim meritis ejus*. Ibid. *ejus*, deest in Gemmet. 1. 2.
(8) Colbert. *hic*. Mox omnes mss. *percunctamini*. Infra Gemmet. 2. *post lectionem*.
(9) Colbert. *Ideoque ut & ipse noveram indico, frequenter*. Gemmet. 1. & 2. *Ideo quæ* (2. *que*) *& ipse noveram*.
(10) Sic omnes editi ante Rosveidum & Bollandum, qui nullius, saltem quem indicaverint, codicis Latini auctoritate nixi, sed Græca vitiata sequuti, posuerunt *fecit*, pro *feci*, quæ postrema lectio habetur in omnibus fere editis antiquioribus, & in

mihi ubique fuit veritatis dicendæ cura ; ut ne A pauciora quam par sit edidicerit , virum despisi quis plura audierit , fidem deroget ; sin vero ciat.

VERSIO EVAGRII.

bique curam veritatis habens, ut neque plus aliquis audiens, miraculorum congestione non credat, nec rursum meritis ejus inferiora cognoscens, non putet dignum esse miraculo pro tanti nominis viro.

& in codicibus, quos videre licuit, exceptis Gemm. 1. 2. Germ. 2. tamen habet, *fui*, & Colbert. *feceram*, eadem ambo sententia. Mox Colbert. *& ubique curam.* Gemm. 2. *ut ubicumque curam.* In eodem *plus* mox deest. Ibidem omnes mss. *congestione.* Editi *cogitationem.* Infra Colbert. German. 2. & Gemmet. 2. *dignum esse miraculum.* Gemmet. 1. cum editis, *miraculo.*

Nascitur Antonius anno 251. 1. * ANTONIUS genere Ægyptius, nobilibus, & amplis facultatibus instructis, iisque Christianis parentibus oriundus, Christianorum & ipse more educatus est. Ac infans adhuc cum esset, ita apud parentes nutriebatur, ut præter illos & domum nosset nihil. Postea vero quam crescendo puer factus est, atque ætate processit, litteris institui renuit, ut puerorum consortium atque consuetudinem devitaret; totumque desiderium in eo positum habebat, ut scriptum est de Genes. 25. 27. Jacobo, ut simplex domi remaneret. Cum parentibus vero in Dominico conventibus aderat: neque cum puer esset otio diffluebat, neque ætate progressus contemtor erat; imo vero parentibus erat obsequens, & lectionibus attentus, earum in se fructum conservabat. Neque rursum licet in sat pingui fortuna, puer, parentibus lauti atque varii cibi causa, erat importunus, nec ullo modo ejusmodi voluptati deditus: sed inventis contentus, nihil ultra requirebat.

2. Post parentum autem obitum, solus cum so- B la sorore admodum parva relictus, cum decem & octo vel viginti annorum esset, domus sororisque curam gessit. Sex autem nondum exactis mensibus a parentum exitu, cum de more ad Dominicum procederet, atque secum animo cogitaret, qua ratione Apostoli relictis omnibus sequuti sunt Salvatorem, & qui in Actibus Apostolorum, venditis possessionibus, pretia adferebant ad pedes Apostolorum, ut egenis distribuerentur: necnon quænam quantaque istis spes in cælis reposita sit. Mat. 4. 20. Act. 4. 35. Hæc secum reputans, in Ecclesiam ingreditur, contigitque ut tum Euangelium legeretur, & audivit Domi- C num diviti illi dixisse: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me: & habebis thesaurum in cælis.* Mat. 19. 21. Antonius porro quasi divinitus immissa sibi esset Sanctorum memoria, & quasi sui causa lecta illa fuissent, egressus quamprimum ex Dominico, quas a majoribus habuit possessiones (erant autem illi aruræ trecentæ, fertiles & perquam amœnæ) vicanis

* Sozomenus ait l. 1. c. 13. eum vico Κομᾶ nomine oriundum esse ; Scholiastes & Nicephorus addunt, in Heracleote nomo.

VERSIO EVAGRII.

1. (1) IGITUR Antonius nobilibus religiosisque parentibus Ægypti oriundus fuit, tanta (2) suorum nutritus cura, ut nihil aliud præter parentes domumque cognosceret. Et cum jam puer esset, non se litteris erudiri, non ineptis se infantium jungi passus est fabulis: sed (3) omni Genes. 25. 27. desiderio flagrans, secundum quod scriptum est de Jacob, innocenter habitabat domi: ad Ecclesiam quoque cum parentibus sæpe conveniens, nec infantum lascivias, nec puerorum (4) negligentiam sectabatur: sed tantum ea quæ legebantur auscultans, utilitatem præceptorum vitæ institutione servabat; non suis, ut solet illa ætas, pro variis & delicatis cibis unquam tædio fuit; non escæ mollioris blandimenta sectatus est, his solum quæ dabantur contentus, nihil amplius requisivit.

2. Post mortem autem parentum, annorum circiter decem & octo seu viginti, cum sorore admodum parvula derelictus, & domus & sororis (5) honestam curam gerebat: necdum vero sex fluxerant menses, quibus ad Ecclesiam, ut solebat accurrens, recordabatur quomodo & Apostoli, omnibus spretis, secuti fuissent Salvatorem: & multi, in Actibus Apostolorum, fa- Matth. 4. 20. Act. 4. 35. cultatibus suis venditis, pretia ad pedes eorum detulissent egentibus partienda, quæve aut quanta spes iisdem reposita esset in cælis. Talia secum volvens, (6) intravit in Ecclesiam, & accidit ut tunc Euangelium legeretur, in quo Dominus dicit ad divitem: *Si vis perfectus esse, Vade, & vende omnia tua quæcumque habes, & da pauperibus, &* Matt. 19. 21. *veni sequere me, & habebis thesaurum in cælis.* Quo audito, quasi divinitus hujusmodi ante memoriam concepisset, & veluti propter se hæc esset scriptura recitata, ad se Dominicum traxit imperium: statimque (7) egressus, possessiones quas habebat vendidit. Aruræ autem erant

(1) Sic omnes mss. Editi sic incipiunt, *Antonius nobilibus* omisso, *igitur.* Mox editi, *parentibus natus, in Ægypto.* Gemmet. 1. 2. & Germ. 2. *parentibus, Ægypto.* Colbert. *parentibus Ægypti.* Gemmet. 3. qui omisso Evagrii, & Athanasii prologo hic incipit, *parentibus, Ægypti.*

(2) Colbertin. *suorum & suo.*

(3) Sic Germ. 2. & Gemmet. 2. & 3. atque ita legendum patet ex Græco. Editi, *sed Dei desiderio.* Colbert. & Gemmet. 1. *Sed Domini desiderio.* Paulopost *de Jacob* deest in editis, & in compluribus manuscriptis, sed legitur in Germ. 2. & in textu Græco. Ibidem Gemm. 2. 3. & Germ. 2. *in domo.* Colbert. Gemmet. 1. & editi, *domi.* Maximin. ibid. *innocens.*

(4) Colbert. *negligentias.* Infra Gemmet. 2. *non suis ac ut leta illa ætas.* Mox post *tædio fuit.* Gemmet. 3. *non vestiti mollioris blandimenta sectatus est.*

(5) Colbert. *satis honestam.* Idem mox, *effluxerunt.* Ibidem Gemmet. 1. *quibus post mortem parentum ad Ecclesiam &c.* Cui accinit Græcus textus. Ibid. Colbert. *occurrens.* Paulo infra editi, *& multi ut legitur in Actis*, mss. omnes, *multi in Actibus.*

(6) Sic Colbert. Gemmet. 2. & 3. Alii & editi, *introivit Ecclesiam.* Infra omnes mss. *thesaurum, in cælis.* Editi, *in cælo.*

(7) Codices, *egressus*, præter Gemmet. 2. qui cum editis *regressus* habet. Mox pro *Aruræ* Gemmet. 1. *Arula* Colbert. *Arbores.* Germ. 2. *Arbores olivarum* inepte. Alii omnes cum editis, *Aruræ.* Hoeschelius legisse se putat, *palmæ.*

canis dono dedit, ne sibi sororique molestiam afferrent. Mobilibus vero omnibus venditis, multam hinc collectam pecuniam pauperibus distribuit, paucis solum sororis causa reservatis.

3. Rursus in Dominicum ingressus, audivit Dominum in Euangelio dicere: *Nolite solliciti esse in crastinum*. (Mat. 6. 14.) Nec ultra illic remanere sustinens, egressus, illa quoque tenuioribus largitus est. Sorore vero Virginibus notis sibi atque fidelibus commendata, atque ad Parthenonem tradita, ut illic educaretur, ipse ante domum suam asceticæ vitæ deinceps operam dedit, atque attentus sibi, asperum vitæ genus toleranter agebat. Nondum enim tam frequentia erant in Ægypto Monasteria, neque ullus norat Monachus vastam eremum: sed quisquis sibi ipsi vacare cuperet, is haud procul suo pago sese exercebat solus. (Monasticæ vitæ nomen dat anno circiter 271.) Erat itaque tunc temporis in vicino pago senex homo, qui a juventute monasticam egerat vitam: hunc cum videret Antonius, probo ejus imitandi studio incensus, primum cœpit ipse in locis pago vicinis commorari. Atque hinc si quem audiret alicubi degere ad virtutem strenuum, hunc prudentis apis more perquirebat, neque ante ad sedes suas remigrabat, quam hominem vidisset, atque hinc accepto ceu viatico ad virtutis iter instituendum, revertebatur. Sub initium itaque ibidem commoratus, mentem firmabat suam, ut ne ad paterna inde bona reverteretur, neque suorum meminisset cognatorum; sed toto desiderio, tota solicitudine ad asceticæ vitæ perfectionem contenderet. Laboraba itaque manibus suis: audierat nempe, Qui otiosus fuerit ne manducet: (Thess. 3. 10.) atque hinc partim panem sibi emebat, partim egenis largiebatur. Frequens orabat, quod didicisset oportere seorsim sine intermissione orare: (Mat. 6. 6. 1. Thess. 5. 17.) etenim ita attentus erat lectioni, ut nihil sibi scriptorum excideret, sed retineret omnia; ita ut ipsi deinde memoria librorum loco esset.

4. Cum ita vitam suam institueret Antonius, diligebatur ab omnibus: ipse vero sedulis quos adibat fratribus libenter obsequebatur, addiscebatque in quo quisque eorum virtutis & exercitationis genere excelleret: atque hujus suavitatem contemplabatur, illius orandi assiduitatem: illius lenitatem, alius humanitatem cogitabat: huic vigilias agenti, illi lectionis studioso adhibebat animum: hujus perseverantiam, alius jejunia & humi cubationem mirabatur: hujus mansuetudinem observabat, illius longanimitatem: unaque omnium pietatem erga Christum, ac mutuam dilectionem reputabat secum. Atque ita plenus ad Asceterii sui locum remeabat, atque singulorum dotes animo colligens, curabat in se ipse omnia exprimere. Etenim nullum ipsi cum æqualibus fuit contentionis studium, præter hoc solum, ut ne virtute secundus ab illis esset. Atque illud ita agebat, nemini ut offensioni, imo potius illis ipsis hoc gaudio esset. Omnes itaque vici incolæ, atque probi viri, quorum consuetudi-

VERSIO EVAGRII.

erant ei trecentæ uberes, & valde optimæ, quas viciois largitus est: ne in aliquo aut sibi, aut sorori (1) molestia gigneretur. Cetera vero, quæ in mobilibus possidebat, universa vendidit: & aggregato non exiguo pretio, indigentibus dedit, paucis tamen ob sororem reservatis, quæ & sexu, & ætate videbatur infirmior.

Mat. 6. 34. 3. Rursus autem Ecclesiam ingressus, cum audisset Dominum in Euangelio dicentem: *Nolite cogitare de crastino*, (2) reliquam quoque portionem pauperibus distribuit; neque se versari passus est domi, sed sorore fidelibus ac notis virginibus commendata, ut ad earum nutriretur exemplum, ipse jam omnibus sæculi vinculis liber, asperum atque arduum arripuit institutum. Necdum autem tam crebra erant in Ægypto Monasteria: neque omnino quisquam aviam solitudinem noverat: sed quicumque in Christi servitute (3) sibimet prodesse cupiebat, haud procul a sua villula separatus instituebatur. Erat igitur in agello vicino senex quidam, vitam solitariam a prima sectatus ætate: hunc Antonius cum vidisset æmulatus est ad bonum. Et primo quidem incipiens etiam ipse, in locis paululum a villa remotioribus manebat: exinde autem, si quem vigilantem in hoc studio compererat, procedens, quærebat ut apis prudentissima: nec ad habitaculum suum ante remeabat, nisi ejus quem cupiebat frueretur aspectibus: & sic tamquam munere mellis accepto, abibat ad sua. Tali ibidem institutus exordio, cum per dies singulos ita animum roboraret, ut nec opum paternarum, nec suorum meminisset affinium, omne etiam desiderium & sollicitudinem erga id quod cœperat exerceret, operabatur manibus suis, sciens scriptum esse: Qui non operatur, non manducet. Mercedem tamen (Thess. 3. 10. Mat. 6. 6. 1. Thess. 5. 17.) operis sui, pretio panis excepto, egentibus largiebatur. Orabat frequenter, quippe qui didicerat, quod oporteret sine intermissione Dominum (4) rogare. Auditioni etiam Scripturarum ita studium commodabat, ut nihil ex ejus animo laberetur; sed universa Domini præcepta custodiens, memoriam pro libris haberet.

4. Sic suam vitam instituens, ab universis fratribus puro diligebatur affectu: & omnibus, ad quos studio discendi pergebat, obediens, proprias singulorum gratias hauriebat: hujus continentiam, jucunditatem illius sectabatur; istius lenitatem, illius (5) vigilias, alterius legendi æmulabatur industriam; istum jejunantem, illum humi quiescentem mirabatur; alterius patientiam, alterius mansuetudinem prædicabat, omnium quoque vicariam erga se retinens caritatem, atque universis virtutum partibus irrigatus, ad sedem propriam regrediebatur: ibi secum universa pertractans, omnium in se bona nitebatur exprimere. Neque vero adversum coævos aliquando movebatur, sed ea tantummodo flamma egregio viro crescebat in pectore, ne secundus cuiquam in prædictis operibus inveniretur. Et hoc ita faciebat, ut cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen carus esset. Nam & vi-

(1) Gemmet. 1. 2. *molestiam gignerent*. Infra omnes manuscripti, *parvis ob sororem*. Gemmet. 3. *parvis tamen ob sororem*. Editi, *paucas tamen ob sororem*.
(2) German. 2. & Gemmet. 3. *relictam*. Editi, Colbert. & Gemmet. 1. *reliquam*. Gemmet. 2. *relicta quoque portione*.
(3) Sic omnes manuscripti. Editi, *sibimetipsi*. Mox omnes manuscripti, *haud procul*. Editi, *non longe*. Infra editi post hæc, *hunc Antonius*, addunt *cum vidisset*, quæ postrema desunt in omnibus manuscriptis, uno excepto Gemmet. 1. sed habentur in Græco.
(4) Sic omnes manuscripti. Editi vero, *orare*.
(5) Sic omnes manuscripti. Editi, *vigilantiam*.

tudine utebatur, ejusmodi hominem cernentes, Dei A amicum vocabant: & alii ut filium diligebant, alii ut fratrem.

A dæmonibus vexatur. 5. At omni bono inimicus atque invidus diabolus, hujusmodi in adolescente propositum cernere non tulit. Sed quæ jam antehac adversus eum meditatus fuerat, hæc exequi conatus, illum primo ex ascetica vita deducere tentavit, submissa facultatum memoria, sororis sollicitudine, generis sui consuetudine, pecuniarum & gloriæ cupiditate, varii & lauti cibi voluptate, nec non variis remissioris vitæ blandimentis, atque demum asperitate virtutis, quæ tanti laboris esset: subjiciebat item corporis infirmitatem, B temporis diuturnitatem. Uno verbo ingentem in mente ipsius excitavit cogitationum pulverem, ut a recto avocaret instituto. Verum se infirmiorem conspicatus inimicus, quam ut Antonii propositum everteret; imo vero sese illius constantia devictum, & magna fide subversum, atque cadentem assiduis Antonii precibus; tum confisus iis quæ *in umbilico ventris sui sunt* (Job. 40. 11.) armis iisque gloriatus: quæ priores sunt ejus adversus adolescentes insidiæ, juvenem adoritur, noctu perturbationes excitans, interdiu vero ita infestans, ut qui eum cernerent, commissam inter utrumque pugnam adverterent. Ille namque obscœnas cogi- C tationes subjiciebat; hic eas precibus fugabat: titillabat ille, hic ceu erubescens, fide, precibus, jejuniis corpus muniebat: sustinebat miser diabolus vel mulieris formam noctu induere, fœminæque gestus imitari, Aotonium ut deciperet; at ille Christum cogitans, ac propter illum nobilitatem spiritualitatemque animæ secum reputans, carbonem illius fallaciæ restinxit. Rursum suggerebat inimicus voluptatis suavitatem; ille iracundo ac mœrenti similis, ignis comminationem atque vermis cruciatum cogitabat: quibus ipsi oppositis hæc præteribat illæsus. Quæ omnia pudori erant adversario. Nam qui putabat se Deo similem esse posse, ab adolescente jam deludebatur: & qui adversus carnem & sanguinem gloriabatur, ab homine carnem gestante prostratus est. Aderat enim illi adjutor Dominus qui carnem propter nos gestavit, & victoriam dedit corpori cootra diabolum: ita ut quisquis vere certat, possit dicere: *Non ego sed gratia Dei mecum*. (1. Cor. 15. 10.)

6. Demum cum nec hoc modo posset draco (Act. 7. 54.) Antonium prosternere, sed sese videret ex corde illius abjectum; stridens, ut scriptum est, dentibus, & quasi extra se raptus, qualis animo est talis specie ipsi apparuit, niger scilicet puer: non jam cogitationibus illum aggreditur, dejectus quippe fuerat dolosus ille; sed humana deinceps usus voce, Multos, ajebat, decepi, plurimos prostravi: nunc vero ut ad alios, sic ad te laboresque tuos accedens, infirmior fui. Sciscitante Antonio: Quis tu es qui hæc mecum loqueris? Tum ille lamentabili voce: Ego, inquit, fornicationis sum amicus: ego insidias titillationesque

VERSIO EVAGRII.

& vicini & Monachi, ad quos sæpe veniebat, Antonium videotes, Deicolam nuncupabant: indultisque naturæ vocabulis, quidam ut filium, alii ut fratrem diligebaot.

5. Dum hæc gereret Antonius, quibus omoium in se provocaret affectum, inimicus nominis Christiani diabolus, impatienter ferens tantas io adolescente virtutes, veteranis eum aggressus est fraudibus, & primo quidem tentans, si quo modo posset ab arrepto eum instituto detrahere, immittebat ei memoriam possessionum, sororis defensiooem, generis nobilitatem, amorem rerum, fluxam sæculi gloriam, escæ variam delectationem, & reliqua vitæ remissioris blandimenta; postremo virtutis arduum finem, & maximum perveniendi laborem, necnon & corporis fragilitatem suggerebat, & ætatis spatia prolixa: prorsus maximam ei cogitationum caliginem suscitabat, (1) volens eum a recto proposito revocare. Postquam autem diabolus orationibus ejus ad Deum, per passionis fidem se intellexit elidi, consueta adversum omnes adolescentes arma arripiens, nocturnis eum inquietabat illecebris. (Et primum noctibus infesta multitudine & horribili metu sonitus eum exagitare conabatur.) Per dies etiam tam apertis io eum telis irruebat, ut nullus ambigeret quio Antonius contra diabolum dimicaret: nam & ille cogitationes sordidas conabatur inserere: & hic eas oratu submovebat assiduo: ille titillabat sensus naturali carnis ardore: hic fide, (2) & jejuniis corpus omne vallabat: ille per noctes in pulchræ mulieris vestiebatur ornatum, oulla omittens figmenta lasciviæ: hic ultrices gehennæ flammas, & dolorem vermium recordans, ingestæ sibi libidini opponebat: ille lubricum adolescentiæ iter, & ad ruinam facile proponebat: hic æterna futuri judicii tormenta considerans, & illæsam animæ puritatem per tentamenta servabat. Ista autem omnia ad confusionem diaboli fiebant: qui enim similem se Deo fieri posse existimabat, nunc ab adolescente ut miserrimus deludebatur: & qui contra carnem & sanguinem (3) magna cum exultatione gloriabatur, ab homine carnem gestaote superabatur. Adjuvabat enim servum suum Dominus, qui nostri gratia carnem suscipiens, victoriam corpori contra diabolum largitus est: ut singulis ita certantibus, Apostolicum liceret proferre sermonem: *Non autem ego, sed gratia Dei quæ mecum est*. (1. Cor. 15. 10.)

6. Ad postremum cum nec hoc argumento destruere posset Antonium draco teterrimus, & videret se semper ab ejus cogitationibus repelli, secundum quod scriptum est, stridens dentibus & ejulans, qualis (Act. 7. 54.) est merito, talis apparebat & vultu: puer horridus atque niger, ad ejus se genua provolvens, humana voce (4) deflebat, dicens: Multos seduxi, plurimos decepi: nunc autem ut a ceteris Sanctis, ita & tuo sum labore superatus. Quem cum interrogaret Aotonius quisnam esset qui talia loqueretur, ait: Ego sum for-

(1) Hæc, *volens eum a recto proposito revocare*, desunt in omnibus mss. Paulopost, *diabolus* deest in omnibus mss. Infra quæ clauduntur uncinis desunt in omnibus mss.
(2) *Vigiliis & jejuniis* editi. Sed *vigiliis* deest in omnibus mss. nec habetur in Græco. Infra Gemmet. 1. & 2. *vermis* in singulari cum Græco. Editi, *vermium*. Mox omnes mss. *cogitationi libidinum objiciebat*. Editi, *ingestæ sibi libidini opponebat*.
(3) Sic omnes mss. Editi vero, *sæviebat, ab homine qui carnem portabat elisus est*.
(4) Sic omnes mss. Editi vero, *flebat*.

que ad juvenes hac in re expugnandos suscepi, & A spiritus fornicationis vocor. Qunt temperanter vivere volentes decepi! Qunt continentes titillationibus e sententia deduxi! Ego sum cujus causa Propheta eos Osee 4. 12. qui lapsi sunt increpat his verbis: *Spiritu fornicationis decepti estis:* per me etenim supplantati illi fuerant. Ego sum qui sæpius tibi molestiam creavi, ac toties a te repulsus sum. Antonius autem gratiis Domino actis, assumtaque adversus hostem confidentia, ait illi: Admodum ergo contemnendus es: nam mente es atra & quasi infirmus puer: nulla mihi post- Psal. 117. 7. hac ex te sollicitudo: *Dominus enim mihi adjutor, & ego despiciam inimicos meos*. His ater ille auditis sta- B tim aufugit, tales pertimescens voces, atque reformidans vel ad virum accedere.

7. Hæc prima fuit Antonii contra diabolum victoria; imo potius in Antonio egregium facinus Salva- Rom. 8. 3. & 4. toris, *qui damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum*. Nec tamen Antonius quasi prostrato dæmone, negligens postea fuit, aut minorem sui curam gessit: neque inimicus, victus licet, insidiarum finem fecit. Circuibat enim rursum quasi leo captans aliquam adversus eum occasionem. Ephes. 6. 11. At Antonius quod ex Scripturis didicisset, multas es- C se inimici insidias, asceticæ vitæ cum contentione operam dabat, ratus, etsi nnn potuisset diabolus voluptate corporis cor decipere, alia sane arte eum insidias paraturum: dæmon quippe peccatis delectatur. Magis igitur magisque corpus macerabat, & in servitutem redigebat, ne forte in aliis victor, in aliis succumberet. Asperiori igitur vitæ genere assuescere in animum induxit: quod multis admirationi fuit, ipse tamen ejusmodi laborem facile tolerabat: animi enim alacritas, diuturnitate temporis, habitum illi bonum adferebat; ita ut vel minima oblata ab aliis occasione, permagnum ipse hac in re studium exhiberet. Ita Antonii institutum vitæ. vigilabat, ut totam persæpe noctem insomnem duceret: idque non semel, sed sæpissime observabat, haud sine aliorum admiratione. Cibum semel in die sumebat post snlis occasum: nonnumquam post biduum, imo sæpe post quatriduum edebat. Cibus illi panis cum sale: & aqua sola, potus. Carnium enim & vini meminisse supervacaneum fuerit, cum nec apud alios strenuos Ascetas, ejusmodi quidpiam reperiretur. Ad somnum vero capiendum sufficiebat ei storea; ac ut plurimum humi cubabat. Oleo inungi nolebat, aiens præstare juvenes magna alacritate Asceticam exercere, nec ea quærere quæ corpus emollirent, quin potius laboribus assuefacere, memores apostolici hujus dicti: *Cum infirmor, tunc potens sum*. 2. Cor. 12. 10. Tunc enim ajebat animi vigorem roborari, cum corporis vnluptates minuerentur. Eratque hæc illius admiranda cogitatio: non oportere virtutis viam, vel secessum ejus causa susceptum, tempore metiri, sed desiderio & proposito. Ipse vero nequaquam recordabatur præteriti temporis; sed ac si quotidie exercitationis initium fecisset, majori ad profectum labore contendebat, Apostoli dictum illud frequenter sibi pronuntians: *Quæ retro sunt oblivi-* Philipp. 3. 14.

VERSIO EVAGRII.

fornicationis amicus, ego multimoda adversum (1) adolescentes turpitudinis arma suscepi: hinc & spiritus fornicationis vocor. Quantos pudice vivere disponentes, fefelli! quot tenuiter incipientes, ad sordes pristinas redire persuasi! Ego sum, propter quem Propheta lapsos increpat, dicens: Osee 4. 12. *Spiritu fornicationis seducti estis*, & revera; per me (2) enim & illi fuerant supplantati. Ego sum qui teipsum sæpe tentavi, & semper repulsus sum. Cum hoc Christi miles audisset, gratias agens Deo, & largiore adversus inimicum confortatus audacia, ait: Multum ergo despicabilis, multumque contemptus es: nam & obscuritas tua & ætas, infirmarum signa sunt rerum, nulla mihi jam Psalm. 117. 7. de te cura est. *Dominus mihi (3) adjutor est, & ego exultabo super inimicos meos*, & statim ad vocem cantantis, phantasma quod videbatur, evanuit.

7. Hæc autem Antonii contra diabolum fuit prima victoria, imo virtus in Antonio Salvatoris: Rom. 8. 3. & 4. *Qui peccatum in carne condemnavit, ut justificatio legis in nobis compleretur: qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum*. Sed neque Antonin securitatem dedit hic unus triumphus, nec diaboli semel fractæ defecere vires: nam & iste, ut leo rugiens, quærebat aditum per quem posset Ephes. 6. 12. irrumpere: & ille Scripturarum doctus eloquio, multas esse dæmonum captiones, solerti propositum labore servabat; considerans, quia possit satanas in carnis colluctatione superatus, novarum adversus se artium machinas (4) commovere. Idcirco magis ac magis subjugabat corpus suum, ne victor aliorum, in aliis vinceretur. Disponens igitur duriori se lege vitæ constringere, cum omnes infatigabilem adolescentis mirarentur instantiam, sanctum toleranter ferebat laborem, quia voluntariæ servitutis longum in Dei opere studium, consuetudine in naturam verterat. Inediæ autem & vigiliarum in tantum patiens erat, ut incredulitatem viribus vinceret. Pernoctabat in oratione sæpissime, edebat semel in die post solis occasum, nonnumquam biduo triduoque sic permanens, quarta demum die reficiebatur: sumebat vero panem & sal, potumque aquæ perparvum. De carnibus (5) enim & vino reticere melius puto, quam quidquam dicere: quando nec apud plurimos quidem Mnnachorum, istiusmodi aliquid reperiatur: quieti autem membra concedens, junco contexto atque cilicio utebatur. (6) Aliquoties etiam super nudam humum jacebat, unguenta penitus repudians: dicebat enim, minime posse utentium, & præcipue juvenum corpora roborari, si olei essent lenitate mollita; oportere e contrario asperos carni labores imperare secundum Apostoli præceptum, 2. Cor. 12. 10. dicentis, *Quando infirmor, tunc fortior sum*. Afferebatque sensum animi sic posse reviviscere, si corporis fuisset impetus fatigatus: unde nec temporum (7) longitudinem, nec laborum merita pensabat, sed amore & famulatu spontaneo semper, tamquam in principiis constitutus, ad profectum divini metus desiderium concitabat. Novisque cupiens augere præterita, supra memorati Doctoris ser-

(1) Sic omnes mss. Editi, *omnes adolescentes*. Mox pro, *pudice*. Gemmet. 1. *pie*.
(2) Sic codices, in editis *enim* deest. Infra editi, *contemptibilis*, mss. omnes, *contemptus*.
(3) Colbertin. Gemmet. 2. 3. *auxiliator*. Infra in hæc verba, *qui peccatum in carne condemnavit*, desinit Gemmeticensis tertius. Inferius omnes mss. *nec diaboli*. Editi, *nec diabolo*.
(4) Sic omnes mss. Editi vero, *acrius commovere*.
(5) Gemmet. 1. cum editis, *vero*. Alii omnes, *enim*. Infra omnes mss. *reticere*. Editi, *tacere*.
(6) Sic omnes mss. Editi, *nonnumquam etiam*. Infra omnes mss. *oportere e contrario*. Editi, *oportere vero*.
(7) Sic Gemmet. 1. 2. & German. 2. rectius puto quam editi & Colbert. qui habent *longitudine laborum merita*. Infra omnes mss. *augere*. Editi, *augeri*.

oblivifcens, ad ea vero quæ ante funt extendens meipfum: memor quoque illius Heliæ Prophetæ dicti: *Vivit Dominus ante cujus confpectum hodie fto*. Obfervabat quippe illum cum dixit, *hodie*, præteritum tempus non menfum effe: fed quotidie, quafi tum primum incœpiffet, curaffe, ut fefe talem exhiberet, qualem ad confpectum accedere Dei par effet; purum fcilicet corde, & ad obfequendum ejus voluntati, & nulli alii, paratum. Dicebat autem apud femetipfum, oportere afcetam ex magni illius Heliæ vitæ inftituto fuam ipfius vitam quafi in fpeculo quotidie edifcere. (A) (3. Reg. 18. 15.)

(Ad fepulcra fe confert.) 8. Sic itaque fefe coarctans Antonius, ad fepulcra procul vico fita fe contulit, & rogato ex familiaribus quodam, ut panem fibi multorum dierum intervallo adferret, ingreffus quoddam fepulcrum, & claufa ab illo janua, folus remanebat intus. Quod cum non ferret inimicus; imo metuens ne brevi eremum ille afcefi repleret, accedens una noctium cum dæmonum turma, tot ei plagas inflixit, ut præ nimiis cruciatibus mutus humi jaceret. Adfirmabat quippe tantum fuiffe dolorem, ut ab hominibus inflictæ plagæ, nunquam tantum valeant cruciatum adferre. (Pugna cum dæmonibus.) Dei autem providentia (numquam enim Dominus in fe fperantes negligit) infequente die, advenit familiaris ille, apertaque janua, ut illum humi jacentem vidit, quafi extinctum, fublatum detulit in proximi vici Dominicum, atque humi depofuit. Multi autem ex cognatis, & vici incolæ affidebant Antonio quafi demortuo. Circa vero mediam noctem ad fe reverfus Antonius atque expergefactus, ut vidit dormire omnes, familiarem illum qui folus vigilabat, nutu accivit, rogavitque ut nemine excitato fe denuo tolleret, atque ad fepulcra deportaret. (B)

9. Delatus a viro, claufifque de more foribus, iterum folus erat intus: atque ob plagas ftare cum non poffet, decumbens orabat. Et poft orationem edito clamore ajebat: Hic adfum ego Antonius: non veftras fugio plagas, etiamfi plures inflixeritis, nihil me feparabit a caritate Chrifti. Pfallebat deinde: *Si confiftant adverfum me caftra, non timebit cor meum*. (Rom. 8. 35.) (Pfalm. 27. 3.) Hæc Afceta fentiebat, hæc loquebatur. At omni bono adverfarius inimicus, Antonium tot acceptis vulneribus redire aufum miratus, accitis canibus fuis, & furore quafi diruptus: Cernitis, ait, eum non fpiritu fornicationis, non plagis deterreri a nobis potuiffe, imo audacter nos provocat: fed alia ratione ipfum aggrediamur. In promtu enim diabolo eft, varias ad malitiam induere formas. Noctu itaque tantum excitavere ftrepitum, ut totus concuti videretur locus & quafi ruptis quatuor cafæ parietibus irrumpere dæmones vifi (C) funt, variis ferarum reptiliumque induti formas: fuitque ftatim locus fpectris repletus, leonum, urforum, leopardorum, taurorum, ferpentum, afpidum, fcorpionum, atque luporum. Horum unumquodque forma propria movebatur. Rugiebat leo quafi invafurus, taurus cornu petere videbatur, ferpens reptando

VERSIO EVAGRII.

(Philip. 3. 13.) fermonum recordabatur, qui ait: *Præterita oblivifcens, & in futurum convalefcens*: Meminerat quoque Eliæ Prophetæ dicentis: *Vivit Dominus, cui adfto hodie ante ipfum*: & differebat, cur, hodie, effet appofitum, quia non computabat Elias præteritum tempus: fed tanquam quotidie in certamine conftitutus, talem fe præbere cupiebat, qualem fciebat dignum Dei effe confpectibus, purum corde, & paratum obedire voluntati ejus. (3. Reg. 18. 15.)

8. (1) Igitur fecum reputans oportere Dei famulum ex inftituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud fpeculum vitam fuam debere componere: ad fepulcra haud longe a villa conftituta feceffit, uni e cognitis mandans, ut ftatutis diebus fibi alimenta deferret. Et cum in una memoria fupradictus frater eum claufiffet, folus ibidem morabatur. Metuens ergo diabolus, ne acceffu temporis eremum quoque habitari faceret, ita eum aggregatis fatellitibus fuis, varia cæde laceravit, ut doloris magnitudo & motum auferret & vocem: nam & ipfe poftea fæpe referebat, vulnera fuiffe tam gravia, ut univerfa hominum tormenta fuperarent; (2) fed Dei providentia, quæ nunquam in fe fperantibus deeft, alio die is, quem fupra diximus, frater advenit, cibos deferens affuetos: atque eum jacentem in terra femimortuum, fractis foribus, invenit: quem impofitum humeris, ad villulæ domicilium reportavit: quo audito, ingens vicinorum atque affinium multitudo concurrens, trifte in medio pofiti funeris reddebat officium. Et jam media noctis parte tranfgreffa, gravis pervigiles omnium oculos vicerat fopor: tum Antonius anima paululum redeunte fufpirans, elevavit caput: (3) & poftquam ceteris alta quiete proftratis, eum, a quo delatus fuerat, vigilare confpexit, nutu advocans, obfecravit, ut nullo penitus excitato, ad priftinum fe referret habitaculum.

9. Relatus ergo, juxta confuetudinem folus iterum permanebat: & ftare quidem propter recentes plagas non poterat, orans vero proftratus, poft orationem clara voce dicebat: Ecce hic fum ego Antonius, non fugio veftra certamina: etiamfi majora faciatis, nullus me feparabit a caritate Chrifti, pfallebatque dicens: *Si* (4) *conftiterint adverfum me caftra, non timebit cor meum*. (Rom. 8. 35.) (Pfalm. 27. 1.) Talia eo dicente, bonorum hoftis diabolus, admiratus quod poft tot verbera aufus fuiffet reverti, congregatis canibus fuis, & proprio fe furore dilanians; Videtis, ait, quia nec fpiritu fornicationis, nec corporis doloribus fuperatus, infuper audacter laceffit nos. Omnia arma corripite, acrius a nobis impugnandus eft: fentiat, fentiat, debet fcire, quos provocet. Dixit, & ad hortantis vocem audientium turba confenfit, quia innumeras habet diabolus artes nocendi. Sonitus igitur repentinus increpuit, ita ut loco funditus agitato, & parietibus patefactis, multifaria dæmonum exinde turba fe effunderet: nam & beftiarum & ferpentium formas induentes, omnem protinus locum replevere phantafiis leonum, taurorum, luporum, afpidum, ferpentium, fcor-

(1) Sic manufcripti. Editi vero, *Igitur S. Antonius fecum*. Infra, editi, *non longe*, manufcripti, *haud longe*.
(2) Editi, *Sed Dei providentia quæ nunquam in fe fperantibus deeft, confervavit eum*, & poft hæc a linea. *Alio die &c.* male ut ex Græco textu patet, & ex mff. omnibus quos fequimur.
(3) Sic omnes mff. Editi. *Ceteris vero alto*. Infra editi poft *confpexit*, habent, *eumque*, quæ vox deeft in mff. omnibus.
(4) Sic manufcripti. Editi vero, *confiftunt*.

do non accedebat tamen, lupus irruens retinebatur. A Erat demum omnium quæ apparebant ferarum horrendus strepitus, feroxque animus. Antonius vero flagris stimulisque læsus ab illis, sentiebat quidem graviores corporis cruciatus, animo tamen intrepidus vigilansque jacebat, gemens quidem ob corporis dolorem, animo tamen vigil, quasi rideret illos; Si qua vis, ait, inesset vobis, sufficiebat ingredi unum; at cum vos enervarit Dominus, ideo multitudine me terrere conamini: argumentum sane illud est imbecillitatis vestræ, brutorum formas imitari. Fidenterque rursum; Si valetis, inquit, si quam accepistis adversum me potestatem, ne cunctemini, sed invadite: sin non potestis, cur frustra turbamini? Sigillum nobis, atque ad tutelam murus est fides in Dominum nostrum. Multis igitur tentatis, stridebant dentibus in eum, quod sese potius illuderent, quam illum.

10. Dominus vero neque tunc certaminis Antonii oblitus, ad opem ferendam advenit. Sublatis itaque oculis tectum vidit quasi apertum, ac lucis radium ad se descendere. Dæmonesque statim evanuere, & protinus remisere corporis dolores, domiciliumque integrum apparuit. Auxilio Antonius animadverso, postquam amplius respirasset, doloribusque levatus, visum quod apparebat his ver- C bis compellavit: Ubi eras? cur non ab initio apparuisti, ut meos levares dolores? Tum vox illi emissa: Hic eram, ait, Antoni, morabarque tuum spectans certamen. Cum itaque sustinueris, neque superatus fueris, ero semper tibi adjutor, tuumque nomen ubique terrarum celebre reddam. His ille auditis surrexit atque oravit; tantumque roboris accepit, ut plus sibi virium corporis esse sentiret, quam habuisset ante. Eratque tum annorum prope triginta quinque.

11. Insequente die egressus, ferventiore animo erat ad pietatem erga Deum, cumque convenisset senem illum priorem, rogabat ut una eremum incolerent. Abnuente illo, cum ob ætatem, tum quod B id moris non esset: confestim Antonius ad montem contendit. Verum inimicus, ejus ardens propositum conspicatus, ejusque impediendi cupidus, magni argentei disci speciem in viam projecit. Antonius vero maligni fraude intellecta, stetit, discumque intuitus, diabolum in eo deprehensum his alloquitur: Unde discus in eremo? Nequaquam trita via hæc est, nullum viatorum vestigium, lapsus latere nequivit permagnus cum sit. Sed qui amisisset, ad perquirendum regressus, reperisset haud dubie in deserto loco. Techna diaboli hæc est: propositum animi mei nequaquam cohibebis, o diabole. Hoc tecum eat *in perditionem*. Hæc Antonio dicente, evanuit discus, quasi fumus a facie ignis.

Annorum prope 35. eremum adit, anno circiter 285.

Discum argenteum & auri massam invenit.

Act. 8. 20.

12. Rur-

VERSIO EVAGRII.

Hæc Græcis non omnino consonant.

scorpionum, necnon & pardorum atque ursorum. Et hæc singula secundum suam fremebant naturam: rugiebat leo, (1) accedere volens: taurus mugitu & cornibus minabatur; serpens sibilum personabat: luporum impetus ingerebantur: pardus discolori tergo auctoris sui calliditates varias indicabat: truces omnium vultus, & vocis horridæ dirus auditus. Antonius flagellatus atque confossus, sentiebat quidem asperiores corporis dolores, sed interritus durabat mente pervigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent, sensu tamen idem (2) manens, quasi de inimicis luderet, loquebatur: Si virium aliquid haberetis, sufficeret unus ad prælium: sed quoniam Domino vos enervante frangimini, multitudine tentatis inferre terrores, cum hoc ipsum infirmitatis indicium sit, quod irrationabilium induitis formas bestiarum. Rursumque confidens, ajebat: Si quid valetis, si vobis in me potestatem Dominus dedit, ecce præsto sum: devorate; (3) si vero non potestis, cur frustra nitimini? Signum enim crucis & fides ad Dominum, inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra eum minitantes, fremebant dentibus suis, quod nullus tentamenta sequeretur effectus, sed maxime e contrario gigneretur illusio.

10. Non oblitus Jesus colluctationis servi sui, eidem protector factus est, denique cum elevaret oculos, vidit desuper culmen aperiri, & deductis tenebris, radium ad se lucis influere. Post (4) cujus splendoris adventum nec dæmonum aliquis apparuit, & corporis dolor extemplo deletus est: ædificiorum quoque quod paulo ante dissolutum erat, instauratum est. Illico præsentiam Domini intellexit Antonius, & ex intimo pectore longa trahens suspiria, ad lumen, quod ei apparuerat, loquebatur, dicens: Ubi eras, bone Jesu, ubi eras? quare non a principio affuisti, ut sanares vulnera mea? & vox ad eum facta est, dicens: Antoni, hic eram; sed expectabam videre certamen tuum: nunc autem, quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. His auditis, exurgens in tantum roboratus orabat, ut intelligeret se plus recepisse tunc virium, quam ante perdiderat. Erat autem tunc Antonius annos natus triginta quinque.

11. Exinde cum voluntati promptæ merita religiosa succrescerent, vadens ad supradictum senem precabatur, ut in deserto habitarent pariter. Causante illo senile ævum, & rei novitatem, solus contendit ad montem, & eremi adhuc Monachis ignotæ, rupto metu, viam conatus est pandere. Sed nec tunc cessavit infatigabilis adversarius: nam impedire ejus propositum volens, argenteum discum in itinere projecit: quo viso, Antonius callidi artificis agnovit astutiam, stansque intrepidus, & discum torvis intuens oculis, doli auctorem in phantasmate objurgabat argenti, talia secum reputans: Unde hic in deserto discus? avium hoc iter est, nulla sunt vestigia commeantium; lapsus de sarcina præ magnitudine latere non potuit: sed & qui perdiderat reversus, ob solitudinem locorum, invenisset
Act. 8. 20. profecto, quod ruerat. Hoc artificium, diabole, tuum est: non impedies voluntatem meam, *argentum tuum tecum sit in perditionem*. Hæc illo dicente, discus ut fumus a facie ignis evanuit.

12. De-

(1) Sic omnes pene mss. Editi vero, *occidere volens*. Infra omnes mss. *sibilum*. Editi, *sibilo*. Ibidem German. 2. *luporum impetus subiabant*. Colbertinus, *adhibebantur*.
(2) Sic omnes manuscripti. Editi, *permanens*.
(3) Editi post, *devorate*, addunt, *concessum*, quæ vox deest in omnibus mss. Infra editi omnes, *contra S. Antonium*, manuscripti vero, *contra eum*.
(4) Codex Cl. & Erud. viri Francisci Desmarels, *hujus splendoris*, qui mutilus initio, in hæc verba incipit. Infra omnes mss. *ex imo pectore*, Editi, *ex intimo*.

12. Rursumque cum progrederetur, non vanam speciem, sed verum aurum in via projectum conspexit: inimicusne autem exhiberet illud, an aliqua virtus superior, quæ athletam exerceret, diaboloque significaret, eum ne veras quidem pecunias curare; id sane nec indicavit ipse, nec nobis compertum est: constat solummodo, verum fuisse aurum quod apparuit. Copiam solum miratus Antonius, tanquam ignem prosiliit, atque sic pertransivit, ut ne quidem vultum converteret: imo cursum ita concitavit, ut extra conspectum esset lateretque sibi locus. Magis igitur magisque propositum firmans suum, ad montem se contulit, ubi castellum trans flumen reperit tamdiu desertum, ut esset plenum reptilibus: cumque transmeasset, ibi habitavit. Reptilia vero, quasi quodam insequente, subito recesserunt. Ille obturato ingressu, panibusque ad sex menses illic repositis (qui mos est Thebæorum, durantque panes per integrum annum incorrupti) aqua vero intus reperta, quasi in adyta descendens, ibi solus commorabatur, nec inde egressus unquam, nec adventantium quempiam videns. Diuturno itaque tempore hoc asceticæ vitæ genus coluit: bis solum quotannis per supremam domus partem accepto pane.

In castellum desertum ingreditur, anno circiter 285.

B

13. Familiares autem eo accedentes, cum non sineret ingredi, extra domum noctes persæpe diesque transigere coacti, audiebant quasi turbas tumultuari, strepitum edere, voces emittere lamentabiles, clamare, E nostris recede sedibus: quid tibi cum eremo? nostras numquam feres insidias. Et initio quidem qui stabant

Eius cum dæmonibus certamina.

A foris, putabant homines intus esse qui cum illo concertarent, ac per scalas intro descendissent; posteaquam vero per foramen introspexerunt, tum viso nemine, intellexere dæmones esse, atque perterriti Antonium compellarunt. Ille vero magis hos audiebat quam curabat illos. Et prope januam accedens, hortabatur homines ut secederent, nec reformidarent. Nam, ejusmodi phantasias dæmones exhibere eorum maxime causa qui perterrentur. Obsignate vos, ajebat, & cum fiducia abscedite: finiteque illos sibi ipsis illudere. Tum abibant illi signo Crucis muniti: ille vero remanebat, nihil læsus a dæmonibus, neque ejusmodi certaminibus desatigatus. Accessio quippe cælestium visionum, & hostium imbecillitas permagnum illi præstabat laborum levamentum: majoremque addebat alacritatem. Etenim cum frequenter accederent familiares, rati se illum mortuum reperturos, psallentem audiebant: *Exurgat Deus & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum a facie ejus. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.* Et rursus: *Omnes gentes circuierunt me, & in nomine Domini ultus sum eos.*

Signi Crucis usus.

Psal. 67. 1.

Psalm. 117. 12.

C

14. Viginti itaque prope annos ita degit, Asceticam seorsim agens vitam, neque inde progressus, nec nisi raro visus ab aliquo. Post hæc autem, cupientibus permultis Antonii ascesin imitari, accedentibusque familiaribus: atque vi confractis, ac depulsis foribus, exiit Antonius tamquam ex adyto mysteriis ini-

Anno circiter 305. cum 55. prope annos esset natus, e castello egreditur.

VERSIO EVAGRII.

12. Dehinc non ut ante (1) phantasiam, sed ingentem auri massam jacentem in itinere conspexit. Verum hanc utrum diabolus simulaverit, an ad Antonium comprobandum, quia nec veris opibus inescaretur, virtus cælestis ostenderit, ignoratur: hoc tantum agnovimus, quia quod visum est, aurum fuit. At ille magnitudinem admiratus radiantis metalli, rapido cursu, quasi quoddam vitaret incendium, ad montem usque perrexit, ibique flumine transvadato, invenit castellum desertum plenum (ob tempus & solitudinem) venenatorum animalium, in quo se constituens novus hospes habitavit: (2) statimque ad ejus adventum ingens turba serpentium, quasi persecutorem passa, profugit. At ille obstructo lapidibus introitu, panes mensium sex, ut Thebæis mos est, secum recondens, (nam erebro per annum incorrupti durare solent) nec non & exiguum habens aquæ, solitarius perdurabat: nusquam inde procedens, nunquam aliquem suscipiens, in tantum ut cum bis in anno per tectum desuper panes acciperet, nullum cum deferentibus haberet alloquium.

Græca hic variant & fusiora sunt.

13. Multis igitur videndi eum desiderio & studio requirendi, ante ostium ejus pernoctantibus, audiebantur ut vulgi voces adversus Antonium, tumultusque dicentium: Quid te nostris ingeris habitaculis? quid tibi & deserto? abscede a finibus alienis, (3) non potes nostras insidias sustinere. Et primo quidem, qui foris erant, existimabant aliquos homines scalis (4) positis introisse, ibique contendere: postquam autem per cavernas introspicientes, nullum viderunt, dæmones intellexerunt contra eum contendere: & nimio metu perterriti, Antonii auxilium flagitabant. At ille ostio propinquans ad consolandos fratres, ne timerent, atque ut inde recederent, precabatur: trepidantibusque asserebat cunctis, a dæmonibus incuti metum: Signate vos, inquiens, & abire securi, ipsosque semetipsos finite deludere. Itaque illis revertentibus, hic remanebat illæsus, nec unquam in certamine lassabatur, (5) accedentium enim augmenta profectuum, vel debilitas repugnantium, maximum ejus contentioni levamen addiderant, & ejus animo constantiam suggerebant. Rursusque ad eremum venientibus turbis, quæ jam mortuum eum se existimaverant reperturos: ille psallebat intrinsecus: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum a facie ejus, ut fumus (6) minuitur, deficiant, ut liquescit cera a facie ignis, ita pereant peccatores a facie Dei:* & iterum, *Omnes gentes circumdederunt me, & in nomine Domini vindicavi in eis.*

Psal. 67. 1.

Psal. 117. 12.

14. (7) Sic annis viginti solitarie transactis, atque ab hominum segregatus aspectibus perduravit. Cum ergo multorum & propositum imitari cupientium, & notorum multitudo ad eum concurreret, necnon & patientium infinita se caterva (7) glomeraret, tandem pene jam foribus evulsis, quasi ex aliquo cælesti aditu consecratus apparuit. Obstupuerunt universi & oris gratiam & cor-

(1) Sic omnes mss. Bolland. vero, *in phantasmate*. Paulopost omnes mss. *hoc tantum*, Editi, *hoc tamen*.
(2) Sic omnes mss. Editi vero, *statim*.
(3) Sic omnes mss. quorum tamen quidam habent, *non poteris*. Editi, *non potes hic habitare, non nostras insidias &c.*
(4) Sic omnes manuscripti. Editi vero, *scalis appositis*. (5) Sic omnes mss. Editi vero, *accedentium autem*.
(6) Ita omnes pene manuscripti. Editi vero, *sicut deficit fumus*.
(7) Ita omnes mss. Editi vero, *sic Antonius annis*. Mox mss. *aspectibus*. Editi, *conspectibus*.
(8) Sic mss. Editi vero, *conglomeraret*. Bolland. post *pene jam*, habet, *per vim*, quæ desunt in omnibus mss.

initiatus, atque divino afflatus numine. Tuncque primum extra castellum visus est ab adventantibus. Ut viderunt illi, mirati sunt corporis habitum eumdem ipsum esse qui semper fuerat, nec per quietem obesum pinguedine, neque macie confectum per jejunia dæmonumque certamina; talis quippe erat, qualem ante secessum ejus conspexerant. Animi item puri mores erant; nam nec mœrore coarctari, nec voluptatibus diffluere, neque vel risum, vel tristitiam præferre, neque conspecta multitudine turbari, neque tanta salutantium frequentia lætari visus est. Sed æquabilis omnino erat; utpote qui ratione regeretur, & æquum naturæ statum servaret. Multos itaque corpore per eum Dominus sanavit: alios dæmonibus liberavit. Gratiam item Antonio loquenti dederat Dominus; ut mœstos plurimos consolaretur: concertantes alios reduceret in amicitiam, hortans omnes ut nihil mundanarum rerum anteferrent caritati Christi. Cum autem inter loquendum futura memoraret bona, necnon Dei erga nos amorem, *qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*; multis persuasit monasticam ut eligerent vitam: atque ita demum in montibus quoque excitata sunt Monasteria, eremusque a Monachis habitata est, qui relictis suis omnibus, cælesti instituto nomen dabant.

Rom. 8. 32.

Monasteria in montibus construi cœpta, eodem circiter tempore.

15. Necesse cum esset ut Arsenoiticum canalem transmearet, (ex usu quippe fratrum erat ut inviseret illos) canalisque crocodilorum plenus esset, tantum precatus conscendit, atque cum sociis omnibus pertransivit illæsus. Reversus ad Monasterium pristinos labores strenue fortiterque adiit. Frequentibus autem colloquiis, eorum qui jam Monachi erant auxit alacritatem, aliorum vero plurimos ad Asceticæ vitæ amorem inflammavit; ita ut ejus suasu brevi plurima fierent Monasteria, quibus omnibus quasi pater ipse præerat.

16. Aliqua die progressus, Monachis omnibus ad eum accedentibus, rogantibusque, ut eum sermocinantem audire liceret: hæc illis Ægyptiaca lingua loquutus est. Scripturæ sacræ sunt ad doctrinam satis: sed operæ pretium est nos mutuo in fide cohortari, atque verbis concitare. Vos itaque, ut filii, ea referte patri quæ nostis: ego vero utpote natu grandior, quæ novi quæque experimento didici trado vobis. Illud in primis sit commune omnium studium, ut a cœpto ne recedamus, neve propter laborem animo concidamus: nec dicamus, jamdiu Asceticam agimus vitam: imo potius, ac si quotidie inciperemus, alacritatem augeamus. Brevissima quippe hominis vita si cum futuris conferatur sæculis; ita ut nihil sit ævum nostrum cum æterna vita comparatum. In mundo quidem quævis res justo pretio venditur, & æquale æquali commutatur; promissio autem æternæ vitæ parvo emitur: scriptum est enim: *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem in potentatibus, octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.* Si itaque totos octoginta vel etiam centum annos in ascetica vita perseveraverimus; nequaquam centum so-

Oratio Antonii ad Monachos, ex Ægyptiaca lingua Græce versa.

Psal. 89. 10.

VERSIO EVAGRII.

& corporis dignitatem, quod nec per quietem intumuerat, nec jejuniis dæmonumque certamine faciem ejus pallor obsederat; sed e contrario quasi nihil temporis exegisset, antiquus membrorum decor perseverabat. (1) Proh quanta miracula! quæ in illo animi puritas fuit? Nunquam hilaritate nimia resolutus in risum est, nunquam recordatione peccati tristitia ora contraxit, non magnis stupentium se elatus est laudibus: nihil in illo indecens solitudo, nihil asperum quotidiana cum hostibus bella contulerant; sed temperata mens æquali ad cuncta ferebatur examine. Plurimos igitur ab immundis spiritibus & infirmitatibus variis Dei gratia per Antonium liberavit. Sermo ejus sale conditus consolabatur mœstos, docebat inscios, concordabat iratos: omnibus suadens nihil amori Christi anteponendum. Proponebatque ante oculos bonorum magnitudinem futurorum, & Dei clementiam, & beneficia retexebat indulta, quod proprio Filio suo non pepercerit Deus, sed pro nostra omnium salute eum tradiderit. Nec mora, plura audientium corda ad humanarum rerum contemptum hæc ejus suasit oratio: & habitandæ eremi istud (2) exordium fuit.

Rom. 8. 32.

15. Quid sane & in Arsenoitarum oppido gestum sit non transibo silentio: nam cum fratres vellet invisere, & rivulum (3) Nili, qui crocodilis & multis ejus fluminis bestiis plenus erat, transvadare esset necesse, tam cum comitibus suis transivit illæsus, quam inde rediit incolumis. Rursusque in pristinis laboribus perseverans, multos magisterio suo fratres confirmavit, ita ut brevi tempore plurima fierent Monasteria, novos antiquosque Monachos pro ætate vel tempore, paterno moderabatur affectu.

16. Quadam autem die (4) cum a congregatis fratribus rogaretur, ut eis institutoria largiretur præcepta, cum prophetica fiducia exaltans vocem ajebat: Ad omnem quidem mandatorum disciplinam Scripturas posse sufficere: sed & hoc optimum fore, si mutuis se invicem fratres sermonibus consolarentur. Et vos ergo, inquit, ut patri referte, quæ nostis: & ego, quæ per longam ætatem consecutus sum, quasi filiis indicabo. Hoc sit autem primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lacessere, sed quasi incipientem augere semper debere quod cœperit, præsertim cum humanæ vitæ spatia æternitati comparata, brevissima sint. (5) Ita exorsus, paululum siluit: & admiratus nimiam Dei largitatem, rursus adjecit, dicens: In præsenti hac vita æqualia sunt pro rerum commutatione commercia, nec majora recipit ab emente qui vendit: promissio autem vitæ sempiternæ vili pretio comparatur, scriptum est enim: *Dies vitæ nostræ septuaginta anni: si autem multum, octoginta: quidquid reliquum est, labor & dolor est:* quando ergo octoginta, aut centum ut multum (6) annos labo-

Psal. 89. 10.

(1) Sic omnes mss. Bolland. *proh quanto miraculo!*
(2) Ita omnes mss. Bolland. vero, *istud ejus exordium fuit.*
(3) Bolland. *fluminis Nili* mss. sequimur. Infra Bolland. *sævis fluminis*. mss. *ejus fluminis*.
(4) Sic manuscripti. Bollandus vero cum *S. Antonius*.
(5) Bollandus post, *brevissima sint*, habet, *ac parva*, secus manuscripti.
(6) Sic manuscripti. Bollandus, *annis*.

solum annis regnabimus, sed pro centum illis, in A sæcula sæculorum. Et cum in terra decertemus, non in terra hæreditas erit nostra, sed io cælis promittitur nobis: atque corruptibili deposito corpore, incorruptibile accipiemus.

17. Itaque, filii, ne lassescamus, neque putemus nos diutius morari, aut magnum quid præstare: *Non* Rom. 8. 18. *enim sunt condignæ passiones bujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis*. Ne mundum intuentes existimemus magnis nos rebus renuotiasse: siquidem totus terrarum orbis minimus est si cum toto conferatur cælo. Si tota igitur terra potiremur, totique renuntiaremus, nequaquam dignum illud esset re- B gno cælorum. Quemadmodum enim si quis æneam drachmam despiceret, ut centum aureas lucraretur; ita si quis universæ terræ dominus, renuotiaret illi, is parum relinqueret, ac centuplum reciperet. Quod si ne tota quidem terra digna sit regno cælorum, qui ergo aruras paucas relinquit, quasi nihil amittit: vel etiam si domum, multumque auri dimittat, nequaquam gloriari debet, aut remissius agere. Et alioqui cogitandum nobis est, si ea virtutis causa non relinquamus, morte amissuros tandem nos esse, ac persæpe qui- Eccles. 4. 8. bus minime vellemus, ut ait Ecclesiastes. Cur ergo ea virtutis causa non relinquamus, ut regni accipiamus C hæreditatem? Quapropter ne quem nostrum invadat possidendi cupido. Quid lucri ea adipisci quæ nobiscum non auferemus? aut cur non potius ea acquiramus quæ nobiscum auferemus, prudentiam scilicet, justitiam, temperantiam, fortitudinem, intelligentiam, caritatem, pauperum amorem, fidem in Christum, mansuetudinem, hospitalitatem? Hæc si adipiscamur, illic reperiemus, quæ nos in mansuetorum terra hospitio excipiant.

18. His itaque argumeotis quivis in animum inducat, ut non animo concidat, præsertim si cogitet se Domini servum oportere Domino servire. Quemadmodum itaque servus non ausit hæc dicere: Cum heri laborarim, otiabor hodie: neque præteritum tempus dimensus, diebus sequentibus cessabit: sed quotidie, ut scriptum est in Euangelio, idem præfert animi studium, ut suo placeat Domino, & non periclitetur: ita & nos quotidie in Ascetica perseveremus, scientes, si una die indiligenter agamus, Dominum non veniam nobis, præteriti temporis gratia, esse concessurum; sed succensurum nobis propter negligentiam. Ita & in Ezechiele scriptum: ita & Judas ob unam no- Ezech. c. 18. ctem, præteriti temporis laborem perdidit.

19. Quocirca, filii, Asceticæ vitæ operam demus, nec indiligenter agamus. In hoc enim ipsum, Dominum adjutorem habemus, ut scriptum est: Quicum- Rom. 8. 28. que bonum elegerit, ei Deus cooperatur in bonum. Ut autem non negligenter agamus, Apostoli dictum meditari convenit: *Quotidie morior*. Si enim vixeri- 1. Cor. 15. 31. mus, quasi quotidie morituri, non peccabimus. Quod ita intelligendum, ut quotidie mane surgentes, noo existimemus nos ad vesperam usque esse victuros, & cum decumbimus, ne surrecturos arbitremur: cum vita nostra natura incerta sit, & quotidie

VERSIO EVAGRII.

laborantes, in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro: sed pro annis supradictis, omnium nobis sæculorum regna tribuentur, non terram hæreditabimus, sed cælum: corpus quoque corruptum relinquentes, idipsum cum incorruptione recipiemus.

Rom. 8. 18. 17. Ergo, filioli, non vos aut tædium defatiget, aut vanæ gloriæ delectet ambitio: *Non enim sunt condignæ passiones bujus temporis, ad superventuram gloriam quæ revelabitur in nobis*. Nemo cum despexerit mundum, reliquisse se arbitretur ingeotia, quia omnis terra ad infinitatem comparata cælorum, brevis ac parva est. Si ergo nec universo orbi renuotiantes, digoum aliquid habitaculis possumus compensare cælestibus, se unusquisque consideret, & statim intelliget, parvis aruris & parietibus, vel modica auri portione contempta, nec gloriari se debere, quasi magna dimiserit, nec tædere, quasi parva sit recepturus: ut enim contemnit aliquis unam æream drachmam ad drachmas centum aureas conquirendas: ita etiam, qui totius orbis dominium dereliquit, centuplum de melioribus præmiis in sublimi sede recipiet. Ad summum, illud perspicere debemus, quod etsi nostras velimus retentare divitias, lege mortis ab ipsis divellamur inviti, ut in libro Ecclesiastæ scriptum est. Cur ergo non facimus de necessitate virtutem? cur non ad lucranda regna cælestia ultro relioquimus, quod lucis istius fine perdendum est? Nihil Eccles. 4. 8. eorum curæ sit (1) Monachis, quæ secum auferre non possunt: illud potius debemus expetere, quod nos ducat ad cælum; sapientiam scilicet, castitatem, justitiam, virtutem, sensum pervigilem, pauperum curam, fidem io Christo robustam, animum iræ victorem, (2) hospitalitatem. Hæc sectantes, mansionem nobis in terra quietorum secundum Euangelium præparabimus.

18. Consideremus Domini esse nos famulos, & servitutem debere ei a quo creati sumus: ut enim servus præteriti gratia famulatus, præsens ant futurum non cootemnit imperium, nec audet asserere, quod ex labore transacto instantis operis habere debeat libertatem, sed jugi studio, ut in Euangelio scriptum est, eandem semper exhibet servitutem, ut & Domino placere possit, & ne metum lucretur & verbera; sic & nos divinis congruit parere præceptis: scientes quod æquus ille retributor, in quo quemque invenerit, in eo sit judicaturus, quod prophetica per Ezechielem voce testatur: nam & infelix Judas propter unius noctis impietatem, omni præteriti temporis labore privatus est.

19. Idcirco tenendus est continuus instituti rigor, habentibus Deum auxiliatorem, sicut scri- Ezech. c. 18. ptum est, quia omni proponenti bonum Deus cooperatur. Ad inertiam autem calcandam Apostoli præcepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur: similiter & oos humanæ conditionis vitam ancipitem retractantes, non peccabimus: cum enim excitati a somno, ad vesperam Rom. 8. 29. nos perveoire dubitemus, & quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus adventu, & 1. Cor. 15. 31. ubique naturæ ac vitæ incertæ memores, Dei nos intelligamus providentia gubernari; (3) non mo-

(1) Sic maxima pars manuscriptorum. Bollandus vero, *Christianis*.
(2) Manuscripti, *hospitalem*.
(3) Sic manuscripti. Bollandus vero, *hoc modo*.

die per providentiam dimensa. Sic affecti, & si in dies ita vixerimus, neque peccabimus, neque alicujus rei cupiditate tenebimur, nulli succensebimus, nullum recondemus thesaurum in terra: sed quasi quotidie mortem expectantes, nullam rem possidebimus: omnia omnibus delicta condonabimus: nec mulieris concupiscentia, nec obscœna ulla voluptate tenebimur, sed ut caducam aversabimur: semper concertantes atque judicii diem prospicientes. Semper enim gravior formido & cruciatuum periculum, voluptatis suavitatem dissolvit, nutantemque erigit animam.

20. Idcirco jam exorsi, jam ingressi virtutis viam, magis contendamus ut ad futura perveniamus. Nemo retrorsum convertatur, ut Loti uxor, cum potissimum Dominus dixerit: *Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno cælorum*. Retro autem respicere nihil aliud est quam pœnitere, ac rursum mundana sapere. Ne timete de virtute audientes, neve de nomine stupeatis. Non enim procul nobis est, neque extra nos consistit: in nobis ipsis res est & perfacilis sane, si modo voluerimus. Græci peregrinantur, & mare trajiciunt, ut litteras ediscant; nobis vero peregrinatione opus non est propter regnum cælorum, neque ut virtutis causa mare trajiciamus. Jam olim quippe Dominus dixit: *Regnum Dei intra vos est*. Virtus itaque nostra dumtaxat voluntate opus habet, in nobis cum sit, ex nobisque consistat. Siquidem cum anima natura sua vim intelligendi habeat, hinc virtus consistit. Secundum naturam autem se habet anima, cum talis manet qualis est, facta vero est & bona & admodum recta. Quapropter Jesus Nave Filius hæc populo præcipiebat: *Dirigite cor vestrum ad Dominum Deum Israel*: & Joannes: *Rectas facite semitas vestras*. Nam rectam esse animam, id est, intelligentiam esse prout creata est: contra vero cum declinavit, atque a natura deflexit, id dicitur animi vitium. Nequaquam difficilis ergo res est: nam si prout conditi fuimus perseveremus, in virtute sumus; sin malis adhibeamus animum, ut mali judicabimur. Si extra nos perquirenda res esset, difficilis sane foret: quod si in nobis ipsis sit, sordidas caveamus cogitationes, Dominoque animam servemus, tamquam acceptum ab eo depositum; ut opus ipse suum agnoscat, cum talis ipsa fuerit, qualis ab eo condita est.

(Philip. 3. 14. Genes. 19. 26. Luc. 9. 62. Luc. 17. 21. Josue 24. 23. Matth. 3. 4. Nequaquam difficilis virtus.)

21. Hoc item pugnemus, ne tyrannidem in nos occupet ira, nec dominetur nobis concupiscentia: scriptum est enim, *Ira viri justitiam Dei non operatur: concupiscentia autem cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem*. Hac instituta vitæ ratione sedulo vigilemus, &, ut scriptum est, omni custodia servemus cor nostrum. Hostes habemus formidandos & callidos, malignos scilicet dæmones, & adversus illos colluctatio nobis est, ut ait Apo-

(Jacob. 1. 20. & 15. Prov. 4. 23.)

VERSIO EVAGRII.

modo non delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur; sed nec irascemur quidem adversus aliquem, nec terrenos congregare thesauros ambiemus: quin potius metu quotidiani recessus, & sejungendi corporis jugi (1) expectatione, omnia caduca calcabimus. Cessabit mulierum amor, libidinis extinguetur incendium, invicem nobis debita nostra donabimus, ante oculos semper habentes ultimæ retributionis adventum: quia major (2) formido & pœnarum timor horridus, simul & lubricæ carnis incentiva dissolvit, & ruentem animam quasi ex aliqua rupe sustentat.

20. Ideoque precor ut ad finem propositi omni labore tendamus, nemo post tergum respiciens Lot imitetur uxorem, præsertim cum Dominus dixerit, Nullum ponentem manum super aratrum & respicientem retrorsum, dignum esse regno cælorum: respicere autem retrorsum nihil aliud est, quasi in eo pœnitere quod cœperis, & mundanis rursus desideriis obligari. Nolite, quæso, virtutis tamquam impossibile nomen pavere, nec peregrinum vobis, aut procul positum videatur hoc studium, quod ex nostro pendet arbitrio: hujus operis homini inserta natura est, & ejusmodi res est quæ nostram tantummodo expectat voluntatem. Græci studia transmarina sectentur, & in alieno orbe constitutos, inanium litterarum quærant magistros: nobis vero nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas imminet, in omni sede terrarum constituta sunt regna cælorum. Unde & Dominus in Euangelio ait: *Regnum Dei intra vos est*: virtus quæ in nobis est, mentem tantum requirit humanam. Cui enim dubium est, quin naturalis animæ puritas, si nulla fuerit extrinsecus sorde polluta, fons sit & origo omnium virtutum? Bonam eam necesse est creaverit bonus auctor. Quod si forte cunctabimur, audiamus Jesum filium Nave populo dicentem: *Rectum facite cor vestrum ad Dominum Deum Israel*. Nec Joannes dissonam tulit de virtute sententiam, prædicans: *Rectas facite semitas (3) vestras*. Siquidem hoc est rectam esse animam, cum ejus principalis integritas nulla vitiorum labe maculatur. Si naturam mutaverit, perversa tunc dicitur; si bona conditio servetur, & virtus est. Animam nostram commendavit nobis Deus: servemus depositum, quale accepimus: nemo causari potest extrinsecus situm, quod in se nascitur: facturam suam, qui fecit, agnoscat: opus suum inveniat, ut creavit: sufficit nobis naturalis ornatus: ne deturpes homo, quod tibi largitio divina concessit: opera Dei immutare velle, polluere est.

(Philip. 3. 14. Genes. 19. 26. Luc. 9. 62. Luc. 17. 21. Josue 24. 23. Matth. 3. 4.)

21. Illud etiam sollicite providere debemus, ut tyrannicam iræ superemus insaniam, quia scriptum est: *Iracundia viri justitiam Dei non operatur*: & iterum: *Desiderium concipiens parit peccatum, quo perfecto, mors gignitur*. Divinæ vocis præceptum est, ut jugi custodia tueamur animam nostram, (4) & ad profectum cum omni cautela & industria perducamus: quia exercitatos ad supplantandum habemus inimicos, dæmones scilicet contra quos nobis, secundum Apo-

(Jacob. 1. 20. & 15. Prov. 4. 23.)

(1) Ita omnes manuscripti. Bollandus, *meditatione* minus recte.
(2) Bollandus, *formido judicii*, manuscripti ut in textu.
(3) Sic ferme omnes manuscripti. Bollandus, *ejus*.
(4) Sic manuscripti. Bollandus, *& ad perfectum cum omni cautela & astutia perducamus*. Mox manuscripti omnes, *sine fœdere*. Bollandus, *sine intermissione*.

Ephes. 6. 12. Apostolus, *Non adversus carnem & sanguinem; sed adversus principatus & potestates, mundi rectores tenebrarum harum, adversus spiritualia nequitiæ in cælestibus*. Magna illorum turba in aere nobis proximo est, neque procul nobis sunt, magna quoque inter illos est discrepantia. De quorum natura & differentia multa dici possent, ab aliis, nobis præstantioribus, pertractanda. Quod vero jam necessarie nobis incumbit, est nosse eorum adversum nos calliditates.

22. Primum itaque hoc nosse debemus dæmones appellari dæmones, non quod tales fuerint conditi: nihil enim mali condidit Deus: sed boni etiam ipsi facti sunt. Lapsi vero a cælesti sapientia, post in terra volutati, Gentiles phantasiis deceperunt, invidiaque in nos Christianos ardentes, nihil non movent, ut cælorum nobis aditum intercludant, ne eo nos ascendamus unde lapsi illi sunt. Quapropter multa oratione, multa exercitatione opus est, ut accepta quis per spiritum discretionis gratia, quæ illos spectant possit agnoscere: quinam scilicet illorum minus nequam, quinam nequiores sint: quo studio singuli eorum teneantur: qua quisque ratione prosternatur & ejiciatur. Multi sunt enim eorum doli, multi ad parandas insidias motus. Beatus certe Apostolus & ejus sectatores hæc probe norant cum dicerent: *Non enim ignoramus cogitationes ejus*. (2. Cor. 2. 11.) Nos vero ex iis quas ab illis sumus experti tentationibus, mutuo debemus alii alios emendare. Ego itaque ut aliquam eorum assequutus experientiam, ut filiis loquor.

23. Si igitur viderint illi Christianos quoslibet, maximeque Monachos laborare atque proficere, primum aggressi tentant, & offendicula ponunt in via: quæ scilicet offendicula, sunt malæ cogitationes. Non est autem quod eorum suggestionibus terreamur: nam precibus jejuniis & fide in Dominum statim illi labuntur. Sed lapsi minime quiescunt, vafre quippe & callide rursum accedunt. Ubi enim palam per obscœnas voluptates cor decipere nequeunt, alia aggrediuntur via, vanisque speciebus perterrere nituntur, variis assumtis formis mulierum, ferarum, reptilium, prægrandium corporum, militarium turmarum. Sed neque hæ illorum phantasiæ nobis sunt pertimescendæ: nihil enim cum sint, subito evanescunt, si maxime fide & signo Crucis se quis munierit. (Signi Crucis usus.) Audaces porro sunt admodumque impudentes: nam si hoc modo superentur, alio aggrediuntur. Vaticinandi enim se peritos simulant, atque ea prædicendi quæ postea futura sunt: affectantque se ita proceros exhibere, ut tectum attingant, magnaque sint latitudine; ut quos cogitationibus decipere nequiverunt, hujusmodi portentis subornare possint. Qund si hic quoque animam inveniant fide atque spe firmatam, principem denique suum secum adducunt.

24. Ajebatque tales sæpe videri, qualem Jobo diabolum revelavit Dominus his verbis: *Oculi ejus ut species diluculi. Ex ore ejus procedunt lampades ardentes, & projiciuntur quasi foci ignis.* (Job 41. 9. 10. & 11.) (Qua diabolus forma apparet.) Ex

VERSIO EVAGRII.

Ephes. 6. 12. Apostolicam contestationem, pugna sine fœdere est, ait etenim: *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principatus & potestates hujus mundi, adversus spiritualia nequitia in cælestibus*. Ingens eorum turba istum pervolat aerem, non procul a nobis hostium caterva discurrit. Et diversitatem quidem eorum non est meæ parvitatis exponere, sed hanc majoribus concedo rationem: quod autem in promtu est, & ignorare non expedit, dolos scilicet eorum adversum nos compositos, breviter indicabo.

22. Hoc primum debemus mentibus affigere, nihil Deum fecisse quod malum est, nec ab ejus (1) constitutione dæmonum cœpisse principium: perversitas ista, non naturæ, sed voluntatis est vitium. Boni etenim, utpote a Deo conditi, ex proprio mentis arbitrio ad terras ruere de cælis, ibique in cœni sordibus volutati, gentilitatis impias constituere culturas: & nunc (2) nostri torquentur invidia, atque universa commovere non cessant, ne pristinis eorum sedibus succedamus. Diversa autem eorum & partita nequitia est; quidam enim ad summum nocendi verticem pervenere, alii ex comparatione pejorum videntur esse (3) leniores: atque omnes pro possibilitate virium, diversa contra singulas causas sumsere certamina. Idcirco necessarium est, donum spirituum discernendorum a Domino petere, ut possimus tam fraudes eorum, quam studia pervidentes, adversus disparem pugnam unum dominicæ Crucis elevare vexillum. Hoc munere Paulus accepto, docebat dicens: *Non enim ejus ignoramus astutias*. (2. Cor. 2. 11.) Ad cujus exemplum etiam nos oportet ex his quæ passi sumus, mutuis nos invicem (4) instruere sermonibus.

23. Hostile illis contra omnes Christianos, maxime vero contra Monachos, (5) odium est, eorum semitis laqueos prætendunt, eorum mentes impiis, atque obscœnis cogitationibus nituntur evertere. Sed nihil vobis in hoc terroris incutiant, fidelium enim orationibus atque jejuniis ad Dominum statim corruunt. Nec tamen si paululum cessaverint, prorsus plenam putetis esse victoriam: solent etiam saucii gravius assurgere, & mutata arte pugnandi, cum in cogitatione nihil egerint, pavoribus terrent, assumentes nunc mulierum, nunc bestiarum, nunc serpentium formas, necnon & ingentia quædam corpora, & usque ad tectum domus porrectum caput, infinitas species & militum catervas. Quæ omnia ad primum quodque Crucis signum evanescunt. His quoque agnitis fallaciarum modis, incipiunt præsagire, & futurorum dierum eventus velle prædicere, cumque & in his contempti fuerint, ipsum jam nequitiæ suæ principem, ac totius mali summitatem ad subsidium sui certaminis vocant.

24. Crebro denique Antonius talem a se visum diabolum asserebat, qualem & beatus Job Domino revelante cognoverat. *Oculi ejus ac si species luciferi, ex ore ejus procedunt lampades incensæ*, cri- (Job 41. 9. 10. & 11.)
nes

(1) Sic manuscripti. Bollandus, *institutione*. Mox manuscripti, *principium*. Bollandus, *principio*.
(2) Sic mss. Bollandus vero, *de nobis*. Mox Bollandus, *universa malo*, sed vox, *malo*, deest in pluribus mss.
(3) Ita quidam manuscripti rectius, ni fallor, quam alii, qui habent *leviores*. Infra quidam manuscripti, *diversa, contra singulas*.
(4) Quidam manuscripti, *instituere*.
(5) Post, *Monachos*, Bollandus habet, *& virgines Christi*, quæ desunt in omnibus mss. Infra quidam mss. *fidelibus enim*.

Ex naribus ejus procedit fumus camini ardentis i-
gne carbonum: anima ejus carbones: flamma de o-
re ejus egreditur. Talis cum appareat dæmonio-
rum princeps, terrorem, uti dixi, veterator il-
le & magniloquus incutit, ut coarguit cum Do-
Ibid. 18. & seq. minus, Jobo quidem dicens: *Arbitratur fer-*
rum quasi paleas, æs vero quasi lignum putridum,
mare reputat quasi vas unguentarium, & tarta-
rum abyssi quasi captivum, abyssum æstimavit
quasi ambulacrum: per Prophetam autem: *Di-*
Exod. 15. 9. *xit inimicus, persequar & comprehendam*: & per
Esai. 10, 14. alium iterum: *Universam terram comprehendam*
manu mea quasi nidum, & quasi derelicta ova tol-
lam. Talia illi jactitant, & se facturos promit-
tunt, ut pios circumveniant. Sed ne has quidem ejus
phantasias oportet nos qui fideles sumus reformidare,
Job. 40. 19. nec ejus adtendere vocibus. Mentitur quippe, nihil-
que prorsus veri loquitur. Nam licet talia & tam
multa audacter loquutus sit, quasi draco a Salvato-
re hamo tractus est, & quasi jumentum, capistrum
Job. 41. 2. naribus accepit, ac velut fugitivus nares annulo vin-
ctas habet, & labia armilla perforata. Ligatusque
est a Domino tamquam passer, ut illudatur a no-
bis. Positi autem sunt cum ipse, tum socii dæmo-
Luc. 10. 19. nes, quasi scorpiones & serpentes, ut conculcentur a
nobis Christianis. Cujus rei argumentum illud est,
quod nos jam vitæ instituto ipsi adversario utamur.
Nam qui minatus fuerat se exsiccaturum mare, & or-
bem terrarum comprehensurum, is jam non valet
exercitationem vestram impedire, sed neque me con-
tra se loquentem cohibere. Ne verbis itaque ejus
adhibeamus animum, mentitur enim: neve phan-
tasias ejus, vanissimas sane, pertimescamus. Non

A verum quippe lumen in illis apparet; sed præludia
potius & imagines ignis ipsis parati: & in quibus illi
exurendi sunt flammis, in iisdem homines perterrere
conantur. Apparent revera, sed evanescunt illico:
nemine quidem læso fidelium, imo ipsi imaginem fe-
runt ignis a quo demum excipiendi sunt. Quare nec
ea illi ratione sunt extimescendi: vana quippe per
Christi gratiam sunt omnia eorum molimina.

25. Dolosi sunt etiam, atque parati ad omnem
se formam atque speciem transferre. Plerumque et-
enim se Psalmos canere simulant, licet minime
videantur, memorantque Scripturarum verba. Sæ-
B penumero nobis legentibus, quæ nos legimus sta-
tim quasi echo repetunt ipsi: dormientes nos ad
preces excitant: quod frequenter illi agunt, ut
propemodum dormire non sinant. Aliquando spe-
cie monastici habitus assumta, quasi pii viri lo-
quuntur, ut habitus similitudine decipiant, at-
que deceptos demum quo voluerint trahant.
Verum audiendi non sunt, etsi ad orandum exci-
tent, etsi hortentur ut nihil prorsus comedamus,
etiam si accusare aut convitiari videantur, de qui-
bus conscii nobis sunt. Nnn enim pietatis aut ve-
ritatis studio hæc agunt; sed ut simpliciores ad de-
C sperationem deducant: inutilemque dicant asceti-
cam vitam, nauseamque hominibus adferant Mo-
nasticæ vitæ, tamquam onerosæ & molestissimæ:
& eam exercentibus impedimento sint.

26. Propheta itaque a Domino missus, miseros
illos pronuntiat his verbis: *Væ illi qui potum dat pro-* Habac. 2. 15.
ximo suo subversionem turbidam. Ejusmodi enim mo-
limina atque cogitationes, viam ferentem ad vitam
subvertunt. Dominus vero, quamquam vera dicerent
dæ-

VERSIO EVAGRII.

nes quoque incendiis sparguntur, & ex naribus ejus fumus egreditur, quasi fornacis æstuantis ardore carbo-
num: anima ejus ut pruna, flamma vero ex ore ejus glomeratur. Cum hujusmodi terroribus visus est princeps
dæmonum, inquit Antonius, & ingentia sæpe, ut dixi, promittens, impietatis suæ desurit lingua magni-
Ibid. 18. & seq. loqua: de qua Dominus triumphavit, ad Job dicens: *Arbitratur enim ferrum ut paleas, æramentum ut li-*
Exod. 15. 9. Esai. 10. 14. *gnum putridum, maria ut* (1) *crasa, tartarum profundi tamquam captivum æstimavit, abyssum ut deambula-*
torium: per Prophetam quoque increpat, dicens: *Persequens comprehendam & omnem orbem terrarum ma-*
nu mea ut nidum obtinebo, & ut ova derelicta auferam. Sic iniquus funereas evomens voces, be-
ne viventium aliquos frequenter illaqueat, sed nos nec ejus pollicitationibus credere, nec minas
Job. 40. 19. formidare debemus: fallit enim (2) semper, nihilque verum promittit. Nam si non mendacia
cuncta loqueretur, quomodo talia & tam infinita promittens, hamo Crucis ut draco aduncatus
Job. 40. 24. a Domino est, & capistro ligatus ut jumentum, & quasi mancipium fugitivum vinctus circulo,
& armilla labia perforatus, nullum omnino fidelium devorare permittitur? Nunc miserabilis, ut
Luc. 10. 19. passer ad ludum irretitus a Christo est; nunc comites suos quasi scorpiones & serpentes, calca-
neo Christianorum substratos gemit: ille qui universa maria a se deleta plaudebat: ille qui or-
bem terrarum manu sua teneri pollicebatur, ecce a vobis vincitur, ecce me adversum se prohi-
Hæc multum breviat Evagrius. bere non potest disputantem. Contemnenda est, filioli, penitus cum inanibus verbis superba (3)
jactatio: fulgor ille, quo lucere se simulat, non veri splendor est luminis; sed quibus arsurus
est indicat flammas: nam dicto citius recedens, suarum secum refert simulacra pœnarum.

25. Solent etiam cum modulatione (4) non apparentes psallere: proh nefas! ad hæc & impuro ore sa-
cra Scripturarum eloquia meditantur. Frequenter legentibus nobis, quasi Echo ad extrema verba respon-
dent: dormientes quoque excitant ad orandum, ut totius noctis somnum eripiant: (5) plerosque etiam
in Monachorum nobilium habitu coercent, & pristina, quibus conscii sunt, peccata imputant.
Sed spernendæ sunt eorum increpationes, & admonitiones jejunandi, vigiliarum quoque fraudu-
lenta suggestio: ob id enim familiares nobis species assumunt, ut affinitate virtutum nocentes,
facilius virus interserant & innocentes quosque per speciem honestatis elidant: impossibile postea
durumque hoc studium prædicant, ut dum onerosum esse videtur quod cœptum est, ex despe-
ratione tædium, & ex tædio succedat ignavia.

Habac. 2. 15. 26. Idcirco Propheta missus a Domino, luctuosa denuncians, sublimi voce dicebat: *Væ*
qui potat proximum suum subversione turbida. Hujusmodi enim exhortamenta, depravatoria
sunt

(1) Sic quidam mss. Bollandus, *ut terra*, alii mss. *ut aera*, quæ postrema non quadrant cum Græcis.
(2) Sic manuscripti. Bollandus vero, *frequenter*.
(3) Sic omnes manuscripti. Bollandus vero, *superba jactantia*.
(4) Ita omnes manuscripti, cum Græco. Bollandus, *nonnumquam apparentes*.
(5) Sic manuscripti quidam. Editi vero, *Plerosque etiam, dum se in Monachorum nobilium habitu transferunt, Monachos coercent*.

Luc. 4. 41. dæmones, (vere quippe dicebant: *Tu es Filius Dei*) A os tamen obturabat, ac silentium indicebat illis, nequando veritati malignitatem miscerent suam, utque nos assuesceret numquam illis adhibere animum, etsi vere dicere viderentur. Indecorum quippe esset, cum sanctas habeamus Scripturas, &, qua donati sumus a Salvatore, libertatem, a diabolo doceri, qui proprium non servavit ordinem, & ab alia in aliam sententiam mutatus est. Quare illum Scripturarum

Psal. 49.16. dicta loquentem prohibet, dicens: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, & assumis Testamentum meum per os tuum?* Nihil enim non agunt, effutiunt, tumultuantur, turbant, nulla B non simulatione utuntur, simpliciores ut decipiant. Strepitus edunt, effuse rident, sibilant: si nemo attendat, flent demum atque lamentantur quasi superati.

27. Dominus ergo utpote Deus, os dæmonibus obturabat: nos vero a Sanctis eruditos, par est imitari illos, & illorum æmulari fortitudinem. Namque

Psal. 38. 2. illi hæc cum cernerent, ajebant: *Cum consisteret peccator adversum me, obmutui & humiliatus sum &*

Psal. 37. 14. *silui a bonis:* & rursum: *Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens.* Nos itaque illos, utpote nobis alienos, ne audiamus, ne morem geramus C illis, quamvis ad orationem excitent, quamvis de jejuniis loquantur; sed potius exercitationis nostræ proposito adtendamus, nec ab illis decipiamur dolose omnia agentibus. Neque timendi sunt etiamsi invadere videantur, etiamsi minitentur mortem: imbecilli namque cum sint, comminari solum possunt & nihil præterea.

28. Hactenus brevi hac de re loquutus, fusius posthac dicere non pigeat: hæc enim vos monere ad tutelam conferet. Domino huc adveniente, cecidit inimicus, ejusque vires fractæ sunt. Quare nihil cum possit, velut tyrannus, collapsus licet, numquam quiescit, sed verbis saltem interminatur: quod vestrum cuique cogitandum est; & sic poterit dæmones contemnere. Quod si iisdem illi corporibus illigati essent quibus nos sumus, dicere sane possent: Latentes homines non invenimus, quos si inveniremus læderemus utique. Possemus item nos occultantes, occlusis januis latere illis. Sed cum secus se res habeat, nam clausis etiam januis ingredi possunt, in totoque aere versantur tam illi quam princeps eorum diabolus, suntque illi ad malum damnumque inferendum parati, &, ut ait Salvator, ab initio homi- Joan. 8. 44. cida est malitiæ pater diabolus; nosque jam vivimus, imo adversum illos vitam instituimus nostram; palam est illos nihil virium habere. Non enim locus, eorum insidiis obstat: neque nos sibi amicos cernunt, ut parcant nobis, nec æqui bonique amantes sunt, ut corrigant; imo potius maligni sunt, nihilque ita curant, ut virtutis pietatisque studiosos lædere. Ideo autem nihil faciunt quod nihil possint nisi comminari, nihil cunctaturi si possent, sed statim malum inferrent, quod promtam hac in re habeant volun-

VERSIO EVAGRII.

sunt itineris quod ducit ad cælum. Idcirco cum venisset Dominus ad terras, & vera de eo

Luc. 4. 41. dæmones inviti prædicarent, (vere enim dicebant: *Tu es Christus Filius Dei vivi*) vociferantium ora claudebat, qui vinctas hominum linguas solvebat, ne cum præconio veri perversitatis venena miscerent: & ut nos ejus exemplo, etiamsi profutura suaderent, in nullo his commodaremus assensum. Quia profecto non congruit nos post libertatem a Domino concessam & Scripturarum præcepta vitalia, a diabolo vivendi capere consilia, qui suum deserens ordinem, sacrum Christi temeravit imperium: propterea etiam Dominus eum de Scri-

Psal. 49.16. pturis loquentem jubebat tacere, quia *peccatori dicit Deus: Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Omnia dæmones simulant: colloquuntur sæpe cum fratribus, sæpe (1) cum turba inconditos excitant sonitus, manus apprehendunt, sibilant, insipienter cachinnant, ut vel in puncto peccati Christianum pectus introeant, cumque ab universis fuerint repulsi, ad extremum debilitatem suam lamentatione testantur.

27. Et Dominus quidem quasi Deus, & suæ conscius majestatis, obmutescere his imperabat: nos autem vestigiis sanctorum inhærentes, eandem gradiamur viam, qui me-

Psal. 38. 2. moratas subtilius fallacias pervidentes, canebant: *Cum consisteret adversum me peccator,*

Psal. 37. 14. *obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis:* & iterum: *Ego vero tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum, & factus sum ut homo non audiens.* Christus silentium, ut Dominus, imperavit, nos diabolo nihil credamus, & vincemus: si orare compellunt, si jejunia suadent, non ex eorum nos monitis, sed ex nostra consuetudine (2) dirigamus. Denique etiam si irruentes mortem nobis intentare videantur, ridendi potius sunt quam timendi: quia cum sint debiles, minantur cuncta, nec faciunt.

28. Equidem de istis jam transitorie me dixisse memini, tamen eadem nunc explicanda sunt latius, quia non mediocrem affert repetitio cautelam. Adveniente Domino destructus est inimicus, & omne penitus ejus robur elanguit. Propter quod pristinæ virtutis memor, quasi tyrannus jam senescens, cum ruisse se videat, in perniciem grassatur humanam, nec tamen potest firmum Deo pectus, cogitationum & ceterarum fraudum arte pervertere. Nam luce clarius est, quoniam adversarii nostri, cum nec humana carne sint septi, ut causari valeant idcirco nos a se non posse superari, quia clauso ostio introire non valeant: & revera si fuissent hoc fragili corpore colligati, obserato introitu, iisdem negaretur accessus: cum autem, ut diximus, hoc impedimento sint liberi, & obstructa penetrent, atque in omni licenter volitent aere; manifestum est, ob enervationem eorum permanere corpus Ecclesiæ illæsum. Denique satellites impii

Joan. 8. 44. cum principe suo diabolo, quem Salvator in Euangelio homicidam & patrem malitiæ ab initio fuisse firmat, nobis adversum se fortiter dimicantibus, nullo modo cessissent, si potestas eorum non fuisset ablata. Nam si mentior, cur nobis satanas parcis, qui ubique discurris? Cur qui nullo clauderis loco, adversum te bene viventium & disputantium non potes labefactare constantiam?

(1) Manuscripti quidam, *sæpe conturbant &*.
(2) Sic manuscripti omnes. Bollandus vero, *id agamus*.

luntatem, contra nos potissimum. Ecce jam congregati contra ipsos loquimur, noruntque se progressu nostro debilitari. Certe si potestatem haberent, neminem nostrum Christianorum vivere concederent: nam execratio peccatori est pietas erga Deum. *Eccli. 1.32.* Cum nihil possint autem, sese vulnerant, quod nihil minarum suarum exsequi valeant. Illud præterea cogitandum ut illos minime reformidemus: si potestas sibi esset, non cum tumultu, non cum phantasiis accederent, non mutata forma insidias pararent: sed satis foret accedere unum, qui quod posset atque vellet, conficeret: cum maxime quisquis potestatem habet, non cum vana apparens specie occidat, neque tumultu terrefaciat, sed protinus arbitratu suo propria utatur potestate. Sed dæmones nihil cum valeant, quasi in scena ludunt, immutata forma, terrentque pueros tumultibus atque larvis suis: unde sane quasi imbecilli contemnendi sunt. Verus certe Angelus contra Assyrios missus a Domino, *4. Reg. 19. 35.* non tumultibus, non externo apparatu, non strepitu, non plausu opus habuit; sed quiete potestate usus, centum octoginta quinque millia repente occidit. Qui autem nullis sunt viribus, ut dæmones isti, vanis saltem speciebus perterrere conantur.

29. *Job. 2.* Quod si Jobi historiam cogitans quis objecerit: Cur diabolus adversus istum egressus, omnia potuit, facultates ademit, liberos interfecit, ulcere illum pessimo percussit? Agnoscat ille, non eam fuisse diaboli vim, sed Dei, qui Jobum ipsi tentandum tradidit: nimirum quia nihil poterat, petiit, & accepta facultate idipsum egit. Atque hinc maxime contemnendus est inimicus, quod quamquam vellet, ne adversus unum quidem justum hominem quicquam virium habuit: si habuisset enim, nequaquam petiisset. Cum autem non semel sed bis petierit, imbecillus sane & impotens arguitur. Nec mirum si nihil contra Job potuit, cum ne jumentis quidem ejus, nisi concedente Deo, perniciem inferre potuerit: sed ne adversus porcos quidem aliquam vim habet: *Rogabant enim*, ut in Euangelio scriptum est, Dominum dicentes: *Sine nos in porcos abire*. Quod si ne adversus porcos *Matth. 8. 31.* quidem habent potestatem, multo minus in homines ad similitudinem Dei factos imperium obtinent.

30. Deum itaque solum timere convenit: hos vero despicere & nullo modo formidare. Sed quo magis illi hæc agunt, eo ardentius nos Asceticæ vitæ operam demus. Magnum quippe contra illos telum est, proba vita & fides in Deum. Timent sane illi Ascetarum jejunia, vigilias, orationes, mansuetudinem, tranquillitatem, pecuniæ & inanis gloriæ contemtum, humilitatem, pauperum amorem, eleemosynas, lenitatem, & præ ceteris, pietatem erga Christum. Quare nihil non agunt, ut nemo existat qui se conculcet. Norunt enim gratiam fidelibus adversum se datam a Salvatore qui ait: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.* *Luc. 10. 19.*

31. Si itaque se futura prædicere simulent, nemo attendat, sæpe enim aliquot ante diebus venturos fratres prænunciant, & veniunt illi revera. Hoc autem agunt, non aliqua se audientium ratione habita, sed *Qua ratione dæmones futura prænuntiant.*

quo

VERSIO EVAGRII.

Sed fortasse nos diligis, quos quotidie conaris obruere, aut credibile est te esse bonitatis magistrum, & favere magis optimis, quam nocere? Et quid tam carum tibi esse potest, quam lædere, maxime eos, qui tuis sceleribus viriliter repugnant, secundum quod scriptum est: quia abominatio est pietas peccatori? Quis tam fecundum ad malitiam possidet pectus? *Eccli. 1. 31.* quis tam meditatas implere conatur insidias? scimus te impurissimum cadaver: scimus quia idcirco vivimus Christiani, & contra te nobis est secura congressio, quia infirmatus es a Domino. Ideo de tuis confoderis jaculis, quia minitationem tuam non sequitur effectus: quod si fallimur, cur cum terrore simulata, cur magnitudine corporum nostram aggrederis fidem? Si voluntatem sequitur possibilitas, tantum tibi velle sufficiat: is enim potentiæ mos est, non extranea fallaciæ adjumenta conquirere, sed sua virtute implere quod cupiat. At nunc dum theatrali mutatione formarum, quasi rudem infantiam scenica niteris simulatione deludere, exhaustas vires manifestius probas. Numquidnam verus ille Angelus contra Assyrios missus a Domino, aut populorum eguit societate, aut sonitus quæsivit, aut plausus, & non potius tacitam exercens potestatem, *4. Reg. 19. 35.* centum octoginta quinque millia hostium, sermone velocius, juxta jubentis Domini prostravit imperium? vos ergo cum fragiles sitis viribus, perpetuus vos consequitur interitus.

29. At dicet aliquis: Cur diabolus egrediens, beati Job omnem in ruinam impulit domum? *Job. 2.* cur ejus opibus penitus dissipatis, parietum quoque fundamenta subvertens, unum numerosæ sobolis coacervavit sepulchrum? cur ipsum ad extremum diri vulneris novitate percussit? Qui hoc opponit, audiat e diverso: non diabolum potuisse hoc, sed Dominum, a quo potestas adversum nos dupliciter datur, vel ad gloriam, si probamur, vel ad pœnam, si delinquimus; quin potius ex hoc animadvertat, ne contra unum quidem hominem diabolum quidquam potuisse, si non potestatem accepisset a Domino, nullus enim, quod suæ ditionis est, ab alio deprecatur. Sed quid Job memoro, quem nec expetitum potuit vincere? sed nec contra jumenta quidem ejus, nec * contra sues in Euangelio, sine concessu Dei proprium robur exercuit, sicut scriptum est: *Dæmones autem rogabant eum, dicentes: si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.* Quomodo igitur, qui porcorum expetunt mortes, imaginem Dei hominem, & tam carum conditori animal, suo valebunt jure pervertere? ** Aliqui codices contra oves suas. Matth. 8. 31.*

30. Magna, dilectissimi, adversus dæmones arma sunt, vita sincera & intemerata ad Deum fides. Credite (1) experto: pertimescit satanas recte viventium vigilias, orationes, jejunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contemtum, humilitatem, misericordiam, iræ dominatum, & præcipue (2) purum erga Christum amorem, novit teterrimus coluber, ex præcepto Domini sub justorum se jacere vestigiis, qui ait: *Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.* *Luc. 10. 19.*

31. Si autem & divinationem se habere simulantes, venturos fratres nuntiaverint, & adfuerint quos venire prædixerant, nec sic fides est commodanda mendacibus: ob id enim præcessere venientes,

(1) Sic manuscripti. Bollandus vero, *credite mihi experto.*
(2) Ita omnes pene manuscripti. Bollandus vero, *& præcipue purum cor erga Christi amorem.*

quo suadeant illis ut fidem habeant sibi: atque demum eos suæ quasi potestatis factos perdant: unde ne attendatur ipsis, imo loquentes abjiciantur, quia nihil illis egemus. Quid mirum enim, si levioribus quam homines usi corporibus, cum viderint aliquos viam ingressos, cursu antevertant, atque renuntient? eo quippe modo eques peditem prævertere possit: quare

Dan. 13.42. hac in re non sunt admiratione digni. Nihil enim norunt quod nondum extet: soliusque Deus novit omnia antequam fiant. Illi vero si qua viderint, quasi fures concitato cursu referunt. Quam multis jam quæ inter nos geruntur, quod scilicet convenerimus, & mutuo loquamur adversum illos, renuntiant; antequam nostrum quispiam discedens hæc enarret! Quod sane quivis pernix puer præstare valet, atque cunctabundum prævertere. Quod autem dico sit intelligendum. Si quis ex Thebaide, aut ex quadam alia regione iter ingreditur, antequam proficiscatur, profecturusne sit ignorant: ambulantem cum vident præcurrunt, ejusque adventum prænuntiant: atque paucis inde diebus adventant illi. Contingit tamen plerumque ut profectis pedem referentibus ipsi mentiantur.

Nili incrementa ex pluviis Æthiopicis.

32. Eodem modo de fluvii aquis nonnumquam effutiunt: cum viderint enim multas fuisse pluvias in partibus Æthiopiæ, videntesque hinc futuram exundationem fluminis, priusquam aqua perveniat in Ægyptum, præcurrentes id annuntiant. Quod etiam homines narrare possent, si tantum cursu valerent,

2. Reg. 18. 24. quantum ipsi. Quod si Davidis speculator in editum conscendens locum, 'venientem hominem facilius vidit, quam qui infra steterat: & ille ipse qui præcucurrit, ante alios renuntiavit, non quidem ea quæ nondum contigissent, sed gesta quæ jamjam in via erant ut nuntiarentur; eodem prorsus modo illi, hunc ineunt aliis annuntiandi laborem, solum ut decipere possint: sed si interea providentia alia ratione disponat, ut facultas ipsi est, de aquis & de viatoribus, tum mentiti illi, & qui fidem habuere decepti sunt.

33. Ita exorta olim sunt Gentilium oracula, & ita illi olim a dæmonibus decepti sunt: sed fallacia invenit finem. Venit enim Dominus, qui dæmones cum vafritie illa sua de medio sustulit. Nihil quippe illi a seipsis norunt: sed quasi fures, quæ apud alios cernunt, hæc loquuntur: potiusque conjectare dicendi sunt, quam prævidere. Quare si quando vere dicant, ne tunc quidem quispiam admiretur. Etenim ipsi medici qui morborum periti sunt, cum in diversis eumdem viderint morbum, quadam consuetudine morbos persæpe futuros dicunt. Gubernatores item, atque agricolæ, ex assueto conspiciendi aeris usu, aut tempestatem aut serenitatem aeris prædicunt: nec quisquam dixerit eos divino quodam afflatu talia præfari, sed experimento & usu. Ne quis ergo miretur si forte dæmones aliquando hæc ipsa conjectura ducti loquantur: neve iis adhibeat animum. Quæ audientibus utilitas si ab illis aliquot ante diebus ediscant futura? aut quid curæ ea nosse, etiamsi vere sciri queant? nulla enim hinc virtutis accessio, nec omnino probitatis est hoc indicium. Nemo nostrum in judicium vocatur, quod ea non norit; nemo beatus censetur, quod didicerit, & noscat: sed hac de re quisque in judicium vocabitur, fidemne servaverit, an præcepta recte impleverit.

Unde exorta Gentilium oracula.

34. Qua-

VERSIO EVAGRII.

tes, ut credulitas sibi pararetur ex nuntio, & postea aditus ex credulitate fallaciæ. Verum in hoc nullum Christiano debet esse miraculum, cum non tantum, qui levitate naturæ per cuncta discurrunt, valeant prævenire gradientes; sed homines quoque equorum velocitate prævecti, nuntiant adfuturos. Non enim ea, quæ nondum fieri cœpta sunt, referunt, quia Deus solus conscius est futurorum: sed quorum conspiciunt in actu initium, eorum sibi tanquam fures apud ignaros vendicant notionem. Nam quantos nunc putatis, qui possint velocitate puerili istum cœtum nostrosque contra se sermones, ante relatum alicujus hic positi, longe manentibus indicare? Hoc quod dico vobis perspicuum fieri potest exemplis. Si quis a Thebaide aut alicujus regionis oppido cœperit proficisci & hunc (1) jam dæmones viderint in itinere ambulantem, pernicitate memorata possunt prædicere venientem.

32. Ita & de Nili inundatione solemni, cum multas in Æthiopia viderint pluvias, e quibus fluvius intumescens, ultra alveum effluere consuevit, præcurrentes ad Ægyptum, nuntiant amnis adventum: hoc autem & homines, si illis celeritatis esset tantæ natura, facile nuntiarent: ut enim speculator beati David ad verticem loci celsioris ascendens, prior

2. Reg. 18. 24. quam hi qui in terra erant, prospiciens venientes, non quædam incerta de futuris, sed de his qui venire cœperant, nuntiabat: sic & (2) aerii dæmones cura pervigili omnia considerantes, rapido cursu sibi invicem nuntiant: sed si forte contigerit, ut Dei nutu ad finem cœpta non veniant: hoc est si aut viator e media regrediatur via, aut suspensæ nubibus aquæ ad alium cæli cardinem deferantur, tunc decipientium una cum credentibus error aperitur.

33. Hæc gentilitatis fuere principia, his (3) præsagatorum dolis apud delubra dæmonum quondam credebantur oracula; quæ adventu Domini nostri Jesu Christi indicto sibi silentio, obmutuerunt, suosque perdidere captivos. Quis, rogo, aut medicum ex observatione morborum, cum animæ æstuantis (4) incendia de venarum pulsu, levi digitorum scrutatur attactu, divinam arbitratur habere notitiam? quis gubernatorem navigationis suæ viam inter cæli sidera requirentem majestatis honore veneratur? quis agricolam de aridis æstatis fervoribus, aut de hiemali aquarum largitate, vel frigore disputantem, non potius experientia laudat, quam Dei consecrat nomine? Verum, ut concedamus paulisper vera dæmones nuntiare, respondete mihi quis fructus est nosse venientia? numquid aut sciens hæc aliquando laudatus, aut punitus est nesciens? In hoc unusquisque sibi præparat, seu tormenta, seu gloriam, si vel negligat Scripturarum mandata, vel faciat. Nullus ob id nostrum hanc arripuit vitam, ut habeat præscientiam futurorum; sed ut præceptis Domini obediens, amicus esse incipiat de servo.

34. (1) Cu-

(1) Sic manuscripti omnes. Bollandus vero, *& hunc dæmones*.
(2) Ita manuscripti. Bollandus, *sic & dæmones*.
(3) Desmar. *præsagiorum*. Rosveid *præsagitorum*, alii cum Bolland. *præsagatorum*.
(4) Sic omnes pene manuscripti. Bollandus, *incendium*.

34. Quare non sunt hæc multi facienda: neque ideo subeunda ascetica vita, laboresque, ut futura prænoscamus, sed ut probitate vitæ Deo placeamus. Orandum item, non ut futura præsciamus: neque talis asceticæ vitæ postulanda merces est; sed rogandum ut nobis ad referendam de diabolo victoriam adjutor sit Dominus. Quod si nmnino nobis futura prospiciendi cura sit aliqua, mente simus pura. Persuasum quippe habeo, animam omnino puram, & quæ secundum naturam steterit, perspicacem fore, atque posse plura & remntiora videre quam diabolus, Domino ipsi revelante: qualis erat Elisæi mens,
[4. Reg. 5. 26.] [4. Reg. 6. 17.] quæ res a Giezi gestas conspexit, quæque vidit exercitum ex sua parte stantem.

35. Cum ergn noctu vos adibunt, volentque futura loqui, ac dicent: Sumus Angeli; ne fidem habeatis, mentiuntur quippe. Si asceticum vestrum laudent institutum, vosque beatns prædicaverint: ne audiatis eos, nec advertere quidem videamini: sed potius obsignate vos domumque, & precamini, videbitisque eos evanescere: timidi quippe sunt, &
[Signi Crucis usus atque virtus.] signum dominicæ Crucis admodum pertimescunt: illo quippe ipsos Salvator spoliatos palam traduxit. Sin institerint impudentius, exultantes, atque fnrmas larvasque commutantes: ne timete nec terreamini, neve ipsis tanquam bonis adhibete animum: bonorum enim malnrumque præsentiam internoscere in promptu est, divina scilicet npe. Sanctorum quippe
[Esai. 42. 2.] visio non perturbationem adfert. *Non contendet enim neque clamabit, neque audiet aliquis vocem ejus*: sed ita placide ita leoiter fit illud, ut gaudium, exultatin & lætitia hinc animæ exoriatur: cum illis quippe Dominus est, qui nostrum gaudium est, Deique Patris potentia: ejusque cogitatinnes imperturbatæ & tranquillæ remanent; ita ut illuminata ipsa, per seipsam eos qui apparent contempletur. Tum divinorum atque futurorum bonorum desiderium occupat ipsam, velletque prorsus iis adjungi, ut cum illis abiret. Quod si quidam, utpote homines, bonorum visinnem extimuerint: hi metum illis dilectione sua statim adimunt; ut Zachariæ Gabriel egit, & mulieri- [Luc. 1. 13.]
bus qui io divino sepulchro apparuit Angelus, & [Mat. 28. 5.]
qui pastoribus in Euangelio ait: *Ne timete*. Timor [Luc. 2. 10.]
enim eorum non ex animi metu, sed ex præsentis præstantinris naturæ cognitione nrtus est. Talis itaque est Sanctorum visio.

36. Malnrum vero incursus & phantasia, cum tumultu, strepitu, snno, & clamore obvenit: qualis exempli causa fuerit illiheralium adnlescentium vel latronum tumultus. [Discrimen malorum inter & proborum Angelorum visiones.] Unde exoritur animi pavor, turbatin & confusio cogitatinnum, tristitia, Ascetarum odium, incuria, mœror aoimi, cognatorum recordatin, formido mortis, ac demum concupiscentia malarum rerum, animus ad virtutem remissus, inordinati mores. Cum itaque quibusdam conspectis, timore corripiemini, si statim timor auferatur, & ejus loco mnx consequatur ineffabile gaudium, alacritas, fiducia, animi recreatin, cngitatinnum tranquillitas, & quæcumque alia superius dicta sunt, robur animi item & Dei amor, confidite & orate: gaudium enim & ille ani-

VERSIO EVAGRII.

34. (1) Curandum est ergo non præscire quæ veniant, sed implere quæ justa sunt; nec instituti boni hanc flagitare mercedem, cum magis debeamus victoriam cnntra diabolum ab auxiliatore Domino postulare; sed si forte aliquis hoc libenter assumit, ut futura cognoscat, habeat purum cor: quia credo animam Deo servientem, si in ea perseveraverit integritate
[4. Reg. 5. 26.] qua nata est, plus scire posse quam dæmones: talis erat anima Elizæi, quæ aliis incngnitas
[4. Reg. 6. 17.] virtutes videbat.

35. Nunc jam ceteras vobis dæmonum explicabo fallacias: solent nocte venientes, Angelos Dei se fingere, laudare studium, mirari perseverantiam, futura præmia polliceri: quos cum videritis, tam vos, quam domos vestras Crucis armate signaculo, & confestim dissnlventur in nihilum: quia metuunt illud trophæum in quo Salvatnr aereas exspolians potestates, eas fecit ostentui: solent etiam variis (2) saltatiooibus membra torquere, & nostris procaciter offerre se visibus, ut mentem pavnre, corpus horrore concutiant: sed & in hoc fides Deo tuta fugat eos quasi infirma ludibria. Nnn est autem difficilis bonorum spirituum malnrumque discretin, quæ sic Deo tribueote panditur. Sanctorum Angelorum amabilis & tranquillus aspectus est, quia (3) non contendent neque clamabunt, neque audiet aliquis vocem eorum: verum tacite
[Esai. 42. 2.] leniterque properantes, gaudium, exultationem, fiduciam pectoribus infundunt: siquidem cum illis est Dominus, qui est fnns & origo lætitiæ. Tunc mens nostra non turbida, sed lenis & placida, Angelorum luce radiatur: tunc anima cælestium præminrum aviditate flagrans, effracto, si posset, humani corporis domicilio, & membris exnnerata mortalibus, cum his quos videt, abire festinat ad cælum. Hnrum tanta benignitas est, ut si quis pro conditione fragilitatis hu-
[Luc. 1. 13.] manæ miro fuerit eorum fulgore perterritus, omnem continuo ex corde auferant metum. Ita
[Matth. 28. 5.] Gabriel cum Zachariæ loqueretur in Templo, & Angeli cum divinum Virginis partum pastnri-
[Luc. 2. 10.] bus nuntiarent, & qui Dominici cnrporis agebant excubias, securis videntium se mentibus ostendentes, ne metuerent, imperabant. Metus enim non tantum ex pavore animi, quantum ex magnarum rerum sæpe incutitur aspectu.

36. Pessimorum vero vultus truces, sonitus horridi, sordidi cogitatus, plausus motusque (4) indisciplinatorum adolescentum vel latronum: e quibus confestim timor animæ, sensibus tnrpor incutitur: odium Christianorum, Monachorum mœror & tædium, suorum recordatio, metus mnrtis, cupido nequitiæ, lassitudo virtutis, cordis hebetatio. Si igitur post timorem, (5)
[Joann. 8. 56.] horrori concepto successerit gaudium, & ad Deum fiducia atque ineffabilis caritas, venisse scia-
[Luc. 1. 41.] mus auxilium: quia securitas animæ, præsentis majestatis indicium est. Sic namque & Abraham Pa-

(1) Sic mss. fere omnes. Bollandus vero, *curandum est non præscire quæ veniunt*. Paulopost manuscripti, *nec instituti boni*. Bollandus, *nec institutionibus bonis*. Infra omnes manuscripti, *assumit*. Bollandus, *assumat*.
(2) Ita manuscripti. Bollandus vero, *simulationibus*.
(3) Ita omnes manuscripti. Bollandus autem, *non contendunt, neque clamant*.
(4) *Indisciplinatorum* deest in omnibus quos vidimus mss. sed legitur in editis & in Græco.
(5) Sic duo manuscripti. Alii, *horrore concepto*. Editi, *horrore conceptum*.

Joan. 8. 56. animæ ſtatus, præſentis ſanctitatem indicat. Sic Abra- Luc. 1. 41. ham Dominum videns exultavit: ſic Joannes edita e Deipara Maria voce exultavit gaudens. Quod ſi quibuſdam epparentibus, tumultus fiat, externus ſtrepitus, mundanus epparatus, metus mortis & quæ ſuperius dixi, ſcitote malorum eſſe adventum.

37. Et hoc item vobis indicio ſit. Si anima timida perſeveret, inimicorum eſt præſentia: nequaquam enim dæmones metum auferunt, ut præſtitit magnus Archangelus Gabriel Mariæ & Zachariæ, & qui in monumento apparuit, mulieribus; quin potius ſi reformidantes cernant, phantaſias edaugent, majorem ut incutiant tarrorem, atque adorti demum irrideant dicentes, Proſtrati adorata. Ita Gantiles deceperunt: ſic ab illis ſalſe dii habiti ſunt. Nos vero Dominus non ſivit a diabolo circumveniri, cum ſimilibus phantaſiis ſe aggredientem Matth. 4. 10. increpavit his verbis: *Vade retro me, Satana: ſcriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies*. Quapropter megis magiſque verſipellis iſte deſpiciatur a nobis. Quod enim illi hæc Dominus dixit, id noſtri cauſa factum eſt: ut has voces a nobis item eudientes dæmones evertantur, propter Dominum qui eos ipſis increpavit.

38. Neque porro decet ejiciendorum dæmonum virtute gloriari, neque de morborum curationibus extolli: nec eum qui dæmonie ejicit admirari, eum qui non ejicit deſpicere; ſed ſingulorum exercitationem quivis ediſcat, & vel imitetur æmuleturque, vel corrigat. Nam ſigna facere, non noſtrum, ſed Salvatoris opus A eſt: quare Diſcipulis eit: *Nolite gaudere quia Spiritus vobis ſubjiciuntur: gaudete autem, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis*. Luc. 10. 20. Nam quod nomina noſtra in cælis ſcripta ſint, virtutis vitæque noſtræ teſtimonium illud eſt: ajicere autem dæmonia, Salvatoris donum. Quamobrem iis qui non virtute, ſed ſignis gloriabantur, ajebantque: *Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Matth. 7. 22. reſpondit, *Amen dico vobis, neſcia vos*. Non enim novit Dominus vias impiorum. Orandumque prorſus eſt, uti ſupra dixi, ut accipiamus gratiam diſcernendorum ſpirituum; ut, quemadmodum ſcri- 1. Joan. 4. 1. B ptum eſt, non omni Spiritui credamus.

39. Equidem jam ſilere vallem, nec ulterius verba facere, hactenus dictis contentus; ſed ne putetis me temere iſta proferre, ſed credatis me expertum vera iſthæc enerrare; ideo, etſi quaſi inſipiens fiam, at cordis puritatem novit Dominus qui hæc eudit, meque non mei cauſa, ſed veſtræ caritatis & exhortationis gratia, quæ novi dænum molimina, hæc rurſum narrare. Quoties me beatum illi dixere; ego vero maledicebam illis in nomine Domini. Quoties prædixere axundaturum fluvium, quibus ego: Ecquid hoc ad vos? Acceſſerunt C aliquando cum minis, meque, quaſi milites omni armorum genere instructi, cinxere. Alio tempore equis feris & ſerpentibus implavere domum, tum ego pſallabam: *Hi in curribus, & hi in equis; nos autem* Pſalm. 19. 8. *in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur*: quibus illi precibus a Domino profligeti ſunt. Venerunt ali- Variæ dæmonum viſiones. quando in tenebris, quamdem luminis phantaſiam præferentes, ejebantque: Acceſſimus, Antoni, lucem præ- latu-

VERSIO EVAGRII.

Petriarcha videns Deum, gaviſus eſt: & Joannes cum Mariam ſupervaniſſe ſentiret, quæ in ſacro ventris hoſpitio univerſitatis geſtabat parentem, exultavit necdum natus in gaudium.

37. (1) Sin autem incuſſe formido permanſerit, hoſtis eſt qui videtur: quoniam nec refovere novit, ut Gebriel pavantem Virginem ne timeat, jubet: & ſicuti paſtores nuntio conſolati ſunt: quin imo pavorem duplicat, & uſque ad profundam impietatis ſoveem, ut ſibi homines proſternantur, impellit. Exinde miſera gentilitas, dominicæ interdictionis ignara, falſo dæmones Deos opinata eſt. Chriſtianorum eutem populos his fallaciis irretiri non paſſus eſt Dominus, qui diabolum in Eu- Matth. 4. 10. angelio audacter ſibi principatum omnium præſumentem repulit, dicens: *Vade retro, Satana, ſcriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies*. Horum verborum etiem nobis licentia eſt tributa: quia idcirco locutus eſt talia, ut ſimilitudo tentamentorum auctoris noſtri frangeretur eloquiis.

38. Illud quoque mei cariſſimi, admoneo, ut vitæ magis ſit vobis, quam ſignorum ſollicitudo: nullus ex vobis hæc faciens, ant ipſe ſuperbie intumeſcat, aut deſpiciat eos qui facere non poſſunt, converſationem magis ſcrutamini ſingulorum: (2) in hac & imitari vos quæ perfecta ſunt convenit & implere quæ deſunt. Nam ſigna facere non aſt noſtræ parvitatis, ſed Domini poteſtatis, qui ad diſcipulos gloriantes, in Euangelio ait: *Ne gaudeatis quia dæmones vobis ſubjecti* Luc. 10. 20. *ſunt, ſed quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis*. Nominum enim in libro vitæ conſcriptio, teſtimonium eſt virtutis & mariti: expulſio autem Satanæ, largitio Salvatoris eſt; unde his, qui Matth. 7. 22. non in vitæ laboribus, ſed in prodigiis exultabunt, dicentibus: *Nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Reſpondebit Dominus: *Amen dico vobis, non novi vos: diſcedite a me, operarii iniquitatis*. Non enim novit Dominus vias impiorum. Hoc ergo magnopere poſtulemus, ut donum ſpirituum diſcernendorum mereamur accipere: quo ſecundum ſententiam Scripturarum, omni ſpiritui non credamus.

1. Joan. 4. 1. 39. Volueram quidem jam finire ſermonem, & ſilantio premere quæcumque meæ acciderant parvitati: ſed ne putetia me fruſtra commemoraſſa quæ evenire non poſſint, idcirco (licet inſipiens fiam, tamen Dominus, qui ſecretæ mentis eſt inſpector, novit non me cauſa jactantiæ, ſed veſtri gratia profectus hoc facere) pauca replicabo de plurimis. Quoties me nimiia laudibus efferre conati ſunt, cum a me in nomine Domini maledicta reciperent? Quoties augmenta Nili (3) futura dixerunt, cum a me eudirent: Et hoc ad veſtram quid pertinet curam? quoties minitantes ut milites armati, ſcorpionibus, equis, beluis, & variis ſerpentibus cir- Pſal. 19. 8. cumdederunt me, & domum in qua eram repleverunt, cum ego e contra pſallerem: *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur*. Et ſtatim miſeri- cor-

(1) Sic manuſcripti omnes. Editi vero, *ſi autem*.
(2) Ita manuſcripti omnes. Bollandus, *in hac vita &*.
(3) Sic manuſcripti. Bollandus, vero, *Nili fluminis*.

laturi tibi: clausis ego oculis orabam, ac derepente A exstincta lux impiorum est. Paucis post mensibus, venere quasi psallentes, ac verba loquentes Scripturarum: *Ego autem tamquam surdus non audiebam*. (Psalm. 37. 14.) Fuit cum Monasterium quassarent: at ego mente immotus manendo precabar. Rursum post accessere cum strepitu, sibilo, & saltationibus; ut vero orare me, atque decumbentem apud meipsum psallere conspexerunt, coepere statim lamentari ac flere quasi se vires defecissent: ego vero gloriam Domino retuli, qui audaciam furoremque illorum retunderet, atque traduceret.

40. Aliquando mihi admodum excelsus dæmon cum phantasia visus, dicere ausus est: Ego sum virtus B Dei, &, Ego sum providentia; Quid tibi vis beneficii conferam? At ego tum magis in illum insufflavi, prolato Christi nomine, atque verberare conatus sum, ac reipsa verberasse visum mihi est: statimque ille tantus, cum omnibus suis dæmonibus, in nomine Christi evanuit. Venit aliquando me jejunante, Monachi speciem habens: panesque ut videbatur tenens, suadebat dicens: Comede, tantorumque laborum finem facito: nam homo tu quoque es, periculumque ne ægrotes. Intellecta ego illius vafritie, surrexi oraturus: quod ille non tulit, evanuit enim, ac per januam quasi fumus egredi visus est. Quoties auri speciem in deserto C objecit, ut vel solum tangerem atque respicerem: ego vero adversum psallebam, & contabescebat ille. (Rom. 8. 35.) Plerumque me plagis conciderunt, & ajebam: Nihil me separabit a caritate Christi: tumque illi sese mutuo cædebant. Nec eram ego qui illos compescerem atque arcerem; sed Dominus erat, qui ait: *Videbam Satanam quasi fulgur de cælo cadentem*. (Luc. 10. 18.) Ego vero, Filioli, memor Apostolici dicti hæc in me transtuli, ut (1. Cor. 4. 6.) ediscatis non animo deficere in Ascetica vita, neque diaboli ejusque dæmonum phantasias reformidare.

41. Et quia hæc narrando factus sum insipiens, istud quoque accipite, ut tuti & absque formidine degatis: mihique fidem habete, non mentior quippe. Quodam tempore pulsavit aliquis in Monasterio januam meam. Tum egressus vidi quemdam procerum ac prææltæ staturæ: Sciscitante me: Quis tu es? Ego sum, inquit, Satanas. Me rursum interrogante: Qua de causa hoc ades in loco? Respondit ille: Cur me falso accusant Monachi & omnes alii Christiani? Cur me horis singulis execrantur? Cui ego, Cur molestus illis es? Non ego, ait, sed illi ipsi sese conturbant: infirmus enim factus sum. An non legerunt: *Inimici defecerunt frameæ in finem, & civitates destruxisti?* (Psalm. 9. 7.) Nullus mihi superest locus, non telum, non civitas. Ubique locorum Christiani facti sunt, atque demum Monachis repleta est solitudo. Observent ipsi sese, nec me immerito exsecrentur. Tum ego Domini gratiam admiratus: Quamquam mendax semper es, dixi, & veritatem numquam dicis, hoc jam tamen licet invitus vere dixisti: Christus enim veniens te infirmum reddidit, atque dejectum denudavit. Audi-

VERSIO EVAGRII.

cordia Christi fugabantur. Quodam autem tempore cum ingenti luce venientes, dixerunt: Venimus, Antoni, nostrum tibi præbere fulgorem. Et ego clausis oculis, quia lucem diaboli dedignabar aspicere, orabam, & dicto citius impiorum lumen extinguebatur. Post menses autem paucos, (Psal. 37. 14.) cum coram me psallerent, & de scripturis sibimet sermocinarentur: *ego tamquam surdus non audiebam*. Commoverunt aliquando Monasterium meum: & ego mente immobili Dominum deprecabar. Sæpe strepitus, sæpe saltationes, sæpe sibilos ingesserunt: & me psallente, sonus eorum in voces flebiles vertebatur.

40. Creditisne, filioli, quod dicturus sum vobis? vidi aliquando diabolum excelsum corpore, qui se Dei virtutem & providentiam ausus est dicere, & ait ad me: Quid vis ut a me tibi donetur, Antoni? At ego (1) sputaculum maximum in os ejus ingeminans, totum me in eum Christi nomine armatus, ingessi: & statim ille procerus aspectu inter medias manus exolevit. Jejunanti etiam mihi visus est ut Monachus, & panes offerens, his sermonibus suadebat ut vescerer, & huic aliquid indulgerem corpusculo: (Rom. 8. 35.) Et tu, inquit, homo es, & humana fragilitate circumdaris; labor paululum conquiescat, ne ægritudo subrepat. Illico luridam faciem serpentis agnovi, & cum ad consueta Christi munimenta (Luc. 10. 18. 1. Cor. 4. 6.) confugerem, tamquam per fenestram fumus laberetur, evanuit. Auri quoque decipulam mihi in deserto frequenter tetendit: quod ideo offerebat, ut aut visu irretiret me, aut tactu commacularet. (2) Cum vapularem autem (nam sæpe me a dæmonibus non denego verberatum) canebam: Nullus me separabit a caritate Christi: ad cujus vocis auditum, in se invicem defurentes, non meo, sed Domini fugabantur imperio, qui ait: *Vidi satanam quasi fulgur cadentem de cælo*. Hæc ergo, filioli, Apostolici memor eloquii, in me transformavi, ut propositum vestrum nec dæmonum terror, nec aliqua lassitudo dissolveret.

41. Sed quoniam ob vestram utilitatem multa memorando, insipiens factus sum; & hujus rei vobis impertiri cupio notionem, quam veram esse nullus ambigat audientium: pulsavit aliquando dæmon Monasterii ostium: egrediens, video hominem enormi sublimitate, porrectum (3): (Psalm. 9. 7.) cum ab hoc, quinam esset, inquirerem, ait: Ego sum Satanas: & ego: Quid, inquam, hic quæris? respondit: Cur mihi frustra imputant Monachi? cur mihi omnes Christianorum populi maledicunt? & ego, Juste faciunt: tuis enim frequenter (4) molestamur insidiis. At ille ait: Nihil ego facio, sed ipsi se invicem turbant: nam ego miserabilis factus sum, rogo, non legistis: *Quia defecerunt inimici frameæ in finem, & civitates eorum destruxisti?* En nullum jam habeo locum, nullam possideo civitatem, jam mihi nulla sunt arma: per omnes nationes cunctasque provincias Christi personat nomen: solitudines (5) ipsæ Monachorum stipantur choris: ipsi se, quæso tueantur, & me sine causa non lacerent. Tunc ego Domini gratiam cum alacritate miratus, sic ad eum locutus sum: Non tuæ veritati, quæ nulla est, tam novam & tam inauditam adscribo sententiam. Nam cum fallaciæ caput sis, hoc sine mendacio coactus es confiteri. Vere enim Jesus tuas funditus subruit vires, & honore nudatus angelico, volutaris

(1) Quidam manuscripti, *sputa tunc maxima*. Alii, *sputa quam maxime*.
(2) Sic manuscripti pene omnes. Bolland. *commacularet: sæpe quoque me a dæmonibus*.
(3) Ita manuscripti omnes. Bolland. vero post *porrectum*, addit, *caput usque ad cælum*.
(4) Sic mss. omnes, Bollandus vero, *molestantur insidiis*. Mox omnes fere mss. *non legistis*. Bolland. *nonne legisti*.
(5) Sic omnes manuscripti. Bolland. vero, *solitudines quoque stipantur*. Infra omnes manuscripti, *Domini*. Editi autem, *Dei*. Mox quidam mss. *Non tuæ veritati recentem adscribo*.

Audito ille Salvatoris nomine, ardoremque ejusmodi non ferens, evanidus factus est.

42. Si igitur ipse diabolus se fatetur nihil posse, despiciendus sane a nobis est cum ille tum dæmones ejus. Inimicus ergo cum canibus suis, ejusmodi utitur dolis: nos autem gnari eorum infirmitatis, ipsos contemnere valemus. Quamobrem ne labamur mente, ne timendi causas animo versemus: neque comminiscamur nobis terrores, dicendo: Ne dæmon invadens prosternat me: ne sublatum projiciat, vel derepente irruens perterrefaciat. Talia prorsus ne cogitemus, neu mœrore quasi perituri afficiamur; sed fidamus magis & gaudeamus, utpote salutem consequuti: atque animo reputemus, nobiscum esse Dominum, qui dæmones profligavit atque compressit. Cogitemus item & mente semper volvamus, dum nobiscum Dominus est, nullo nos ab inimicis malo afficiendos esse, Cum advenient enim, quales nos repererint tales erga nos futuri sunt, atque phantasias suas cogitationibus quas in nobis deprehenderint accommodant: si perterritos & turbatos reperiant, illico quasi fures, locum absque custodia inventum, invadunt: tum quod nos ipsi cogitamus, id etiam cum augmento perpetrant. Nam si viderint nos reformidare, atque terreri, terroris illi accessionem præstant, phantasiis & comminationibus suis: ac demum iis in rebus castigatur misera anima; sin gaudentes in Domino reperiant, & de futuris cogitantes bonis, ac quæ Domini sunt animo versantes, & nobiscum reputantes omnia in manu Domini esse, nec quidquam valere dæmones in Christianum, nec minimam habere in quempiam potestatem, cum inquam, animam hujusmodi rebus munitam conspexerint, pudefacti recedunt, Ita Jobum munitum reperiens inimicus, ab illo recessit: Judam vero his nudatum deprehendens, captivum abduxit. Si igitur inimicum despicere velimus, quæ Domini sunt assidue cogitemus, sitque anima semper spe læta: tum dæmonum ludibria nobis instar fumi videbuntur, atque fugientes illos potius quam persequentes videbimus. Sunt namque, uti supra dixi, perquam timidi, quod semper expectent sibi paratum ignem.

Bonæ visionis & malæ discernendæ ratio.

43. Hocque sit vobis ad securitatem indicium: cum quædam aderit visio, ne statim pavore concidas, sed qualiscumque illa sit, fidens primum interroga: Quisnam tu es, & unde? Tum si Sanctorum sit visio, certiorem te facient, atque terrorem tuum in gaudium vertent; sin diabolica illa sit, statim debilitatur, perspecta animi firmitate: nam imperterriti animi signum est, vel sic interrogare, Quis tu es, & unde? Ita sciscitatus filius Nave certior factus est: nec latuit inimicus interroganti Danieli.

Josue 5. 13. Daniel. 10.

44. Hæc loquente Antonio delectabantur omnes: tum in aliis augebatur virtutis amor; aliorum segnities pellebatur; quorumdam prior cessabat opinio: omnibusque persuasum erat, contemnendas esse dæmonum insidias, mirantibus gratiam Antonio datam a Domino ad discretionem spirituum. Erant igitur in montibus Monasteria quasi tabernacula repleta divinis choris, psallentium, lectionis studiosorum, jejunantium, orantium, exultantium spe futurorum, laborantium ad eleemosynas erogandas, mutua caritate & concordia junctorum. Ac revera videre erat quasi aliquam segregatam

Monasteriorum Antonii status.

VERSIO EVAGRII.

lutaris in sordibus. Vix dum verba compleveram, & ille sublimis aspectu, Salvatoris nominatione (1) dejectus est.

42. Quæ ergo jam, o filioli, poterit residere cunctatio? quæ trepidatio manebit ulterius? quis nos eorum turbo poterit convellere? securæ sint animæ singulorum: non sibi fingat cogitatio vana discrimina: non aliquis timeat a diabolo sublatum ad præcipitia se posse deferri: pellatur omnis anxietas. Dominus enim, qui nostros prostravit inimicos, manens, ut promisit in nobis, a vanis nos Satanæ munivit incursibus. En ipse diabolus, qui hujusmodi cum suis satellitibus exercet astutias, nihil se posse contra Christianos fatetur. Jam curæ Christianorum & Monachorum sit, ne per eorum inertiam vires dæmonibus præbeantur. Nam quales nos & nostras repererint cogitationes, tales se nobis præstare consueverunt, & si quod in pectoribus malæ mentis & pavoris semen invenerint; quasi latrones, qui deserta obtinent loca, cœptos cumulant timores, & crudeliter imminentes, infelicem puniunt animam. (2) Sin autem alacres fuerimus in Domino, & futurorum bonorum cupido nos succenderit, si semper omnia manibus Dei committamus, nullus dæmonum ad expugnandum valebit accedere: magis enim, cum munita in Christo corda conspexerint, confusi revertentur. Ita & Job firmatum in Domino diabolus refugit, & infelicissimum Judam expoliatum fide, vinculis captivitatis innexuit. Una est ergo ratio vincendi inimicum, lætitia spiritualis, & animæ Dominum semper cogitantis jugis recordatio: quæ dæmonum ludos quasi fumum expellens, persequetur adversarios potius quam timebit. Non est enim nescius Satanas ignium futurorum, & æstuantis gehennæ copiosa novit incendia.

43. Sed ut mea jam claudatur oratio, illud (1) in fine commemoro: cum aliqua se vobis obtulerit visio, audacter requirite, quis sit ille, & unde venerit: ac sine mora, si Sanctorum fuerit revelatio, angelica consolatione timor vertetur in gaudium. Si vero diaboli fuerit oblata tentatio, fidelis animæ percunctationibus evanescet: quia maximum est securitatis indicium, interrogare quisnam est & unde: sic & Nave filius auxiliatorem suum interrogando cognovit, nec Danielem percontantem latere potuit inimicus.

Josue 5. 13. Daniel. 10.

44. Postquam Antonius dicendi finem fecit: lætantibus cunctis, in aliis virtutis cupido exardescebat, in aliis infirma resovebatur fides, ex aliorum mentibus falsæ opiniones pellebantur, ex aliorum sensibus inanium terrorum pellebatur (2) accessio: simulque universi, cum jam dæmonum insidias contemnerent, mirabantur in Antonio tantam gratiam spirituum discernendorum, quam Domino tribuente perceperat. Erant igitur in monte Monasteria tanquam tabernacula, plena divinis choris psallentium, legentium, orantium: tantumque jajunandi & vigiliarum ardorem cunctorum mentibus sermo ejus afflaverat, ut futuræ spei aviditate, ad charitatem mutuam & mi-

(1) Quidam manuscripti, *deletur est*.
(2) Ita omnes pene manuscripti. Editi vero, *si autem alacres*.
(1) Sic maxima pars manuscriptorum. Bolland. *in finem*.
(2) Ita duo manuscripti recte. Bolland. vero, *ascensio*.

tam regionem pietatis atque justitiæ. Nullus ibi qui injuria vel afficeret, vel afficeretur: nulla exactoris increpatin; sed multitudo Ascetarum: quorum unum nmnium erat virtutis studium; ut qui Monasteria vidisset talemque Mnnachorum constitutionem, exclamasset haud dubie: *Quam pulchre domus tuæ Jacob, & tabernacula tua Israel! ut nemora umbrosa, ut paradisus juxta fluvium, ut tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas.*

Num. 24. 5. 6.

Antonius secedit in Monasterium suum.

45. Ipse vero more solito secedens intra Monasterium suum, majore vitam asceticam studin adiit, ingemebatque quotidie cælestium memor mansionum, earumque desiderin captus, ac humanæ vitæ fragilitatem animn versans: cibum quippe aut somnum, aut ceteras corporis necessitates, nonnisi cum rubore capiebat, secum reputans animæ vim intelligendi. Sæpe comesturus cum aliis Mnnachis, spiritualis cibi recordatus, abnuebat, atque procul illis secedebat, ratus pudnri sibi esse si comedens ab aliis videretur: seorsum itaque comedebat nb corporis necessitatem: plerumque etiam cum fratribus: tum quod visus ab illis pudore afficeretur, tum quod fiduciam sumeret, ut illis utilem sermonem subministraret. Ajebatque totam curam animæ potius quam corpori adhibendam: dandum tamen corpori ob necessitatem paululum temporis; sed totum reliquum animæ impendendum, & ejus quærendam utilitatem, ut ne ipsa traheretur corporis voluptatibus, imo potius ab ea cnrpus in servitutem redigeretur: hanc enim ipsam esse Salvatoris sententiam: *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, neque corpori quid induamini: Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli: hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quoniam his omnibus indigetis. Ceterum quærite primum regnum ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.*

Luc. 12. 29. 30. 31.

Anno 310. Alexandriam petit martyrii cupidus.

46. Post hæc Ecclesiam excepit Maximini persequutio: Sanctosque Martyres Alexandriam adductos, relicto ille Monasterin sequutus est, ajens: Pergamus & nos, ut vel vocati congrediamur, vel præliantes spectemur. Et martyrii quidem desiderio flagrabat; sed cum nollet sese tradere, Confessoribus in metallis & in carceribus ministrabat. Magna quoque ipsi cura in judicii loco, vncatos concertantesque hnrtari ad animi alacritatem: martyriumque passuros excipere, atque comitari donec consummarentur. Judex itaque, viso tam illius, quam suorum intrepido bac in re animo, jussit neminem Monachorum in judicii loco interesse, vel in urbe prorsus versari. Tum aliis omnibus visum est illo die sese occultare: Antonio autem tantum jussio curæ fuit, ut loto ependyte,

VERSIO EVAGRII.

& misericordias indigentibus exhibendas jugi studin laborarent: qui infinitam regionem quamdam, & oppidum a mundana conversatinne sejunctum, plenum pietatis & justitiæ videbantur incolere. Quis tantum Monachorum agmen adspiciens, quis virilem illum concordiæ cœtum cernens, in quo nullus noens, nulla detractin susurronis, sed multitudo abstinentium & certamen officiorum erat, non in hanc statim erumperet vocem: *Quam bonæ domus tuæ Jacob, tabernacula tua Israel, tamquam nemora obumbrantia, tamquam paradisus super fluvios, tamquam tabernacula quæ fixa sunt a Domino, tamquam cedri circa aquas!*

Num. 24. 5. 6.

45. Dum hæc ita (1) gererentur, quibus in dies beatæ vitæ studium cresceret, Antonius mansionem in cælo positarum recordans; & præsentis vitæ despiciens inanitatem, quasi parva esseat quæcumque jam gesserat, separatus a fratribus instituebatur, cumque eum sive cibum sive somnum indulgere corpusculo, aut alias naturæ necessitates, cngeret bumana conditio, miro afficiebatur pudore, quod tantam animæ libertatem modici carnis termini coercerent: nam frequenter cum fratribus sedens, a cibo qui fuerat appositus, memnria escæ spiritualis abstrahebatur. Edebat tamen, utpote homo, sæpe solus, sæpe cum fratribus. Et cum bæc mira (ut prædixi) ageret, cum confusione (2) animi adhibendam magnopere diligentiam persuadebat, dicens, nec corpus esse penitus enecandum, (3) nec nimietate escæ satiandum, ne operatio contra voluntatem creatoris dissolveretur: & ob id omne studium animæ conferendum, ne vitiis superata corporeis ad æternas inferni tenebras truderetur; quinimo indultum sibi in carne imperium vindicans, domicilium suum, ut Apostnlus Paulus, ad tertium cælum sublevaret: afferebatque (4) hoc esse a Salvatore præceptum, in quo ait: *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, aut quid bibatis, nec corpori vestro quid vestiamini, quia bæc gentes quærunt: vester autem Pater novit quod indigetis his omnibus: quærite ergo primum regnum Dei & justitiam ejus, & bæc omnia (5) apponentur vobis.*

Luc. 12. 29. 30. 31.

46. His rebus ita transactis, cum persecutin impiissima Maximini, furore væsano vastaret Ecclesiam, sanctisque Martyribus Alexandriam perductis, relicto & ipse Monasterio secutus est futuras Christi victimas, dicens: Pergamus ad glorinsos fratrum triumphos, ut aut ipsi congrediamur, aut spectemus alios præliantes. Et amore quidem, jam martyr erat, sed cum tradere se ultro non (6) vellet, & ministraret Confessnribus in metallis vel in carceribus constitutis; magna cum libertate & cura ingredientes ad judicem exhortabatur, ne terrore impiorum subacti, Dominum negarent. Jamque sententia (7) coronatos exultans, quasi ipse vicisset, usque ad locum felicis sanguinis prosequebatur. Quamobrem motus Judex (8) Antonii sociorumque ejus constantia, præcepit nullum penitus Monachorum aut observare judicium, aut in civitate versari. Et ceteris quidem omnibus in illa die placuit abscondi; Anto-

(1) Sic mss. Bolland. vero, *geruntur*.
(2) Ita plerique omnes mss. Bolland. vero, *cum confusione animæ*. Mox in multis editis habetur *corpori*, post, *magnopere*, sed non legitur in mss.
(3) Hæc: *nec nimietate escæ satiandum*, in solo habentur Gemmet. 2. unde sumsimus, ut integra fiat sententia.
(4) Sic mss. In Bolland. vero, *esse*, deest. Intra pene omnes mss. *nec corpori vestro induamini*. Bolland. *nec corpori quid vestiamini*.
(5) Ita omnes fere mss. Bolland. vero, *adjicientur*. Mox mss. *ita* post, *rebus*, Bolland. non habet. Mox aliqui legunt *Maximiani*.
(6) Ita omnes pene mss. Bolland. *valeret & sociari Confessoribus*.
(7) Sic mss. quidam. Bolland. *Coronatos*.
(8) Ita omnes mss. Bolland. vero, *ob Antonii, sociorumque ejus constantiam*.

dyte, insequente die in edito loco conspicuus staret, atque Præfecto sese nitidus exhiberet. Omnibus rem mirantibus, ipsoque judice id perspiciente, & cum militum suorum turma prætereunte, stetit ille intrepidus, ut nostram Christianorum ostenderet animi alacritatem: nam, uti superius dixi, martyrii desiderio flagrabat. Itaque mœrenti similis erat, quod martyrium assequi non posset: Dominus autem virum conservabat ad nostram cæterorumque utilitatem; ut Asceticæ vitæ, quam ex Scripturis ipse didicerat, permultis magister foret. Enimvero multi perspecto ejus vitæ instituto imitari illum studuere. Confessoribus itaque rursum de more ministrabat, & quasi vinctus cum illis fuisset, assiduum illis officiorum suorum impendebat laborem.

47. Postquam autem cessavit persequutio, beatæque memoriæ Episcopus Petrus martyrio affectus est, profectus est Antonius, atque iterum secessit in Monasterium, ubi conscientiæ suæ studio quotidie martyr erat, atque fidei certaminibus dimicabat. Asceticam enim vitam ferventius iniit; jejunabat quippe quotidie, vestimento usus interno quidem cilicino, externo vero pelliceo, quod ad usque mortem servavit: neque corpus ad deponendas sordes aqua lavit, neque pedes unquam abluit, vel solum in aquam nisi postulante necessitate demersit: nec unquam exutum illum conspexit quispiam, vel nudatum corpus Antonii; nisi cum post mortem suam sepultus est.

Aspera vitæ ratio Antonii.

48. Cum secederet igitur, secumque statuisset, aliquamdiu nec isthinc egredi, nec apud se quempiam admittere, Martinianus quidam militum præpositus accedens molestiam Antonio creavit, filiam quippe secum habebat a dæmone vexatam: ut autem diu januam pulsando perseverabat, rogabatque ut egrederetur, Deumque rogaret pro filia sua; ille januam quidem non aperuit, prospiciens vero desuper ait: Quid tu ad me clamas? homo sum sicut tu? quod si Christo credis cui ego servio, vade, & secundum fidem tuam ora Deum, & optatum assequere. Credidit ille statim, & invocato Christi nomine abiit, filiam reducens a dæmone liberatam. Multa item alia ejus opera fecit Dominus qui ait: *Petite & dabitur vobis*. Plurimi namque eorum qui patiebantur, cum non aperiret ipse januam, extra Monasterium dormiebant, atque cum sincera fide orantes, mundabantur.

Puellam a dæmone liberat.

Luc. 11. 9.

49. Ut vidit autem a multis sibi molestiam creari, nec sibi licere pro arbitrio secedere: veritus ne ex signis quæ per se Dominus faciebat, aut ipse extolleretur, aut alius quispiam de ipso plus quam res ipsa ferret existimaret, re secum deliberata, profectus est ut se conferret in superiorem Thebaidem, ad homines quibus esset ignotus. Acceptisque panibus a fratribus ad oram fluminis sedebat, ut observaret num qua pertransiret navicula, ut ea conscensa cum vectoribus ascenderet. Hæc illo cogitante, vox quædam desuper ad illum facta est: Antoni, quo tendis? quave de causa? Ille nihil turbatus, utpote solitus sic sæpe compellari, respondit:

Ad montem interioris solitudinis se confert.

VERSIO EVAGRII.

Antonius autem impavidus, neglecto persecutoris imperio, lavit ependyten suum. Et alia die stans in quodam eminenti loco, candenti præcinctus veste, procedentem Judicem suo provocabat adspectu, flagrans cupiditate martyrii: ostendebatque nobis, contemptorem pœnarum & mortis, in Christianis, animum perseverare debere, in tantum, ut contristaretur; quia volenti pati pro (1) nomine Christi, martyrium non dabatur. Sed Dominus qui suo gregi parabat magistrum, servavit Antonium, ut institutum (sicuti factum est) Monachorum non solum oratione ejus, sed & conspectibus firmaretur, nunquam tamen a Sanctorum Confessorum vestigiis separatus est, quin anxia circa eos cura & charitatis vinculis colligatus, magis carcerem patiebatur exclusus.

47. Postquam autem persecutionis turbo defluxerat, & B. Episcopo Petro jam ob martyrii gloriam coronato, ad pristinum Monasterium regressus, quotidianum fidei ac conscientiæ martyrium merebatur, acrioribus se jejuniis vigiliisque conficiens: vestimento cilicino intrinsecus, desuper pelliceo utebatur, nunquam corpus lavans, nunquam pedibus sordes abluens, nisi cum (2) per aquam transire necessitas compulisset: nullus denique Antonii corpus nudum, antequam moreretur, unquam vidit.

48. Quodam autem tempore, cum ab omnium se amovisset oculis, & clauso Monasterio neminem omnino susciperet, Martinianus militum præpositus, cujus filia immundi spiritus infestationibus quatiebatur, pulsans ostium obsecrabat, ut suo pignori subveniret, & exiens, Deum pro filia precaretur. Tum ille aperire quidem minime voluit: prospiciens vero desuper ait: O homo, quid meum poscis auxilium? mortalis & ego sum, & tuæ socius fragilitatis: si autem credis in Christum, cui deservio, vade, & secundum fidem tuam ora Deum, & sanabitur filia tua. Confestim ille credens abiit, & invocato Jesu, filiam reduxit incolumem. Multa & alia mirabilia per illum Dominus operatus est & merito: qui enim promisit in Euangelio, *Petite, & dabitur vobis*: invento (3) qui mereretur accipere, suam potentiam non negavit: nam plures vexatorum ante Monasterium ejus, clauso introitu, dormientes, fidelibus per eum ad Christum precibus purgabantur.

Luc. 11. 9.

49. Hæc illi multitudo venientium, desideratam solitudinem auferens, tædio fuit. Metuens itaque ne signorum copiosa concessio aut suos animos extolleret, aut alios plus de se, quam videbant in ipso, cogeret æstimare, ad superiorem Thebaidem pergere cogitavit, ubi nullus eum agnosceret. Et a fratribus acceptis panibus, sedebat super fluminis ripam, transitum navis observans. Illo talia cogitante, vox ad eum desuper facta est, dicens: Antoni, quo pergis, & quare? At ille intrepide, quasi consuetam vocem loquentis agnosceret, respondit: quoniam non sinunt me quiescere populi, idcirco ad superiorem Thebaidem ire optimum duxi; præcipue, quia ea exigor, quæ vir-

(1) Ita mss. pene omnes. Bolland. vero, *pro Dei nomine*.
(2) Sic mss. Bolland. vero, *per aquas*.
(3) Sic manuscripti. Bolland. vero, *qui ejus gratiam mereretur accipere*. Infra manuscript. *purgabantur*. Bolland. *curabantur*.

dit: Quia turbæ non ſinunt me quieſcere, ideo me in ſuperiorem Thabaidem conferre decrevi, ad vitandas frequentes illas perturbationes, maximeque quod ea a me poſtulent quæ meam ſuperent virtutem. Tum vox ad illum: Sive in Thebaidem aſcendas, ſive, ut cogitas, ad armenta boum te conſeras; duplo majorem ſuſtinebis laborem. Quod ſi omnino quieſcere deſideras, vade nunc in interiorem ſolitudinem. Percontante Antonio: Quis ignotam mihi viam oſtenſurus eſt? ſtatim illi Saracenos indicavit, eam ipſam viam ingreſſuros. Acceſſit igitur ad illos Antonius, rogavitque ut ſe in ſolitudinem una proficiſci paterentur. Illi tanquam ex providentiæ juſſu, libenter virum recepere: confectoque cum illis trium dierum triumque noctium itinere, ad montem pervenit admodum excelſum, ad cujus radicem aqua erat limpidiſſima, dulcis, valdeque frigida, & planities extra montem, paucæque palmæ incultæ.

50. Antonius itaque quaſi divinitus permotus, locum illum dilexit; is enim ipſe erat quem indicarat qui eum ad oram fluminis alloquutus fuerat. Initio igitur acceptis panibus a viæ ſociis, ſolus in monte remanſit, nullo admiſſo ſodali: locum enim deinceps illum, pro ſua agnovit domo. Saraceni autem ipſi conſpecta Antonii alacritate, de induſtria per eam pertranſibant viam, & cum gaudio panes ad ipſum deferebant: aliquid item ſolatii licet modicum dabant iſtæ palmæ. Poſt hæc, ubi locum Fratres edidicere, velut filii, patris memores, ipſi tranſmittendum panem curarunt: ſed cum videret Antonius adferendi panis cauſa gravari quoſdam, & laborem perferre; ut Monachos illo levaret, re ſecum

A deliberata, quoſdam ſe adeuntes rogavit ut deferrent ſibi ligonem atque ſecurem, parumque frumenti. Quibus allatis, peragrata quæ circa montem erat terra, minimum ſpatii repertum ſatui aptum, coluit: & cum irrigationi largiter aqua ſuppeteret, ſemina jecit. Quod cum quotannis præſtaret, habuit inde panem; lætus, quod nulli ea de cauſa moleſtus deinde foret, & quod nemini omnino oneri eſſet. Sed cum deinceps adverteret quoſdam ad ſe venire, pauca ſevit olera, ut ſi quis adventaret, tam gravi itinere defatigatus paululum hinc recreationis perciperet. Ac initio quidem feræ ſolitudinis, potus cauſa iſthuc accedentes, ejus ſatui & cul-

B turæ ſæpius nocebant; is una placide apprehenſa, omnibus ait: Quid me læditis, nihil a me læſæ? Abite, & in nomine Domini ne unquam huc appropinquate. Et ex eo tempore quaſi mandatum veritæ, numquam ad eum locum acceſſere.

51. Solus itaque ipſe in interiore monte degebat, precibus & Aſceticæ vitæ dans operam. Fratres vero qui ad eum accedebant, rogabant ut ſingulis menſibus liceret ſibi olivas, legumina & oleum ad ipſum deferre: nam ſenex jam erat. Eo itaque in loco degens, *Epheſ. 6. 12.*
quantas ſuſtinuerit pugnas, uti ſcriptum eſt, non ad-

C verſus carnem & ſanguinem, ſed contra adverſarios dæmones, ex iis qui illum adibant didicimus. Illic *Pugna adverſus dæmones.* enim tumultus audiebant, voces multas, armorumque ſtrepitus: noctuque montem videbant feris plenum: ſpectabantque ipſum tanquam contra viſibiles pugnantem, & adverſum illos orantem. Seque adeuntibus ipſe fiduciam dabat: pugnabat autem flexis genibus & Dominum precabatur. Eratque pror-

VERSIO EVAGRII.

virtutem meæ puſillanimitatis excedunt. Et vox ad illum ait: Si ad Thebaidem vadas, & ad paſtoralia (ut cogitas) pergas, majorem ac duplicem ſuſtinebis laborem: ſi autem vere quieſcere cupis, vade nunc ad interius deſertum. Cumque Antonius diceret, Quis mihi locum avium poterit oſtendere, ignarus enim ſum, locorum: confeſtim ei is qui loquebatur, Saracenos indicavit, qui mercandi gratia ad Ægyptum venire conſueverant. His appropinquans Antonius, rogavit ut ſe pariter abducerent in deſertum: nullus obniſus eſt, ſed tanquam a Deo miſſum comitem ſuſcipientes, amplexi ſunt ejus ſocietatem. Tribus autem diebus & noctibus itinere confecto, invenit montem valde excelſum, ad cujus radices fons aquæ dulcis labebatur, & campus haud magnus totum ambiens montem, qui palmis perpaucis, & his neglectis, conſitus erat.

50. Hunc Antonius locum, quaſi a Deo ſibi offerretur, amplexus eſt. Is enim erat, quem ſibi ad fluminis ripam ſedenti, qui loquebatur oſtenderat. Et primo quidem accipiens a comitibus panes, ſolus remanſit in monte, nullo alio cum eo converſante: quaſi propriam enim domum agnoſcens, habebat locum illum. Saraceni quoque videntes ejus fiduciam, optato per eum tranſitu, panes eidem cum lætitia deferebant: nec non palmarum, licet mediocri, attamen aliquanto ſolatio refovebatur. Exinde cum fratres agnito loco, tamquam ad patrem filii, ſolicite alimenta tranſmitterent: videns Antonius, quod ob ſuum refrigerium multis oneroſus labor indiceretur, & parcens etiam in hoc Monachis, rogavit unum de advenientibus, ut ſarculum ſibi bis acutum cum frumento deferret. Quibus allatis circumiens montem, haud grandem culturæ aptum reperit locum, ad quem derivata aqua deſuper poterat influere; ibique ſeminavit: atque exinde annuum ſibi panem laborans, gaudebat quod ſine cujuſquam moleſtia ex propriis manibus viveret in deſerto. Sed cum rurſus etiam illuc quidam venire cœpiſſent, miſertus eſt laſſitudini eorum, & olus in parvo terræ ceſpite coluit, ut poſt aſperum iter, aliquo venientes ſolatio refoverentur. Hoc Fratrum refrigerium & parvulam meſſem, beſtiæ propter aquas illuc convenientes depaſtæ ſunt: e quibus unam apprehendens dixit omnibus: Cur me læditis, nihil a me læſæ? abite, & in nomine Domini ne huc appropietis ulterius. Quis credat, poſt hanc denuntiationem quaſi timentes, numquam illuc beſtias appropinquaſſe.

51. Sic Antonio impenetrabilia montium & deſerti interiora captanti, orationibus etiam dedito, introeuntes Fratres magnis vix precibus extorſerunt, ut olivas & legumen & oleum, quod poſt menſes aliquot miniſtrabant, dignaretur accipere, & ſenili modicum laxaret ætati. Proh quantas ibi converſans expertus eſt luctas! Vere, ſecundum quod ſcriptum eſt, non illi adver-
Epheſ. 6. 12. ſus carnem & ſanguinem fuiſſe colluctationem, ſed adverſus principatus & poteſtates, ab his qui ad eum ingrediebantur, agnovimus. Illi enim tumultus & voces populi, armorumque ſonitus, prorſus plenum montem dæmonum multitudine ſe vidiſſe referebant. Ipſum etiam quaſi contra inimicos palam reſiſtentem & fortiter colluctantem. Qui tamen & advenientes ſuo refovebat

prorsus mira res, hominem solum in ejusmodi deserto, nec invadentes dæmones reformidare, neque tantam ferarum, quadrupedum, reptiliumque, quanta illic aderat, multitudinem feritatemque pertimescere. *Psal. 124. 1.* Sed revera, ut scriptum est, confidebat in Domino sicut mons Sion, tranquillo semper & imperturbato animo, ita ut ipsi dæmones potius aufugerent, immanesque feræ, ut scriptum est, pacem cum illo haberent. *Job. 5. 23.*

Psal. 34. 16. 52. Et diabolus quidem, ut canit David, observabat Antonium, & stridebat dentibus in eum; Antonius vero a Salvatore consolationem accipiebat, nullo ex calliditate & dolosa vafritie illius accepto detrimento. Ipsi itaque noctu vigilanti immisit diabolus feras, ac prope omnes quæ in illa eremo erant hyenæ, ex latibulis egressæ, medium ipsum circumdedere, singulis hianti ore morsum minitantibus. Animadversa ille inimici techna, ait illis omnibus: Si accepistis adversum me potestatem, paratus sum vorari a vobis; sin estis a dæmonibus submissæ, ne moremini, sed abscedite: Christi enim servus sum. Hæc Antonio dicente, aufugere illæ, quasi verbi flagello pulsæ.

53. Post paucos hinc dies, dum operaretur, (laborandi quippe cura ipsi erat) aliquis januæ se sistens, funiculum operis trahebat: sportas enim ille nectebat, quas se adeuntibus daret pro iis quæ sibi deferebant. A Surgens vero bestiam vidit femorum tenus forma humana, crura vero pedesque habens asinis similes. Tum Antonius sese solum signo Crucis munivit; aitque: Christi servus sum: si adversum me missus es, ecce adsum. Bestia autem cum dæmonibus suis tam propere fugit, ut præ celeritate caderet & moreretur. Bestiæ autem interitus dæmonum lapsus erat. Nihil certe illi non tentarunt ut ex eremo illum abducerent, quod efficere nequiverunt.

54. Rogatus aliquando a Monachis, ut descenB deret ad ipsos, & aliquantum temporis se suaque loca visitaret; iter cum illis ingressus est, camelo panes & aquam gestante. Nam tota ista solitudo arida est, nullaque isthic est aqua potui apta, præterquam in illo monte in quo ejus erat Monasterium, unde hauserant illi aquam. Deficiente igitur aqua in itinere, cum calor nimius esset, periculum erat omnibus. Loca enim obeuntes, nec inventa aqua, neque progredi ultra poterant, sed humi jacebant, animumque despondentes, camelum siverunt quoquo vellet abire. Senex videns periclitari omnes, admodum mœstus atque ingemiscens, *Aquam divinitus impetrat.* C parumque ab illis digressus, flexis genibus extensisque manibus orabat, statimque effecit Dominus, ut quo loco ipse orabat, aqua scaturiret. Tum bibentes omnes sese recrearunt, impletisque utribus,

VERSIO EVAGRII.

vebat hortatu, & flexis genibus, armis quoque orationum omnem Satanæ prosternebat exercitum. Admiratione plane dignum est, in tam immani solitudine, unum hominem nec dæmonum quotidianas expavisse congressiones, nec tantarum bestiarum, quadrupedum sive serpentium *Psal. 124. 1.* diversæ cessisse feritati. (1) Juste David cecinit: Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion. Immobilem & tranquillam retinens animi firmitatem, & dæmones fugabat, & feras, sicut scri- *Job. 5. 23.* ptum est, secum pacificabat.

Psal. 54. 52. Sed & diabolus, ut supra dictus Propheta ait, observans eum, frendebat dentibus suis: & ille Salvatoris auxilio, ab universis tutus perseverabat insidiis. Quadam ergo nocte cum pervigil Aotonius obsecraret Dominum, tantos io Monasterium ejus bestiarum greges coacervavit, ut omnes eremi belluas circum se adspiceret. Quæ cum rictu oris morsum corpori minitarentur, intellexit hostis astutias, dixitque: si a Domino in me vobis est tributa licentia, devorare concessum: si autem dæmonum huc venistis impulsu, quantocius abite, quia Christi famulus sum. Ita factum est, & cum jubentis voce omnis bestiarum multitudo, quasi majestatis verbere cæderetur, aufugit.

53. Non multi post hæc fluxerunt dies, & alia oritur cum eodem hoste certatio. Operante illo, (nam semper, ut venientibus pro his, quæ sibi detulerant, aliquod munusculum rependeret, laborabat) traxit quidam sportellæ, quam texebat, (2) tricinum sive funiculum, ad cujus motum exurgens, vidit bestiam pube tenus humanam faciem præferentem, quæ exinde in asinum finiebatur. Post cujus adspectum, vexillum Crucis in fronte sua pingens, hoc tantum ait: Christi servus sum, si ad me missa es, non fugio. Nullum in medio spatium, & statim informe prodigium dicto ocyus cum satellitum turba fugit, & in medio cursu ruens extinctum est. Ista autem explosi mors atque (3) enecatio prodigii, dæmonum erat communis interitus: qui omni studio laborantes, Antonium a deserto deducere non valuerunt. Mirandis plus miranda succedunt.

54. Non grande post ista tempus excesserat, & tantarum victoriarum homo Fratrum precibus vincitur; a Monachis enim rogatus, ut eos dignaretur invisere, una cum his profectus est, impositis camelo aqua & panibus: quia nusquam præter Monasterii locum ex quo hauserant, potabilis aqua per arentem viam reperiebatur. Verum in medio itinere bibendi subsidia defecerunt: ardor nimius, æstus intolerabilis, mortem cuncta minitantur. Circumeunt, & quærunt saltem collectam ex pluviis lacunam: nihil prorsus remedii, nihil occurrit penitus ad salutem. Camelus quasi periturus (4) & ipse dimittitur, æstuans pectus exuritur, sitis desperatione fervescit. Movit senem Fratrum secum commune discrimen, & vehementissime contristatus ingemuit. Dehinc ad solita precum auxilia confugiens, paululum ab eis secessit: ibique genibus fixis, supplices manus tetendit ad Dominum. Nec mora; & ad primas rogantis lacrymas, in orationis loco fons ebulliens erupit, ibique extincta sitis, & arentia membra refecta sunt, & plenis utribus inventum (5) potant camelum. Ita enim casu evenerat, ut camelus errans

(1) a Desm. *feritati juxta quod David cecinit: Qui confidunt.* Editi & alii *feritati, juste David cecinit: Qui confidunt.* Gemmet. vero 1. quem sequimur, *feritati, qui confidunt.* Quæ lectio Græcis accinit. Mox post *Sion*, Editi *non commovebitur in æternum*, quæ desunt in mss.

(2) Alii manuscripti, *trichiam*, alii *triciam*, alii, *triceam* habent.

(3) Sic major pars manusc. Editi cum aliis, *enecati*.

(4) Sic mss. Editi vero, *Et ipse æstuans dimittitur, æstuantis pectus exuritur & sitis, &c.*

(5) Quidam manuscripti, *potant camelum: Accidit enim ut fune circa lapidem obvoluto teneretur.* Multo brevius.

bus, camelum perquirebant, atque invenere: con- A tigit enim ut funiculus lapidi circumvolutus eum detineret. Illo potatum adducto, atque impositis utribus, perrexerunt incolumes. Ut autem ad exteriora venit Monasteria, quasi Patrem suum vidissent, omnes amplexati sunt. Ipse vero ceu viaticum ex monte detulisset, verbis suis illos quasi xeniis donabat, utiliaque impertiebat. Gaudiumque denuo in montibus erat, studium profectus, atque consolatio, ob fidem quam in se mutuo conspiciebant. Lætabatur ipse quoque conspecta Monachorum alacritate, Sororemque videns in virginitate consenuisse., aliarumque virginum esse præposi- B tam.

Antonii monita.

55. Elapsis quibusdam diebus, in montem remigravit: ac demum multi ad eum accessere, ausique sunt alii infirmitatibus afflicti illum adire. Omnibus ergo se convenientibus Monachis, hoc frequenter mandatum tradebat. ut in Dominum crederent, ipsum diligerent, custodirentque se ab obscœnis cogitationibus sordidisque voluptatibus: &, ut in Proverbiis scriptum est, (Prov. 24. 15.) ventris saturitate ne deciperentur: inanem fugerent gloriam, frequenter orarent, psallerent ante & post somnum, mandata Scripturarum mente revolverent, atque memores essent rerum a sanctis viris gesta- C rum, ut anima ex divinis præceptis admonita, sese ad illorum zelum conformaret. Suadebat in primis Apostoli dictum frequenter meditari: (Ephes. 4. 26.) *Sol non occidat super iracundiam vestram*: idque de omnibus præceptis una dictum arbitrari, nec super iracundiam solum, sed nec super aliud quodvis peccatum nostrum, sol occidat. Par quippe est & omnino e re nostra, nec solem ob diurnam malitiam, nec lunam ob nocturnum peccatum, vel malam cogitationem, nos condemnare. Ut igitur in tuto sit probitas nostra, operæ pretium fuerit dictum Apostoli auscultare atque custodire: ait enim: *Vos ipsos dijudicate, & vos ipsos probate*. (2. Cor. 13. 5.) Quotidie itaque de diurnis nocturnisque actibus rationem quisque apud se ineat: & si peccaverit, desinat; si non peccaverit, ne glorietur: sed in bono perseveret, nec negligenter agat, neve proximum damnet, vel seipsum justum prædicet, ut ait beatus Apostolus Paulus, donec venerit Dominus, qui abscondita scrutatur. (1. Cor. 4. 5. Rom. 2. 16.) Sæpe etenim accidit ut nobis lateant quæ agimus, quæ nos quidem ignoramus, sed Dominus novit omnia. Judicio igitur illi permisso, de aliorum malis mutuo doleamus, & alter alterius onera portemus, nosmetipsos dijudicemus; si quid desit, id supplere nitamur. (Galat. 6. 2.) Ad cavenda autem peccata id observetur: opera quisque nostrum sua, & motus animi, tamquam aliis nuntiaturus, notet conscribatque: atque confidite futurum esse, ut, cum nos pudeat ab aliis cognosci, peccandi prorsus, imo quid pravum cogitandi, finem faciamus. Quis est enim qui dum peccat videri velit? aut quis post peccatum admissum, non mentitur latendi causa? Sicut itaque in aliorum conspectu numquam scortabimur; ita

VERSIO EVAGRII.

errans per eremum, dum funiculum trahit, in quodam lapide ejusdem alligatione funiculi teneretur. Tandem confecto itinere ad Monachos, qui invitaverant, pervenit. Tunc vero quasi Patri omnes (1) obviam currunt, & honorifico salutatu in oscula ejus & amplexus certatim ruunt. Proposito ferventi gaudet Antonius: & lætantibus de adventu suo cunctis, quasi xenia de monte portans, spiritualia impartitur alimenta. Laudat veterum studia, hortatur novorum. Sororem quoque jam vetulam virginem videns, & aliarum puellarum magistram, mira exultatione sustollitur. Exinde quasi diu abesset ab eremo, rursum festinavit ad montem.

55. Plurimis jam ad illum venientibus, cum etiam vexati a dæmonibus, malo necessitatis coacti, auderent deserta penetrare; quos ille consolans, & Monachis in commune præcipiens, ajebat: Credite in Jesum fideliter: mentem a malis (2) cogitationibus, carnem ab immunditiis servate puram, & juxta eloquia divina, ne seducamini in saturitate ventris: (Prov. 24. 15.) odite vanam gloriam, orate sæpissime, (3) psallite vespere & mane: & mandata Scripturarum revolvite. Recordamini gestorum, quæ sancti quique fecerunt, ut exempli memoria animum incitet ad virtutem, refrænet a vitiis. Suadebat etiam jugi meditatione retinendum Apostoli sermonem, quo ait: (Ephes. 4. 26.) *Sol non occidat super iracundiam vestram*. Non tantum autem super iracundiam solem occidere non debere interpretabatur, sed & super omnia delicta hominum, ne peccatorum unquam nostrorum aut in nocte luna, aut in die sol (4) testis abscederet. Illius quoque admonebat præcepti memores esse, quo dicitur: (2. Cor. 13. 5.) *Dijudicate vosmetipsos, & probate*: ut rationem diei noctisque facientes, si in se delictum deprehendissent, peccare desisterent; Sin autem nullus error decepisset, perseverantes instarent potius incœpto, quam arrogantia tumidi aut alios contemnerent, aut sibi justitiam vendicarent, juxta supradicti Doctoris eloquium dicentis: (1. Cor. 4. 5. Rom. 2. 16.) *Nolite judicare ante tempus*: magis debere eos Christi, cui soli occulta patent, reservare judicio. Multas esse, ut scriptum est, vias., quæ videntur hominibus justæ, sed fines earum ad profundum respicere inferni: sæpe nostra non posse nos intelligere peccata, sæpe falli (5) ignoratione gestorum: aliud esse Dei cuncta cernentis judicium, qui non ex superficie corporum, sed ex mentium judicat arcanis: æquum autem esse nos nobis compati, & invicem onera nostra portare: (Galat. 6. 2.) ut concesso examine Salvatori, proprias conscientias nosmetipsos judicantes intueremur. Necnon dicebat, magnam esse ad virtutem viam, si singuli vel observarent (6) quid agerent, vel universas mentium cogitationes fratribus referrent. Non enim posse aliquem peccare, cum relaturus esset ad alium quæcumque peccasset; & subire pudorem in publicum turpia proferendi. Denique nullum peccantem coram alio audere peccare: etiamsi peccet, tamen testem vitare peccati, mentiri magis & negare, & vetus delictum novo inficiandi augere delicto. Igitur quasi sub oculis, ajebat, nostris, & cogitatu confundimur & actu, si omnia referenda faciamus; glo-

(1) Ita mss. Editi vero, *Ob iam occurrunt*. Infra omnes mss. *quasi exenia*.
(2) Sic mss. Editi vero, *mentem a malis cogitationibus*.
(3) Sic manuscripti. Editi post, *mane*, addunt, *& meridie*.
(4) Sic mss. omnes. Editi vero. *Testes abscederent*. Mox aliqui mss. *præcepti quo dicitur*. Edit. vero, *præcepti memores esse, quod dicitur de his*.
(5) Sic mss. quidam optime. Editi vero, *in ratione*.
(6) Sic mss. Editi vero, *quid gererent*.

ita si cogitationes, ut aliis nuntiaturi, perscribamus; nobis potius ab obscœnis cogitationibus cavebimus, ob revelandi pudorem. Perinde itaque nobis ejusmodi scriptio sit, atque Ascetarum oculi: ut æque scriptionem ac aliorum conspectum erubescentes, prava ne cogitemus quidem. Hæc si nobis forma vivendi sit, corpus subigere valebimus, Domino placere, atque insidias inimici calcare.

56. Hæc se adeuntibus tradidit præcepta. Afflictorumque vicem dolebat & una cum illis precabatur; ac sæpe in multisque exauditus a Domino fuit: nec tamen ille ea de causa gloriabatur, nec si non exaudiretur murmurabat: sed semper gratiis Domino actis, afflictis auctor erat, ut bono essent animo, nossentque nec sibi nec cuiquam hominum inesse medendi facultatem, sed soli Deo, qui, quo tempore quibusque libet, beneficia impertit. Quæ verba ægris medelæ loco erant: qui Senis eruditi sermonibus, ediscebant non animum despondere, sed alacriter potius tolerare: & qui curabantur, non Antonio, sed Deo soli gratias agere.

Fronto Palatinus curatur.

57. Quidam certe vir nomine Fronto, Palatinus, cum gravi morbo laboraret, linguam quippe suam dentibus laniabat, & oculis periclitabatur, ad montem progressus, rogabat Antonium, ut sui gratia precaretur. Precatus ille, Frontoni dicebat: A Abi, sanaberis. Renitente illo, atque aliquot ibi dies commorante, instat Antonius: Hic si remaneas sanari non poteris. Vade, atque ubi in Ægyptum perveneris, signum in te factum conspicies. Credidit ille, abiitque: & conspecta solum Ægypto, liberatus morbo est, atque sanatus juxta Antonii dictum, quod oranti illi Salvator revelaverat.

Virgo quædam sanatur.

58. Virgo item quædam ex Busiride Tripolitana, gravi turpissimoque tenebatur morbo. Lacrymæ quippe ejus, mucus, auriumque humor in terram delapsus, in vermes statim vertebantur; erat præter hæc paralytica, oculosque babebat contra quam natura ferret. B Hujus parentes, cum didicissent proficisci Monachos ad Antonium, habentes in Domino fidem, qui sanguinis fluxu afflictam mulierem sanaverat, rogarunt, ut se una cum filia itineris comites admitterent. Quibus abnuentibus, parentes cum filia extra montem remansere apud Paphnutium Confessorem & Monachum. Monachos vero ad Antonium ingressos, nuntiaturosque de Virgine, prævenit ipse narravitque morbum puellæ, & quod una cum illis iter fecisset. Rogantibus dehinc Monachis, ut illis etiam ingrediendi facultas esset: abnuit ipse; sed, Abite, ait, & C invenietis illam, nisi mortua sit, sanatam. Mibi enim non convenit hujusmodi opus, ut me miserum hominem illa adeat. Sed Salvatoris est medela, qui in omni

Matth. 9. 20.

Paphnutius Monachus & Confessor.

loco

VERSIO EVAGRII.

multo autem magis, si peccata nostra fideliter describentes digeramus in ordinem. Tunc vero annotatio delictorum fratrum videbitur oculi. Si timebimus peccati ceras conscias, ipsi nos arguent apices, & quomodo meretricibus membra miscentes, consunduntur ad præsentiam ceterorum; ita & nos erubescemus ad litteras. (1) Hæc agamus, hac virtutis gradiamur via, & corpora mentibus subjugantes, perniciosas diaboli conteramus insidias.

56. Talibus sermonum hortamentis & venientes ad se Monachos incitabat ad studium, & patientibus condolebat, pluresque eorum Dominus per Antonium liberavit. Numquam tamen aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriam, aut contristatus de obsessis adhuc corporibus murmuravit: magis autem eodem semper animo & vultu manens, gratias Deo referebat, suadens occupatis, ut correptionem, qua vexabantur, patientius ferrent. Non enim Antonii aut cujusquam hominum omnino hanc esse medicinam, sed Dei solius, qui & quibus vellet, & quo vellet tempore daret sanitatem. Ita consolatione sua & vexatos æquanimiter ferre tentationem, & jam liberatos, non sibi, sed Deo gratias referre docebat.

57. Fronto autem quidam ex (2) Palatinis qui infestissimo dæmonio vexabatur, (nam & linguam ejus laniabat dentibus, & oculorum nitebatur lumen exstinguere) perrexit ad montem, rogabatque beatum Senem ut pro se Dominum rogaret. Oravit Antonius, dixitque ad eum: Vade, & curaberis. Illi incredulo sibi, & violenter ibidem contra præceptum remoranti, eadem geminabat Antonius, dicens: Hic curari non poteris: egredere, & calcata Ægypto statim te misericordia Christi consequetur. Tandem credidit, & profectus est: ac visa Ægypto, secundum (3) promissionem Senis, quam ei Dominus oranti revelaverat, infestatio cessavit inimici.

58. Virgo vero quædam, quæ de Busiris Tripolitanæ regionis civitate ibidem erat, inauditis ac flebilibus morbis laborabat. Etenim narium purgamenta, oculorum lacrymæ, aurium putridus humor in terram cadens, confestim in vermes vertebantur. Augebat calamitatem corpus paralysi dissolutum, oculos quoque perversos contra naturam habens. (4) Hujus parentes cum ad Antonium Monachos ire didicissent; credentes in Domino, qui pertinacem sanguinis fluxum in Euangelio tactu fimbriæ stare præceperat, rogaverunt, ut miserabilem filiæ comitatum susciperent. Illis renitentibus eam usque ad Antonium perducere, remansere parentes ejus foris (5) montem, cum filia debili apud beatum Confessorem, & Monachum Paphnutium, qui effosso pro Christo oculo sub Maximiano persecutore, tali dehonestamento corporis plurimum gloriabatur. Pervenerunt igitur ad Antonium Monachi. Cumque de morbo puellæ referre disponerent, relationem eorum Senis sermo prævenit & omnem debilitatis & itineris usque ad sanctum Paphnutium causam, quasi ipse interfuisset, exposuit. Rogantibus autem eum Monachis, ut parentibus cum filia permitteretur ingressus, non concessit, sed ait: Ite, & invenietis puellam, si non est mortua, curatam. Et adjecit: Nullus debet ad meam humilitatem venire, quia largitio curationum non est humanæ miseriæ, sed Jesu Christi misericordiæ, qui ubique in se credentibus præstare consuevit auxilium.

Matth. 9. 20.

(1) Ita mss. Editi autem: *Si hæc agamus, hanc virtutis gradiamur viam.*
(2) Sic mss. quidam recte. Editi, *ex Palæstinis.*
(3) Ita manuscripti. Editi autem, *professionem.*
(4) Sic manuscripti. Editi vero, *Nunc parentes ejus deferentes.*
(5) *Montem* deest in editis, sed legitur in manuscriptis, & ex Græcis expressum est. Infra manuscripti, *effosso pro Christo oculo*, rectius quam editi, qui habent, *effossis pro Christo oculis*. Hic Evagrius, paraphrasten agit potius quam interpretem. Sed alias sæpissime brevius Græca exprimit.

loco misericordiam facit iis qui invocant illum. Ipsi cette precanti annuit Dominus: mihique declaravit pro sua clementia, se puellam, quo loco jam versatur, curaturum. Editum itaque est hoc miraculum, nam egressi illi, lætos offenderunt parentes puellamque sanatam.

Frater quidam siti extinguitur.

59. Cum duo fratres accederent, & aqua in via defecisset, obiit alter, alter vero moriturus erat: cumque non valeret ultra progredi, humi jacens mortem exspectabat. Antonius in monte sedens compellatis duobus Monachis, qui casu tum aderant, urgens ait: Lagenam aquæ sumite, atque cursu viam Ægypti capessite: cum enim duo accederent, alter jamjam exstinctus, alter moriturus est, nisi properetis. Oranti quippe mihi hoc nunc revelatum est. Profecti Monachi, alterum mortuum repererunt, atque humarunt, alterum aqua recrearunt, ad senemque adduxerunt; unius namque diei erat spatium. Quod si quis quærat, cur non ante extinctum alium hoc dixerit: is non recte interrogaverit. Namque mortis judicium, non Antonii, sed Dei erat, qui de illo ita decrevit, de hoc revelavit. Id solum in Antonio admiratione dignum est, quod sedens in monte, vigili corde esset, eique Dominus ea, quæ procul fierent, revelaret.

Antonius vidit Amunis Monachi animam in cælum efferri.

60. Nam iterum in monte cum sederet, sublatis oculis, vidit in aere quemdam efferri, & magnum eorum gaudium qui ipsi irent obviam. Admiratus ille, atque ejusmodi cœtum beatum prædicans, rogabat, ut quid illud esset, edisceret. Voxque statim ad illum facta est, esse Amunis in Nitria Monachi animam, Is ad obitum usque in Ascetæ statu perseverarat. Atque a Nitria distat mons, in quo erat Antonius, tredecim dierum itineris intervallo. Qui cum Antonio erant, cernentes admirantem Senem, rogabant quid id esset, audiereque: Jam obiit Amun. Erat quippe notus, quod frequens isthuc se conferret, multaque per eum ederentur signa: quorum unum hoc est. Cum trajiciendus sibi esset Lycus fluvius, quo tempore exundabant aquæ, rogavit Theodorum socium ut procul secederet, ne sese nudos aspicerent in tranando aquam. Abscedente Theodoro, etiam tum puduit sese nudatum videre. Dum pudore, & sollicitudine agitaretur, illico in ripam transfertur alteram. Theodorus itaque, pius & ipse vir, ut reversus vidit illum antevertisse; neque prorsus aqua madidum esse, rogabat, quo ille modo transmeasset. Quem abnuentem dicere ut vidit, apprehensis ejus pedibus, affirmabat se non ante dimissurum, quam edisceret ab illo. Animadversa Amun Theodori contentione, in eo maxime quod dicebat; vicissim postulavit, nemini ut rem aperiret ipse usque ad mortem ejus: & tunc narravit, gestatum se, atque trans fluvium positum fuisse, nec vel minimum in aquis deambulasse: neque prorsus id ab hominibus, nec nisi a Domino fieri posse, & qui-

VERSIO EVAGRII.

xilium. Quamobrem & illa, pro qua petitis, suis precibus liberata est, & cum ad Dominum orarem ego, mihi præscientia sanitatis ejus indulta est. Dixit, & verba ejus puellæ incolumitas consecuta est. Nam exeuntes foras ad beatum Paphnutium, & filiam sospitem, & parentes lætos repererunt.

59. Non multos autem post ista dies, cum duobus fratribus euntibus ad Antonium, aqua in itinere defecisset, & uno siti mortuo, alter jaceret in terra mortem expectans: Antonius sedens in monte, celeriter ad se duos Monachos vocat; qui forte ibidem sunt reperti: & festinato præcepit, ut lagenam aquæ assumentes, invaderent iter, quod ducit ad Ægyptum, dixitque: Unus e fratribus huc advenientibus, modo migravit ad Dominum; alter, si non succurreritis, addetur: hoc enim mihi nunc oranti revelatum est. Sic ait, & juxta præceptum ejus Monachi festinantes, exstinctum corpus inveniunt, terraque id operientes, alterum refocillatum suo junxerunt comitatui: erat autem spatium itineris unius diei. Fortasse aliquis quærit; cur non antequam moreretur, Antonius dixerit; incongruo prorsus Christianis argumento: quia non Antonii, sed Dei judicium fuit, qui & de recedente, quam voluit, sententiam tulit, & de sitiente revelare dignatus est. Hoc tantum in Antonio mirabile est; quod in monte remotissimo sedens, corde pervigili cuncta procul posita, Domino indicante, cognosceret.

60. Alio rursus in tempore cum sederet in monte, & oculos subito tetendisset in cælum, vidit nescio quam animam, lætantibus in ejus occursum Angelis, ad cælum pergere. Cujus spectaculi novitate stupefactus, beatum dixit Sanctorum chorum: oravitque ut sibi rei præsentis agnitio panderetur. Et statim vox ad eum facta est inquiens, istam esse (1) Ammonis Monachi animam, qui Nitriæ morabatur. Erat autem Ammon vir grandævus, qui perseveranter a pueritia usque ad senectutem in sanctitate vixerat. Itinere quoque dierum tredecim, a Nitria, locus in quo sedebat Antonius, dividebatur. Videntes autem eum Monachi admirantem, qui venerant; deprecati sunt, ut causam hilaritatis ediceret. quibus ait, modo Ammonem quievisse: quem propter frequentem ejus ad Antonium commeatum, & propter celebritatem indultorum ei a Domino signorum, optime noverant. De quibus etiam hoc unum dicendum est. Necesse ei fuit aliquando flumen nomine Lycum subitis aquis inundatum transvadare: rogavitque Theodorum, qui cum ipso erat, ut paululum a suo separaretur adspectu, ne nuditatem corporis invicem uterque conspicerent. Recessit Theodorus. Nihilominus ille seipsum cum nudare vellet, erubuit. Cogitantem autem eum, in alteram ripam virtus divina transposuit. Rursusque Theodorus, vir & ipse Deo devotus, transiens ad Senem mirari cœpit, quod tam velociter fluvium transvadasset. Cumque nihil humoris in pedibus, nulla in vestibus ejus aquæ signa conspiceret, rogavit eum, ut tam incredibilem translationem quasi filio Pater exponeret. Nolente illo dicere quæ acciderant; amplexus est pedes ejus, juravitque non se dimissurum, priusquam sibi id quod celabat referret. Videns ergo senex contentiose vincere volentem fratrem, exegit vicissim ab illo; ut nulli hoc ante suam mortem indicaret: atque ita confessus est se subito in alteram ripam fuisse transpositum; neque vero omnino undis impressisse vestigia: Dominici corporis hoc tantummodo privilegium asserens, & eo-

(1) Manuscripti, alii *Amus*, alii, *Amas* habent.

Matth. 14. 28.

& quibus ipse concederet, ut olim magno Apostolo Petro. Theodorus itaque rem ejusmodi narravit post mortem Amunis. Monachi porro quibus mortem Amunis renuntieverat Antonius, observato die, advenientes post dies triginta ex Nitria Fratres interrogarunt, atque compererunt ea ipsa die & hora obiisse Amunem, qua ejus enimem sursum ferri Senex viderat. Ac utrique puritatem animæ Antonii summopere mirati sunt, qui a triginta dierum itineris intervallo, statim rem didicerat, animamque sursum ferri conspexerat.

Antonius Polycratiam curat virginem.

61. Archelaus etiam Comes, cum offendisset illum in exteriore Monte, rogavit ut solum precaretur Deum pro Polycratia Laodiceæ Virgine admiranda, atque Christifera; quæ vehemente stomachi laterisque dolore premebatur ob nimiam exercitetionis contentionem, atque toto erat corpore infirma. Oravit Antonius, observavitque Comes qua ille orasset die: ac Laodiceam profectus, sanam reperit Virginem. Sciscitatusque quando & quanam die fuisset morbo levata, chartam protulit in qua orationis tempus conscripserat. Cumque rem comperisset, ostendit statim rem in charta descriptam: miratique sunt omnes, eodem illam tempore doloribus levasse Dominum, quo pro ipsa Antonius oraret, Salvatorisque clementiam ejus gratia obsecraret.

62. Sæpenumero aliquot ante dies, immo nonnunquam ente mensem, prædixit quinam adventuri essent, & qua de causa. Et alii quidem ejus solum A videndi desiderio accedebant: alii infirmitatis causa, alii quod a dæmonibus vexarentur. Nemoque gravabatur, aut durum æstimabat itineris laborem: percepta quippe utilitete quisque remigrabat. Rogabatque ille ut nemo se pro his dictis factisque miraretur, sed potius Dominum, qui nobis hominibus suæ pro facultete nostra cognitionis gratiam impertiret.

Adolescentem a dæmone liberat.

63. Cum iterum descendisset eliquando ad exteriora Monasteria, rogatus ut in naviculam conscenderet, & oraret cum Monachis, molestissimum solus fœtorem percepit. Cumque vectores dicerent, piscem esse & salsamentum in navicula, unde fœtor talis oriretur, B aliud ille esse affirmabat: ipsoque adhuc loquente edolescens quidam dæmonem habens, qui prævertens alios in navi sese occultarat, derepente exclamat. Increpatus dæmon in nomine Domini Jesu Christi, exiit: sanusque fuit homo. Tum compertum omnibus fuit, ex dæmone fœtorem provenisse.

Item alium.

64. Alius item illustris homo a dæmone vexatus ipsum adiit: & tam furiosus erat dæmon ille, ut ignarus esset se ad Antonium adduci; immo sui corporis comederet excrementa. Rogabant itaque qni ipsum adduxerant Antonium, ut oraret pro illo. Antonius adolescentem miseratus, precebatur, to- C tamque noctem cum eo duxit insomnem. Juvenisque circa auroræ tempus derepente in Antonium irruens, impulit eum. Quod cum indigne ferrent comites ejus, Ne succenseatis, ait Antonius, adolescenti: neque enim illud agit ipse, sed qui in ipso est dæmon. Increpatus eutem dæmon, atque jussus in lo-

ce

VERSIO EVAGRII.

Matth. 14. 28.

& eorum quibus ipse, ut Apostolo Petro, doneverit, ut aquarum levitati humanum corpus insisteret. Hæc eutem Theodorus promisso tempore non dixit: post ejus mortem retulit. Monachi vero, quibus dixerat Antonius de morte Ammonis, notaverunt diem: & venientibus de Nitria fratribus post dies triginta, sciscirantes, repererunt illo die, illaque hora dormisse Ammonem, qua animam ejus ferri senex viderat. Utrique igitur puritatem mentis in Antonio mirati sunt, quomodo rei tam longe gestæ statim ad eum fuisset perlata cognitio.

De monte Antonii exteriore & interiore fuse Bollandus in præmissis ad Antonii vitam.

61. Archelaus quoque Comes, cum eum invenisset in exteriori monte, rogavit ut oraret pro Polycratia, quæ in Laodicea erat, admirabili & Christo dedita virgine. Petiebatur enim pessimos stomachi & lateris dolores: quos jejuniis nimiis, vigiliisque contraxeret, & erat penitus toto debilis corpore. Oravitque Antonius: & diem, quo oratio fuerat facta, annotavit Archelaus. Redit Laodiceam, & invenit Virginem incolumem. Percontatus diem sanitetis, reperit tempus medelæ cum annotatione congruere, & omnes admirati sunt, agnoscentes eo tempore illam a Domino fuisse e doloribus liberatam, quo orans Antonius pro ipsa, bonitatem Salvatoris invocaverat.

62. Sæpe etiam ad se venientium, ante dies & menses, & causas prædixit & tempora. Nam quosdam videndi eum tantum desiderium, alios imbecillitas, nonnullos obsessa e dæmonibus corpora pertrahebant. Nemo tamen unquam vexationem aut detrimentum leboriosi itineris conquestus est. Regrediebantur omnes spiritali cibo pleni. At ille præcipiebat, non suæ laudi hanc admirationem ab eis applicari debere: sed Domini, qui sui notionem hominibus pro capacitate mortalitatis indulserit.

63. Quodam autem tempore cum exisset ad exteriora Monasteria, & rogatus esset a Fratribus, ut in navi quadam cum Monachis proficiscentibus oraret; escendit, & solus ex omnibus odorem sensit teterrimum. Asserebant cuncti, piscium salsorum & tarichorum in navi positorum hunc essa (1) fœtorem. At ille alterius rei fœtorem sa sentire affirmavit. Adhuc loquente illo, adolescens quidam possessus e dæmone, qui præcedens juxta carinam se navis absconderat, repente exclamavit. Quo statim per Antonium in nomine Domini nostri Jesu Christi curato, intellexere universi, diaboli illum fuisse fœtorem.

64. Alius quoque ad eum vir, inter suos nobilis, dæmoniosus adducitur, tanta oppressus insania, ut non sciret se esse apud Antonium, necnon & corporis sui superflua comederet. Quamobrem rogatus senex ab his qui eum adduxerant, ut pro illo Dominum oraret, in tantum juvenis miseriæ condoluit, ut tota nocte pervigilans eum eo, adversus patientis insaniam laboraret. Sed cum jam lucesceret, & obsessus, impetu in Antonium facto, vehementer aum impulisset; irasci cœperunt, qui eum adduxerant, cur Seni fecisset injuriam. Quibus Antonius ait: Nolite alienam culpam juveni misero adscribere: furor ista obsidentis est, non obsessi: idcirco autem in hanc proruit dolens hostis audaciam, quia Dominus ad aridam regionem

ire

(1) Sic manuscripti. Editi vero, *putorem*, & sic infra.

ea arida aufugare, id, furore percitus, aggressus est. Domino itaqua gloriam referte. Nam quod ille sic impetum in me fecerit, dæmonis exitus signum vobis fuit. Hæc loquente Antonio, statim sanatus est juvenis: atqua ad sanam redians mentem, agnovit quo esset loco, Sanamqua amplaxatus est gratias agens Deo.

Visio Antonii. 65. Alia his similia permulta edidisse Antonium signa, plurimi Monachorum summo consansu narrarunt. Neque tamen tanta sunt admiratione digna, quanta alia nonnulla vidantur. Cum aliquando comasturus esset, ubi oraturus surrexissat circa nonam horam, sase mante abripi sansit, quodque prorsus stupendum est, cum staret, sasa vidit tamquam extra sa positum, & per aarem a quibusdam abductum. Exinda terribiles tetrosque nonnullos vidit in aere stantes, qui transitum ajus intercludere volebant. Obsistentibus iis qui illum adducebant, postulare illi num obnoxius ipsis assat: cumque rationes ab ejus nativitate exposcerent, id Antonii duces prohibuere, ajebantque: Culpas ajus omnes a nativitata delevit Dominus: ex quo autem tempore Monachus effectus est, & sesa Deo consecravit, liceat rationes ducere. Cum igitur accusarent, nec probare possant, libera illi ac minime interclusa via fuit: statimque saipsum quasi reversum vidit, & intra sa stantem atque omnino Antonium ut ante. Tunc cibi sumendi immemor, residuum illius diei, atqua totam noctem gemendo precandoque transegit. Obstupesactus enim erat, cum videret quot nobis assent adversarii, quantisque laboribus aer iste pertransitur. Recordatusque est idipsum esse quod ait Apostolus: *secundum Principem potestatis aeris*. Ephes. 2. 2. Hæc enim est inimici potastas, pugnare scilicet, atque pro virili viam transeuntibus intercludare. Quapropter hortabatur: *Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo*; Ephes. 6. 13. ut inimicus *nihil habens malum dicere de nobis, confundatur*. Tit. 2. 8. Nos autem qui ista didicimus memores simus Apostoli hæc loquentis: *Sive in corpore nescia: sive extra corpus, nescia: Deus scit*. 2. Cor. 12. 2. Sed Paulus usque ad tertium cælum raptus est, & cum audissat *arcana verba*, descendit: Antonius vero usque ad aerem sese pervenisse vidit, atque concertasse donec liber evaderet.

66. Hoc item gratiæ dono præditus fuit. Sedens quippe solus in monta, si qua de re unquam apud sa dubitaret, id illi in oratione a providentia revelabatur. Eratque, uti scriptum est, a Deo doctus beatus ille. Esai. 54. 13. Joan. 6. 45. Post hæc igitur, habita cum quibusdam sa adeuntibus disputatione de animæ statu atque loco post mortem; insequente nocte compellat quis eum desuper ajens: Antoni, surge, agredere, atque vide. Egressus igitur (norat quippe quibus obsequendum essat) sublatisque oculis, vidit procerum quemdam deformem ac tarribilem, stantem, atque nubes attingantem, & quosdam ceu alatos ascendere, illumque manus extendere, atque alios quidem impediri ab illo, alios superius volare, & ubi pertransierant, absque cura & periculo sursum ferri. Anima justorum post mortem in cælum fertur. Quorum causa procerus ille dentibus stridebat: de collapsis autem lætabatur. Statimque Antonius vocem audivit. Intelliga quod vidisti. Et aperta ipsi menta, cogita-

VERSIO EVAGRII.

Ire eum jussit, & expulsi Satanæ indicium iste adversum me impetus fuit. Nulla post verba mora, adolascans recepto sansu, & gratias agens Deo, & locum, ubi assat, agnovit, & toto Antonium complexans deosculatus ast affectu.

65. Innumera & alia istiusmodi signa sunt, quæ Monachorum concordi sæpe relatione cognovimus. Verum non tantum his adhibendus ast stupor: quia multo plus, quæ sequuntur, conditionem nostræ fragilitatis excedunt. Hora circiter nona, cum ante cibum orare cœpissat, raptum se sensit in spiritu, & ab Angelis in sublima deferri: prohibentibus transitum aeris dæmonibus, cœperunt Angeli contradicentes requirere, quæ essat causa retinendi, nullis axistantibus in Antonio criminibus. Illis vero ab exordio nativitatis replicare peccata nitentibus, calumniosa Angeli ora clauserunt, dicentes, non debere eos a nativitate ajus delicta narrare, quæ jam Christi assant bonitate sopita: si qua autem scirent ex eo tampore, quo factus esset Monachus, & Deo se consecrassat; licere proferre. Accusabant dæmones multa procaciter mentiantes: & cum deessent probamenta fallacibus, liber Antonio conscensus aperitur. Et statim redians in se, in eo loco in quo stare cœperat, hoc sa rursum vidit esse quod fuerat. Tunc vero oblitus escæ, ex illa hora noctem gemitu ac lamantatione transegit, reputans secum, humanorum hostium multitudinem, & colluctationem tanti exercitus, & laboriosum per aerem iter ad cælum, & hoc
Ephes. 2. 2. Apostoli dictum, quo ait: *Non est nobis colluctatia adversus carnem & sanguinem, sed adversus principem potestatis hujus aeris*, qui sciens aereas potestates ob id samper tentare, luctari & con-
Ephes. 6. 13. tendere, ne nobis liber transitus esset ad cælum, hortabatur monens: *Assumite arma Dei, ut*
Tit. 2. 8. *possitis resistere in die mala; ut nihil mali habens quod de* (1) *nobis dicere possit inimicus, con-*
2. Cor. 12. 2. *fundatur*. Nos autem Apostolici sermonis recordemur, dicentis: *Sive in corpore, sive extra corpus, nescia: Deus scit*. Et Paulus quidem usque ad tertium cælum raptus ast, ibique auditis verbis ineffabilibus, descendit: Antonius autem usque ad aereum sublatus, post colluctationem liber apparuit.

66. Habebat etiam istiusmodi donum: si cujus rei sedens in monte ignarus fuissat, & ajus secum inquireret notionem, oranti ei a Domino revalabatur: & erat, secundum quod scriptum ast, a
Esai. 54. 13. Joan. 6. 45. Deo doctus. Denique cum a fratribus haberetur iste tractatus & ab eo sedule sciscitarentur, quemadmodum se post corporis sarcinam anima gererat, quive ai locus post exitum concederetur; proxima nocta vox desuper nomen ajus inclamitans, ait: Antoni, exurge, exi & vide. (2) Qui egressus: sciebat enim quibus respondere deberet: & alevatis ad calum oculis, vidit quemdam longum atque terribilem, caput usque ad nubes attollentem. Vidit etiam pennatos quosdam sa elevare cupiantes ad cælum, atque illum extensis manibus prohibere transgressu: a quibus alios apprehensos elidebat ad terram, alios frustra retinere contendens, dolabat super sa ad cælestia transvolare: & maximum gaudium mixtum mœrore, victi victoresque tribuebant. Statimque ad eum vox facta

(1) Sic manuscripti. Editi vero, *vobis*.
(2) Sic manuscripti. Editi vero, *qui exurgens egressus est, sciebat*,

gitabat animarum id esse transitum, & stantem illum procerum, esse inimicum qui credentibus invideret, sibique obnoxios apprehenderet, transituque arceret: eosque, qui non sibi morem gererent, retinere non posset, utpota supergressos. Hæc cum vidisset, quasi commonefactus, id magis magisque contendebat, ut quotidie ad ea quæ ante se essent progrederetur. Hæc autem invitus ille renuntiavit: sed cum in orationibus diutius immoraretur, & hæc miraretur intra se, sciscitantibus iis qui aderant, atque molestiam ingerentibus, coactus est id declarare, quasi Pater, qui filiis id celare non possit: ratus etiam, suam sibi conscientiam puram esse, narrationemque illis perutilem fore; cum discerent, quam bonus esset Asceticæ vitæ fructus, laborumque sæpe solatium visiones esse.

Honorat Episcopos & Clericos.

67. Ad hæc patientissimus erat, animoque humili: cum talis enim esset, Ecclesiæ canonem supra modum observabat. Omnem Clericum honore sibi præire volebat. Non verebatur enim Episcopis Presbyterisque inclinare caput. Diaconus vero si utilitatis gratia accederet, quæ utilia essent ille loquebatur, quæ orationem vero spectant, ipsi cedebat. Neque verebatur ipse ab aliis ediscere: nam plerumque sciscitabatur, præsentesque audire rogabat, & si quidpiam quis utile proferret, utilitati sibi fuisse fatebatur. Magna mirabilisque vultui ejus inerat gratia. Illudque præterea donum a Salvatore consequutus erat, ut si, dum in Monachorum cœtu adesset, aliquis eum sibi antea ignotum videre vellet, statim accedens prætergressus alios, ad eum accurreret, illius quasi aspectu attractus. Neque tamen statura, aut latitudine aliis præstabat, sed morum compositione, atque animæ puritate: namque cum imperturbatam gereret mentem, tranquillos item habuit externos sensus; ita ut ex animi lætitia, vultus hilaritas proveniret, & ex corporis motibus, animæ status sentiretur, juxta Scripturam: *Corde lætante floret vultus: dum autem in mœrore est, dejicitur*. Sic Jacob agnovit Laban insidias parare, aitque uxoribus: *Non est facies Patris vestri sicut heri & nudius tertius*: Sic Davidem agnovit Samuel; pulcros quippe habebat oculos, dentes tanquam lac candidos. Eo ipso modo dignoscebatur Antonius: præ mentis enim serenitate numquam perturbabatur: ac præ animi lætitia, numquam tristi erat vultu.

Prov. 15. 13.

Genes. 31. 5.

68. Eratque prorsus admirabili fide & pietate. Cum Meletianis quippe schismaticis, numquam communicavit: compertam habens eorum ab initio malitiam atque defectionem. Nec cum Manichæis unquam, aut aliis quibuslibet hæreticis, amice colloquutus est, nisi admonendi causa, ut mutata sententia piam sectarentur fidem: ratus, eorum amicitiam & colloquia, animi damnum atque perniciem esse, quod item alios monebat. Sic etiam Arianorum hæresin exsecrabatur, omnibusque auctor erat, ut ne vel ad eos accederent, vel pravam eorum sectarentur fidem. Adeuntes se aliquando quosdam Ariomanitarum, explorata & cognita eorum impietate, ex monte repulit, aiens serpentum veneno pejores eorum esse sermones.

Odium hæreticorum.

69. Cum aliquando mentiti Ariani dicerent secum sentire Antonium, rem indigne tulit, graviterque iis succensebat. Hortantibus deinde Episcopis & fratribus omnibus, descendit de monte, atque ingressus Alexandriam, Arianos publico sermone condemnavit: aiens postremam omnium esse eam hæresin & An-

Alexandriam petit rogatu Episcoporum, ut Arianos confutet.

VERSIO EVAGRII.

facta est, dicens: Animadverte quod vides. Et tunc cœpit illuminato corde intelligere, animarum esse conscensum, & diabolum prohibentem; qui & sibi retineret obnoxios, & in Sanctorum, quos decipere non poterat, cruciaretur volatu. His visionum exemplis incitatus, quotidie ad meliora crescebat. Neque vero id, quod sibi revelatum fuerat, causa jactantiæ fratribus indicabat: sed cum orans jugiter Dei laudaret auxilium, interrogantibus compellebatur edicere: nec spiritualibus filiis pura in Christo anima occultare quidquam volebat, præsertim cum hujusmodi signorum relatio & amorem ministraret proposito, & fructum laboris ostenderet.

67. Nunquam illa aut ira subita concitatus patientiam rupit, aut humilitatem erexit in gloriam. Nam omnes Clericos usque ad ultimum gradum ante se orare compellens, Episcopis quoque atque Presbyteris, quasi humilitatis discipulus, ad benedicendum se caput submittebat. (1) Diacones vero, qui ad eum utilitatis causa veniebant, cum pro adjutorio eorum eis præsentibus disputaret, ad orandum Dominum sibi præponebat, non erubescens & ipse discere. Nam & interrogabat frequenter eos cum quibus erat: & si aliquid ab eis necessarium audierat, se fatebatur adjutum. Habebat autem & in vultu magnam gratiam, & admirabile a Salvatore etiam hoc munus acceperat. Si quis enim ignarus ejus, inter multitudinem Monachorum eum videre desiderasset, nullo indicante, ceteris prætermissis, ad Antonium currebat, & animæ puritatem agnoscebat ex vultu, & per speculum corporis, gratiam sanctæ mentis intuebatur. Nam semper

Prov. 15. 13. hilarem faciem gerens, liquido ostendebat se de cælestibus cogitare, sicut Scriptura ait: *Corde lætante vultus floret: & in mœrore constituto tristatur*. Ita & Jacob agnovit Laban socerum suum

Genes. 31. 5. insidias sibi machinantem, dicens ad filias ejus: *Non est facies patris vestri sicut heri & nudius tertius*. Sic Samuel agnovit David: lætificatos enim habebat oculos, & dentes sicut lac candidos. Similiter agnoscebatur Antonius: quia semper eamdem faciem inter prospera & adversa retinens, nec secundis extollebatur, nec frangebatur adversis.

68. (2) Erat autem in fidei pietate mirabilis. Nunquam schismaticorum se miscuit communioni, antiquam eorum sciens pravitatem atque transgressionem: nunquam Manichæis aut aliis hæreticis saltem amicabilia verba largitus est, nisi tantum ea quæ eos possent ab iniquitatis errore revocare: denuntians talium amicitias atque sermones, perditionem esse animæ. Sic etiam Arianos detestabatur, ut omnibus diceret, nec juxta eos quidem esse accedendum. Nam cum venissent quidam Ariomanitæ, reperta eorum post examinationem infidelissima secta, effugavit eos de monte, dicens, multo serpentibus deteriores horum esse sermones.

69. Mentientibus autem Arianis aliquando, Antonium ita, ut se, credere, admiratus eorum audaciam, & justi doloris ira commotus, rogatusque ab Episcopis atque universis Fratribus, Alexandriam descendit: ibique Ariomanitas publico sermone condemnavit, ultimam hanc esse hæ-

(1) Manuscripti quidam, *Diacones* habent. Alii, *Diaconi*.
(2) Sic maxima pars mss. Editi vero, *Erat autem & in vultu amabilis, & in fidei puritate mirabilis*.

Antichristi prodromum. Docebatque populum, Filium Dei non esse creaturam, neque ex non exstantibus factum esse; sed æternum esse Patris substantiæ Verbum & Sapientiam. Unde impium est dicere: Erat cum non esset. Erat quippe semper Verbum una cum Patre exsistens: quare nullam cum impiissimis Arianis habete communionem: *Nulla enim communicatio luci ad tenebras*. Vos quippe pie sentientes Christiani estis: illi autem cum dicant eum qui ex Patre est Filium Dei & Verbum, esse creaturam, nihil differunt ab Ethnicis qui creaturæ serviunt potius quam Creatori Deo. Credite autem creaturam omnem adversus eos indignari: quod Creatorem Dominumque universi, in quo omnia facta sunt, hunc, inquam, factis rebus aanumerent.

Gestum hoc est ab anno 326. ad 335. *Vide in Vita Athanasii.*

2. Cor. 6. 14.

Rom. 1. 25.

70. Lætabatur porro populus omnis, audiens a tanto viro anathemate damnatam Christo inimicam hæresim. Civesque omnes videndi Antonii desiderio accurrebant. Gentiles ipsi, imo eorum Sacerdotes, ut vocant, ad Dominicum accedentes, ajebant: Rogamus ut hominem Dei videre nobis liceat: omnes quippe ita eum appellabant. Ea item in urbe multos ejus opera mundavit Dominus a dæmonibua: alios mente captos liberavit. Multi item ex Gentilibus rogabant ut saltem possent Senem contingere, id sibi profuturum credentes. Ex illis certe tot, paucis istis diebus, Christiani effecti sunt, quot alias per annum visi fuerint. Exinde cum nonnulli rati

A eum tanta multitudine turbari, ab illo omnes abigerent: nihil ille turbatus ait, nequaquam plures illos esse iis, quibuscum in Monte pugnaret, dæmonibus.

71. Cum proficisceretur autem, illumque nos honoris causa comitaremur; ut ad portam pervenimus, retro mulier clamabat: Maneto, homo Dei, filia mea graviter a dæmone vexatur: maneto, quæso, ne mihi quoque currenti sit periculum. Tum hia Senex auditis, nobisque rogantibus, libens substitit. Ut appropinquavit mulier, puella humi jactata est: Antonio autem precante, atque Christum B nominante, puella, egresso impuro spiritu, sana surrexit. Tum Mater Deo benedixit: cunctique gratias egere. Gaudebatque ille, dum in Montem quasi in propriam sibi domum, remigraret.

Remigrantem Athanasius comitatur usque ad portam.

72. Prudentia erat singulari: quodque mirum, tametsi litteras non didicerat, acri tamen & sagaci erat ingenio. Aliquando ad eum accessere duo Græci Philosophi, rati se Antonii posse periculum facere: qui tum erat in exteriore Monte. Agnitisque ex vultu viris, illisque occurrens, per interpretem ait: Quid tantum suscepistis laborem, o Philosophi, ut stultum hominem conveniretis? C Respondentibus illis: Nequaquam stultum ipsum esse, sed perquam prudentem, dixit: Si stultum adiistis hominem, illud certe inani labore: sin me prudentem arbitramini, mihi estote similes, cum quæ bona

Colloquia cum Philosophis.

VERSIO EVAGRII.

resin & præcursorem Antichristi affirmans, prædicavitque in populo Filium Dei, non facturam, non ex nullis exstantibus, sed proprium, unius cum Patre substantiæ: ne creatura potius, aut adoptio aut appellatio videretur. Impium esse dicens vel mente concipere, Erat quando non erat: (1) cum verbum Dei Deus, qui est semper, Patri sit coæternus, quia ex eo natus est Patre, qui semper est. Unde ajebat: Cum Arianis vobis nulla sit conjunctio: *Quæ enim societas luci ad tenebras?* Vos fideliter credentes, Christiani estis: illi Verbum, id est Filium, qui ex Deo Patre est, creaturam dicentes, nullo intervallo a Gentibus separantur, qui serviunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Ipsa, mihi credite, irascantur elementa, & omnis contra Arianum furorem, secundum Apostoli dictum, ingemiscit creatura, quod sibi Dominum suum, per quem omnia & in quo omnia facta sunt, videat aggregari.

2. Cor. 6. 14.

Rom. 1. 25.

70. Hæc tanti viri prædicatio, exprimi non potest, quantum ad fidem populos roboraverit. Lætabantur quippe hostilem & Christo inimicam hæresim anathematizari ab Ecclesiæ columna. Nulla tunc ætas, nullus sexus domi remansit. Taceo de Christianis: Pagani quoque, & ipsi idolorum sacerdotes, ad Dominicum convolabant dicentes: Precamur ut videamus hominem Dei: quia hoc apud universos erat nomen Antonio. Ambiebant quoque saltem fimbriam vestimenti ejus attingere, multum sibi & tactum prodesse credentes. Quot tunc diabolica obsidione & variis infirmitatibus liberati? Quot simulacris erepta sunt spolia? Quanti etiam ab errore gentilium retracti, nostro juncti sunt gregi? tanti certe, ut paucorum dierum spatio ex idolorum superstitione conversio, omnem per annum credentium vinceret turbam. Præterea cum irruentem multitudinem comites repellerent, æstimantes tædio illi conventum populi fore, ille tranquillo animo dicebat: Numquid hic cœtus, dæmonum major est turbis? numquid obsequentium multitudo, colluctatorum in Monte nostrorum catervis est numerosior?

71. Accidit etiam, ut cum eum redeuntem circa portam prosequeremur, a tergo quædam mulier clamitaret, dicens: Expecta homo Dei, filia mea atrocissimo vexatur dæmonio: expecta, obsecro, expecta, ne & ego (2) currens inteream. Hoc audito, mirabilis Senex a nobis admonitus, volens tamen & ipse, paululum substitit. Cumque appropinquante muliere, puella jaceret explosa, oravit tacitus Dominum Jesum: & ad nominationem ejus statim spiritus impurus egressus est: puella incolumis, populus in laudibus Dei, mater in gaudio fuit. Ipse autem lætabatur, quia ad desideratam solitudinem (3) remeabat.

72. Erat autem valde sapiens, & hoc in se mirabile habebat, quia cum litteras non didicisset, ingeniosissimus & prudentissimua erat. Aliquando etenim Philosophi duo Gentiles venerunt ad eum, putantes Antonium se posse decipere: erat vero in exteriori Monte. Quos cum vidisset, Paganos intellexit ex vultu: & procedens ad eos, per interpretem ita cœpit loqui: Quare tam longe ad stultum hominem, sapientes se vexare voluerunt? Illis dicentibus non esse illum stultum, sed & nimium sapientem; vigilanter respondit: Si ad stultum venistis,

(1) Multi codices, *cum Verbum Deus*. Germ. 2. *cum Verbum Dei*.
(2) Ita mss. Editi vero, *terruerus*, minus recte.
(3) Editi cum Germ. 1. solo *repedabat*, Gemmet. 1. & Germ. 2. *remeabat*, Desmar. *revertebatur*. Colb. *redibat*. Paulopost mss. quidam *non didicisset*, *immobilis homo & mansuetus erat*.

bona sunt imitari par sit. Nam si ego vos adiissem, vos imitaturus eram: cum autem ad me vos accesseritis, mei similes efficiamini: Christianus quippe sum. Admirati illi abscessere: nam præter hæc viderant dæmones Antonium reformidare.

73. Aliis rursum his similibus se in exteriori Monte adeuntibus, illudendi, ut sperabant, causa, quod litterarum esset imperitus: interrogavit eos Antonius: Quid vos dicitis? Quidnam prius est, mens an litteræ, & quid horum alterius causa est, mensne litterarum, an litteræ mentis? Qui cum mentem dicerent priorem & litterarum inventricem, ait Antonius: Cui ergo sana mens est, huic non necessariæ litteræ. Quo sermone tam qui aderant alii, quam isti, obstupuere. Abscesserunt igitur illi mirati tantam in idiota homine sapientiam: licet enim in monte enutritus, ibi consenuisset, nequaquam agrestis erat moribus, sed comis urbanusque. Divinoque sale conditus sermo illius fuit; ita ut nemo invideret ipsi, sed lætarentur potius universi qui ad eum accederent.

Tertull. de Testimonio Animæ. Certe prior anima quam littera, & prior sermo quam liber, & prior sensus quam stilus.

74. Enimvero accedentibus iterum quibusdam ex iis qui apud Græcos sapientes videntur, rationemque reposcentibus de fide nostra in Christum, nitentibusque argute de divinæ crucis prædicatione, ridendi causa disputare; paulolum moratus Antonius, illorumque ignorantiam prius miseratus, per peritissimum interpretem hæc loquutus est. Quid A præstabilius est, Crucemne confiteri, an adulteria, præposteramque libidinem, diis (ut vocatis) adscribere? Quod nos loquimur, fortitudinis est argumentum, certumque contemtæ mortis indicium: vestra autem, sunt lasciviæ morbi. Deinde quid præstat: Verbumne Dei dicere non mutatum esse; sed idem ipsum exsistens, pro salute & bono hominum corpus assumsisse humanum, ut humanæ particeps originis, Divinæ homines ac spiritualis naturæ participes redderet; an divinum numen brutis animantibus assimilare, ac propterea quadrupedes, serpentes, hominumque imagines colere? Ea enim vestrum sapientum B sunt numina. * Quomodo igitur audetis nos irridere, qui Christum dicimus hominem factum apparuisse; cum vos ex cælo animam detrahentes, eam dicatis errasse, & ex cælorum fornice delapsam esse in corpus? atque utinam in humanum dumtaxat, & non in quadrupedes quoque & in serpentes transiret, decideretque. Nostra quippe fides, in salutem hominum fuisse Christi adventum affirmat. Vos autem erratis cum de non-genita anima verba facitis. Nos possibilia, & quæ in beneficentissimam erga homines providentiam cadunt, sentimus, nam id impossibile Deo nequaquam est; vos imaginem C mentis animam dicendo, lapsus ei adscribitis, mutationique obnoxiam fabulamini, ipsamque demum mentem propter animam, mutabilem inducitis. Qua-

* Hæc verba habentur in Oratione Justiniani ad Mennam, Tomo quinto Concilior. p. 652. quæ contulimus cum his.

VERSIO EVAGRII.

nistis, superfluus est labor vester: si autem putatis me sapientem esse, (1) & sapientiam habere bonum est, imitamini quod probatis, quia bona convenit imitari. Si ego ad vos venissem, vos imitarer; sed quia vos ad me quasi ad sapientem venistis, estote, sicut ego sum, Christiani. Abscesserunt Philosophi, utrumque mirantes, & acumen ingenii, & dæmonum expulsiones.

73. Alios quoque similiter mundi sapientes, qui eum irridere cupiebant, quia litteras ignoraret, tali disputatione colligavit, dicens: Respondete mihi, quid prius, sensus an litteræ? & quid cujus exordium? sensus ex litteris, an litteræ oriuntur ex sensu? Illis asserentibus, quia sensus esset auctor atque inventor litterarum, ait: Igitur si cui sensus incolumis est, hic litteras non requirit. Quis præsentium post hanc colluctationem non exclamaverit, cum obstupuerint & ipsi qui victi sunt, tantam in imperito litterarum sagacitatem animi admirantes? Neque enim, ut in solitudine & montibus versatus, atque omnem ibidem exigens vitam, agrestis & rigidus erat, sed jucundus atque affabilis. Sermonem, secundum Apostoli præceptum divino conditum sale proferebat, ita ut invidia careret, & amore omnium potiretur.

74. Inter hæc, quasi parum esset bis gentilitatem fuisse superatam, & tertio venerunt viri ad eum omnis sæcularis prudentiæ nube cæcati, atque universis Philosophiæ studiis artium, (2) suorum æstimatione doctissimi. Hi cum rationem ab eo exigerent fidei, quam in Christo habemus, & niterentur arguta sophismatum interrogatione de divina Cruce eum illudere, in silentium paululum voce compressa, primum eorum miseratus errorem est: deinde per interpretem, qui ejus verba diligentissime in Græcum solebat exprimere sermonem, ita exorsus est, dicens: Quid pulchrius est, quidve honestius, Crucem colere, an adulteria, parricidium, vel incestum his assignare, quos colitis: cum in altero sit contemtus mortis, insigne virtutum; in altero turpis religio, obscœnitatis magistra? Quid melius est dicere, quod Dei Verbum manens ut erat, ob salutem nostram humanum corpus assumserit, ut societate mortalitatis nos eveheret ad cælum, participesque naturæ cælestis efficeret: an, ut ipsi asseritis, divinæ mentis haustum ad terrena veneranda (3) submittere, & pecudum atque serpentium formis cæleste nomen includere? Quo ore Christianorum credulitatem audetis irridere, dicentium Christum Filium Dei sine sui detrimento, & cœpisse esse quod non erat, & mansisse quod fuerat: cum ipsi animam de cælestibus detrahentes, non tantum hominum sed & serpentium & pecudum soleatis (4) sepire corporibus? Christiana credulitas pro salute mundi Deum suum venisse testatur: vos vero innatam animam prædicantes, ultro citroque transfertis. Christiana fides, quæ omnipotentiam Dei clementiamque veneratur, consequenter incarnationem dicit Deo fuisse possibilem, ita tamen, ut non evacuaverit dignatio dignitatem: vos qui animam ex splendidissimo Dei fonte manantem turpiter decidisse jactatis, qui mutabilem & convertibilem eam post sui diminutionem audetis asserere, jam illam quoque naturam, dominam sæculorum, per animæ contumelias impia lingua temeratis: imago enim, quæ secundum vos naturalem similitudinem sui retinet auctoris, cui una est ex quo (5) defluit eademque substantia, humilitates pro-

(1) Ita multi manuscripti. Editi vero, *& sapientiam habere, bonum est ut imitemini*.
(2) Sic manuscripti recte. Editi vero, *fuorum*.
(3) Ita manuscripti omnes. Editi vero, *caput submittere*.
(4) Sic omnes pene manuscripti. Editi vero, *sepelire*.
(5) Sic manuscripti. Editi, *defluxit*.

Qualis enim imago, talis sit oportet is cujus imago est. Cum porro de mente talia existimatis, advertite vos in mentis patrem blasphemare.

75. Crucem vero quod spectat, quid præstabilius dixeritis, improborum hominum insidiis crucem tolerare, & qualecumque mortis genus non reformidare; an errores Osiridis & Isidis, insidias Typhonis, Saturni fugam, liberorum devorationes & parricidia fabulose narrare? Hæc quippe vestra est sapientia. Cur vero in Crucem cachinnantes, Resurrectionem non miramini? Qui enim hanc rem, hi ipsi illam conscripsere. Aut cur facta Crucis mentione, suscitatos mortuos siletis, necnon cæcos visum consequutos, sanatos paralyticos, mundatos leprosos, incessum supra mare, aliaque signa & prodigia, quæ Christum non hominem tantum, sed Deum demonstrant? Multum videmini mihi vobis ipsis iniqui, nec sincero animo Scripturas legisse nostras. Sed legitote, & advertite quæ Christus egit, Deum ipsum pro salute hominum advenientem, comprobare.

76. Jam quæ ad vos attinet loquimini. Quid de brutis dixeritis: nisi feritatem & immanitatem? Quod si, ut audio, hæc fabulose a vobis dicta contenditis, & per Proserpinæ raptum, figurate terram significatis; per Vulcani claudicationem, ignem; per Junonem, aerem; per Apollinem, solem; per Dianam, lunam; per Neptunum, mare; nihilo magis ipsum Deum colitis, sed creatis rebus servitis potius quam omnium creatori Deo. Quod si hæc ob creatorum pulcritudinem commenti estis: satis erat ea mirari, nec opificia pro diis habere; ne creatoris honorem factis rebus adscriberetis. Alioqui restat ut architecti honorem ad domum ab illo structam transferatis, aut ducis ad militem. Quid ad hæc igitur, ut sciamus num quid risu dignum Crux habeat?

77. Hæsitantibus illis, atque huc illucque sese convertentibus, subridens Antonius per interpretem rursum ait: Hæc primo aspectu ita se habere coarguuntur. Ceterum quia argumentis potius nitimini, & hac estis instructi arte, neque nos vultis absque probationibus Deum colere; vos primum dicite, Rerum & potissimum Dei cognitio qua ratione accurate percipitur, ratiociniorum demonstratione, an fidei operatione? aut quid antiquius, fides quæ per operationem habetur, an argumentis facta demonstratio? Illis reponentibus, antiquiorem esse fidem quæ per operationem habetur, esseque illam accuratam cognitionem: ait Antonius: Recte dixistis: nam fides ex animæ affectu oritur; Dialectica vero auctorum suorum

VERSIO EVAGRII.

proprias & injurias consequenter ad suam originem remittit. Igitur animadvertite, contumelias animorum, ad patrem (ut appellatis) earum, per vestram blasphemiam redundare.

75. Crux Cristi Domini Dei nostri hic nobis ingeritur. Rogo, quæ hæc est religionis obscœnitas? nonne potius est Crucem aut alicujus generis mortem, ab iniquis hominibus illatam patienter sustinere, quam Isidis plangere post Osirim vagos incertosque discursus? Pudeat, quæso vos, insidiarum Typhonis: pudeat Saturni fugæ & devorationis crudelissimæ liberorum. Erubescite parricidium Jovis & incestum: erubescite raptum ejus & coitum mulierum atque puerorum. Ille, sicut vestri fingunt Poetæ, ad explendum immanissimæ libidinis furorem, molles dedit in amorem vagitus: ille in Danaes fluxit sinus, ipse amator & pretium: ille modulatus ales Ledæos expetivit amplexus: ille in proprium sæviens sexum, regium puerum ministris avibus polluit. Hæc vos creditis, hæc colitis, hæc sunt vestrorum ornamenta templorum. Æquo, deprecor, pro vestra salute, nostra dicta pensate judicio. Cuncta, an nihil credendum in libris Christianis est? si nihil, nec Crucis quoque, cui detrahitis, nomen agnoscitis. Si universa credenda sunt, cur, cum in iisdem libris Cruci resurrectio copuletur, passionem divinam stolido laceratis eloquio, & non statim jungitis cæcorum visum, surdorum auditum, claudorum (1) gressum, lepræ emundationem, serviens ambulanti Deo suo mare, dæmonum fugas, resurrectionem mortuorum, & defunctorum ab inferis reditus? Hæc omnia Scripturis divinis, quas interpellatis, inserta sunt, & iisdem voluminibus continentur præconia majestatis, & mortis dedecora. Quamobrem odio, quo imbuti estis, abjecto, invenietis illico, & Deum verum esse Jesum, & salutis humanæ gratia fragilem assumsisse naturam.

76. Vestram tamen nobis, si non pudet, narrate religionem. Sed quas error infelix poterit referre culturas de tanta rerum fœditate atque vecordia? nisi forte (ut audio) fabulas asseratis deorum vestrorum, & obscœnitates, & crudelitates, & vanitates, & mortes, tegentes eas allegoricis velaminibus: Liberæ raptum, terram; semiclaudum Vulcanum & debilem, ignem; Junonem, aerem; Apollinem, solem; Dianam, lunam; Neptunum, maria; & libidinum principem Jovem, ætherem interpretantes. Nec post hanc excusationis procacitatem, Deum, sed creaturas, contemto creatore suscipitis. Quod si pulchritudo vos elementorum ad suam traxit venerationem, modum fas erat custodire; & oportebat mirari tantum, nec colere; ne facturæ veneratio creatoris esset injuria. Nam secundum istiusmodi, quam vos sequimini, rationem præposteram, & architecti honor migrabit ad domum, & medici scientia ad remedis conferetur, omnium quoque artificum merita vel laudes ad opera transferentur. Quid ad hæc dicitis, ut agnoscamus, quæ sit Crucis ridiculæ vobis ignominiosa confessio?

77. Hac disputatione convertentibus inter se Philosophis oculos, simulque mussitantibus, subridens Antonius, rursum per interpretem ait: Prædurum namque cuncto videtur operi, quoties justo universæ rei tenore calcato, laboris merita factis magis quam factoribus adstruuntur. Elementa quidem, ut memoravi, ex ipso conspectu suam comprobant servitutem. Sed quoniam vos observatione dialectica, necessaria, ut putatis, quæque colligitis, hoc quoque artificio etiam nos nostram religionem compellitis affirmare. Respondete mihi: cognitio Dei quemadmodum manifestius approbatur, per collectionem verborum, an per operationem fidei? & quid antiquius est, operatio fidei, an disputatio per argumenta procedens? Illis respondentibus firmiorem sermonibus operationem esse, & hanc liquidam de Deo cognitionem; bene eos & ipse dixisse consensit; quia operationem, qui ex fide descendit, animi generat

(1) Sic manuscripti quidam cum editis. Alii vero, *cursum*.

rum arte constituta est. Itaque quibus adest operatio illa per fidem, illis minime necessaria, immo forte supervacanea est demonstratio argumentis facta. Siquidem quod nos fide intelligimus, id vos argumentis concludere nitimini: immo sæpe quæ nos intelligimus, ne exprimere quidem potestis. Præstantior itaque & firmior est operatio per fidem, sophisticis vestris argumentis.

78. Nos certe Christiani, non in sapientia ra-
1. Cor. 2. 3. tionum Græcarum, mysterium habemus; sed in virtute fidei quæ a Deo nobis per Jesum Christum suppeditatur. Quod autem vera sint quæ loquor, hinc comprobatur, quod nos, licet litterarum ignari, credimus in Deum, ac per ejus opera, ipsius in omnia providentiam novimus. Quod autem efficax sit fides nostra, hinc ostenditur, quod nobis fide in Christum innixis, vobis vero sophisticis disceptationibus, vestra quidem idolorum portenta abolentur; nostra vero fides ubique propagatur. Vos argumentis & sophismatibus neminem Christianorum ad paganismum traducitis; nos fidem erga Christum docentes, vestram minuimus superstitionem, agnoscentibus omnibus, Christum Deum esse & Dei filium. Vos eloquentia vestra, Christi doctrinam minime impeditis: nos Christum crucifixum nominantes, omnes fugamus dæmones, quos ut Deos timetis. Et ubi signum Crucis formatur, magica ars vires amittit, atque veneficia nihil virtutis habent.

79. Dicite ergo, ubinam sunt oracula vestra? ubi Ægyptiorum incantationes? ubi magorum phantasiæ? quandonam hæc omnia cessavere, viresque amisere, nisi Christi cruce apparente? Num risu dignus ille est, an potius quæ ab ipso abolita, & imbecillitatis convicta sunt? Etenim hoc quoque est admiratione dignum: nemo unquam vestra persequutus est, immo per urbes ab hominibus illa honorantur: Christiani vero persequutionibus vexantur, & tamen nostra plus quam vestra florent augenturque. Vestra, celebrata & laudata, labefactantur: Christi vero fides & doctrina quam vos irridetis, ab Imperatoribus plerumque passa persequutionem, replevit orbem terrarum. Quandonam Dei cognitio ita refulsit? quando temperantia & virginitatis virtus apparuit? quando mors despectui habita est, nisi cum Christi crux exorta est? Nemo hac de re ambigit, cum Martyres cernit propter Christum mortem despicientes: videtque Ecclesiæ Virgines propter Christum corpora pura & incorrupta servare.

80. Hæc sane argumenta satis sunt ad probandum Christianam fidem solam esse veram religionem. Certe vos jam fidem nullam habetis, dum argumenta perquiritis. Nos quidem *non in persua-* 1. Cor. 2. 4.
sibilibus Græcæ *sapientiæ verbis*, ut noster ait Doctor, argumenta proferimus; sed fide suademus, quæ verborum antevertit apparatum. Ecce hic quidam adsunt a dæmonibus vexati: accesserant quippe ad eum quidam dæmoniaci, quos in medium adducens ait: Aut vestris argumentis, aut qua volueritis arte, immo si lubet magica, vestra

VERSIO EVAGRII.

rat affectus; dialectica vero disputatione ex artificio componentium sumsit oppositionis exordium. Cum ergo, ait, operationem fidei animo sitam quis habuerit, superflua erit verborum compositio, per quam conceptam sensu nostro credulitatem tentatis evellere, & tamen sæpe nostras explicare intelligentias non valetis. Ita solidiora sunt mentis opera, quam (1) sophismatum fraudulenta conclusio.

78. Nos Christiani mysterium vitæ nostræ non in sapientia mundi habemus repositum, sed in virtute fidei, quæ nobis a Deo tributa per Christum est. Hanc orationis meæ verita-
1. Cor. 1. 3. tem, rerum, quæ quotidie geruntur, ordo commendat. Nobis imperitis & litterarum vestrarum ignaris ad Dei cognitionem ejus solum verba sufficiunt. Ecce nos tot gentilitatis gregibus abstracti, in universum orbem quotidie propagamur: vobis vero post adventum Domini, nodosæ sophismatum defecerunt versutiæ. Ecce nos simplicem Christi fidem docentes, idololatriam debellavimus, & per prædicationem ignominiosæ Crucis, aurata templa ceciderunt. Vos, si potestis, ostendite, quibus contextione verborum gentilitatem Christo præponere suaseritis, per omnes jam terras verus Dei filius Christus est agnitus: nihil eloquentia sophismatum, nihil disputatio Philosophiæ multitudini potest obesse credentium. Crucifixum nominamus, & universi Dæmones, quos vos ut deos colitis, rugiunt, atque ex obsessis corporibus ad primum dominicæ Crucis signum fugantur.

79. Ubi sunt illa fabulosa oracula? ubi Ægyptiorum incantationes? quo Magorum profecere carmina? Certe tunc vastata sunt omnia cum de sua Cruce mundo Christus intonuit. Nihilominus vos prætermissis debilitatorum catervis, gloriosam Jesu mortem irridere conamini. Illud autem quale est, quod nunquam infestatione regali concussa gentilitas, imo sæculo cara, & hominum præsidiis fulta, jam corruit. Nos famuli Christi quo plus premimur, eo magis assurgimus & floremus. Vestra simulacra ornatis quondam septa parietibus, jam vetustate collapsa sunt: Christi vero doctrina, quæ vobis stultitia videtur & ludus, licet tyrannica persequentium principum tentamenta pertulerit, licet variis sit incursata terroribus, nullo tamen terrarum orbe concluditur, nullo gentium barbararum fine prohibetur. Quando enim divinæ scientiæ tantus splendor illuxit? quando tot simul in se convenere virtutes? continentia in matrimonio, (2) Virginitatis in Ecclesia flores, Martyrum pro Domino suo gloriosa constantia, quorum omnium Crux Christi principium est.

80. Cum interim vos inter tantos virtutum choros, syllogismorum retia tenditis, & veram
1. Cor. 2. 4. rerum lucem tenebrosis conamini argumentationibus obvolvere. Ecce nos, ut dixit Doctor noster, non in gentili persuasione, sed in fide (3) apertissime suademus, quæ verborum affirmationem prævenire consuevit. Adsunt quippe patientes a dæmonibus vexati, quos cum in medium produxisset, verba repetivit, dicens: Nunc vos collectionibus vestris, & quo vultis malefico carmine deos vestros, quos putatis, expellite: sin autem non potestis, victas submittite manus, & ad

(1) Manuscripti quidam, *sophistarum*.
(2) Ita Colb. quem sequi visum est, qui tamen habet *in Ecclesia* mendose. Editi *virginitas in Ecclesia floret*.
(3) Sic mss. Editi vero *apertissima*.

stra invocantes idola, hos mundate: sin non valetis, nobiscum pugnandi finem facite, videbitisque virtutem Crucis Christi. His dictis, Christum invocavit, & dæmoniacos bis terque sigillo Crucis signavit. Moxque steterunt homines incolumes, mentisque compotes, gratiasque agentes Domino. Tum Philosophi (ut vocabantur) admirati, atque viri prudentia necnon edito signo stupefacti sunt. Antonius vero ait: Cur miramini? non nos hæc agimus, sed Christus, per eos, qui in se credunt, hæc operatur. Credite itaque vos ipsi, videbitisque nostra non verborum artificium esse, sed fidem quæ per dilectionem in Christum operatur: quam si nacti fueritis, non ulterius argumenta verborum perquiretis; sed fidem in Christum sufficere vobis existimabitis. Hactenus Antonii verba. Illi hoc quoque admirati, Senemque amplexati, discessere: seque ex eo utilitatem cepisse fassi sunt.

Virtute signi Crucis dæmoniacos liberat.

81. Porro Antonii fama ad Imperatores usque pervenit. Hæc enim cum didicisset Constantinus Augustus, itemque filii ejus Constantius & Constans Augusti, illi tamquam patri scripsere, litteras mutuo ab illo accipere peroptantes. At ille nequaquam magni faciebat eas litteras: nec his acceptis epistolis gavisus est: sed talis erat, qualis ante scriptas illas ab Imperatoribus. Cum deferrentur autem hujusmodi litteræ, accitis Monachis, ajebat: Ne miremini si ad nos scribat Imperator, homo cum sit; sed miramini potius quod legem hominibus scripserit Deus, & per proprium Filium, nobiscum loquutus sit. Et vero nolebat litteras illas accipere, ajens, se nescire ejusmodi litteris rescribere. Sed hortantibus Monachis, ajentibusque Christianos esse Imperatores, periculumque fore ne se ita sperni indigne ferrent, concessit ut eæ legerentur: atque rescripsit, laudans ipsos quod Christum adorarent: dabatque monita salutem spectantia: monebat item ne præsentia magni facerent; sed potius diei judicii recordarentur, scirentque Christum solum & æternum esse Imperatorem. Rogabat, ut humanitati studerent, ac curam justitiæ pauperumque gererent. Quibus illi acceptis, lætabantur. Sic acceptus omnibus carusque fuit, eumque omnes patrem sibi esse rogabant.

Constantinus Imp. & Filii ejus scribunt ad Antonium.

Hebr. 1. 2.

82. Ita notus cum esset, ac cum se adeuntibus ita respondisset, ad interiorem rursus Montem se contulit: atque pro more asceticam coluit vitam. Sæpe cum sederet una cum iis qui advenerant, itemque cum deambularet, obtumescebat, uti de Daniele scriptum est. Elapsaque hora, cum præsentibus fratribus consequenter colloquia resumebat: sentiebantque illi, aliqua illum visione occupatum esse. Plerumque enim in monte cum esset, quæ in Ægypto fierent videbat, & Sarapioni narrabat Episcopo: qui cum adesset, Antonium cernebat visioni occupatum. Aliquando igitur cum sedens operaretur, quasi ex-

Dan. 4. 16.

VERSIO EVAGRII.

ad Christi trophæa confugite, & statim Crucifixi credulitatem majestatis potentia prosequetur. Dixit, & invocato nomine Jesu, cum vitale signum in sacro numero Trinitatis pressisset in frontibus, una cum expulsis dæmonibus, vana præsentium philosophorum confutata est sapientia. Expaverunt enim stupentes ad hominem, cui post tantum ingenium, afflueret signorum divina largitio. At ille universa Christo, qui curarat, adscribens, usus est (1) affatu reciproco, & ait: Nolite me putare his sanitatem dedisse: Christus per servos suos ista miracula facit. Credite & vos, & videbitis, quia devota Deo fides, non eloquentiæ vanus tumor talia signa mereatur. Confugite ad Crucifixi legem, nosque ejus imitamini famulos (2) & hac scientia, hac fide contenti, nulla deinceps sæcularis imprudentiæ argumenta quæratis. Hactenus Antonio dicente, miro Philosophi stupore perculsi, cum honorifico salutatu ab eo recedentes, multum ejus sibi fatebantur profuisse conspectum.

81. Hoc in eo viro mirabile est, ut hominem in extremo mundi limite conditum, & favor principum, & omnis celebraret aula regalis. Nam & Constantinus Augustus, & ejus liberi Constans atque Constantius, talia cognoscentes, crebro ad eum, quasi ad Patrem, missis litteris obsecrabant, ut reciprocis eos scriptis hilararet. At ille ejusmodi manens, qualis & antequam litteræ ad eum venirent, fuerat, nec salutatione principum movebatur, & tanquam non acceptis litteris, convocatis Monachis ajebat: Reges sæculi epistolas ad nos miserunt, quæ hic Christianis adhibenda miratio est? licet enim diversa sit dignitas, attamen eadem nascendi moriendique conditio est. Ista sunt veneratione omni percolenda, illa toto animi affectu retinenda sunt, quod hominibus Deus legem scripserit, quod per filium suum propriis Ecclesias ditaverit eloquiis. Quæ Monachis est ratio cum epistolis Regum? cur accipiam litteras, quibus consueta nesciam reddere salutationis obsequia? Igitur rogatus ab universis fratribus, ut Christianos Reges suis litteris refrigeraret, ne scilicet per silentium ejus exasperarentur, ad susceptas epistolas convenientia rescripsit. Laudavit primum, quod Christum colerent: deinde salutaria persuasit, ne magnam putarent regiam potestatem, ne præsentis carnis imperio tumentes, & se homines esse nescirent, & judicandos a Christo obliviscerentur: ad postremum, clementiæ circa subjectos & justitiæ, curæ quoque inopum admonuit, atque unum sempiternum esse Regem omnium sæculorum Jesum Christum epistolis testatus est. His Principes susceptis vehementissime lætabantur. Sancta quoque apud cunctos Antonii flagrabat opinio, ita ut ejus se filios cuperent nominari. Magna etenim cum advenientibus affabilitas, omnium in se studium converterat.

Dan. 4. 16.

82. Postquam ergo Gentiles confutati, Reges admoniti, fratres ab eo sunt consolatione relevati; ad interiorem Montem, & ad rigorem solitum regressus est: ibique sæpe cum introeuntibus deambulans vel residens, stupebat, sicuti in Daniele scriptum est: & interjectis horarum spatiis, consequentia respondebat, ut intelligeretur aliqua revelationis vidisse secreta. Nam & in Monte positus, ea quæ in Ægypto longe gerebantur, prævidens, Episcopo Serapioni ibi constituto narravit. Lamentabilis sequitur visio, & omni lacrymarum fonte plangenda. Cum enim fratribus circa se seden-

Hebr. 1. 2.

(1) Sic mss. Editi quidam, *afflatu*.
(2) Sic Desmar. Alii, *hac scientia fide*. Editi, *hoc scientia fine*.

extra se raptus est, multumque in contemplatione ingemebat, atque contremiscens precabatur, flexisque genibus, ita diu moratus est. Surgensque senex flebat. Tum tremefacti omnes qui aderant, & admodum perterriti, quid illud esset sciscitabantur, multumque urgebant, donec coactus rem aperiret cum magnis gemitibus. O filii, ajens, præstaret sane mori, potius quam quæ a me visa sunt fierent. Rogantibus iterum illis, collacrymans dixit: Ecclesiam ira divina invasura est, tradeturque illa hominibus qui jumentis insipientibus similes erunt. Vidi quippe mensam Dominicì mulis undique circumsessam, qui ejus interiora iis calcibus petebant, quasi confuse subsultantium jumentorum calcitratus fieret. Sensistis plane quantum suspiravi: audivi quippe vocem dicentem: Altare meum polluetur. Hæc Senex vidit: & post biennium contigit ea quæ nuper fuit Arianorum irruptio, Ecclesiarumque direptio: cum (sacra) vasa vi abrepta, Ethnicis asportanda tradidere: quo tempore ex officinis Ethnicos suis interesse synaxibus coegerunt, iisque præsentibus, quæ libuit in sacra mensa perpetrarunt. Tum novimus omnes, mulorum calcitratus ea Antonio prænuntiasse, quæ jam Ariani quasi bruta jumenta perpetrant. Post visionem autem, eos qui secum erant consolatus est. Ne animo concidatis, ajens, filii; ut enim iratus est Dominus, sic denuo medelam adhibebit, & cito pristinum Ecclesia ornatum recuperabit, fulgebitque de more: pulsos restitui cernetis, impietatem ad latibula secedere sua, piamque fidem libere omnino ac fidenter agere ubique: solum ne cum Arianis vos polluatis. Nequaquam enim Apostolorum est ejusmodi doctrina, sed dæmonum, patrisque ipsorum diaboli, potiusque illa ortus, atque rationis expers est, & non sanæ mentis, ut muli ratione carentes.

Visio Antonii anno 339.

Hæc gesta sunt anno 341. Vide supra Epistolam Encyclicam ad Episcopos p. 42.

83. Hactenus Antonii gesta. Non decet autem nos fidem derogare tot tamisque ab uno homine editis miraculis. Hæc enim Salvatoris est promissio, qui ait: *Si habueritis fidem, ut granum sinapis, dicetis huic monti, hinc transmigra, & transmigrabit: & nihil impossibile erit vobis.* Et rursum, *Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite, & accipietis:* ipse quippe discipulis omnibusque in se credentibus ait: *Infirmos curate: dæmones ejicite: gratis accepistis, gratis date.*

Matth. 17. 19. *Joan. 16. 23.* *Matth. 10. 8.*

84. Non jussu itaque sanabat Antonius, sed orando, Christumque nominando; ita ut palam esset non ipsum ea edere, sed Dominum, Antonii ministerio beneficia & curationem patientibus impertire; ita

VERSIO EVAGRII.

dentibus operaretur, intente fixit oculos in cælum, gemens atque suspirans, & post aliquantum spatium revelationis incoeptæ, nimio dolore contremuit: & statim fixis genibus ante Dei vultum provolutus oravit, ut clementia sua futurum averteret scelus. Succedunt orationi lacrymæ, metus ingens invadit præsentes: obsecrant ut tantæ calamitatis exponeret visionem: singultus occupant vocem, lingua fletibus præpeditur, & in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Vix tandem cum vociferatione luctuosa ait: Melius erat, o filioli, impendens piaculum cita morte lucrari. Sic incipiens rursum lacrymis vincitur, & inter ægra suspiria tandem pectori commodans vocem, Magnum, inquit, quoddam & universis seculis inauditum imminet nefas; magno fides Catholica turbine subvertetur, & homines jumentis similes Christi Sancta diripient. Vidi enim altare Domini mulorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant. Hæc est causa gemituum meorum, quos audistis. Et facta est vox Domini dicens: Abominabitur (1) altarium meum. Nec mora, visionem sequitur effectus: nam post duos annos sæva Arianorum irrupit insania. Tunc Ecclesiarum fuerunt rapinæ; tunc divinorum temeratio vasorum, tunc pollutis Ethnicorum manibus sacra polluta sunt (2) ministeria; tunc paganorum opificum præsidia adversus Christum comparata cum assumtione palmarum: quod idololatriæ apud Alexandriam insigne est. Ad Ecclesiam pergere compellebantur Christiani, ut Arianorum populi crederentur. Proh scelus! Horret animus replicare quæ gesta sunt: Virginum matronarumque ereptus pudor: sanguis ovium Christi in Christi templo effusus veneranda respersit altaria: Baptisterium pro voluntate Gentilium pollutum est. Nihil defuit visioni veritatis, ut monstravit effectus, quod calcitrantium mulorum indisciplinatio, Arianorum esset impietas. Sed istam tristitiam consequentis revelationis prosperitate solatus est, & ait: Nolite filioli mœrori vos penitus dare: ut enim iratus est Dominus, sic rursum miserebitur, & suum cito Ecclesia recuperabit ornatum: eosque qui in persecutionibus fidem Domini servaverint, solito videbitis fulgore relucentes. Revertentur ad foveas suas serpentes, & religio longius propagabitur: tantum videte, ne fidei vestræ sinceritas Ariana labe sordescat. Non Apostolorum, sed dæmonum & patris eorum diaboli ista doctrina est: ob id per insipientiam jumentorum, similis pecudum eorum expressus est animus.

83. Huc usque Antonius. Sed nos minime convenit diffidere, tam grande miraculum per hominem potuisse portendi. Salvatoris enim promissio (3) est ista dicentis: *Si habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis monti huic, transfer te, & transferetur, & nihil impossibile erit vobis*: & iterum: *Amen amen dico vobis, omne quod petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite & accipietis.* Ipse enim suis discipulis & universo credentium gregi, nunc subjectionem dæmonum, nunc variarum infirmitatum pollicens curationem, ajebat: *Gratis accepistis, gratis date.*

Matth. 17. 19. *Joan. 16. 23.* *Matth. 10. 8.*

84. Numquid suæ virtutis imperio curabat Antonius? numquid suæ possibilitatis arbitrabatur esse, quod fecerat? Orationibus, non præceptis, dæmones morbique cesserunt, & ad Christi Domi-

(1) Sic omnes pene mss. & editi ante Bollandum, qui habet, *altare meum*.

(2) Desinar. *mysteria*. Quæ hic de pollutis mysteriis addidit Evagrius, in Græcis absunt, sed leguntur supra pag. 58. Quod sequitur autem, *cum assumtione palmarum: quod idololatria apud Alexandriam insigne est*, in Græco non legitur, videturque explicationis causa additum. Et sane quiddam simile legitur, pag. 43. supra, ubi de strobilis, seu pineis nucibus, sacrificatis agit Athanasius.

(3) Sic manuscripti. Editi, *est ita*.

ita ut Antonii esset oratio tantum & ascetica vita, cujus ope cum in Monte sederet, divinarum rerum contemplatione gaudebat: sed dolebat cum a multis vexaretur, atque ad exteriorem pertraheretur montem. Judices namque omnes rogabant illum ut e Monte descenderet, quod nequaquam sibi liceret ob reos qui secum erant & sequebantur, ad Montem ingredi. Postulabant tamen ut accederet, ejusque solum aspectu fruerentur, quam rem cum aversaretur ille, abnuebat egredi. Instare illi, ac sub militum custodia reos ad illum mittere; ut illorum saltem causa descenderet. Necessitate igitur coactus, illosque cernens collacrymantes, in exteriorem se contulit Montem: quæ illius defatigatio haud inutilis fuit: multis enim commoda, multis beneficia contulit adventus ejus. Judicibusque ipsis emolumento erat: quos hortabatur ut jus & æquum omnibus anteferrent, Deum timerent, nossentque, quo judicio judicarent eodem sese judicandos. Nullus ei locus æque carus fuit atque Mons ille.

Matth. 7. 2.

85. Cum aliquando ita vi compulsus ab iis quibus ex usu id erat, Duceque rogante ipsum ut descenderet, venisset, paucis eum alloquutus verbis, quæ tum salutem ejus, tum eos qui sua ope egebant spectarent, regredi festinabat. Duce vero, ut vocant, rogante moram ut faceret: se diutius cum illis morari non posse respondit, lepidoque id illi exemplo persuasit. Sicut pisces, ait, in arida terra immorando moriuntur; sic Monachi vobiscum morantes, apud que vos diutius versantes, enervantur: ut igitur piscibus ad mare, sic nobis ad montem properandum: ne cunctentes, eorum quæ intus sunt obliviscamur. Quibus Dux auditis, aliisque permultis, admiratus, vere illum Dei servum esse dixit: unde namque idiotæ mens tanta & tam eximia esset, nisi a Deo diligeretur?

Egregium exemplum.

86. Quidam item Dux Balacius nomine, acriter nos Christianos persequebatur, ob studium erga nefarios Arianos. Is cum crudelis adeo esset, ut Virgines verberaret, Monachos nudaret, atque flagris cæderet; mittit ad illum Antonius scriptam hujus sententiæ epistolam: Video iram imminere tibi: desine itaque Christianos persequi, ne te forte ira Dei apprehendat: jamjam enim te invasura est. Risit Balacius, in epistolam humi projectam conspuit, tabellariisque injuria affectis jussit, ut hæc Antonio renuntiarent: Quia Monachorum cura tibi est, te jam adoriar. Necdum elapsis quinque diebus, ira apprehendit eum: cum enim ad primam mansionem Cereu vocatam proficisceretur, egressus est ipse Balacius cum Nestorio Ægypti Præfecto, amboque equis insidebant, qui Balacii erant, mitissimique omnium quos aleret ipse. Sed nondum eo advenerant, cum cœpere equi ludere more solito: ac derepente mansuetior cui insidebat Nestorius, Balacium morsu decussit in terram, in eumque irruens, femur ejus ita dentibus laniavit, ut statim in urbem delatus, intra triduum moreretur. Mira

Antonius Balacio mortem prænuntiat, quæ ipsi accidit. Vide p. 139.

VERSIO EVAGRII.

mini nostri nominationem semper universa perfecta sunt. Nemo sapientum sanitatum admirationem adscribat Antonio, sed Domino Jesu, qui solitam erga creaturas suas exhibens benevolentiam, nunc quoque per electum famulum suum indulgenter exercuit. Antonius tantum orabat, & ob vitæ ejus merita, cuncta Dominus largiebatur. Sæpe autem, & contra voluntatem, ad exteriorem Montem a fratribus perducebatur. Et cum Judices qui ad interius * Archisterium, propter asperitatem itineris, & obsequentium multitudinem, & horridam solitudinem ire non poterant, precario quærerent ut ejus fruerentur aspectibus, nec impetrare possent, quia molestissime ferebat vexationem discursuum; ipsos catenatos, quos aut noxietas, aut vigor publicus constrinxerat, ad eum destinabant, scientes tales ab Antonio non posse contemni: quorum fletibus superatus pertrahebatur ad exteriorem Montem, agnoscens laborem suum utilem miseris fore: suadebatque judicibus, qui eum invitaverant, ut in sententia proferenda, & odio & gratiæ, timorem Dei anteponerent; nec ignorare eos debere, quod scriptum est: *Quocumque judicio judicaveritis, in eo judicabitur de vobis.* Attamen inter medios sermones caræ sibi solitudinis recordabatur.

* Lege Asceterium.

Matth. 7. 2.

85. Post coactam itaque præsentiam, quam Ducis preces, &, quod verius est, miserorum fletus extorserat: post salutaria monita, post reorum commendationem, quorumdam etiam absolutionem, postulanti Duci, ut paulo largius eidem suam præsentiam indulgeret, ait, Non posse se diutius ibidem morari, grato usus exemplo, quod sicuti pisces ab aqua extracti, mox in arenti terra morerentur, ita & Monachos cum sæcularibus retardantes, humanis statim resolvi confabulationibus. Ob id ergo, inquit, convenit ut pisces ad mare, ita nos ad Montem (1) festinare, ne tardantibus nobis, aliqua propositi succedat oblivio. Pro tanta hominis sapientia Dux miratus, justam de eo tulit veramque sententiam, dicens: Vere (2) istum esse Dei famulum, nec in rustico homine potuisse tantam aliquando inesse sapientiam, nisi divino amore regeretur.

86. Præterea cum Balacius, qui sub Nestorio præfecto Alexandriæ dux Ægypti fuit, homo Arianæ iniquitatis studiosissimus fautor, ita Christi Ecclesiam persequeretur, ut animo vesano, Virgines Monachosque nudatos verberaret in publico, ad eum Antonius litteras misit, quarum ista sententia est: Video iram Dei venientem super te: desine persequi Christianos, ne te ira occupet, quæ proximum jam tibi minatur interitum. Legit infelix epistolam, & irrisit, atque in eam excreans projecit in terram: portitores quoque multis afficiens injuriis, Antonio talia (3) renuntiare præcepit: Quoniam cura tibi tantopere Monachorum est, etiam ad te mei vigoris transibit disciplina. Sed confestim minitatorem oppressit supplicium, & post quinque dies os effrenatum ultio divina compescuit. Egreditur enim ad primam mensionem Alexandriæ, quæ appelletur (4) Cereu, cum supradicto Ægypti præfecto Nestorio. Vehuntur equis, quos inter omnes Balacius, cujus erant, mansuetissimos nutriebat. Cum ergo pariter solito sibimet equi alluderent, mitior, quo Nestorius vehebatur, morsu repentino Balacium decussit in terram, ac sic in eum inhians, femora ejus laceravit atque corrosit, ut statim relatus ad civitatem, post tertium diem moreretur: uni-

(1) Sic Manuscripti. Editi *Festinemus*.
(2) Sic manuscripti pene omnes. Editi, *vere justum esse*.
(3) Ita omnes pene manuscripti. Editi vero, *renuntiari*.
(4) Sic Desmar. optime. Alii, *Cereum*, alii, *Chereum* cum Bollando vocant. Vide in tabella Geographica.

Miratique sunt omnes, ea, quæ Antonius prænuntiasset, tam cito accidisse,

87. Sic igitur ferociores monebat: alios autem se adeuntes sic præceptis & monitis imbuebat, ut statim juris dicendi immemores, beatos illos prædicarent qui ex sæculi vita secederent. Atque ita injuria affectorum patrocinium suscipiebat, ut videretur, non alios, sed ipsum læsum fuisse. Ita rursum ad omnium utilitatem natus erat, ut multi milites, aliique plurimarum potiti possessionum, depositis vitæ hujus oneribus, fierent Monachi. Demum quasi medicus Ægypto a Deo datus erat. Quis enim mœstus illum adiit, quin gaudens recesserit? quia accessit mortuos lugens suos, quin statim luctum deposuerit? quis iratus advenit, nec in amicitiam redactus est? quis pauper ad illum demisso animo accessit, auditoque ac viso illo, divitias non contemsit, & non de paupertate sua consolationem admisit? quis Monachus remissior illum conveniens, non fortior postea fuit? quis adolescens in Montem profectus, visoque Antonio, non abnegans illico voluptates temperantiam est amplexus? quis a dæmone tentatus ipsum adiit, quin liberatus sit? quis cogitationibus vexatus accedens, non tranquillo stetit animo?

88. Etenim illud singulare erat in Antonii ascesi, quod accepta, ut supra dixi, spirituum discretionis gratia, eorum statim agnosceret motus, & cujusque studium, affectumque non ignoraret: neque solum non ab illis deciperetur, imo eos, qui cogitationibus turbati erant, monitis suis edoceret, qua ratione possent insidias dæmonum subvertere, narrata eorum imbecillitate, vafritieque. Singuli itaque tamquam iuncti ab illo, seu ad pugnam excitati, descendebant, assumta adversus diaboli dæmonumque ejus cogitationes fiducia. Quot jam procos habentes virgines, tantum Antonio eminus conspecto, Christi virgines mansere? Veniebant etiam ad illum quidam, ab exteris regionibus, qui percepta cum aliis omnibus utilitate, domum redibant, quasi a patre suo deducti. Sane illo defuncto, omnes quasi patre orbi sola ejus memoria sese consolantur, retentis animo ejus admonitionibus hortamentisque.

89. Qualis porro ipsi exitus vitæ fuerit, æquum est me enarrare, vosque, ut peroptatis, ediscere; cum maxime ea etiam in re illum imitari par sit. Cum de more Monachos in exteriore Monte degentes inviseret, & a Providentia divina de futura morte præmonitus fuisset, Fratribus hæc loquutus est. Jam postremo vos invisam, mirumque si iterum in hac vita mutuo fruamur aspectu: tempus quippe ut hinc transmigrem, cum ferme quintum supra centesimum annum agam. His illi auditis, lacrymari, Senem amplecti, ac deosculari. Ille vero quasi ab extranea in propriam se conferens urbem, lætus colloquebatur, monebatque, ne in laborando segnes essent, neque in vita ascetica animo deficerent: sed ita viverent ac si quotidie morituri essent. Atque, uti jam dixerat, animam custodirent ab obscœnis cogitationibus, sanctosque æmularentur viros: nec ad Meletianos Schismaticos accederent, quorum improbum prophanumque pro-

Postrema Antonii Oratio ad Monachos in exteriore monte, cum esset 105. circiter annorum.

VERSIO EVAGRII.

universique agnoscerent minarum ab Antonio prædictarum effectum quantocius consecutum, digno persecutoris fine completo.

87. Ceteros ad se venientes mira cum modestia Antonius admonebat, ut oblita sæculi dignitate remotioris vitæ beatitudinem appeterent. Si qui autem majori potestate premebantur, nec poterant obtinere justitiam, ita eos obnixe defendebat, ut ipse pro illis pati videretur injuriam. Multis utilis fuit præclari Senis oratio: multi magnis divitiis & altiori gradu militiæ derelicto, ejus hærere curriculis cupiebant. Et ut infinita brevi sermone comprehendam, bonum Ægypto medicum Christus indulserat. Quis non tristitiam apud Antonium mutavit in gaudium? quis non iram vertit in pacem? quis orbitatis luctum non ad ejus temperavit adspectum? quis non mœrore paupertatis, quo premebatur, abjecto, statim & divitum despexit opulentias, & in sua lætatus est paupertate? quis post lassitudinem Monachus non ejus vegetatus est hortamentis? quis adolescens, (1) ætatis succensus ardoribus, non ex ejus admonitu pudicitiæ amator fuit? quis vexatus a diabolo sine medela rediit? quis inimici cogitationibus distractus, non cæca tempestate sopita, sereno regressus est animo?

88. Sciebat enim quo quisque laboraret incommodo, & ex vitæ meritis discretionem spirituum agnoscens, adhibebat verborum, prout erant vulnera, sanitatem. Unde effectum est, ut post ejus doctrinam, omnes diaboli panderentur insidiæ, multæ quoque desponsatæ puellæ, ad ejus conspectum ab ipso pene thalamo recedentes, in Ecclesiæ matris gremio consederunt. Quid plura? Totius orbis homines ad eum confluebant, & universarum gentium varietas bellicosissimum contra dæmones virum conspicere gestiebant. Nullus se frustra illuc venisse conquestus est; omnibus delectabile atque jucundum laboris commercium fuit. Fatigatio enim itineris emolumentum viatici reportabat, sicut rei probavit effectus. Nam post resolutionem ejus, quasi communi vulnere orbitatis excepto, proprium singuli parentem luxerunt.

89. Quis autem finis vitæ ejus fuerit dignum est & me commemorare, & vos cum desiderio audire: quia & hoc in eo imitabile cunctis fuit. Juxta consuetudinem ad visendos fratres qui in exteriori Monte erant, venit, ibique a divina providentia de sua morte condiscens, ita exorsus est: Ultimam, filioli, patris audite sententiam: non enim arbitror, quod in hoc seculo iterum nos visuri simus. Cogit conditio naturæ, ut post centenarium numerum, quem annis quinque supergredior, jam resolvar. Ita locutus, audientium pectora contristavit: gemitus lacrimæque dicta mœrentia consecutæ sunt. Amplexabantur eum universi, quasi jam de seculo recessurum. At ille, tanquam aliena deserens, ad propriam patriam (2) proficisceretur, magna cum lætitia præcipiebat, desidiam instituto non debere subrepere; sed tanquam quotidie morituros, ut ante prædixerat, a sordidis cogitationibus animam custodire, & omnem æmulationem ad sanctos quosque convertere: ad (3) Meletianos vero Schismaticos ne prope quidem accedere. Seitis enim, ajebat, eorum antiquam perversitatem: neque cum Arianis communione jungami-

 ni,

(1) Sic manuscripti. In editis, *ætatis*, deest.
(2) Ita quidam manuscripti recte. Editi, *profecturus*.
(3) Manuscripti quidam habent, *Militianos*, & infra, *Militianorum*, alii, *Miletianorum*.

propositum nossent: nec ullam haberent cum Arianis A communionem, quorum impietas nemini non explorata asset. Etiam si videritis, ait, ipsis judices patrocinari, ne ideo turbemini; cessabit enim, atque mortalis modicique temporis est imaginaria hujusmodi potestas. Vos itaque puros ab illis custodite, servateque Patrum traditionem, & cum primis piam fidem in Dominum nostrum Jesum Christum, quam ex Scripturis didicistis, & quam vobis ego plerumque in memoriam revocavi.

90. Fratribus autem vim ipsi inferentibus, ut illic remaneret, vitamque obiret; abnuit ille, cum ob alias multas causas, ut vel tacitus ipse subindicabat, B tum ideo maxime quod Ægyptii soleant piorum hominum defunctorum corpora, maximeque Sanctorum Martyrum, funerare quidem & linteis involvere, nec tamen sub terram occultare; sed lectulis superponere, & apud sese intus servare: rati id vita functis esse honori. Antonius autem plerumque rogarat Episcopos, ut ea de re populos monerent: similiterque laicos pudore afficiebat, mulieresque objurgabat, ajens C nec legitimum nec sanctum illud esse. Nam Patriarcharum & Prophetarum corpora hactenus in monumentis servantur: ipsumque Domini corpus in monumentum fuit depositum, impositusque ipsi lapis quo operiretur, donec tertia die resurgeret. Hisque verbis demonstrabat prævaricari eum, qui defunctorum corpora non absconderet, quamvis sancta essent. Quid majus enim & sanctius corpore Dominico? Quibus auditis, multi deinceps sub terra occultarunt, & Domino egere gratias, quod tam probe edocti essent.

Joan. 19. 41. Matth. 27. 60.

91. Illa vero hujuscemodi consuetudinis gnarus, mutuensque ne suo corpori idipsum præstarent, salutatis Monachis qui in exteriore erant monte, ingressusque in interiorem montem, ubi manere solitus erat, post menses paucos in morbum incidit: vocatisque iis qui secum erant (duobus scilicet, qui intus remanserant, per quindecim annos asceticam agentes, atque ob senectutem illi ministrantes) ait illis: Equidem, ut scriptum est, viam ingredior Patrum; video enim a Domino me vocari. Vos autem vigilate, ac diutissimæ exercitationis vestræ fructum ne perditote: sed quasi jam ejus initium poneretis, curate vestram retinere alacritatem. Nostis insidiatores dæmones, quam sint truces quidem, sed viribus imbecilli. Ne itaque timere illos: sed Christum semper respirate, ipsique credite: ac velut quotidie morituri vivite: vobisque ipsis attendite, memores mearum quas audistis præceptionum. Nulla vobis sit communicatio cum Schismaticis, aut prorsus cum hereticis Arianis. Nostis enim qui illos ego confutarem, ob suam Christo adversariam atque a vera doctrina alienam hæresin. Id curate ut in primis vos Domino, dehinc Sanctis adjungatis: ut post

In morbum incidit.

Josue 23. 14.

VERSIO EVAGRII.

ni, quia impietas eorum jam omnibus manifesta est. His etiam illud addebat, nullum debere Christianum, cum sæculi viderit potestates pro Arianorum & Meletianorum pugnare nequitia, a Christi territum discedere veritate: mortalium illam esse defensionem, nec diu fallacem permanere posse phantasiam. Quapropter, ajebat, custodienda est pia fides in Christn, & patrum religiosa traditio, quam & Scripturarum lectione & crebro meæ parvitatis didicistis admonitu.

90. Finito sermone, Fratres eum vehementissime ratardabant, glorioso patris cupientes termino decorari. Sed multas ob causas, quas & silentio demonstrabat, præcipue tamen ob præsumtam Ægypti consuetudinem contradixit. Mos etenim Ægyptiis est, nobilium & præcipue beatorum Martyrum corpora linteamine quidem obvolvere, & studium funeri solitum non negare; terra vero non abscondere, sed super lectulos domi posita reservare. Hunc honorem quiescentibus reddi, inveteratæ consuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antonius sæpe & Episcopos deprecatus est, ut populos Ecclesiastica contestatione corrigerent; & laicos viros ac mulieres rigidius ipse convenit, dicens: Nec legitimum hoc esse, nec Deo placitum; quippe cum Patriarcharum & Prophetarum sepulcra, quæ ad nos usque perdurant, hæc facta convincerent. Dominici quoque corporis exemplum oportere intueri jubebat, quod in sepulcro positum, lapide, usque ad resurrectionis diem tertium, clausum fuerit. Atque his modis vitium circa defunctos Ægypti, etiam si sancta assent corpora, coarguebat, dicens: Quid majus aut sanctius corpore potest esse dominico, quod juxta consuetudinem gentium ceterarum humo (1) conditum est? Hæc justa persuasio multorum insitum evellit errorem, & repositis in terra cadaveribus, Domino gratias pro bono magisterio retulerunt.

91. Metuens ergo consuetudinem supradictam, ne eodem etiam circa se laberentur errore, celeriter valedicens Monachis, qui confluxerant, ad amicum virtutis habitaculum repedavit. Post menses autem paucos, cum (2) mediocre incommodum senilia membra turbasset, vocatis ad se duobus Fratribus, quos ibidem ante quindecim annos modico intervallo sejunctos (3) instituebat, quique etiam ei jam seni cœperant ministrare, ait: Ego quidem, filioli, secundum eloquia Scripturarum, patrum gradior viam: jam enim Dominus me invitat, jam cupio videre cælestia. Sed vos, o viscera mea, admoneo, ne tanti temporis laborem repente perdatis. Hodie vos religiosum studium arripuisse arbitramini, & quasi cœptæ voluntati fortitudo succrescat. Varias dæmonum nostis insidias: vidistis eorum & impetus feroces & vires effeminatas. Jesum suspirate, & credulitatem nominis ejus vestris figite memibus, & a certa fide universi dæmones fugabuntur. Mementote etiam admonitionum mearum & incertæ conditionis vitam quotidie ancipitem retractate, & cæleste vobis præmium sine cunctamine tribuetur. Schismaticorum quoque & hæreticorum venena vitate: meumque, circa eos odium sectamini, quia Christi sunt inimici. Scitis ipsi, quod nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis aliquando fuerit, propter pravam eorum voluntatem, & pertinax contra Christum bellum. In hoc autem magis estote soliciti, ut Domini præcepta servetis, ut post mortem vestram sancti quique, quasi amicos

(1) Sic manuscripti. Editi vero, *conditum esse scimus*.
(2) Ita manuscripti. In editis, *non mediocre*.
(3) Maxima pars manuscriptorum *instituebat*. Editi vero, *instituerat*.

post mortem vos in æterna tabernacula, quasi amicos notosque sibi recipiant. Hæc cogitetis, hæc sentiatis: & si qua mei vobis cura sit, mei tamquam patris recordamini, corpus meum in Ægyptum transferri ne patiamini, ne in domibus deponant: hac quippe de causa in Montem me contuli, atque huc recessi. Scitis quantum eos semper objurgavi qui hæc agerent, præcepique ut ejus consuetudinis finem facerent. Meum itaque corpus humate, terraque contegite: meusque hic sermo apud vos custodiatur, ut nemo, vobis exceptis, locum sciat. Ego quippe in Resurrectione mortuorum incorruptum ipsum a Salvatore recepturus sum. Mea dividite vestimenta, Athanasioque Episcopo melotem date unam, palliumque quo obvolvebar, quod novum ab ipso cum acceperim, jam detritum apud me est: alteram melotem Sarapioni tradite Episcopo: vos habete cilicinum indumentum. Quod reliquum est salvete, filii: Antonius quippe hinc migrat, nec ultra vobiscum erit.

92. His ille dictis, postquam ipsum osculati sunt, erectis pedibus, ac quasi amicos se adeuntes contemplatus, eorumque causa lætus: nam dum decumberet hilari erat vultu, expiravit, & appositus est ad patres suos. Illi, quemadmodum mandarat ipsis condito & involuto corpore, illud terra contegere. Nemoque hactenus novit ubinam lateat, illis duobus exceptis. Qui autem accepere beati Antonii utramque melotem, & detritum ab eo pallium, quasi res magni pretii ambo illa custodiunt. Atque in illis Antonium conspiciunt, iis

Mors Antonii anno 356. 17. Januarii, ut putatur, de qua re etiam in Vita Athanasii.

A quoque amicti, sc Antonii monita cum gaudio gestare videntur.

93. Hic vitæ Antonii in corpore exitus, illud asceleos illius exordium fuit. Hæc etsi breviora sint, quam illius virtuti par sit: sed ex iis æstimate, cujusmodi fuerit homo Dei Antonius, qui ab adolescentia ad tam grandem ætatem, æquali servato ad Asceticam studio: nec ob senectutem, lautioris cibi desiderio victus, nec ob corporis infirmitatem mutata habitus forma, nec ablutis aqua pedibus: nihilominus omnino incolumis perduravit. Illæsos quippe oculos atque integros habuit, ita ut recte B videret: dentiumque illi ne unus quidem excidit, solummodo prope gingivas attriti erant ob grandem Senis ætatem. Pedibus autem manibusque sanus omnino permansit, & sane omnibus, qui variis cibis, lotionibus, variisque vestibus uterentur, vegetior apparebat, atque omnino robustior. Quod autem ubique fama ejus pervagata fuerit: quod omnibus admirationi, iisque etiam qui numquam hominem vidissent desiderio fuerit; id sane illius virtutis animæque Deo caræ argumentum est. Nequaquam enim scriptis suis, non gentili sapientia, non aliqua arte, sed sola erga Deum pietate celebris fuit Anto- C nius. Quod sane donum esse Dei nemo eat inficias. Unde enim in Hispanias, in Gallias, Romam, in Africam, in monte latentis, degentisque viri fama delata fuerit, nisi Deus, suos ubique terrarum claros notosque redderet, qui idipsum Antonio sub initium pollicitus est? Etsi enim illi occulte degunt, cupiunt-

VERSIO EVAGRII.

cos & notos, in æterna vos recipiant tabernacula. Hæc cogitate, hæc sapite, hæc retexite: & si qua mei vobis cura, si qua patris memoria est, si mihi vicarium repræstatis affectum, nullus ad Ægyptum meas perferat reliqnias, ne vano corpus honore servetur, ne vituperati, ut nostis, a me ritus, etiam circa me serventur obsequia: hujus enim rei gratia maxime buc sum regressus. Vos igitur humo tegite, vos patris operite corpusculum, & illud quoque senis vestri custodite mandatum: ut nemo præter vestram dilectionem locum tumuli mei noverit. Confido in Domino, quia necessario resurrectionis tempore hoc corpusculum (1) resurget incorruptum. Vestimentorum autem meorum sit ista divisio: melotem & pallium tritum, cui superjaceo, Athanasio Episcopo date, quod mihi novum ipse detulerat: Serapion Episcopus aliam accipiat melotem: vos cilicinum habetote vestimentum, & valete viscera mea: Antonius enim migrat, & jam non erit in præsenti seculo vobiscum.

92. Verba finierat, & osculantibus se discipulis, extendens paululum pedes, mortem lætus aspexit: ita ut ex hilaritate vultus ejus, Angelorum Sanctorum, qui ad perferendam animam ejus descenderant, præsentia nosceretur. Hos intuens, tanquam amicos videret, animam exhalavit, & additus est Patribus secundum ordinem Scripturarum. Servaverunt mandata discipuli, involutum (ut præceperat) corpus humo operientes: & nemo interim usque ad hanc diem, præter eos, ubi sit (2) conditum, novit. Legatarius autem Antonii benedicti, qui tritum pallium cum melote imperio ejus meruerat accipere, Antonium in Antonii muneribus amplectitur: & tanquam magna hæreditate ditatus, lætanter per vestimentum recordatur imaginem sanctitatis.

93. Hic Antonii vitæ terminus fuit, ista principia meritorum: quæ licet parciori, ut prædixi, sermone narraverim, tamen ex bis potestis advertere, qualiter homo Dei a pueritia ad senectam usque pervenerit: & quod omni semper dubitatione calcata, nec languori, nec longævæ quidquam ætati aliquando concesserit. Magis autem æqualitatem propositi tenens, nec vestimentum mutavit, nec pedes lavit, nec escam sectatus est molliorem: oculorum quoque aciem, & numerum dentium, licet paululum nb ætatem viderentur attriti, nec non & pedum incessum, totius etiam corporis firmitatem, ita contra jura naturæ meritorum gratia custodivit, ut lautorum corporum, quæ balneis atque deliciis confoventur, hilarior ejus caro videretur. Hoc etiam, fratres, quod per omnes provincias amor ejus famaque volitavit, quem nec librorum disseminatorum oratio luculenta, nec mundanæ sapientiæ disputatio, nec nobilitas generis, nec opum infinita congestio commendavit, cui omnium ore est adscribendum, nisi Christo, cujus hoc donum est? Qui devotos ejus animos erga suam prævidens majestatem, hominem alio pene orbe celatum, & inter tantas positum solitudines, Africæ, Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipsi etiam, quæ urbium caput est, Romæ, ut in exordio promiserat, demonstravit. Creatoris est ista benignitas, qui famulos suos, licet

(1) Omnes manuscripti, *resiliet*.
(2) Manuscripti quidam, *conditus*.

untque latere, attamen illos Dominus quasi lucernas omnibus exhibet: ut his auditis alii compertum habeant, sufficere præcepta Dei ad res præclare gerendas, & studio ad pietatis iter instituendum inflammentur.

94. Hæc itaque aliis legitote fratribus, ut ediscant cujusmodi debeat esse Monachorum vita, ac persuasum habeant Dominum & Salvatorem nostrum Jesum Christum, eos qui sibi gloriam tribuerint gloria donaturum: eosque qui ad finem usque ipsi servi-unt, non solum in regnum cælorum deducturum, sed A hic quoque tametsi lateant, secessumque properent, claros, celebresque, cum virtutis propriæ, tum alienæ utilitatis gratia effecturum. Quod si ex usu id esse possit, ipsis Ethnicis legitote; ut hoc saltem modo noscant Dominum nostrum Jesum Christum, non modo Deum Deique Filium esse; imo Christianos qui ipsum colunt, pieque in illum credunt, Dæmones, quos Græci putant esse Deos, non tantum Deos non esse coarguere; sed etiam calcare atque pellere, quasi deceptores hominumque corruptores. In Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

VERSIO EVAGRII.

licet nolentes, nobilitare consuevit, ut virtus possibilis nec extra humanam esse naturam Sanctorum doceatur exemplis, & ad beatæ vitæ imitationem ex fructu laboris optimus quisque impellatur.

94. Hunc itaque fratribus librum magnopere (1) legere curate: ut agnita fideli vita sublimium Christianorum & Monachorum, sciant, quod Salvator noster Jesus Christus glorificantes se glorificat, & servientibus sibimet, non tantum regna cælorum, sed etiam hic in ipsis montium secretis latere cupientibus, famæ tribuit nobilitatem: scilicet ut & ipsi fruantur laude meritorum, & ceteri eorum provocentur exemplis. Si autem necessarium fuerit & gentibus legite, ut vel sic agnoscant, quia Dominus noster Jesus Christus non solum est Deus, Dei filius, sed etiam his, qui eum solicite colunt, & in eum fideliter credunt, hanc dedit potestatem; ut Dæmones, quos illi Deos esse arbitrantur, conculcent atque dejiciant, deceptores scilicet hominum, & totius corruptionis artifices. (2)

(1) Sic mss. Editi vero, *perlegere*. Infra, *Christianorum* deest in multis manuscriptis.
(2) Desmar. codex 700. circiter annorum hæc habet: *Igitur Beatus Antonius sextodecimo Kalendas Februarii recessit a seculo, & vivet semper cum Deo regnante in sæcula sæculorum, Amen.* Epilogus Evagrii habetur in solo Germ. 2.

EPILOGUS EVAGRII INTERPRETIS.

ITAQUE prudentes, qui legere voluerint hanc scripturam, obsecramus, ut dent veniam, si Græci sermonis vim exprimere non potuimus, transferentes eum in Latinam linguam. Licet contra nostrum propositum hæc fecerimus. Sed non quasi invidentes nolebamus facere, sed sufficienter sciens quantam infirmitatem sustinet Græcus sermo translatus in Latinitatem, tamen maluimus Græcum sermonem hoc sustinere, quam fraudem pati eos lucri deifici, qui quomodocumque interpretatum Græcum sermonem legere possint. Deus autem omnipotens, qui tanto viro cooperatus est ad facienda talia, & nobis cooperetur ad imitandum ipsum vel ex parte, ut in omnibus clarificetur nomen ejus per magistrum, & hortatorem, & Redemtorem, & Salvatorem nostrum Jesum Dominum cum Spiritu Sancto, cui est claritas & perpetua potestas in secula seculorum.

Socrat. Ecclef. Hist. l. 4. c. 23. B *Idem l. 4. c. 25.*

Placuit subjungere duo Socratis loca, quæ in omnibus editis habentur. Ad justum Antonium quidam ejus temporis Philosophus accedens: Quomodo, inquis, Pater, vitam agere potes, librorum solatio destitutus? Meus, o Philosophe, liber, inquit Antonius, est natura rerum: quæ adest quoties Dei libros legere voluero.

Hunc Didymum dicitur Antonius jam olim Valentis tempore alloquutus, cum Arianorum causa ex eremo Alexandriam descendit: atque viri prudentiæ gnarus dixisse illi: Nihil, o Didyme, conturbet jactura corporalium oculorum: ejusmodi enim destitutus es oculis, quibus muscæ & culices videre possunt. Gaude potius quod illis fruaris oculis, quibus Angeli vident, quibus Deum contemplere, ejusque lucem comprehendas. *Hæc refert Hieronymus ad Castrutium.*

MONITUM

IN DUAS SEQUENTES EPISTOLAS

AD ORSISIUM.

ANTONII *vitæ binas subjungimus epistolas Athanasii ad Orsisium, ex vita Sancti Pachomii depromtas: quarum primam dedit in Monasterio Theodori Abbatis, tempore postremi sui sub Constantio exsilii, ab anno scilicet 356. ad 361. instante Paschatis solennitate, postquam Artemii Ducis opera, Ariani omnia Ægypti loca pervestigassent Athanasii perquirendi causa. Secundam Alexandriæ conscripsit, data demum Ecclesiæ pace, &, ut ex ipsa liquet, haud diu post celebratam Pentecosten, anno circiter 364. vel 365. In ea Orsisium Monachosque suos de Theodori Abbatis morte consolatur. Estque sane illa Athanasio magno dignissima, iisdemque fere verbis Monachos in titulo compellat, quibus supra Epistola ad Monachos.*

Prima

Prima S. Athanasii Epistola ad Orsisium, ex Appendice in Acta SS. ad Decimam-quartam Maji, p. 49.

DIes itaque paucos isthic, (in Monasterio Theodori) commoratus Athanasius, dixit Abbati Theodoro: Quoniam proximum Pascha est; Fratres ut mos est vobis, convoca; ego vero quod Dominus disponet id faciam. Tum eo salutato, dimisit ipsum, scripta per illum tum ad Abbatem Orsisium Fratresque ipsius epistola, hac sententia.

Vidi consortem tuum Patremque Fratrum Theodorum, atque in ipso Dominum Patris nostri Pachumii. Et Ecclesiæ filios intuitus, summopere gavisus sum, lætatusque illorum adspectu: quorum sane Dominus remunerator est. Cumque ad vos profecturus esset Theodorus, ajebat mihi: *Memento mei:* cui ego: *Si oblitus fuero tui Jerusalem, oblivioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui.* Psal. 136. 5.

Secunda Epistola ad Orsisium in Actis Sanctorum, ex Appendice tom. 3. Mensis Maji, p. 50. in vita Sancti Pachomii.

Audita sanctissimus Archiepiscopus Athanasius S. Patris nostri Theodori morte, mœstus, hanc Abbati Orsisio & fratribus epistolam scripsit, qua acceptum de dormitione ejus dolorem levaret.

Athanasius Abbati Orsisio, Monachorum Patri, omnibusque cum illo Monasticam vitam agentibus, & in fide Dei firmatis, dilectis & optatissimis fratribus, in Domino salutem.

DORMITIONEM beati Theodori edidici, nec sine magna solicitudine ejusmodi nuntium accepi, gnarus quantæ ipse vobis utilitatis esset. Et sane si Theodorus non esset ipse, quæ mortem subsequuntur animo volvens, multis collacrymans vos sermonibus alloquerer. At quando Theodorus est, qui vobis pariter nobisque notus erat; quid me par est scribere, quam, Psalm. 1. 1. *Beatus* Theodorus *qui non abiit in consilio impiorum?* Quod si beatus est qui timet Dominum, nunc certe fidenter beatum illum dicimus, cum absque ulla dubitatione sciamus, appulsum illum quasi ad portum, jam curis omnibus vacua frui vita. Utinam cuique nostrum idipsum contigisset! utinam quisquis currit tam feliciter advenire possit! utinam quisquis navigat, navim possit suam ad tranquillum eumdem portum appellere; ut quiescens cum Patribus, dicat: *Hic habitabo quoniam elegi eam!* Psalm. 131. 14. Quamobrem, dilecti optatissimique fratres, ne flete Theodorum: non mortuus quippe est, sed dormit. Ne quis illius memor lacrymetur, sed ejus imitetur vitam. Nequaquam lugendum hominem qui ad locum luctus omnis expertem profectus est. Hæc vobis una scripsi, sed tibi potissimum, dilecte & optatissime Orsisi; ut cum jam ille dormiat, universam tu curam suscipias, illiusque vicem apud fratres suppleas. Enimvero dum superesset ipse, ambo quasi unus eratis: alteroque proficiscente aliquo, amborum tamen officium implebatur: duobus item præsentibus, quasi unus fuissetis, dilectis utilia loquebamini. Hac age ratione, atque ita te gerens rescribe, nobisque significa, quæ tuam fratrumque spectant incolumitatem. Omnes autem una, rogo, precamini, ut pacem magis magisque Dominus Ecclesiis largiatur. Licuit enim etiam nuper nobis Pascha Pentecostenque cum lætitia celebrare: ac summopere de Domini beneficiis gaudemus. Hæc scripsimus vobis. Salutate omnes qui timent Dominum. Vos qui mecum sunt salutant. Valere vos in Domino exopto, dilecti & optatissimi fratres.

Narratio Athanasii ad Ammonium Episcopum & alios de fuga sua sub Juliano Augusto; excerpta ex Appendice ad Acta SS. tomo 3. Mensis Maji, p. 71. digna sane quæ hic apponatur.

CÆTERUM quia beatus Papa Athanasius, me omnium minimo, aliisque Ecclesiæ Alexandrinæ Clericis præsentibus, beatæ memoriæ viro Ammonio, qui fuit Episcopus Elearchiæ, & Hermoni Bumasticorum, in Magna Ecclesia de Theodoro aliquid enarravit, quod tuam existimo Sanctitatem tum præsentem audivisse; operæ pretium duxi, ut, ad renovandam tuæ pietati eorum memoriam, ea conscribam quæ loquutus est. Cum memorati Episcopi beatum mirarentur Antonium (nam sæpe cum eo agebat Antonius) illos Papa Athanasius sic alloquutus est. Pronuntiata post annum 361. Vidi etiam temporibus hisce magnos Dei homines, Theodorum Tabennesiotarum Monachorum Præfectum, Patremque Monachorum circa Antinoum cui nomen Abbas Pammo, qui haud ita pridem obdormiere. Cum enim me illo tempore Julianus persequeretur, exspectaremque me ab illo interficiendum fore, quod germani nuntiarent amici; duo memorati viri quadam die ad me Antinoum venerunt. Tum ego, sumto consilio ut apud Theodorum laterem, ejus naviculam undique coopertam conscendi, Abbate Pammone nos honoris causa comitante. Vento autem minus prospero flante, equidem corde anxius precabar; qui vero cum Theodoro erant Monachi, egressi, naviculam trahebant. Cumque Abbas Pammo, mœrentem me consolaretur, * respondi: Crede affirmanti mihi, non tanta tempore pacis cordi meo fiducia inest, quanta tempore persequutionis. Confido quippe, me pro Christo patientem, atque ejus misericordia roboratum, etiamsi occidar, multo majorem misericordiam ab eo consequuturum. Hæc verba necdum compleveram, cum Theodorus Abbatem Pammonem intuitus, subrisit: & cum pene arrideret Abbas Pammo, Quid, inquam, me ista loquentem ridetis: an me timiditatis arguitis? Tum ad Pammonem Theodorus: Dic illi, ait, quæ sit nobis causa ridendi. Reponente Pammone Abbate: Tuum illud est; ait Theodorus: Hac ipsa hora in Perside Julianus occisus est, ut de illo prædixerat Deus: *Arrogans vir contemtor & superbus, nihil perficiet.* Habacuc. 1. 5. Surget autem Christianus Imperator, qui præclarus quidem, sed brevioris vitæ futurus est. Quare ne in Thebaidem ascendas, nec defatigere: sed in comitatum clam te confer, quem in itinere offendes, atque ab illo perhumaniter exceptus, in Ecclesiam remigrabis. Atque ille citius a Deo ex hac auferetur vita. Quod ita contigit. Quamobrem arbitror quamplurimos, in Monachorum maxime cœtibus latuisse, Deo acceptissimos homines, cujusmodi fuit beatus Amun, & Sanctus Theodorus in monte Nitriæ, & servus Dei felicisque senectutis Pammo.

* Hic deficit versus Græcus.

IN LIBRUM ATHANASII SEQUENTEM

ADMONITIO.

I. VARIE *in Græcis manuscriptis nuncupatum fuit hoc Opusculum. Parisiensis autem editio, & codices nonnulli, post verba,* ἢ κατὰ Ἀρειανῶν, *hæc adjiciunt,* ἢ Ἀπολιναρίου; *sed perperam, ut ex optimis codicibus perspicuum est, & ut jam pridem advertere viri eruditione celeberrimi. Nihil quippe adversus Apollinarium hic agitur, sed Anomœos & Pneumatomachos oppugnat Athanasius: quare ex editione nostra id expungere visum est.*

II. *Hunc porro librum Athanasio abjudicant viri nostro ævo doctissimi, ajuntque nusquam Athanasium tres Hypostases memorasse, quarum tamen hoc in libro mentio habetur num.* 10. *Immo putant iidem, Apollinario hæresiarchæ hoc opus esse adscribendum, legendumque in titulo,* τοῦ Ἀπολιναρίου, *non,* κατὰ Ἀπολιναρίου, *ut in prius editis legitur, quam sententiam his asserere nituntur argumentis.* 1°. *Quod Caro Christi hic passim pro ejus Humanitate usurpetur, ita ut humana mens sic excludi videatur, quam inesse Christo negabat Apollinarius.* 2°. *Quod vox* σαρκοφόρος *Apollinaristis familiarissima hoc in opere usu veniat.*

III. *Quam levia, quam nulla hæc sint, facile commonstratur. Primo enim Hypostases quod spectat, haud semel illæ apud Athanasium comparent: Sic p.* 40. *de quatuor animalibus ait:* Tres Hypostases perfectas denotant: *in Expositione autem Fidei, non esse ait in Deo tres Hypostases inter se divisas,* διαμεμερισμένας, *& in Toma Alexandrinæ Synodi, hæc loquendi ratio,* τρεῖς ὑποστάσεις, *sana & orthodoxa declaratur. Quare ex memoratis hoc in opere Hypostasibus, ne minima quidem νοθείας suspicio.*

IV. *Minore adhuc negotio solvetur quod adferunt ad hunc librum Apollinario adscribendum, nempe carnem Christi sæpissime pro humanitate ejus hic usurpari. Quid enim frequentius ejusmodi synecdoche, cum in Scripturis, tum apud Patres, & ipsum quoque Athanasium? Nequaquam opus est ut in exemplis apponendis immoremur, in re sane apertissima. Quod ad vocem* σαρκοφόρος *adtinet, fatemur ea usos fuisse Apollinaristas, ut testatur Gregorius Nazianzenus, Orat.* 54. *p.* 748. *nec inde tamen conficitur eam vel suspectam vel prohibitam fuisse: illa quippe sunt usi SS. Patres, Ignatius epist. ad Smyrnæos c.* 5. *Ubi ait blasphemare qui Dominum non fatentur* σαρκοφόρον. *Clemens Alex. Strom.* 5. *p.* 562. σαρκοφόρος γενόμενος ὁ λόγος, *& Pædagog.* 3. *p.* 215. σαρκοφορήσαντα τὸν λόγον. *Hesychius item, vel si quis alius, de Fine mundi de Christo loquens,* σαρκοφόρον *nuncupat, ut & Constantinus M. in Orat. ad Sacrum Cœtum, ex Sibylla. Immo ipse Athanasius licet voce* σαρκοφόρος *alias non sit usus, frequentissime tamen ait Christum* σάρκα φορέσαι, *quod idem ferme sonat, idem prorsus significat: sic supra in vita Antonii num.* 5. *& alibi sæpissime. His addo, Christum dici in hoc Opusculo num.* 8. *hominem* τέλειον, *id est,* perfectum, *quod ab Apollinarii sententia quantum abhorreat nemo nescit. Item num.* 11. *dicitur Christum in omnibus, nobis similem fuisse excepto peccato, & alibi duas in Christo esse voluntates, divinam scilicet, & humanam, quæ admodum repugnant Apollinaristarum hæresi.*

V. *Præterea, Athanasii esse comprobatur hic liber, Theodoreti & Gelasii testimoniis, qui haud semel loca hinc excerpta nomine citant Athanasii, ut suis locis annotamus. Et licet in tanta locorum Scripturæ, quanta hic congeritur, sylva, vix Athanasii stylus internosci queat; attamen si quis hunc librum conferat cum epist.* 1. *&* 3. *ad Serapionem, tantam inter hos tractatus deprehendet affinitatem, ut eamdem utrobique Athanasii manum nullo negotio agnoscat.*

VI. *Porro licet Anomœos potissimum hic adoriatur invictus Verbi defensor, occasione tamen multa pertractat fidei dogmata; nimirum de Spiritu Sancti Deitate, de ejus cum Patre & Filio æqualitate, de Processione ejusdem ex Patre & Filio, cum ait, Filium in Patre fontem esse Spiritus Sancti, de Incarnatione, Passione & Resurrectione: de veritate Corporis Christi in Eucharistia, cum adfirmat nos carnem Domini sumere, quæ ex Spiritu vivificante concepta est. Et alia permulta, quæ Lectoris diligentiæ observanda relinquimus.*

VII. *Ceterum Anomœorum temporibus editum hoc Opusculum fuisse arbitramur. De anno nihil certum: commode tamen post annum* 365. *reponi posse credimus, quo grassabatur hæresis illa.*

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

De Incarnatione Verbi Dei, & contra Arianos.

Scripta post annum 364. 1. QUI vafre & perverse divinas interpretantur Scripturas, verba quæ de Filii Dei inopia secundum humanitatem dicta sunt, ad blasphemiam suam asserendam detorquere satagunt. Tota autem & accurata Christianismi ratio in humilibus dictis & actibus invenitur. Si igitur potuissent beatum Paulum
2. Cor. 8. 9. audire, ad Corinthios scribentem: *Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter nos* A *egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia nos divites essemus*; nunquam dissimilem Patri Filium dicere ausi fuissent: si tamen agnovissent, quisnam modus inopiæ ejus, & quænam virtus Crucis ejus. Unde & alibi idem Paulus dicit: *Ut possitis comprehendere* Ephes. 3. 18.
cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & profundum, & sublimitas, scire etiam supereminentem dilectionem scientiæ Christi, ut impleamini in omnem

nuem plenitudinem Dei. Quare in ejus inopia ejusque [A] [Galat. 6. 14.] passionibus fidenter agit, hæc ajens: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*. Et [1. Cor. 2. 2.] rursum: *Non enim judicavi me scire aliquid inter vos,* [1. Cor. 2. 8.] *nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum*. Et, *si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*. Et nunc isti si sacras intellexissent Scripturas, nunquam eo blasphemiarum erupissent, ut dicerent creatorem omnium, creaturam esse, aut opificium. Vafre enim Scripturam detorquent dum dicunt: Qui potest Filius Patri similis, aut ex substantia ejus esse, cum scri- [Joan. 5.26.] ptum sit: *Sicut Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso*: eo excellen- [Marc.10.18.] tia denotatur, ajunt, dantis, præ accipiente. Et, *quid me dicis bonum?* inquit, *nemo bonus, nisi unus Deus*. [Matth. 27. 46.] Et rursum: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti* [Marc.13.32.] *me?* Et iterum: *De die extrema nemo scit, neque* [Joan.10.36.] *Filius, nisi Pater*: & rursum: *Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum*: ac rursum: *Quem pa-* [Gal. 1. 1. & alibi.] *ter suscitavit a mortuis*. Qui fieri potest, ajunt, ut qui a mortuis suscitatur, suscitanti se sit similis aut consubstantialis?

2. Hæc pauca ex multis in medium adtulimus, ut iis solutis, cetera quoque facile intelligantur. Nostri igitur muneris est, ut pro virili, verborum ejusmodi vim explicemus. Sane cum beatus Pau- [Joan. 2. 19.] lus dicat: *Pater suscitavit Filium suum a mortuis*, narrat nobis Joannes, dixisse Jesum: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dicebat autem*, inquit, *de templo corporis sui*. Palam igitur cuivis est attendere volenti, quando corpus excitatur, tum Filium dici excitari a mortuis: quæ enim corporis sunt de ejus persona dicuntur. Sic igitur cum ait: vitam dedit Filio Pater, vitam carni datam intelligendum est: si enim ipse est vita, quomodo vita vitam acci- [D] [Joan.10. 27.] pit? Et si hæc ipse pollicetur: *Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognosce eas, & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum*: si item ipse est sapientia Dei, & si ipse o- [Luc. 2. 52.] mnem fecit ætatem, quare dicitur: *Jesus autem proficiebat sapientia & ætate?* Et si Pater per proprium Verbum & Filium omnia fecit, planum utique est quia resurrectionem carnis ejus per ipsum effecerit. Per ipsum igitur ipsum suscitat: & per ipsum ipsi dat vitam. Suscitatur quidem secundum carnem ut homo, & vitam accipit ut homo, qui habitu inventus est ut homo. Ipse autem est, qui, ut- [E] pote Deus, proprium templum excitat, & propriæ [Joan. 10.36.] carni dat vitam. Cum igitur iterum dicat: *Quem Pater Sanctificavit, & misit in mundum*, alibi quoque [Joan.17. 19.] ait: *Pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate*. Et cum dicit: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* ex nostra persona [Philip. 2. 7.] ista loquitur: quia formam servi accipiens, & in similitudinem hominum factus, & habitu inventus, ut homo, *humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis*, &c. Et ut [Esai. 53.4.] ait, Esaias: *Languores nostros ipse tollis, & pro nobis cruciatur*. Non pro seipso itaque doloribus affici- [F] tur, sed pro nobis: nec ipse a Deo derelictus est, sed nos: & propter nos derelictos ille venit in mundum. [Philipp. 2. 9.] Et cum dicit: *Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen*, de templo loquitur, quod est corpus ejus.

3. Non enim Altissimus exaltatur, sed caro Altissimi: Altissimique carni nomen donavit, quod est super omne nomen. Neque Dei Verbum per gratiam accepit, ut Deus vocaretur, sed caro ejus una cum ipso, Dei nomen accepit: non enim dixit: [Joan. 1. 1.] Verbum Deus factum est, sed *Deus erat Verbum*: semper, inquit, Deus erat Verbum, & hic ipse Deus, caro factus est, ut caro ejus fieret Deus Verbum. Quare & Thomas cum carnem ejus palpasset, exclamavit: *Dominus meus, & Deus meus*, utrumque si- [Joan.20.28.] mul Deum appellans. Itidem & Joannes hæc scripsit: *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidi-* [1 Joan. 1. 1.] *mus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ*. Propalam est igitur, in carne Filium, & Verbum Patris palpatum fuisse, & utrumque Scriptura divina tradidit esse *Verbum vitæ* quod palpatum est. Et cum dicit: *Nondum erat* [Joan. 7. 39.] *spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus*, [B] de carne ejus loquitur nondum glorificata. Non enim Dominus gloriæ glorificatur, sed caro Domini gloriæ: ipsa gloriam accipit ubi una cum illo in cælum ascendit. Unde Spiritus adoptionis nondum erat in hominibus, quia primitiæ ex nobis assumtæ nondum in cælum ascenderant.

4. Quæcumque igitur Scriptura dicit: nempe, accepit Filius, glorificatus est Filius, propter ejus humanitatem, & non propter deitatem sic loquitur. Et cum dicit *Pater meus qui misit me, major me est*, eo di- [Joan. 14. 28.] cit Patrem se majorem, quod ipse homo factus sit. [C] Cum autem Verbum sit Patris, æqualis est illi. Nam *ego*, inquit, *& Pater unum sumus*, & *qui vidit me,* [Joan.10.30.] [Joan. 14. 9.] *vidit & Patrem*. Ac non ex rapina habet quod sit æqualis Patri, sed secundum naturam æqualis est, & consubstantialis Patri, quia ex Patris substantia genitus est. Et cum Apostolus dicit: *Quia in Christo in-* [Colos. 2. 9.] *habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*; in carne ejus inhabitare plenitudinem divinitatis, intelligendum est. Et cum aliquando dixerit: *Qui pro-* [Rom. 8. 32.] *prio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*; alio loco ait: *Sicut & Christus dilexit Ec-* [Ephes. 5. 25.] *clesiam, & seipsum tradidit pro ea*.

5. Non enim ut seipsum salvum faceret venit Deus, qui est immortalis; sed ut nos qui mortui eramus liberaret: neque pro se passus est, sed pro nobis. Ita ut ideo nostram vilitatem inopiamque susceperit, ut nobis divitias largiretur suas. Passio enim ejus, nostra est impassibilitas: mors ejus nostra immortalitas: lacrymæ ejus, nostrum gaudium: sepultura ejus, nostra resurrectio, & baptismus ejus, nostra sanctificatio: nam *pro eis*, inquit, *ego sanctifico meipsum,* [Joan. 17.19.] *ut sint & ipsi sanctificati in veritate*. Et livor ejus nostra est sanatio: nam *livore ejus sanati sumus*. Et di- [Esai. 53. 5.] sciplina ejus pax est nostra: nam *disciplina pacis nostræ* [Ibid.] *super eum*; id est, pro pace nostra ipse castigatur. Et ignominia ejus nostra est gloria: unde propter nos gloriam petit his verbis: *Glorifica me, tu, Pater,* [Joan. 17. 5.] *apud temetipsum gloria quam habui prius quam mundus esset apud te*. Nos enim sumus qui in illo glorificamur. Et descensus ejus, noster est ascensus, juxta illud quod scriptum est, *Conresuscitavit,* [Ephes. 2. 6.] *& consedere fecit in cælestibus in Christo Jesu*; & illud: *Ut ostenderet in seculis supervenientibus* [Ibid.] *abundantes divitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Jesu*. Et cum in Cruce ait: *Pa-* [Luc. 23. 46.] *ter, in manus tuas commendo spiritum meum*, Patri per seipsum omnes commendat homines, qui in ipso vivificantur. Membra enim ejus sunt, & multa membra, unum corpus sunt, quod est Ecclesia: quemadmodum Beatus Paulus ad Galatas scribit: *Omnes enim vos unum estis in Chri-* [Galat. 3. 28.] *sto Jesu*. Omnes igitur in seipso commendat.

6. Ita quoque cum ait: *Dominus creavit me* [Prov. 8. 22.] *initium viarum suarum*; de Ecclesia illud dicit, quæ in ipso condita est. Non enim omnium opifex, creatura est vel opificium; sed opificium in opifice renovatur, juxta illud Pauli dictum: *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Je-* [Ephes. 2. 10.] *su*:

Ephes. 3. 10. *su.* Et ut iterum ait: *Ut innotescat nunc principatibus & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei, secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro: in quo habemus fiduciam, & accessum in* Ephes. 1. 4. *confidentia per fidem ejus.* Et iterum ait: *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum.* Et rursum Ephes. 2. 15. dicit de duobus populis: *Ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in uno corpore, Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso.*

Marc. 10. 18. 7. Et cum ait: *Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi unus Deus.* Deus nempe qui sese annumeravit hominibus; ratione carnis suæ hoc dicit, & ad mentem ejus qui se adierat, respondit. Is enim eum duntaxat hominem esse arbitratus est, & non Deum, eaque ipsa est illius responsionis sententia: Si enim, ait, me hominem duntaxat esse arbitraris, & non Deum; ne me dicas bonum, nemo enim est bonus. Neque enim hominum naturæ competit, bonum esse: sed soli Deo, & addit: Ibid. Matth. 19. 20. *Præcepta nosti?* eoque dicente: *Quænam? Non mæchaberis*, inquit, *non occides* &c. Respondit ille: *Hæc omnia custodivi a juventute mea, quid adbuc mihi deest?* ait illi: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & tollens crucem tuam, sequere me.* Hinc itaque ostendit, sibi quoque competere, bonum esse: qui enim bonum non sequitur, quomodo potest vitam æternam adipisci? Et cum dicit, de ultima die, nemo novit (neque Filius) nisi Pater, secundum humanitatem loquitur. Si enim Patrem no- Matth. 10. 22. vit, ultimam diem quo pacto ignorabit? *Nemo enim*, inquit, *novit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Et si Spiritus Sanctus novit omnia quæ Dei sunt, quomodo Filius diem, quam ipse creavit, ignorat? Et si secula & tempora per eum facta sunt, manifestum est ultimam diem in seculis ipsis, & temporibus inveniri, & impossibile est ut eam ignoret ipse.

8. Quæcunque igitur humilia verba a Domino dicuntur, inopiæ ejus (*i. humanitati*) conveniunt, ut nos in ipso ditescamus, non autem, ut ejusmodi verborum causa blasphememus contra Filium Dei. Idcirco enim filius Dei, filius hominis factus est; ut filii hominis, hoc est Adæ, filii Dei efficiantur. Quod enim desuper ex Patre Verbum modo ineffabili, inexplicabili, incomprehensibili, & æterne genitum est, ipsum in tempore inferius generatur ex Virgine Deipara Maria. Ut qui inferius antea geniti fuerant, desuper secundo gignerentur, id est, ex Deo. Ipse igitur matrem duntaxat habet in terra: & nos Patrem duntaxat habemus in cælo. Quocirca filium hominis seipsum appellat, ut homines Deum vocarent Patrem in cæ- Matth. 6. 9. lis. *Pater noster*, inquit, *qui es in cælis.* Quemadmodum igitur nos servi Dei, filii Dei facti sumus; sic Dominus servorum, proprii servi, id est Adami, filius mortalis factus est; ut filii Adami, qui mortales Joan. 1. 12. erant, filii Dei fierent, juxta illud: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Unde mortem gustat Filius Dei, propter carnalem patrem suum: ut filii hominis vitæ Dei participes efficerentur, propter Deum, Patrem suum secundum Spiritum. Ipse igitur secundum naturam filius est Dei: nos autem per gratiam. Et iterum, ipse quidem per dispensationem, & nostri gratia filius Adæ factus est; nos vero secundum naturam Joan. 20. 17. filii Adæ sumus. Unde dicit: *Vado ad Patrem meum* A *& Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.* Nam Deus est ejus Pater, uti supra dixi, secundum naturam, nostrum vero, per gratiam: & Deus ejus factus est per dispensationem, quatenus is homo factus est: noster autem Dominus ac Deus est, secundum naturam. Quapropter Verbum & Filius Patris unitus carni, caro factus est, homo perfectus: ut homines Spiritui uniti, unus Spiritus efficerentur. Ipse igitur est Deus carnem gerens, nos homines spiritum ferentes. Primitias enim sumens ex substantia hominum, id est, ex semine Adæ, (quæ substantia, est forma servi) & in similitudinem hominis B factus, dedit nobis ex substantia Patris, primitias Spiritus sancti; ut efficiamur omnes Dei filii, in similitudine filii Dei. Is itaque verus, & natura Filius Dei, omnes nos gestat, ut omnes unum feramus Deum.

9. Impium igitur est, creatum, aut factum dicere Spiritum Dei, ubi omnis Scriptura vetus & nova, cum Patre & Filio ipsum annumerat & glorificat, quia eDe Deitate Spiritus Sancti. jusdem est Deitatis, ejusdemque potentiæ ac substantiæ: ut ipse Dominus dicit: Joan. 7. 38. *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum.* Ut C & in Joele ex persona Patris, ait: Joel. 2. 28. *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ.* Et propterea insufflavit ipsum in faciem Apostolorum dicens: *Accipite Spiritum Sanctum*; Joan. 20. 22. ut discamus, Spiritum qui Discipulis datur, ex plenitudine Deitatis esse. *In Christo enim*, inquit, *inhabi-* Coloss. 2. 9. *tat*, hoc est, in carne ejus, *omnis plenitudo Divinitatis corporaliter*, ut item ait Joannes Baptista: *Nos omnes* Joan. 1. 16 *de plenitudine ejus accepimus.* Corporali enim specie, hoc est, quasi columba, visus est Spiritus Sanctus descendere, & manere super eum. In nobis quippe primitiæ & arrha Deitatis inhabitant, in Christo D autem omnis plenitudo Divinitatis. Et ne quis putarit, eum cum prius non haberet ipsum accepisse: eum ille desuper mittebat, utpote Deus, & ipse infra illum accipiebat, ut homo. Ex ipso igitur in ipsum descendit, nimirum ex Divinitate ejus, in ejus humanitatem. Et Esaias quidem, ex persona Patris clamat his verbis: *Sic dicit Dominus Deus tuus, fa-* Esa. 44. 2. *ciens & formans te ab utero: noli timere puer mi Jacob, & dilecte Israel, quem elegi; dabo enim aquam in siti, illis qui ambulant in inaquoso: & imponam Spiritum meum super semen tuum, & benedictionem* E *meam super liberos tuos.* In Euangelio autem Filius pollicetur se daturum aquam, iis qui in siti ambulant; dum Samaritanæ ita de Spiritu Sancto loquitur: *Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi: Da mihi* Joan. 4. 10. *bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.* Et paulopost eam sic affatur: *Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Eaque de causa ait Da- Psal. 35. 10. vid: *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine* Apud Deum Patrem Filius est fons Sancti Spiritus. F *tuo videbimus lumen.* Norat enim apud Deum Patrem Filium esse fontem sancti Spiritus.

10. Ac per Hieremiam Filius dicit: *Duo mala fe-* Hier. 2. 13. *cit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valebunt aquam.* Et cum Seraphim Deum glorificant ter dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sa-* Esai. 6. 3. *baoth*, Patrem, & Filium & Spiritum Sanctum glorificant. Quapropter sicut in nomine Patris & Filii baptizamur; ita & in nomine Spiritus Sancti, & efficimur filii Dei, non Deorum. Pater enim & Filius, & Spiritus Sanctus, Dominus Sabaoth est. Una enim est divinitas, & unus Deus, in tribus hypostasibus. Unus est Deus in tribus Hypostasibus.

sibus. Ideoque quæ Pater dicit in Esaia, ea Joannes ait, dixisse Filium: in Actibus autem Paulus ait, eadem Spiritum Sanctum loquutum fuisse. Sic enim *Cap. 6. 1.* loquitur Esaias: *Vidi Dominum Sabaoth, sedentem super solium excelsum & elevatum, & plena erat domus majestate ejus: & Seraphim stabant in circuitu ejus: sex alæ uni, & sex alæ alteri: & duabus quidem velabant faciem, & duabus pedes, & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum, plenum est cælum & omnis terra gloria ejus:* ac paulo *v. 8.* post ait: *Audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit ad populum istum? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit mihi, Vade ad populum istum, & dic illi: auditu audiatis, & ne intelligatis: & videntes videatis, & nolite videre. Incrassatum est enim cor populi hujus; & auribus suis difficulter audierunt, & oculos clauserunt; ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur & sanem eos.* Joannes vero *Joan. 12. 39.* Euangelista dicit: *Propterea non poterant Judæi credere in Jesum, quia dixit Esaias: Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum; ne forte videant oculis, & corde intelligant, & convertantur & sanem eos.* Hæc autem dixit Esaias, cum vidit gloriam ejus, hoc est, Filii: itaque Dominus quoque Sabaoth, Filius est: illud namque Dominus Sa- *Psalm. 23. 10.* baoth, explicatur, Dominus virtutum; *Dominus* autem *virtutum ipse est Rex gloriæ:* quemadmodum David loquutus est: Dominus vero gloriæ est, qui crucifixus est Christus, juxta Paulum. Et ut ait *Psal. 22. 1.* David: *Dominus pascit me, & nihil mihi deerit:* *Psal. 79. 2.* & alibi: *Qui pascis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Cherubim, manifestare.* *Joan. 11. 14.* In Euangeliis autem ait Filius: *Ego sum pastor bonus.* Ipse igitur est, qui sedet super Cherubim, *Act. 27. 25.* qui pascit Israel. Paulus autem in Actibus ait: *Tres personæ dicuntur, Dominus Sabaoth.* Spiritum Sanctum per Esaiam dixisse, ea quæ ipse Esaias dixerat: *Dominus Sabaoth dixit mihi.* Pater igitur & Filius & Spiritus Sanctus, Dominus Sabaoth est.

Coloss. 1. 16. 11. Et cum Scriptura dicat de Patre: *Ipse creavit omnia visibilia & invisibilia:* alibi eadem Scriptura nos edocet, ea per Filium creata fuisse. Neque enim alia Pater creavit, alia Filius: sed quod Pater facit, id per propriam virtutem facit, quæ est Fi- *Joan. 1. 3.* lius: Nam *omnia per ipsum facta sunt.* Ita ergo ubi *Joan. 2. 19.* Filius dicit: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud: dicebat autem,* inquit, *de corpore suo;* alia Scriptura dicit: *Pater suscitavit filium suum ex mortuis;* & recte loquitur: suscitavit enim per proprium Verbum & Filium, carnem Filii sui. Nec dicimus corpus esse natura sua Filium Dei, sed corpus Filii Dei. Cum itaque corpus excitatur, Filius intelligitur excitari ex mortuis. Ideoque dicimus illum secundum carnem mortuum, sepultum, & excitatum fuisse a mortuis: secundum spiritum autem & in cælo, & in terra, & ubique tunc fuisse. Quandoquidem igitur cum esset dives, id est, Deus; factus est inops, id est, homo; & excepto peccato, in omnibus similis factus est nobis: idcirco ut homo accipit vitam, licet vitam habeat, quippe ipse est vita, illam tamen propter nos accipit: ac utpote homo proficiebat sapientia & ætate, qui erat æterna Dei virtus & sapientia. Ut homo etiam sanctificatur qui sanctus est, & qui san- *Joan. 17. 19.* ctificatione non eget: nam *pro eis,* inquit, *ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate.* Ut homo item exaltatur accipiens nomen super omne nomen, quod tamen semper natura sua habet. Nam *Deus,* inquit, *erat Verbum.*

12. Quæcumque igitur Scriptura dicit accepisse Fi- A lium, propter corpus ejus illud dicit: corpusque illud *Christus propter corpus accepit, quæcumque dicitur accepisse.* est primitiæ Ecclesiæ: nam *primitiæ,* inquit, *Christus.* Cum ergo primitiæ accepissent nomen quod est *1. Cor. 15. 23.* super omne nomen, tunc reliqua massa, per illam virtutem simul excitata & consedere facta est: juxta illud dictum: *Conresuscitavit & consedere fecit.* Qua- *Ephes. 2. 6.* propter, eam gratiam homines accepere, ut Dei & filii Dei vocarentur. Primo igitur proprium corpus Dominus excitavit ex mortuis, & in seipso exaltavit: deinceps membra corporis sui excitabit, ut omnia illis largiatur, utpote Deus, quæcumque ipse ut homo accepit. Ipse igitur sibi ipsi vitam largitur, ipse B seipsum sanctificat, ipse seipsum exaltat. Cum ait igitur, quod Pater illum sanctificaverit, & excitaverit, & dederit illi nomen quod est super omne nomen, vitam quoque tribuerit; propalam est Patrem omnia per ipsum facere. Per ipsum igitur ipsum excitat, per ipsum ipsum sanctificat, per ipsum ipsum exaltat, & per ipsum ipsi vitam largitur. Et cum spiritum suum in manus Patris commendat; ut homo seipsum commendat Deo, ut omnes homines Deo *Christus est manus Patris.* commendet. Ipse enim est manus ipsa, & manus ipsæ Patris. Et ubi ait: *Ante omnes colles generat me,* id ex *Prov. 5. 25.* persona Ecclesiæ loquitur, quæ prius condita, post- C modum ex Deo generatur. Quocirca illud in Proverbio primum habetur: *Creavit me Dominus:* ultimo autem illud: *generavit.*

13. Et cum Scriptura dicat de Patre: *Numquid non* *Malach. 2. 10.* *Deus unus creavit nos?* id de Filio quoque dicit: per ipsum creata sunt omnia: hæc ipsa de Spiritu Sancto *Psal. 103. 29.* quoque dicuntur: *Auferes,* inquit, *Spiritum eorum & deficient, & in pulverem suum revertentur. Emittes* *De Spiritu Sancto eadem quæ de Patre & Filio dicuntur.* *Spiritum tuum & creabuntur & renovabis faciem terræ.* Et cum Filius ad Petrum de Patre dixerit suo: *Beatus es quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed* *Matth. 16. 16.* D *Pater meus qui in cælis est;* idipsum de se loquutus est: *Nemo novit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius re-* *Matth. 10. 22.* *velare.* Similiter & de Spiritu Sancto ait Paulus: *No-* *1. Cor. 2. 10.* *bis autem revelavit Deus per Spiritum suum, Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis qui est in ipso? Ita & quæ Dei sunt nemo cognovit nisi Spiritus Dei.* Sicut igitur spiritus hominis ab humanitate ejus, & substantia non est segregatus; sic & Spiritus Dei, a Divinitate ejus & substantia non est alienus. Et cum dixerit Dominus in Esaia: *Filios enutrivi &* *Esai. 1. 2.* E *exaltavi, ipsi autem spreverunt me,* in Euangelio dicit: *Quod natum est ex carne caro est: & quod* *Joan. 3. 6.* *natum est ex Spiritu spiritus est.* Et iterum, *Spiri-* *Joan. 3. 8.* *tus ubi vult spirat, & vocem ejus audis: sed nescis unde veniat, aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex Spiritu.* In Euangelii autem initio ait Joannes: *Quotquot autem receperunt eum dedit eis po-* *Joan. 1. 12.* *testatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.* Quotquot igitur ex Spiritu Sancto nati sunt, ii ex Deo nati F sunt. Et quotquot in Christum baptizati sunt, hi in Patrem & Spiritum Sanctum sunt baptizati. Et rursum cum Petrus ait Ananiæ: *Cur implevit* *Act. 5. 3.* *Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, & seponere de pretio agri? Non es mentitus hominibus, sed Deo.* Itaque qui mentitus est Spiritui Sancto, mentitus est Deo, habitanti in omnibus per Spiritum suum. Ubi enim est Spiritus Dei, ibi est Deus. Nam, *in hoc,* inquit, *cognoscimus* *1. Joan. 4. 13.* *quod Deus in nobis manet, quoniam de Spiritu suo dedit nobis.*

14. Et cum Scriptura quidem dicat, Spiritum Sanctum loquutum fuisse in Prophetis: alibi ait beatus Pau-

Paulus, Patrem in Prophetis loquutum fuisse: nam [Hebr. 1. 1.] *multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, novissime diebus istis loquutus est nobis in Filio*. Et alibi dicit, Filium loqui. [2. Cor. 13. 3.] *An experimentum*, inquit, *quæritis ejus, qui in me loquitur, Christi*. Filium vero ait Spiritum esse qui loquitur in Apostolis: [Matth. 10. 17.] [Luc. 12. 11.] *Cum*, inquit, *tradent vos, in concilia, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*. Et interdum quidem ait Apostolus, corpora fidelium esse membra Spiritus Sancti; aliquando autem membra illorum membra Christi esse: aliquando ipsos esse templum Patris: [2. Cor. 6. 16.] *Vos enim*, inquit, *estis templum Dei vivi: sicuti dicit Deus: quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus*. [1. Cor. 3. 17.] Et, *Si quis violaverit templum Dei, disperdet illum Deus*. [1. Cor. 3. 16.] Et rursum, *Nescitis quia templum Dei estis & Spiritus Dei habitat in vobis?* Si quis enim est templum Spiritus, is templum est Filii & Patris. Ubi enim Spiritus Dei habitat, illic Deus habitat. Et *sicut* [Joan. 5. 21.] *Pater suscitat mortuos & vivificat; sic & Filius quos vult vivificat*: Similiter de Spiritu sancto dicit: [Joan. 6. 64.] *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam*. [2. Cor. 3. 6.] Ad Corinthios autem scribit Paulus: *Spiritus autem vivificat*. Vides opera quæ Patris sunt, ipsa Filii, eadem quoque Spiritus Sancti esse, ut Scriptura testatur. [1. Cor. 12. 4.] Ut & ipse Apostolus his docuit verbis: *Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: & divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus*. Et postquam dixit Patrem operari omnia in omnibus, paucis interjectis ait: Spiritum Sanctum operari omnia in omnibus. [1. Cor. 12. 11.] *Hæc autem omnia*, inquit, *operatur unus atque idem Spiritus, dividens propria singulis prout vult*.

[Pater, Filius & Spiritus Sanctus sunt vera hæreditas.] 15. Et cum Apostolus doceat Spiritum Sanctum esse pignus hæreditatis; David dicit, Dominum esse illam hæreditatem: nam *Dominus*, inquit, [Psalm. 15. 5.] *pars hæreditatis meæ & calicis mei*. Et alibi ait: [Psalm. 141. 6.] *Clamavi ad te Domine, dixi tu es spes mea, portio mea in terra viventium*. [Hier. 10. 16.] Hieremias vero dicit: *Qui formavit omnia, ipse est hæreditas Jacob, Dominus nomen illi*. Prophetis ergo, Dominum esse Sanctorum hæreditatem, dicentibus; Paulus Spiritum Sanctum hæreditatem esse dixit. [Eph. 1. 13.] *In quo*, inquit, *& credentes signati estis Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ*. [Exod. 34. 30.] Ut & Moyses in facie signatus est Spiritu Sancto, cum accepit legem a Deo, & nullus filiorum Israel poterat eum intueri: signatum enim erat super eum lumen vultus Domini: ut & in [Matth. 13. 43.] Euangelio scriptum est: *Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum*. Deus enim lux est vera, similiter Filius lux est, quia est ejusdem substantiæ atque vera lux, ut & Esaias loquitur: [Esai. 10. 17.] *Et erit lux Israel ut ignis, & sanctificabit illum in flamma ardente*. In Euangelio autem Joannes Baptista de Domino ait: [Matth. 3. 11.] *Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne*. Alibi autem Dominum dicit, sanctificantem: [Levit. 22. 16.] *Ego Dominus qui sanctifico eos*. Et cum Scriptura, Deum ignem vocet: [Deut. 4. 24.] *Deus noster ignis consumens est*; similiter de Spiritu quoque Sancto dicit: [Act. 2. 3.] *Apparuerunt Apostolis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis*. Quicumque enim Spiritum Dei gerunt, lumen gerunt: & quicumque lumen gerunt, Christum induti sunt, & qui Christum induti sunt, Patrem quoque induti sunt. [1. Cor. 15. 53.] *Oportet enim*, inquit, *corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem*. Qui enim Spiritum Dei gestant, incorruptibilitatem gestant, Deus enim incorruptibilitas est.

16. Et cum hæc David loquitur: *Multi dicunt quis ostendit nobis bona?* [Psalm. 4. 6.] id de Spiritu Sancto loquitur, alibique ait: Dominus *non retardabit bona eis qui ambulant in innocentia*. [Psalm. 83. 13.] Itidemque Matthæus de Patre sic ait: *Si igitur vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis Pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se?* [Matth. 7. 11.] Lucas vero idipsum enarrans, his verbis quidnam sint illa bona explicat: *Si igitur vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis Pater vester qui in cælis est, dabit Spiritum Sanctum petentibus se*. [Luc. 11. 13.] Nisi enim Spiritus Sanctus substantiæ illius esset qui solus bonus est, nunquam bonus vocatus fuisset, cum ipse Dominus prohibeat se vocari bonum, quatenus homo erat, dicens: *Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi unus Deus*. [Marc. 10. 18.] Sanctum autem Spiritum bonum vocare non recusat Scriptura, cum David dicat: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam*. [Psalm. 142. 10.] Et iterum, cum Dominus de seipso ait: *Ego sum panis vivus qui de cælo descendi*: [Joan. 6. 51.] alibi Spiritum Sanctum, panem cælestem appellat, dicens: *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie*. Docuit enim nos ut orando peteremus in præsenti seculo, panem ἐπιούσιον id est, futurum: cujus primitias in præsenti vita habemus, dum carnis Domini participes efficimur: ut ipse dixit: *Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita*. [Joan. 6. 52.] [Carnem Domini sumimus quæ ex Spiritu vivificante concepta est.] Nam caro Domini est Spiritus vivificans, quia ex Spiritu vivificante concepta est. Nam *quod natum est ex Spiritu Spiritus est*. [Joan. 3. 6.]

17. Et cum Hieremias de Deo dicat: quod ipse dux fuerit Israel in deserto: *Et non dixistis*, ait, *ubi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti, qui dux nobis fuit in deserto?* [Hier. 2. 6.] Esaias dicit Spiritum Sanctum ducem fuisse Israel in deserto: quem audire licet ita loquentem: *Deduxit eos per abyssum quasi equum in deserto: & fatigati non sunt, & quasi jumenta per campum. Et descendit Spiritus a Domino, & ductor eorum fuit*. [Esai. 63. 13.] Ad Corinthios vero Apostolus scribit, ducem fuisse Christum. *Bibebant enim de spiritali consequente eos petra: petra autem erat Christus*. [1. Cor. 10. 4.] Et cum dicat Paulus se a Deo vocatum esse: *Deus*, inquit, *qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus*: [Galat. 1. 16.] [Vocatio Pauli a tribus Personis facta.] Romanis scribens, illos a Christo vocatos esse dicit: *In quibus estis & vos vocati Jesu Christi*. [Rom. 1. 6.] Spiritus autem Sanctus Paulum & Barnabam se vocasse dixit, ut Christum in gentibus Euangelizarent. Et quod mirabile est, cum Paulo Jesus in Templo jubeat: *Vade, quoniam ego in nationes longe mittam te*: [Act. 22. 21.] & Paulus ad Galatas scribat: *Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum & Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis*: [Galat. 1.] ac paulo post ipse: *Notum autem vobis facio, fratres, Euangelium hoc, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per revelationem Jesu Christi*; [v. 11.] Spiritus tamen Sanctus Paulum & Barnabam mittere exhibetur, ut Christum gentibus prædicarent. [Act. 13. 2.]

18. Item aliquando ex persona Patris loquuntur Prophetæ; ut in Psalmis ait Deus: [Item inspiratio Prophetarum.] *Semel juravi in Sancto meo, si David mentiar, semen ejus in æternum manebit: & thronus ejus sicut sol in conspectu meo*: [Psalm. 88. 36.] & rursum: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*: [Psal. 131. 11.] & sicuti Petrus dixit: *Propheta igitur cum esset David, & sciret quia jurejurando jurasset illi Deus, de fructu lumbi ejus sedere Christum secundum carnem super thronum ejus*: [Act. 2. 30.] Aliquando ex persona Filii; ut cum dicit Esaias: *Hæc dicit Dominus*: [Esai. 50. 5.]

pro-

propter vos jugiter nomen meum blasphematur in genti- A
bus. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die
illa: quia ego sum, ipse qui loquor adsum: quandoque
Act. 21. 11. autem ex persona Spiritus Sancti, ut cum Propheta
Vide Epist. 1. ad Serap. num. 6. quidem Agabus ait: *Hæc dicit Spiritus Sanctus: vi-*
rum cujus est zona hæc. Et rursum Paulus ad Timo-
1. Tim. 4. 1. theum scribit: *Spiritus autem manifeste dicit, quia in*
Act. 8. 29. *novissimis temporibus discedent quidam a fide.* Et ite-
rum: *Dixit autem Spiritus Philippo: Accede & adjun-*
ge te ad currum istum Æthiopis Eunuchi. Et Propheta
quidem Ezechiel veterem populum accusans, ajebat:
Ezech. 16. 43. *Et in omnibus his dolore affecerunt me dicit Dominus.*
Paulus vero scribit ad novum populum: *Et nolite* B
Ephes. 4. 30. *contristare Spiritum Sanctum Dei in quo signati estis,*
in diem redemtionis. Et David quidem de Judæis di-
Psal. 77. 40. cit: *& exacerbaverunt Deum in deserto:* Esaias ve-
Esai. 63. 10. ro de iisdem: *Ipsi autem increduli fuerunt, & exa-*
cerbaverunt Spiritum Sanctum, & conversus est eis in
Act. 7. 51. *inimicitiam.* Stephanus vero in Actibus ait: *Dura*
cervice, & incircumcisis cordibus & auribus, vos sem-
per Spiritui Sancto resistitis, sicut Patres vestri. Ac
Rom. 8. 33. cum de Patre quidem dicat Paulus: *Deus qui justi-*
ficat, quis est qui condemnet? eadem & de Filio, &
1. Cor. 6. 11. de Spiritu Sancto ait: *Sed abluti estis, sed sanctifi-*
cati estis, sed justificati estis, in nomine Domini nostri C
Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. Dominus
Matth. 4. 7. vero Satanæ ait de seipso: *Non tentabis Dominum*
Act. 5. 9. *Deum tuum.* Petrus autem ad Sapphiram ait: *Quid*
utique convenit vobis tentare Spiritum Domini?

19. Et Deus quidem est qui continet & im-
Hierem. 23. 24. plet omnia, ut per Esaiam dicit: *Cælum & ter-*
ram ego impleo, dicit Dominus. Itidem de Filio
Ephes. 4. 10. ait Paulus: *Qui descendit, ipse est & qui ascendit*
super omnes cælos; ut impleret omnia. Hæc ipsa au-
Psal. 138. 7. tem de Spiritu Sancto David loquitur: *Quo ibo a*
Spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Cum vero D
ait: *quo ibo a Spiritu tuo?* palam nobis facit, Spi-
ritum quoque Sanctum esse qui omnia implet. *Et*
Ibid. *quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cælum tu il-*
lic es; si descendero in infernum ades. Quis autem
inferos adiit, nisi Filius qui ex mortuis resurrexit?
Act. 7. 2. Et cum in Actibus Stephanus dicat: *Deus gloriæ*
visus est Patri nostro Abraham: hæc ipsa de Fi-
1. Cor. 2. 8. lio quoque Paulus ait: *Si enim cognovissent, num-*
quam Dominum gloriæ crucifixissent: Similiter Da-
Psal. 23. 10. vid: *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Una
Esai. 48. 11. enim gloria Patris, & Filii & Spiritus Sancti.
Una Gloria Patris & Filii & Spiritus Sancti. *Gloriam meam*, ait Scriptura, *alteri non dabo:* E
neque enim Filius est alter Deus, sed Verbum
unius & solius Dei, quod Deus in Patre dici-
tur, ut & Pater Deus in Filio vocatur: uti E-
saias Filium una cum Patre Deum dicens: ait:
Esai. 45. 14. *Te adorabunt, & in te precabuntur: quoniam in te est*
Deus, & præter te non est Deus. Tu enim es Deus &
nesciebamus, Deus Israel Salvator. Confundentur & e-
rubescent omnes qui adversantur illi. Adversantur au-
tem illi, qui non confitentur eum & Spiritum ejus,
esse ejusdem substantiæ cujus est Pater, & præter il-
lum non esse Deum, necnon ii, quos pudet passionis
& inopiæ ejus. Nemo enim Deum nosse potest, nisi F
eum qui crucifixus est, & ex mortuis resurrexit, cum
Sancto Thoma Dominum Deum confiteatur, qui
Joan. 20. 28. dicit discipulis suis: *Si enim cognovissetis me, & Pa-*
Joan. 14. 7. *trem meum utique cognovissetis, & amodo cognoscitis*
eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine o-
stende nobis Patrem & sufficit nobis. Dicit ei Jesus:
Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me?
Philippe, qui vidit me, vidit & Patrem meum. Et quo-
modo tu dicis: ostende nobis Patrem? Non credis quia
ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego lo-
quor, a meipso non loquor. Pater autem in me manens

ipse facit opera. Credite mihi, quia ego in Patre, &
Pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite mi-
hi. Opus autem erat Dei Patris ejicere dæmonia: in
Spiritu tamen Sancto, dicebat se ejicere Dæmones:
Si in Spiritu Dei, ait, *ego ejicio dæmonia.* De quo Matth. 12. 28.
Lucas dixit: *Porro si in digito Dei ejicio dæmonia.* Luc. 11. 20.
Aliquando enim Scriptura Christum brachium Pa-
tris nominat: Sanctum vero Spiritum, digitum
Dei. Nonnunquam Filium Dei, Verbum ap-
pellat: Spiritum vero Sanctum, insufflationem
Dei.

20. Ac rursum Apostolus ait: *Cum tradiderit re-* 1. Cor. 15. 24.
gnum Deo & Patri, cum evacuaverit omnem principa-
tum & potestatem & virtutem. Oportet enim illum re-
gnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.
Novissima autem inimica destruetur mors: omnia e-
nim subjecit sub pedibus ejus. Cum autem dicat,
omnia subjecta sunt ei, sine dubio præter eum qui
subjecit ei omnia. Cum autem subjecta fuerint il-
li omnia, tunc & ipse Filius subjectus erit ei, qui
subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omni-
bus. Hoc de subjectione mundi ait, quæ in
carne ejus subjicitur. Nam de Regno ejus di-
vino, Daniel his verbis loquutus est: *& regni* Dan. 3. 100.
ejus non erit finis. Quemadmodum Lucas ait,
angelum Gabriel ad Virginem de Domino lo-
quutum fuisse: *Et regnabit*, inquit, *in æternum,* Luc. 1. 33.
& regni ejus non erit finis. Apostolus vero ait,
Regnum ejus finem habiturum. *Oportet enim il-* 1. Cor. 15. 25.
lum regnare, inquit, *donec ponat omnes inimicos*
sub pedibus ejus. Similiter & David: *Dixit Domi-* Psalm. 109. 1.
nus Domino meo, sede a dextris meis: donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quod igi-
tur dicit, *sede*, initium significat: & quod ait,
donec ponantur inimici tui, finem indicat. *Cum* 1. Cor. 15. 28.
autem subjecta fuerint illi omnia, tunc & ipse Filius
subjectus erit ei qui subjecit sibi omnia: ut sit Deus o-
mnia in omnibus: id est, cum omnes Filio subje-
cti, ejusque membra reperti, ac in illo filii Dei
effecti fuerimus, *vos enim*, inquit, *unum estis in Chri-* Galat. 3. 18.
sto Jesu; tunc ipse pro nobis Patri subjicietur, ut ca-
put pro suis membris. Quamdiu enim omnia ejus
membra subjecta non fuere, tamdiu ipse qui est
caput eorum, Patri subjectus non erat, dum pro-
pria membra exspectaret. Si vero unus fuisset ex
subjectis, ab initio Patri subjectus fuisset, & non in fi-
ne. Nos enim sumus qui in eo Patri subjicimur: &
nos sumus qui in eo regnamus, donec ponantur inimi-
ci nostri sub pedibus nostris. Nam propter inimicos
nostros Dominus cælorum in similitudinem nostrum
factus est: accepitque humanum illud solium David
Patris sui secundum carnem: ut reædificaret & restau-
raret illud. Ut cum instauratum fuerit, omnes in ipso
regnemus, & tradat ipse Patri humanum regnum in-
stauratum: *Ut sit Deus omnia in omnibus*, regnans 1. Cor. 15. 28.
per ipsum, ut per Verbum Dei, postquam regna-
verit ipse per eum, ut per hominem salvatorem.

21. Et cum Petrus dicat: *Certissime sciat ergo o-* Act. 2. 36.
mnis domus Israel, quia & Dominum eum, & Chri-
stum fecit Deus, hunc Jesum, quem vos crucifixistis; non
de Divinitate ejus dicit, quod Dominum ipsum, &
Christum fecerit; sed de humanitate ejus, quæ est u-
niversa Ecclesia, quæ in ipso dominatur & regnat,
postquam ipse crucifixus est: & quæ ungitur ad Re-
gnum cælorum; ut cum illo regnet, qui seipsum pro
illa exinanivit, & qui induta servili forma, ipsam as-
sumsit. Verbum enim & Filius Dei, semper erat Do-
minus & Deus: neque postquam crucifixus est, factus
est Dominus, & Christus: sed uti supra dixi, huma- Mat. 26. 39.
nitatem ejus Dominum & Christum effecit Divinitas
ejus. Cumque ait: *Pater, si possibile est, transeat a* Matth. 26. 41. & Marc. 14. 38.
me-

me calix iste: veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat: Et, *Spiritus quidem promtus est, caro autem infirma*: duas voluntates ibi ostendit: alteram humanam, quæ est carnis: alteram divinam, quæ Dei est. Siquidem humana ob infirmitatem carnis, deprecatur passionem; divina autem ejus voluntas promta est. Ut vero Petrus audiens de passione timuit, & dixit: *misereris tui Domine*: increpans autem illum Dominus ait: *Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum*; ita & hic intelligitur: in similitudinem enim hominum factus, deprecatur passionem, ut homo: Deus autem cum sit, & secundum substantiam divinam impassibilis exsistat, alacriter passionem, & mortem excepit: quia impossibile erat eum sub mortis imperio detineri: quippe qui Deus erat in similitudinem hominum factus: qui sponte sua moritur, & propria virtute excitatur, utpote Deus, ut ait David: *Exsurgat Deus & dissipentur inimici ejus*: & iterum, *Exsurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti; & Synagoga populorum circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere, Dominus judicabit populos*. Alibi autem dicit Apostolus: *Passus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute Dei*. Virtus autem Dei est Filius: qui passus est ex infirmitate, id est ex conjunctione cum carne: & qui passionem ut homo deprecatus est; jam vero vivit per suam virtutem.

Duæ in Christo voluntates. — Mat. 16. 22. — Christus propria virtute excitatur. — Psal. 67. — Psal. 7. 8. — 2. Cor. 13. 4.

22. Et cum Dominus dicat in Euangelio secundum Joannem: *Hæc est autem vita æterna: ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum*; idem Joannes alibi Filium ait verum Deum, nam *scimus*, inquit, *quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero in Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna*. Itaque verus Deus est Filius, priusquam homo fieret: & postquam factus est mediator Dei & hominum homo Christus Jesus. Hoc enim est quod dicit, & quem misit Jesum Christum, unitum Patri secundum Spiritum, nobis vero secundum carnem: & sic mediatorem Dei & hominum. Qui non solum homo, sed etiam Deus est, quemadmodum & Hieremias dicit: *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam scientiæ, & tradidit illam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est*. Quandonam autem cum homini-

Joan. 17. 3. — 1. Joan. 5. 20. — Baruch. 3. 36.

A bus conversatus est, nisi quando genitus est cum illis ex fœmina, infans cum illis fuit, cum illis crevit, & cum illis comedit? Et alibi ait: *Profundum cor ejus super omnes: & homo est, & quis cognoscet eum?* Similiter Esaias dicit: *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, cujus principatus factus est super humerum ejus. Et vocatur nomen ejus magni consilii Angelus, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Potens, Princeps pacis, Pater futuri seculi*. Et alibi dicit: *Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod explicatum est, nobiscum Deus*. Deus B igitur est, qui natus est ex Virgine, & qui factus est homo ex Maria Deipara. Et rursum alibi dicit: *Vidimus eum, & non habebat speciem neque pulcritudinem*. Viderat enim illum prius in divina & gloriosissima forma sua, sedentem super solium excelsum & elevatum, cum Seraphim eum glorificabant dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth*. Et postea vidit eum servi forma indutum, & in similitudinem hominis factum. Propterea: dicit *Vidimus eum, & non habebat speciem, neque pulchritudinem. Sed species ejus sine honore & deficiens plusquam omnium filio-* C *rum hominum. Vir in plagis constitutus, & sciens ferre infirmitatem. Quia immutatus est vultus ejus a suo statu: despectus, & non reputatus est. Hic languores nostros fert, & pro nobis cruciatur. Et nos putavimus eum esse in labore, in plaga, & in afflictione. Ipse vero vulneratus est propter iniquitates nostras: in languore fuit propter scelera nostra*. Et alibi de ipso dicit: *Ecce Deus noster judicium reddit, & retribuet. Ipse veniet & salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet sicut cervus claudus, & expedita erit lingua balborum*. Et iterum D alibi ait: *Non Angelus, neque legatus; sed ipse Dominus salvavit nos*. Et David ait: *Mater Sion dicet: Homo & homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus*. Nam is homo qui in illa natus est, ipse est Altissimus: ut & in alio Psalmo ait: *Et cognoscant quia nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus super omnem terram*. Hæc autem ex parte descripsimus, ut quemadmodum dicit Apostolus; *Jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris*.

Jerem. 17. 9. — Esai. 9. 6. — Esai. 7. 14. — Esai. 53. 2. — Esai. 6. 3. — Esai. 53. 2. — Esai. 35. 4. — Esai. 63. 9. — Psal. 86. 5. — Psal. 82. 19. — Ephes. 4. 14.

IN EPISTOLAM AD AFROS EPISCOPOS

M O N I T U M.

I. JAMDIU *animadversus fuit a doctissimis viris Baronii lapsus, Afros episcopos, quibus hæc mittitur epistola, Cyrenaicos esse existimantis: quod sane vel uno hujusce loco apertissime elevatur; numero nempe* 10. *ubi ait Athanasius, hanc Epistolam, non a se tantum, sed ab omnibus Ægypti Libyarumque Episcopis, missam subscriptamque fuisse. Nam ubi Libyarum meminit, num.* 1. *&* 10. *utramque haud dubie indicat Libyam, Cyrenaicam seu Pentapolitanam & Marmaricam, ac quodcumque Libyæ nomine a Cyrenaica ad Ægyptum extenditur; quæ amba tunc erant Patriarchatus Alexandrini. Et sane solet Athanasius, ubi Synodicas inscribit epistolas Alexandrinas, cum Ægypto Libyam & Pentapolin sive Cyrenaicam copulare, ut p.* 49. *Demum ubi provincias recenset Ecclesiasticas, Africam semper secernit a Libya & Pentapoli, seu Cyrenaica, ut videre est supra p.* 48. *p.* 80. *& in subscriptionibus Sardicensibus; ut exploratissimum sit, Africæ nomine hic & alias oram Occidentalem designari, in qua sita Carthago fuit.*

II. *Porro qua ducti occasione hanc dederint epistolam Athanasius ceterique Episcopi, ex ipso liquet initio; ubi monentur Africani, ne viris obtemperent, qui, cum studio flagrarent Nicænæ abrogandæ fidei, omnem movebant lapidem, ut ea vim obtinerent, quæ illi Arimini edita mentiebantur, tametsi revera Nice in Thracia scripta propositaque fuerant. Post hæc commendatur in hac epistola Nicæna Synodus, ex pietate ac multitudine Episcoporum, qui ad eam celebrandam convenerant, quæ quantum præstet variis Arianorum conciliabulis pluribus commonstratur. Historia deinde texitur rerum in Nicæna Synodo gestarum, ad vocem ὁμοούσιον asserendam: paucisque demum propugnatur divinitas Sancti*

Spiri-

Spiritus. Singulare illud est quod sub finem enarratur, tam arcto scilicet caritatis vinculo junctos fuisse Ægyptios & Libyes episcopos, ut quibusdam absentibus, qui adessent eorum loco subscriberent.

III. *Quo autem anno conscripta fuerit hæc epistola, minime constat inter hujusce ævi Scriptores; nuperus auctor annum illi assignavit 371. cui tamen ægre nos, peritissimo licet, assentiemur, tardius sane eam Synodum reponenti, quam ut posse videantur cetera, quæ ad mortem usque edidit Athanasius, justum obtinere temporis spatium. Quare commodius in annum conferri posse putamus circiter 369, ut pluribus in Vita Athanasii.*

EPISTOLA EPISCOPORUM

Ægypti & Lybiæ nonaginta, necnon beati Athanasii, contra Arianos, ad honoratissimos in Africa Episcopos.

Scripta anno circiter 369.

1. SATIS quidem sunt quæ a dilecto & comministro nostro Damaso magnæ Romæ episcopo, & a tot episcopis una cum illo coactis, nec minus ea quæ ab aliis Synodis in Gallia & in Italia celebratis, scripta sunt de sana & orthodoxa fide: quam Christus largitus est, Apostoli prædicarunt, & quam tradidere Patres, qui ex universo orbe nostro Nicæam convenerunt. Ideo enim tanta solicitudine de Ariana hæresi actum fuit, ut qui in eam lapsi essent, ab ea retraherentur, & ut noti forent auctores ejus. Huic igitur totus olim assensit orbis; & hoc tempore compluribus celebratis Synodis, moniti omnes per Dalmatiam, Dardaniam, Macedoniam, Epiros, Græciam, Cretam & alias insulas, Siciliam, Cyprum & Pamphyliam, Lyciam, Isauriam, universam Ægyptum, Libyas, & plerique ex Arabia, hanc comprobarunt: admiratique sunt eos qui subscripserant, quia scilicet si qua apud illos ex Arianorum radice residua erat sursum pullulans amaritudo, Auxentius nempe, Ursacius, Valens, & qui eamdem quam isti tuentur sententiam; illi, inquam, ipsi per ea scripta abscissi rejectique fuerant. Sufficiunt itaque satisque sunt, uti supra diximus, Nicæna decreta, cum ad subversionem omnis impiæ hæreseos, tum ad tutelam utilitatemque ecclesiasticæ doctrinæ. Quia tamen audivimus nonnullos hujus oppugnandæ cupidos, quamdam Synodum quasi Arimini celebratam in medium adferre, atque omnem movere lapidem ut ea, potius quam Nicæna, obtineat; necesse duximus vos litteris monere nostris, ut ne hujusmodi homines toleretis: nihil quippe aliud illud est, nisi nova Arianæ hæresis fruticatio. Nam qui Synodum adversus hanc hæresin celebratam, Nicænam scilicet, repudiant, quid optant aliud, quam ut Arii sententia vim obtineat? Quid ergo dignum illis, nisi ut Ariani & ipsi nuncupentur, & eadem qua illi plectantur pœna? homines qui nec Deum timuerunt dicentem: *Ne transferas terminos æternos, quos posuerunt Patres tui*: &, *Qui maledixerit Patri suo vel matri morte moriatur*: nec Patres quidquam reveriti sunt, qui anathemate percusserunt omnes, qui suæ Confessioni adversa sentirent.

In variis Synodis Nicæna approbatur.

Prov. 22. 28. Exod. 21. 17.

2. Enimvero ideo œcumenica fuit Nicæna Synodus, trecentis decem & octo coactis Episcopis, ut de fide ageretur Arianæ impietatis causa; ne deinceps per partes seu provincias, fidei obtentu variæ celebrarentur Synodi; immo si celebrari contingeret, ne prævalerent. Quid enim deest ipsi, ut nova quis requirat? Plena utique pietatis est ipsa, dilecti: totum illa replevit orbem. Hanc Indi, hanc quotquot apud Barbaros alios Christiani sunt, agnoverunt. Vanus certe conatus eorum qui illam plerumque oppugnavere. Tales enim viri, jam decem, immo plures Synodos celebrarunt, mutataque in singulis sententia, quædam a prioribus detraxere: in se-

Apud Indos & Barbaros Christiani extant.

A quentibus quædam immutarunt, alia addiderunt. Nihilque hactenus profuit ipsis, quod scribant, scripta deleant, vim inferant: ignorantes illud, *Omnis plantatio quam non plantavit Pater cælestis eradicabitur*. Domini autem verbum per œcumenicam Nicænam Synodum prolatum in æternum manet. Si enim numerum numero quis compararit, tanto plures sunt Nicæni illis peculiaribus, quanto totum est sua parte majus. Quod si quis internoscere velit quid causæ sit quod Nicæna Synodus, quid quod aliæ sint celebratæ, is comperiet Nicænam quidem legitimam habere causam: alias autem o- B dio, contentione, vi coactas esse. Illa enim ob Arianam hæresin, & ob Paschatis solennitatem convocata fuit: quia Syri, Cilices & qui in Mesopotamia degunt, a nobis dissentiebant, & eodem quo Judæi tempore Pascha celebrabant. Sed gratia Domino, quod cum de fide, tum de sancta illa solennitate omnium una mens fuerit. Et hæc quidem Nicænæ Synodi causa, aliæ vero post illam innumeræ sane sunt, sed contra œcumenicam Synodum institutæ.

Matth. 15. 13.

3. His ita comprobatis, quis eos admittat, qui Ariminensem aut aliam Synodum præter Nicænam C in ore habent? aut quis eos non oderit, qui abjectis Patrum decretis, recentiora Arimini per vim & contentionem constituta, illis anteponunt? Quis autem cum iis convenire velit hominibus, qui ne sua quidem ipsi approbant? Nam qui in suis decem aut pluribus etiam Synodis, uti ante diximus, modo illa, modo alia scripserunt, palam sane fecere se singulas earum incusare. Idem porro iis accidit, quod olim proditoribus illis Judæis: ut enim illi, derelicto unico aquæ viventis fonte, foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ aquam continere non valebunt; ut apud Hieremiam prophe- D tam scriptum est; sic & isti adversus unam & œcumenicam Synodum decertantes, multas sibi Synodos effoderunt: vacuæque omnes illæ fuere, quasi *manipulus infructuosus*. Ne feramus igitur viros qui Ariminensem Synodum, aut aliam memorant præter Nicænam. Nam illi ipsi, qui Ariminensem in ore habent, ignorare videntur ea quæ illic gesta sunt: alioqui de illa silerent. Scitis enim, dilecti, didicistisque ab iis qui e vestra provincia Ariminum * se contulere, quomodo Ursacius, Valens, Eudoxius & Auxentius, quibuscum illic erat & Demophilus, cum præter illa quæ Nicææ constituta fuerunt, a- E lia quædam scribere vellent, depositi sunt. Quando rogati, ut Arianam hæresin anathemate damnarent, re illi negata, maluerunt illius esse patroni. Episcopi contra qui sinceri erant servi Domini, & sana fide præditi, numero ferme ducenti, solam Nicænam Synodum satis sibi esse scripserunt; & præter illam nec plus nec minus quærendum aut sentiendum esse. Hæc item Constantio signi-

Multæ Synodi Arianorum.

Hierem. 2. 13.

Hosea. 8. 7.

* Vide quæ de his diximus in vita Anthanasii ad annum 355.

me calix iste: veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat: Et, *Spiritus quidem promtus est, caro autem infirma*: duas voluntates ibi ostendit: alteram humanam, quæ est carnis: alteram divinam, quæ Dei est. Siquidem humana ob infirmitatem carnis, deprecatur passionem; divina autem ejus voluntas promta est. Ut vero Petrus audiens de passione timuit, & dixit: *misereris tui Domine*: increpans autem illum Dominus ait: *Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum*; ita & hic intelligitur: in similitudinem enim hominum factus, deprecatur passionem, ut homo: Deus autem cum sit, & secundum substantiam divinam impassibilis exsistat, alacriter passionem, & mortem excepit: quia impossibile erat eum sub mortis imperio detineri: quippe qui Deus erat in similitudinem hominum factus: qui sponte sua moritur, & propria virtute excitatur, utpote Deus, ut ait David: *Exsurgat Deus & dissipentur inimici ejus*: & iterum, *Exsurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti; & Synagoga populorum circundabit te. Et propter hanc in altum regredere, Dominus judicabit populos*. Alibi autem dicit Apostolus: *Passus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute Dei*. Virtus autem Dei est Filius: qui passus est ex infirmitate, id est ex conjunctione cum carne: & qui passionem ut homo deprecatus est; jam vero vivit per suam virtutem.

Deus in Christo voluntates. — Mat. 26. 23. — Christus propria virtute excitatur. — Psal. 67. — Psal. 7. 8. — 2. Cor. 13. 4.

22. Et cum Dominus dicat in Euangelio secundum Joannem: *Hæc est autem vita æterna: ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum*; idem Joannes alibi Filium ait verum Deum, nam *scimus*, inquit, *quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero in Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna*. Itaque verus Deus est Filius, priusquam homo fieret: & postquam factus est mediator Dei & hominum homo Christus Jesus. Hoc enim est quod dicit, & quem misit Jesum Christum, unitum Patri secundum Spiritum, nobis vero secundum carnem: & sic mediatorem Dei & hominum. Qui non solum homo, sed etiam Deus est, quemadmodum & Hieremias dicit: *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam scientiæ, & tradidit illam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est*. Quandonam autem cum hominibus conversatus est, nisi quando genitus est cum illis ex fœmina, infans cum illis fuit, cum illis crevit, & cum illis comedit? Et alibi ait: *Profundum cor ejus super omnes: & homo est, & quis cognoscet eum?* Similiter Esaias dicit: *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, cujus principatus factus est super humerum ejus. Et vocatur nomen ejus magni consilii Angelus, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Potens, Princeps pacis, Pater futuri seculi*. Et alibi dicit: *Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod explicatum est, nobiscum Deus*. Deus igitur est, qui natus est ex Virgine, & qui factus est homo ex Maria Deipara. Et rursum alibi dicit: *Vidimus eum, & non habebat speciem neque pulcritudinem*. Viderat enim illum prius in divina & gloriosissima forma sua, sedentem super solium excelsum & elevatum, cum Seraphim eum glorificabant dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth*. Et postea vidit eum servi forma indutum, & in similitudinem hominis factum. Propterea: dicit *Vidimus eum, & non habebat speciem, neque pulchritudinem. Sed species ejus sine honore & deficiens plusquam omnium filiorum hominum. Vir in plagis constitutus, & sciens ferre infirmitatem. Quia immutatus est vultus ejus a suo statu: despectus, & non reputatus est. Hic languores nostros fert, & pro nobis cruciatur. Et nos putavimus eum esse in labore, in plaga, & in afflictione. Ipse vero vulneratus est propter iniquitates nostras: in languore fuit propter scelera nostra*. Et alibi de ipso dicit: *Ecce Deus noster judicium reddit, & retribuet. Ipse veniet & salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet sicut cervus claudus, & expedita erit lingua balborum*. Et iterum alibi ait: *Non Angelus, neque legatus; sed ipse Dominus salvavit nos*. Et David ait: *Mater Sion dicet: Homo & homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus*. Nam is homo qui in illa natus est, ipse est Altissimus: ut & in alio Psalmo ait: *Et cognoscant quia nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus super omnem terram*. Hæc autem ex parte descripsimus, ut quemadmodum dicit Apostolus; *Jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris*.

Joan. 17. 3. — 1. Joan. 5. 20. — Baruch. 3. 36. — Jerem. 17. 9. — Esai. 9. 6. — Esai. 7. 14. — Esai. 53. 2. — Esai. 6. 3. — Esai. 53. 2. — Esai. 35. 4. — Esai. 63. 9. — Psal. 86. 5. — Psal. 82. 19. — Ephes. 4. 14.

IN EPISTOLAM AD AFROS EPISCOPOS

MONITUM.

I. *Jamdiu animadversus fuit a doctissimis viris Baronii lapsus, Afros episcopos, quibus hæc mittitur epistola, Cyrenaicos esse existimantis: quod sane vel uno hujusce loco apertissime elevatur; numero nempe* 10. *ubi ait Athanasius, hanc Epistolam, non a se tantum, sed ab omnibus Ægypti Libyarumque Episcopis, missam subscriptamque fuisse. Nam ubi Libyarum meminit, num.* 1. *&* 10. *utramque haud dubie indicat Libyam, Cyrenaicam seu Pentapolitanam & Marmaricam, ac quodcumque Libyæ nomine a Cyrenaica ad Ægyptum extenditur; quæ ambæ tunc erant Patriarchatus Alexandrini. Et sane solet Athanasius, ubi Synodicas inscribit epistolas Alexandrinas, cum Ægypto Libyam & Pentapolin sive Cyrenaicam copulare, ut p.* 49. *Demum ubi provincias recenset Ecclesiasticas, Africam semper secernit a Libya & Pentapoli, seu Cyrenaica, ut videre est supra p.* 48. *p.* 80. *& in subscriptionibus Sardicensibus; ut exploratissimum sit, Africæ nomine hic & alias oram Occidentalem designari, in qua sita Carthago fuit.*

II. *Porro qua ducti occasione hanc dederint epistolam Athanasius ceterique Episcopi, ex ipso liquet initio; ubi monentur Africani, ne viris obtemperent, qui, cum studio flagrarent Nicænæ abrogandæ fidei, omnem movebant lapidem, ut ea vim obtinerent, quæ illi Arimini edita mentiebantur, tametsi revera Nicæ in Thracia scripta propositaque fuerant. Post hæc commendatur in hac epistola Nicæna Synodus, ex pietate ac multitudine Episcoporum, qui ad eam celebrandam convenerant, quæ quantum præstet variis Arianorum conciliabulis pluribus commonstratur. Historia deinde texitur rerum in Nicæna Synodo gestarum, ad vocem ὁμοούσιον asserendam: paucisque demum propugnatur divinitas Sancti Spiri-*

Spiritus. Singulare illud est quod sub finem enarratur, tam arcto scilicet caritatis vinculo junctos fuisse Ægyptios & Libyes episcopos, ut quibusdam absentibus, qui adessent eorum loco subscriberent.

III. *Quo autem anno conscripta fuerit hæc epistola, minime constat inter hujusce ævi Scriptores; nuperus auctor annum illi assignavit 371. cui tamen ægre nos, peritissimo licet, assentiemur, tardius sane eam Synodum reponenti, quam ut posse videantur cetera, quæ ad mortem usque edidit Athanasius, justum obtinere temporis spatium. Quare commodius in annum conferri posse putamus circiter 369, ut pluribus in Vita Athanasii.*

EPISTOLA EPISCOPORUM

Ægypti & Lybiæ nonaginta, necnon beati Athanasii, contra Arianos, ad honoratissimos in Africa Episcopos.

Scripta anno circiter 369.

1. SATIS quidem sunt quæ a dilecto & comministro nostro Damaso magnæ Romæ episcopo, & a tot episcopis una cum illo coactis, nec minus ea quæ ab aliis Synodis io Gallia & in Italia celebratis, scripta sunt de sana & orthodoxa fide: quam Christus largitus est, Apostoli prædicarunt, & quam tradidere Patres, qui ex oniverso orbe nostro Nicæam convenerunt. Ideo enim tanta solicitudine de Ariana hæresi actum fuit, ut qui in eam lapsi essent, ab ea retraherentur, & ut noti forent auctores ejus. Huic igitur totus olim assensit orbis; & hoc tempore compluribus celebratis Synodis, moniti omnes per Dalmatiam, B Dardaniam, Macedoniam, Epiros, Græciam, Cretam & alias insulas, Siciliam, Cyprum & Pamphyliam, Lyciam, Isauriam, universam Ægyptum, Libyas, & plerique ex Arabia, hanc comprobarunt: admiratique sunt eos qui subscripserant, quia scilicet si qua apud illos ex Arianorum radice residua erat sursum pullulans amaritudo, Auxentius nempe, Ursacius, Valens, & qui eamdem quam isti tuentur seotentiam; illi, inquam, ipsi per ea scripta abscissi rejectique fuerant. Sufficiunt itaque satisque suot, uti supra diximus, Nicæna decreta, cum ad subversionem omnis impiæ hæreseos, tum ad tutelam C utilitatemque ecclesiasticæ doctrinæ. Quia tamen audivimus nonnullos hujus oppugnandæ cupidos, quamdam Synodum quasi Arimini celebratam io medium adferre, atque omnem movere lapidem ut ea, potius quam Nicæna, obtineat; necesse duximus vos litteris monere nostris, ut ne hujusmodi homines toleretis: nihil quippe aliud illud est, oisi nova Arianæ hæresis fruticatio. Nam qui Synodum adversus hanc hæresin celebratam, Nicænam scilicet, repudiant, quid optant aliud, quam ut Arii sententia vim obtineat? Quid ergo dignum illis, nisi ut Ariani & ipsi nuncupentur, D & eadem qua illi plectantur pœna? homines qui nec Deum timueruot dicentem: *Ne transferas terminos æternos, quos posuerunt Patres tui*: &, *Qui maledixerit Patri suo vel matri morte moriatur*: nec Patres quidquam reveriti sunt, qui anathemate percusserunt omnes, qui suæ Confessioni adversa sentireot.

In variis Synodis Nicæna approbatur.

Prov. 22. 28.
Exod. 21. 17.

2. Enimvero ideo œcumenica fuit Nicæna Synodus, trecentis decem & octo coactis Episcopis, ut de fide ageretur Arianæ impietatis causa; ne deinceps per partes seu provincias, fidei obtentu variæ celebrarentur Synodi; immo si celebrari contingeret, ne prævalerent. Quid enim deest ipsi, ut nova E quis requirat? Plena utique pietatis est ipsa, dilecti: totum illa replevit orbem. Hanc Indi, hanc quotquot apud Barbaros alios Christiani sunt, agnoverunt. Vanus certe conatus eorum qui illam plerumque oppugnavere. Tales enim viri, jam decem, immo plures Synodos celebrarunt, mutataque in singulis sententia, quædam a prioribus detraxere: in sequentibus quædam immutarunt, alia addiderunt. A Nihilque hactenus profuit ipsis, quod scribant, scripta deleant, vim inferant: ignorantes illud, *Omnis plantatio quam non plantavit Pater cælestis eradicabitur*. Domini autem verbum per œcumenicam Nicænam Synodum prolatum in æternum manet. Si enim numerum numero quis compararit, tanto plures sunt Nicæni illis peculiaribus, quanto totum est sua parte majus. Quod si quis internoscere velit quid causæ sit quod Nicena Synodus, quid quod aliæ sint celebratæ, is comperiet Nicænam quidem legitimam habere causam: alias autem odio, contentione, vi coactas esse. Illa enim ob Arianam hæresin, & ob Paschatis solennitatem convocata fuit: quia Syri, Cilices & qui io Mesopotamia degunt, a nobis dissentiebant, & eodem quo Judæi tempore Pascha celebrabant. Sed gratia Domino, quod cum de fide, tum de sancta illa solennitate omnium una mens fuerit. Et hæc quidem Nicænæ Synodi causa, aliæ vero post illam innumeræ sane sunt, sed contra œcumenicam Synodum institutæ.

Apud Indos & Barbaros Christiani extant.

Matth. 15. 13.

3. His ita comprobatis, quis eos admittat, qui Ariminensem aut aliam Synodum præter Nicænam in ore habent? aut quis eos non oderit, qui abjectis Patrum decretis, recentiora Arimini per vim & contentionem constituta, illis anteponunt? Quis autem cum iis convenire velit hominibus, qui ne sua quidem ipsi approbant? Nam qui in suis decem aut pluribus etiam Synodis, uti ante diximus, modo illa, modo alia scripseruot, palam sane fecere se singulas earum incusare. Idem porro iis accidit, quod olim proditoribus illis Judæis: ut enim illi, derelicto unico aquæ viventis fonte, foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ aquam continere non valebunt; ut apud Hieremiam prophetam scriptum est; sic & isti adversus unam & œcumenicam Synodum decertantes, multas sibi Synodos effoderuot: vacuæque omnes illæ fuere, quasi *manipulus infructuosus*. Ne feramus igitur viros qui Ariminensem Synodum, aut aliam memorant præter Nicænam. Nam illi ipsi, qui Ariminensem in ore habent, ignorare videotur ea quæ illic gesta sunt: alioqui de illa silerent. Scitis enim, dilecti, didicistisque ab iis qui e vestra provincia Ariminum * se contulere, quomodo Ursacius, Valens, Eudoxius & Auxentius, quibuscum illic erat & Demophilus, cum præter illa quæ Nicææ constituta fuerant, alia quædam scribere vellent, depositi sunt. Quando rogati, ut Arianam hæresin anathemate damnarent, re illi negata, maluerunt illius esse patroni. Episcopi contra qui sinceri erant servi Domini, & sana fide præditi, numero ferme ducenti, solam Nicænam Synodum satis sibi esse scripserunt; & præter illam nec plus nec minus quærendum aut sentiendum esse. Hæc item Constantio signifi-

Multæ Synodi Arianorum.

Hierem. 2. 13.

Hosea. 8. 7.

* Vide quæ de his diximus in vita Athanasii ad annum 359.

ficarunt, qui Synodum celebrari jusserat. Verum qui Arimini depositi fuerant, Constantium adeuntes, effecerunt ut indignissime acciperentur illi, minis quoque additis, non licitum fore illis qui contra se sententiam tulissent, ad proprias Ecclesias remigrare, vimque ipsos in Thracia, illa ipsa hyeme, perpessuros; ut eo pacto res a se innovatas illi tolerarent.

4. Si qui ergo Arimineosem Synodum proponunt, proferant primum eorum, quos memoravi, depositionem, atque Episcoporum rescripta dicentium, præter ea, quæ a Patribus Nicææ declarata fuerant, nihil quærendum esse: nec aliam Synodum, præter illam, memorandam. Sed hæc quidem dissimulant: ea vero, quæ in Thracia per vim gesta sunt, obtendunt: ex quibus conspicuum est, eos Arianæ quidem hæreseos histriones, a sana autem fide alienos esse. Quod si quis magnam illam Synodum, cum istorum Synodis mutuo conferre voluerit, illorum pietatem, istorum dementiam deprehendet. Qui Nicæam convenerunt nequaquam antea depositi fuerant, sed ex Patris substantia Filium esse confessi sunt. Isti autem semel atque iterum, immo tertio Arimini depositi, scribere ausi sunt, non dicendum esse, Deum habere substantiam aut hypostasin. Ex quibus animadvertere licet, fratres, Nicænos Patres Scripturas spirare, cum dicat ipse Deus in Exodo quidem: *Ego sum qui sum*; per Hieremiam vero: *Quis est in substantia ejus, & vidit verbum ejus?* & paulopost: *& si stetissent in hypostasi mea, & audissent verba mea*. Hypostasis autem substantia est, neque aliam habet significationem, quam, hoc ipsum quod est: quod Hieremias vocat ὕπαρξιν, seu existentiam dicens: *Et non audierunt vocem exsistentiæ meæ*. Nam hypostasis & substantia, idipsum est quod ὕπαρξις seu exsistentia. Est enim & exsistit. Hoc cum Paulus intelligeret, Hebræis scripsit: *Qui cum sit splendor gloriæ & figura hypostaseos ejus*. Hi vero qui sese & Scripturarum periti putent & sapientes appellant, cum nolint hypostasin in Deo dicere (hoc enim Arimini, & in aliis suis Synodis conscripserunt) qui non jure depositi sunt, cum & ipsi dicant, ut insipiens in corde suo, *Non est Deus?* Rursum Patres Nicæni docuerunt, Filium & Verbum non esse creaturam aut rem factam, quod legissent: *Omnia per ipsum facta sunt*: &, *In illo omnia creata sunt & consistunt*. Isti vero potius Ariani quam Christiani, in aliis suis Synodis, ipsum creaturam dicere ausi sunt & unam ex rebus factis, quarum ipsum Verbum opifex est & conditor. Si enim per ipsum omnia facta sunt, & ipsum quoque creatura fuerit: ergo seipsum creaverit. Et quomodo potest quod creatur creare? aut qui creat qua ratione creatur?

Exod. 3. 14.
Hierem. 23. 18. & 22.
Hierem. 9. 10.
Hebr. 1. 3.
Psalm. 13. 1.
Joan. 1. 3.
Col. 1. 16.

5. Verum ne sic quidem erubescunt, ea licet dicant, quæ sibi odium apud omnes concilient: temereque Ariminensem Synodum memorent, cum palam sit eos illic damnatos fuisse. Quod vero illam spectat Nicææ conscriptam sententiam, scilicet Filium esse Patri consubstantialem, cujus gratia simulant se cum Nicæna Synodo pugnare, de qua velut culices circumquaque susurrant; in illam certe vel ignorantes impingunt, quemadmodum illi alii qui impingunt in lapidem scandali positum in Sion; aut, licet illam probe norint, propterea decertant nec cessent obmurmurare, quod ea sit vera & accurata contra suam hæresin sententia. Non enim illi verba moleste ferunt, sed suam illic prolatam damnationem. Horumque rursus auctores illi sunt, tametsi rem sibi probe notam dissimulant, quare par fuerit ut ipsi narremus; quo hinc accurata magnæ Synodi diligentia ostendatur. Cum vellent enim Episcopi congregati impias ab Arianis adinventas voces e medio tollere, nempe illud, ex non

Rom. 9. 33.
Narrantur res in Nicæna Synodo gestæ

A exstantibus: illud quoque quod ajunt, creaturam & rem factam Filium esse: & illud, aliquando non erat: &, est naturæ mutabilis; atque Scripturarum voces omnium consensu receptas conscribere; nempe, ex Deo natura unigenitum esse Verbum, virtutem & sapientiam solam Patris, Deum verum, ut ait Joannes: & ut scripsit Paulus, splendorem gloriæ, & figuram substantiæ Patris: Eusebiani propriis erroribus pertracti, mutuo colloquebantur: Iis assentiamus, ajebant, nam nos quoque ex Deo sumus: unus enim *Deus ex quo omnia*: &, *Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova. Omnia autem ex Deo*. B Cogitebant quoque illud in Pastore scriptum: *Ante omnia crede, unum esse Deum qui creavit & adornavit omnia, & fecit ea ex non exsistentibus exsistere*. Sed Episcopi, illorum vafritiem, & pravum impietatis artificium conspicati, illud, ex Deo, liquidius explicarunt: Filiumque ex substantia Dei esse scripserunt; ita ut creaturæ quidem eo dicerentur ex Deo esse, quod non a seipsis absque causa exstitissent, sed initium exsistendi habuissent; Filius vero solus proprius substantiæ Patris haberetur: quod proprium est unigenito ac vero Verbo apud Patrem. Et hæc quidem C causa fuit cur illud, ex substantia, scriptum sit. Rursum Episcopis paucos istos interrogantibus, an dicerent Filium, non creaturam, sed virtutem, sapientiam solam Patris, æternam imaginem per omnia Patri similem, & Deum verum; deprehensi sunt Eusebiani sibi invicem annuere, quod hæc etiam in nos homines caderent: etenim nos ipsi, imago & gloria Dei vocamur, deque nobis dictum est: *Semper enim nos qui vivimus*. Virtutes quoque multæ sunt: *Et egressa est omnis virtus Domini de terra Ægypti*. Eruca vero & locusta dicuntur virtutes magnæ. Et, *Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus* D *Jacob*. Immo vero quod Deo simus proprii accepimus, haud levi modo, sed quia fratres nos vocavit. Quod si Filium etiam verum Deum vocant, neque illud ægre ferimus: cum enim factus fuerit, verus exsistit.

pro Consubstantialitate.
1. Cor. 8. 6.
2. Cor. 5. 17.
Pastor. Lib. 2. Mandat. 1.
Psalm. 113. 18.
Joel. 2. 25.
Psalm. 45. 8.

6. Hæc corrupta mens Arianorum fuit. Verum Episcopi tum quoque intellecta eorum fraude, ex Scripturis has collegere voces, splendorem, fontem, fluvium & figuram substantiæ: illud item, *In lumine tuo videbimus lumen*: & illud, *Ego & Pater unum sumus*. Demum lucidius & compendiose scripserunt, Consubstantialem esse Patri Filium: nam supra dicta omnia hanc habent significationem. Porro quod effu- E tiunt illi, eas voces in Scriptura non esse, vanum ab ipsis commonstratur: cum ex non scriptis impietatem proferant: nusquam enim hæc scripta sunt: ex non exsistentibus, & illud: aliquando non erat: sese tamen, ex non scriptis licet pie excogitatis verbis, damnatos queruntur. Sed illi, utpote ex sterquilinio orti, vere de terra loquuntur; Episcopi vero nequaquam voces illas excogitarunt, sed Patrum testimonio freti, ita scripserunt. Siquidem prisci Episcopi ante annos prope centum triginta, cum magnæ Romæ, tum etiam nostræ urbis, scriptis suis eos culpaverunt qui Filium rem factam & Pa- F tri non consubstantialem dicerent. Cujus rei non ignarus Eusebius Cæsareæ olim Episcopus, qui cum prius Arianæ hæresi suffragaretur postea Nicænæ Synodo subscripsit; in litteris ad suos missis hæc affirmavit: Ex antiquis quosdam eruditos clarosque Episcopos, atque scriptores, scimus circa Patris & Filii divinitatem, consubstantialis nomine usos.

Psal. 35. 10.
Joan. 10. 30.
Cum Dionysius Rom. anno 261. Pont. factum iniverit, haud multo plures 100. annis erant cum hæc Athanasius scriberet, a dictis utriusque Dionysii literis. Nam de Dionysio hic loquitur. vide supra. p. 279.
Hæc Eusebii verba vide supra p. 97.

7. Quid igitur adhuc Ariminensem memorant, in qua depositi sunt? Quid Nicænam Synodum recusant, cui etiam Patres sui subscripserunt, & confessi sunt, ex substantia, & consubstantialem esse Patri

Fi-

Filium? quid circumcursant? non enim cum Nicænis A tantum Episcopis, sed & cum aliis inter suos clarissimis & cum propriis tandem dimicant. Quorumnam igitur hæredes & successores sunt? qui possunt eos vocare Patres, quorum confessionem recte & Apostolice scriptam non recipiunt? Quod si sese repugnare posse arbitrantur, dicant, aut potius respondeant, ut in sese impingentes coarguantur; num credant Filio dicenti: *Ego & Pater unum sumus*: &, *qui vidit me, vidit & Patrem*. (Joan. 10. 30. & 14. 9.) Immo, dicent, hoc quia scriptum est, credimus. Sed quomodonam unum sunt, & quomodo, qui vidit Filium vidit & Patrem; si sic interrogentur, respondebunt sane, Ob similitudinem: nisi cum iis collapsi sint qui affinem suæ sententiam tuentur, & vocantur Anomœi. Sed si rursum sciscitere, qua ratione similis? audacius dicent: Virtute perfecta & consensu, quod idipsum velit quod Pater, & quod nihil velit, nisi quod Pater. Sed discant eum qui ex virtute & voluntate Deo similis sit, mutandi sui arbitrium habere: atqui Verbum nequaquam est tale, nisi forte ex aliqua parte & nostro more, nedum secundum substantiam simile sit. (Filius non ut nos similis Patri, sed secundum substantiam.) Id enim proprium nobis est qui facti, & natura creata præditi sumus. Etenim nos, licet secundum substantiam Deo similes esse nequeamus, tamen in virtute proficientes, Deum imitamur, hoc donante Domino, qui ait: *Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est.* (Luc. 6. 36.) *Estote perfecti sicut Pater vester cælestis perfectus est.* (Matth. 5. 48.) Opificia autem mutabilia esse, nemo negarit; cum & Angeli prævaricati sint, & Adam non obedierit, & omnes egeant gratia Verbi. Mutabile autem immutabili Deo simile esse nunquam poterit: ut nec creatum creanti. Quapropter in nos respiciens Sanctus ille dicebat: *Deus quis similis erit tibi?* (Psalm. 82. 2.) &, *Quis similis tibi in diis, Domine?* (Psalm. 85. 8.) Deos dicens illos qui creati quidem, sed participes Verbi sunt, quemadmodum ipse ait: *Si illos dixit deos, ad quos Verbum Dei factum est.* (Joan. 10. 35.) Res autem quæ alicujus participes sunt, nunquam eædem aut similes ei fuerint cujus sunt participes. De seipso igitur dixit: *Ego & Pater unum sumus* (Joan. 10. 30.), quod scilicet res factæ nunquam hujusmodi sint. Alioqui respondeant qui Ariminensem obtendunt Synodum, an creata substantia dicere possit: *Quæ video Patrem facientem, hæc & ego facio.* (Joan. 5. 19.) Nam opificia condita sunt, & nihil condunt; sin autem minus, ergo seipsa condiderunt. Certe si, ut dicunt, creatura est Filius, & Pater fecerit eum, plane Filius seipsum condiderit, cum, ut ipse testatur, ea possit facere quæ Pater facit: sed illud absurdum & nunquam constare potest: nemo enim seipsum potest efficere.

8. Rursum dicant an possint res factæ dicere: *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt?* (Joan. 16. 15.) Habet autem ille, quod sit creator, conditor, æternus, omnipotens, immutabilis. Opificia autem nec creare possunt, creata cum sint; nec æterna esse, initium quippe exsistendi habent: nec omnia posse & immutabilia esse, sub imperio enim sunt, naturæque sunt mutabilis, ut Scripturæ dicunt. Ergo si hæc Filii sunt, non ex virtute, ut diximus, sed ex substantia sua illa habet, ut Synodus ait: nec ex alia substantia ipse est, sed ex substantia Patris, cujus hæc sunt propria: quod autem substantiæ Patris proprium est, ejusque proles, quid aliud fuerit, aut quomodo appellandum sit, nisi consubstantiale? Nam quæ quis in Patre videt, eadem in Filio conspicit; in Filio, inquam, non ex participatione, sed secundum substantiam. Et hoc est: *Ego & Pater unum sumus* (Joan. 10. 30.), &, *Qui vidit me, vidit & Patrem.* (Joan. 14. 9.) Verum hinc quoque e re fuerit eorum amentiam commonstrare: Si ex virtute quam sequitur velle & non velle, necnon morum profectus, similis est Patri Filius, ut vos dicitis; hæc autem sunt qualitatis propria: ergo Deum dicitis ex qualitate & ex substantia compositum. Ecquis vos ultra ferat talia dicentes? non enim compositus est Deus, qui omnia ut essent composuit: neque talis, qualia sunt quæ ab ipso per Verbum sunt facta, absit. Simplex enim est substantia, in qua nulla qualitas; neque, ut ait Jacobus, *transmutatio aut vicissitudinis obumbratio*. (Jacob. 1. 17.) Cum igitur demonstratum sit, eum non ex virtute procedere, quippe nec in Deo nec in Filio est qualitas; ergo substantiæ proprius fuerit: hocque sane fateamini necesse est, nisi plane in vobis B intelligentia perierit. Jam quod proprium est, & idem ac substantia divina, & ex ipsa naturale germen, quid aliud fuerit, nisi consequenter genitori consubstantiale: illa quippe nota est filii erga patrem. Et hoc qui negat, is minime credit Verbum esse natura ac vere filium.

9. Cum rem ita intelligerent Patres, scripserunt, Filium esse Patri consubstantialem; & anathemate damnaverunt eos qui dicerent, Filium ex alia esse substantia: neque verba ejusmodi commenti sunt, sed ea ipsi a priscis Patribus edidicerant, uti diximus. His igitur ita commonstratis, superflua est quæ ab illis adC fertur Ariminensis Synodus, superflua & alia ab ipsis Synodus de fide appellata. Sufficit enim Nicæna quæ cum priscis Episcopis consentit, in qua Patres ipsorum subscripsere, quos revereri illos oportuit, ne omnia potius quam Christiani habeantur. Quod si post hæc tanta, post priscorum Episcoporum testimonium, post subscriptionem Patrum suorum, quasi eorum ignari, sese simulant consubstantialis vocem reformidare; dicant sentiantque simplicius, ac sincerius, Filium, natura esse filium: anathemate autem damnent, uti Synodus præcepit, eos qui dicunt eum, creaturam, aut rem factam: aut, ex non exstantibus, D vel, aliquando non erat filius Dei: & mutabilis, ac variabilis est, & ex alia substantia: & sic ab Ariana hæresi refugiant: & confidimus eos, si hæc sinceriter anathemate damnent, statim confessuros, Filium ex substantia Patris & Patri consubstantialem esse. Ideo enim Patres cum dixissent Filium esse Patri consubstantialem, statim addiderunt: Eos autem qui dixerint, creaturam, aut rem factam, aut ex non exstantibus, aut, aliquando non erat, anathemate damnat Catholica Ecclesia; ut iis verbis notum facerent, vocem consubstantialis hæc E significare. Atque vis hujus vocis, consubstantiale, eo intelligitur quod Filius non sit res creata vel facta & quod, qui dicit consubstantiale, nequaquam credat Verbum esse creaturam: & qui superius dicta anathemate damnat, una sentit Filium esse Patri consubstantialem: cumque dicit consubstantialem, germanum ac verum dicit Dei Filium. Et qui dicit germanum, probe intelligere illud: *Ego & Pater unum sumus* (Joan. 10. 30.), & *Qui vidit me, vidit & Patrem.* (Joan. 14. 9.)

10. Ceterum par erat hæc pluribus scribere: verum quia vobis jam horum gnaris scribimus, ideo paucis dictavimus. Optantes ut apud omnes vincuF lum pacis servetur, & omnes qui Catholicæ sunt Ecclesiæ, idem dicant, idemque sentiant. Et hæc non quasi docentes, sed quasi admonentes dicimus. Non enim nos soli scribimus, sed omnes Ægypti & Libyarum nonaginta circiter Episcopi. Omnium enim una hæc est sententia, & cum aliquem abesse contigerit, alii pro aliis subscribimus. Sic nos igitur affecti, cum contigisset nos in unum convenire, litteras quoque dilecto nostro Damaso magnæ Romæ Episcopo misimus, de Auxentio qui Mediolanensem invasit Ecclesiam, cujus illi gesta enarravimus, eum nempe non modo esse Arianæ hæreseos sectatorem, sed etiam

mul-

multis sceleribus obnoxium, quæ cum Gregorio impietatis suæ socio perpetravit: nosque mirari cur nondum depositus & ab Ecclesia ejectus sit: Gratiasque retulimus ejus pietati, necnon iis qui in magnam urbem Romam convenerant, quod Ursacio & Valente aliisque qui cum illis sentirent ejectis, Catholicæ Ecclesiæ concordiam servassent. Quam cum apud vos quoque servari peroptemus; hortamur vos, ne feratis, ut supra diximus, eos qui fidei occasione, multitudinem Synodorum objiciunt, Ariminensem, Sirmiensem, eam quæ in Isauria, aliam quæ in Thracia, eas quæ Constantinopoli, item quæ Antiochiæ celebratæ sunt, quæ plurimæ sunt & tumultuosæ. Sed apud vos Nicæna solum fides obtineat, quam Patres promulgarunt: ubi omnes aderant Patres, immo quidam ex illis qui eam nunc oppugnant, uti supra diximus, ipsique subscripserunt; ut de nobis etiam Apostolus dicat: *Laudo autem vos, quod per omnia memores mei estis: & sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis.*

Multæ Synodi Arianorum.

1. Cor. 11.2.

11. Hæc enim Nicæna Synodus, vere cippus est inscriptus contra universas hæreses. Hæc ipsa, eos qui in Spiritum Sanctum blasphemant, ipsumque dicunt esse creaturam, confutat. Cum enim Patres de fide in Filium pertractassent, statim addiderunt, credimus & in Spiritum Sanctum; ut perfectam & plenam de Sancta Trinitate fidem confessi, Christianæ fidei tesseram & Catholicæ Ecclesiæ doctrinam in hoc ipso exhiberent. Propalam quippe vobis omnibusque est: & nemini Christianorum hoc dubium fuerit: nos in creaturam minime credere; sed in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium ejus unigenitum. Et in unum Spiritum Sanctum: unum Deum in Sancta & perfecta Trinitate cognitum. In cujus nomine baptizati, & in qua Divinitati conjuncti, credimus nos regnum cælorum hæreditate accepturos: in Christo Jesu Domino nostro, per quem Patri gloria & imperium in sæcula, amen.

IN EPISTOLAM AD EPICTETUM

ADMONITIO.

I. CELEBERRIMA *apud antiquos Scriptores exstitit hæc Epistola: eam quippe integram adfert Epiphanius Hæresi 77. hujus item meminit Cyrillus in Epistola ad Joannem Antiochenum & aliis in locis: aitque jam olim ipsam ab hæreticis fuisse vitiatam, quod in illa cernerent errores convelli suos; a se tamen collatis exemplaribus pristinæ integritati restitutam. Verum depravata ejusmodi exempla, ad nostram usque ætatem non pervenere: est enim ea, quæ jam in Athanasianis exstat editis, & plane orthodoxa, & ei quæ apud Epiphanium legitur consimillima. Cyrilli autem locum citat Rusticus Diaconus contra Acephalos cap. 2. Epistolam ad Epictetum memorant item, & loca inde excerpta adferunt Synodi Ephesina, & Chalcedonensis, Leo Papa; Theodoretus, Gelasius libro de duabus in Christo Naturis, infra suis omnes notandi locis. Item apud Leontium Byzantinum multa hinc adferuntur loca lib. 2. sub finem. Ipseque Apollinarius, vaferrimus sane homo, in Fragmento Epistolæ ad Serapionem apud Leontium Byzantinum, ait, se Epistolam Domini sui (scilicet Athanasii) Corinthum missam summopere adprobare, & eorum qui dicunt carnem Deo consubstantialem magnam insaniam damnare. Nimirum id sedulo curavit hæresiarcha ille, ut omnem pravæ sententiæ suspicionem a se, cum Athanasio agens, amoveret, quod sane, ad tempus saltem, ex voto illi cessisse videtur; etenim in hac Epistola & in subsequentibus contra Apollinarium libris, nulla Apollinarii mentio. Vide item supra p. 280.*

II. *Occasione autem ductus Commentariorum, quæ sibi transmiserat Epictetus Corinthi Episcopus, hanc ad illum rescripsit Epistolam. Erant quippe Corinthi, referente Epicteto, quidam homines, qui sententias de fide impiissimas proposuissent agitassentque, ajebant scilicet 1°. Corpus ex Maria genitum consubstantiale esse Verbi deitati. 2°. Verbum in carnem, ossa & capillos & in totum corpus mutatum fuisse. Quæ sententia Marcionitis adscribitur in Dialogo, qui Origenis nomine circumfertur. 3°. Dominum fictione non natura gestasse corpus. Qui sane error antiquissimus fuit, ab Ignatio namque memoratur Epistola ad Trallianos cap. 10. & ab omnibus deinde Patribus. 4°. Ipsam deitatem circumcisam & Cruci adfixam fuisse. 5°. Verbum nequaquam ex Maria, sed ex sua ipsius substantia sibi corpus efformasse. 6°. Qui ait Domini corpus ex Maria esse, non Trinitatem, sed quaternitatem admittere. Maximam harumce sententiarum partem Apollinario adscribit Gregorius Nazianzenus Orat. 46. pag. 722. Nec tamen hic comparet ille Apollinaristarum error, quo negabant mentem humanam inesse Christo, quæ videtur fuisse sectæ illius quasi tessera; sed ea duntaxat hic tangit Athanasius, quæ Corinthi in controversiam venerant. Nec leviter objurgat Epictetum quod talia vel proponi concesserit. Iisque omnibus sententiis brevissime confutatis, claudens Epistolam, sese multum gaudere testatur, quod eo demum res cesserit, ut quisque disputantium in Catholica consisteret fide.*

III. *Dimæritarum porro nomine Apollinaristas insectatur Epiphanius Hæresi 77. cujus appellationis causam aperit Gregorius Nazianz. cum ait Orat. 46. pag. 722. Corpus & animam esse in Christo τὸ τριμοίριον*, tertiam partem. *Apollinaristæ quippe ajebant, in Christo partem unam hominis, νοῦ scilicet, seu mentem, a Verbo suppleri, solumque Verbum junctum corpori & animæ (nempe sensitivæ, ut dictitabant illi) totum constituere Christum. Quamobrem cum ex Catholicorum sententia, tribus constaret Christus, Verbo scilicet, mente humana, & corpore animata; qui unam ex illis demerent partem, mentem scilicet, a duabus aliis διμοιρίται audiebant: nam δίμοιρον Græcis est, duæ tertiæ partes, cujus significationis exempla sæpius advertere est in Analectis nostris Græcis pag. 319. & sequ. Ceterum hanc Epistolam in annum conferri posse putamus circiter 371. ut fusius in vita Athanasii.*

SAN-

SANCTI PATRIS NOSTRI
ATHANASII
ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

Ad Epiſtetum Epiſcopum Corinthi contra hæreticos Epiſtola.

* *Domino meo dilecto Fratri & optatiſſimo Comminiſtro Epicteto, Athanaſius in Domino ſalutem.*

Scripta anno circiter 371.

1. ARBITRABAR equidem omnium, qui unquam fuere hæreticorum, vanam loquacitatem, a Nicæna Synodo compreſſam fuiſſe. Nam quæ illic a Patribus ex divinis Scripturis promulgata fides eſt, tum ad impietatem omnem evertendam, tum ad piam in Chriſto fidem aſſerendam ſufficit. Quamobrem cum hoc tempore variæ Synodi per Galliam, Hiſpanias & magnæ Romæ celebratæ ſint, quotquot eo convenere, eos qui etiam nunc latenter hæreſin ſapiunt Arianam, Auxentium nempe Mediolanenſem, Urſacium, Valentem & Gajum ex Pannonia, communi calculo, quaſi uno eodemque concitante Spiritu, anathemate damnarunt. Litteras autem ubique miſerunt (quod varia iſti Synodorum nomina comminiſcerentur) nulla ut deinceps in Eccleſia Catholica nominaretur Synodus præter unam Nicænam, quę omnis hæreſis trophęum eſt, atque in primis Arianę, cujus potiſſimum cauſa tunc coacta fuit. His tot tantiſque geſtis rebus, quid eſt quod nonnulli diſceptare ac quæſtiones movere auſint? Qui ſi ex Arianis quidem ſint, nihil mirum eos quæ contra ſe ſcripta ſunt criminari: quemadmodum & Ethnici, dum illud audiunt: *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum*, doctrinam de divina Cruce ſtultitiam arbitrantur. Sin autem ii, qui ejuſmodi quæſtionibus rem de integro tractare peroptant, ex eorum numero ſunt qui recte ſentire, & iis quæ a Patribus promulgata ſunt favere videntur, nihil aliud præſtant, quam quod, ut ſcriptum eſt, proximo quidem ſuo ** everſionem lutoſam propinant, verbis autem decertant non ad aliquam utilitatem, ſed ad ſimpliciorum perniciem.

Psal. 113. 4.

Habacuc. 2. 15.

Varii circa Christum errores.

2. Hæc ita ſcribo poſtquam legi commentarios a tua pietate mihi oblatos, qui utinam ſcripti nunquam fuiſſent, ut ne minima quidem horum memoria tranſmitteretur ad poſteros. Quis enim talia unquam audivit? quis docuit, didicitve? *De Sion* quidem *exibit lex Dei, & Verbum Domini de Jeruſalem*: hæc autem unde prodierunt? Quiſnam infernus illud eructavit, corpus ex Maria genitum, eſſe Verbi divinitati conſubſtantiale? aut Verbum in carnem, oſſa & capillos, & in totum corpus mutatum fuiſſe, & a natura deſciviſſe ſua? Quis autem in Eccleſia, aut a Chriſtianis unquam audivit, Dominum fictione non natura geſtaſſe corpus? Aut quis eo proceſſit impietatis, ut diceret ſentiretque, ipſam Deitatem Patri conſubſtantialem, circumciſam, & imperfectam ex perfecta factam fuiſſe: & quod Cruci affixum erat, non fuiſſe corpus, ſed ipſam ſapientiæ ſubſtantiam rerum opificem? Quis hæc audiens, Non ex Maria ſed ex ſua ipſius ſubſtantia Varbum ſibi paſſibile corpus efformavit, hæc loquentem Chriſtianum dixerit? Quis nefariam illam

Esai. 2. 3.

A commentus eſt impietatem, aut cui hoc in mentem venerit dixeritque: Qui ait ex Maria eſſe Dominicum corpus, is non amplius Trinitatem, ſed quaternitatem in Deitate ſentit? Quaſi vero qui ita cenſent dicant, carnem quam ex Maria Salvator induit, ex ſubſtantia eſſe Trinitatis. Jam vero undenam æqualem ſupra dictis impietatem nonnulli evomuere, non minoris, ajentes, ætatis eſſe corpus, quam Verbi Divinitas, ſed omnino coæternum illi fuiſſe, quia ex ſapientię ſubſtantia conſtat? *** Quo pacto viri qui dicuntur Chriſtiani vel ambigere auſi ſunt, ſitne Dominus qui ex Maria natus eſt, ſubſtantia & natura ſua Filius B Dei; ſecundum carnem vero ex ſemine David & ex carne Sanctæ Mariæ ortus? Quinam vero ea temeritate fuerunt, ut dicerent, Chriſtum qui carne paſſus & crucifixus eſt, non eſſe Dominum & Salvatorem ac Deum Filiumque Patris? Aut quomodo Chriſtiani volunt nuncupari, qui dicunt in Sanctum hominem, perinde atque in unum ex Prophetis, veniſſe Verbum, nec ipſum hominem factum fuiſſe, ex Maria corpus aſſumendo, ſed alium eſſe Chriſtum, & alium Dei Verbum quod ante Mariam & ante ſecula Filius erat Patris? Aut qua, quæſo, ratione Chriſtiani fuerint, qui C dicunt alium eſſe Filium & alium Dei Verbum?

3. Hæc in Commentariis erant, diverſis quidem verbis, ſed quibus una eademque ſententia viſque impietatem ſpectans inerat. Propter illa mutuo diſceptabant concertabantque, qui de confeſſione Patrum Nicæna gloriantur. Ego vero tuam miretus ſum pietatem, quæ res ferat ejuſmodi, & quod non illis quidem talia dictitantibus ſilentium indixerit, nec piam fidem illis propoſuerit: ut vel obtemperantes acquieſcerent; vel ſi repugnarent, pro hæreticis haberentur. Etenim quæ jam memorata ſunt, neque dictu neque auditu ſunt Chriſtianis tolerabi- D lia, ſed ab Apoſtolica doctrina penitus abhorrent. Quocirca eorum dicta, ut jam memorata ſunt, ipſis verbis in Epiſtola conſcribenda curavi; ut quiſquis audierit, eorum turpitudinem & impietatem animadvertat. Et tametſi oportebat illorum qui hæc commenti ſunt ſtultitiam pluribus arguere & confutare; attamen ſatius fuiſſet Epiſtolam huc deſinere, & nihil ultra ſcribere: quæ enim ita maniſeſte prava commonſtrantur, exagitare & curioſius indagare non expedit, ne a contentioſis hominibus ambigua exiſtimentur: ſed ſufficit his duntaxat verbis ad illa reſpondere: Hæc Catholi- E cæ Eccleſiæ non ſunt; neque ea eſt Patrum ſententia. Ceterum ne ex perpetuo ſilentio impudentiæ occaſionem malarum illi rerum artifices arripiant, e re fuerit ex divinis Scripturis pauca me-

* In appendice ad Divi Leonis opera Tom. 2. p. 198. ſic titulus: *Epiſtola Athanaſii Epiſcopi ad Epictetum Corinthi Epiſcopum, contra eos qui de Domini Incarnatione ſpiritu blaſphemiæ diverſa ſenſerunt*. Deinde: *Dilectiſſimo Fratri & amabili conſacerdoti Epicteto, Athanaſius in Domino ſalutem*.

** *Everſionem lutoſam*. In hæc verba hæc Fronto Duc. Locus exſtat Habacuc 2. 15. *Docet Hieronymus veterem editionem Græcam reddidiſſe*, [illegible], *aventiam turbidam*.

*** Locus frequentiſſime citatus, nempe in Synodo Epheſina, Act. 1. & alibi. Item apud Cyrillum defenſ. Anathem. 2. Synod. Calchedon. Act. 1. Leonis Papæ Epiſtola ad Leonem Imperatorem, item apud Mercatorem Erud. Baluzii p. 177. & 226. & apud Gelaſium.

memorare; fortasse vel hoc modo pudore affecti, turpissimas opiniones excogitandi finem facient.

4. Heus vos, qui eo animum appulistis ut corpus diceretis esse Verbi divinitati consubstantiale? (hinc enim ordiri operæ pretium fuerit, ut cum ejus sententiæ fœditas palam fuerit, neque cetera majoris esse pretii conspicuum sit) in divinis certe Scripturis nihil comparet hujusmodi, nam ipsæ Deum in humano fuisse corpore adfirmant: sed etiam Patres qui Nicææ convenerunt, non corpus, sed ipsum Filium dixerunt esse Patri consubstantialem, & hunc quidem ex substantia Patris, corpus vero ex B Maria esse ex Scripturis item declararunt. Quamobrem aut Nicænam repudiate Synodum, & utpote hæretici, hæc aliena inducite: aut si vultis Patrum illorum Filii esse, ne diversam ab eorum scriptis sententiam consectemini. * Hac quoque ratione illud quantæ sit absurditatis advertite: si Verbum corpori, quod ex terra naturam tenet suam, est consubstantiale, & aliunde Verbum itidem, juxta Patrum confessionem, est Patri consubstantiale; ipse Pater corpori ex terra facto consubstantialis erit. Ecquid ultra Arianos insectemini, quod dicant Filium esse C creaturam, cum ipsi Patrem rebus creatis esse consubstantialem affirmetis, & in aliam impietatem transeuntes dicatis, in carnem, ossa, capillos, nervos & in totum corpus conversum esse Verbum, & a propria mutatum esse natura? Restat enim ut aperte dicatis ipsum ex terra factum fuisse: ex terra enim ossium totiusque corporis natura originem ducit. Quænam igitur hæc tanta dementia ut vobiscum ipsi pugnetis? dum enim dicitis Verbum corpori esse consubstantiale, alterum cum altero conferri significatis: cum vero in carnem mutatum esse affirmatis, ipsi Verbo mutationem affingitis. Ecquis vos ultra ferat hæc vel pro- D ferre ausos? Hæresim quippe omnem impietate superastis. Si enim Verbum est corpori consubstantiale, superflua fuerit Mariæ mentio & ministerium, cum corpus ante Mariam ab æterno esse possit, ut est ipsum Verbum; si tamen, ut vos dicitis, consubstantiale est corpori. Quænam item necessitas Verbi adventus, ut vel illud quod sibi consubstantiale erat, indueret, vel mutatum a propria natura, corpus efficeretur? Non enim seipsam Deitas assumit, ut quod sibi consubstantiale est induat. Sed neque peccavit Verbum quod aliorum peccata redemit, ut mutatum in corpus, seipsum pro seipso in sacrificium offerret, ac seipsum redimeret. E

5. Sed non ita se res habet, absit: nam, *semen Abrahæ apprehendit*, ut ait Apostolus, (Hebr. 2. 16.) *unde debuit per omnia fratribus similari*, & corpus assumere nobis simile. Propterea igitur adest vere Maria, ut ab ea illud assumat, & tanquam proprium pro nobis illud offerat. Illamque Esaias quidem indicavit dicens: (Esai. 7. 14.) *Ecce virgo*, Gabriel vero ad eam mittitur, nec simpliciter ad virginem, *sed ad virginem desponsatam viro*: (Luc. 1. 27.) Ut ex sponsi mentione indicaret Mariam vere hominem esse. Partumque memorat Scriptura, & ait: (Luc. 2. 7.) *Pannis eum involvit*: ac beata prædicabantur ubera (Luc. 11. 27.) quibus ipse lactatus est, & quasi partu vulvam adaperiente (Luc. 2. 23.) oblatum est sacrificium: hæc autem omnia parientis Virginis erant indicia. Et Gabriel quidem caute ac prudenter annuntiabat illi dicendo non simpliciter, quod *in te* nascetur, ne extrinsecus corpus ipsi inductum putaretur; (Luc. 1. 35.) sed *ex te*, ut quod gignebatur ortum ex illa duxisse crederetur, liquido hoc A ipsum natura demonstrante, nempe, impossibile esse Virginem citra partum lac habere: impossibile item esse lacte nutriri & pannis involvi corpus, quod nondum naturali partu sit editum. Illud ipsum corpus (Luc. 3.) octavo die circumcisum est, idem a Symeone in ulnas susceptum, (Luc. 4.) idipsum puer evasit, crevit, duodecimque annorum factum est, & ad trigesimum usque pervenit annum. Non enim, ut nonnulli suspicati sunt, ipsa Verbi substantia mutata, circumcisa est, eum sit invariabilis & immutabilis: ipso quidem Salvatore dicente: *Videte, videte, quia ego sum & non mutor*: (Malach. 3. 6.) Paulo autem scribente: *Jesus Christus heri* (Hebr. 13. 8.) B *& hodie ipse & in secula*; sed in corpore circumciso, gestato, edente, bibente, laborante, cruci affixo & patiente, erat impassibile & incorporeum Dei Verbum. (In morte Christi, Verbum non fuit separatum a corpore.) Illud ipsum corpus in sepulcro positum erat, cum Verbum abiit, (licet a corpore minime segregaretur) ut prædicaret *his qui in carcere erant spiritibus*, ut ait Petrus. (1. Petr. 3. 19.)

6. Quod potissimum eorum stultitiam arguit qui dicunt, Verbum in ossa & carnem mutatum fuisse: si enim hoc esset, monumento sane opus non fuisset: ipsum enim corpus per seipsum abiisset, quo spiritibus in inferno detentis prædicaret. Jam vero ipsum Ver- C bum prædicandi gratia profectum est: corpus vero, Joseph sindone involutum in Golgotha deposuit: (Matt. 15. 46.) omnibusque propalam factum est, corpus non fuisse Verbum, sed Verbi corpus fuisse. Hoc ipsum, cum a mortuis resurrexisset, Thomas contrectavit, fixurasque (Joan. 20. 25.) clavorum in illo conspexit, quos Verbum ipsum sustinuerat, dum illos corpori suo vidit affigi, neque id prohibuit cum prohibere posset, sed quæ corporis erant propria sibi ipsi incorporeo exsistenti, propria effecit. Quocirca cum a ministro corpus cæderetur, quasi ipsummet pateretur, ajebat, *Quid me cædis?* Et (Joan. 18. 23.) D cum Verbum natura sua intactile esset, dicebat tamen: *Dorsum meum dedi ad flagella, maxillas autem* (Esai. 50. 6.) *meas ad alapas: faciemque meam non averti a probro sputorum*. Nam quæ humanum Verbi corpus patiebatur, hæc ipsa Verbum quod corpori conjunctum erat ad se referebat, ut nos Verbi Deitatis participes fieri possemus. Ac illud perquam mirabile fuit, idem fuisse patiens & non patiens; patiens quidem quatenus proprium ipsius corpus patiebatur, & quatenus in ipso patiente erat; non patiens autem, quia Verbum cum natura sua Deus sit, impassibile est. Et ipsum quidem incorporeum in passibili corpore erat, corpus vero in E seipso habuit Verbum impassibile, quod ipsius corporis infirmitates absumeret. Ceterum hoc ideo agebat, & ita se res habebat, ut nostra Verbum suscipiens, offerensque in Sacrificium, penitus absumeret, ac deinceps suis nos induens, Apostolo hæc dicendi occasionem daret: *Oportet corruptibile hoc induere in-* (1. Cor. 15. 53.) *corruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem*.

7. Hæc autem non ** fictione facta sunt, quemadmodum nonnulli existimarunt, absit; sed Salvatore vere homine facto, hinc totius hominis salus consequuta est. Nam si fictione duntaxat Verbum in corpore fuit, ut illi autumant, & si quod dicitur F fictione esse, phantasia est; sequitur ut, secundum impiissimum Manichæum, specie tantum tenus salus & resurrectio hominum fieri dicatur. *** Verum nequaquam fictitia res est salus nostra, neque solius corporis; sed vere totius hominis, animæ scilicet & corporis, salus in ipso Verbo facta est. **** Humanum itaque natura erat quod ex Maria prodiit, secundum divinas Scripturas, verumque erat Domini

* Locus citatus in Dial. Theoriani adv. Armenos Tom. 2. Bibl. Græc. PP. p. 447.

** Hæc in Synod. Ephes. Act. 1. Item Synod. Chalc. & apud Mercatorem p. 177. θέσει, Synod. Chalcedon. habet, *appositive*, Mercator, *putatione*: alii, *adoptione*, nos cum Petavio, *fictione*, & sic vertendum esse patet.

*** Hæc a Gelasio citantur lib. de duabus naturis.

**** Hæc a Theodoreto citantur Dialogo primo p. 40.

mini corpus: verum, inquam, fuit, cum idem atque nostrum extiterit. Soror etenim nostra est Maria, omnes quippe ex Adamo orti sumus. Nec quisquam hac de re dubitabit, si quidem eorum meminerit quæ Lucas scripsit. Nam postquam a mortuis surrexisset, cum quidam existimarent, se non in corpore ex Maria genito Dominum adspicere, sed illius loco spiritum videre, dixit il-
Luc. 24. 39. le: *Videte manus meas & pedes meos, & fixuras clavorum, quia ego ipse sum. Palpate me & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes*. Ex quibus jure coarguantur qui dicere ausi sunt, Dominum in carnem & ossa mutatum fuisse. Non enim dixit, ut me videtis carnem & ossa esse; sed, habere: ne ipsummet Verbum in res illas transformatum fuisse censeretur, sed illas & ante mortem & post resurrectionem habere crederetur.

8. His igitur ita commonstratis, supervacaneum est alia adtingere, aut hæc ultra agitare: cum & corpus in quo Verbum erat, non consubstantiale Deitati, sed ex Maria vere genitum sit: & cum ipsum Verbum in carnem & ossa conversum non fuerit, sed in
Joan. 1. 14. carne exstiterit. Nam quod a Joanne dicitur: *Verbum caro factum est*, eadem est significatione, ut ex simili loquendi modo deprehendere licet: apud Paulum
Gal. 3. 13. quippe scriptum est: *Christus factus est pro nobis maledictum*. Et sicut non ipse factus est maledictum: sed quia maledictum pro nobis suscepit, idcireo dictum est ipsum factum fuisse maledictum; sic & Verbum caro factum est, non quod in carnem mutatum fuerit, sed quod carnem viventem pro nobis assumserit, & homo
Joan. 1. 14. factum sit. Nam dicere, *Verbum caro factum est*, idem est ac dicere, *Verbum homo factum est*, prout in Joele
Joel. 2. 28. dicitur, *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*: non enim bruta animantia ista promissio spectabat, sed homines duntaxat, quorum gratia Dominus homo factus est. * Cum igitur dictum illud ea sit significatione, merito sese coarguent quicumque existimant, ante Mariam fuisse carnem ex ea assumtam, & ante ipsam Mariam, Verbum humanam habuisse animam, in qua ante suum adventum semper exstiterit. Silebunt etiam qui dicunt, carnem non esse mortis capacem, sed immortalis esse naturæ. Si enim mortuus non est, quomodo
1. Cor. 15. 3. Paulus Corinthiis tradidit quod & accepit. *Quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas?* Aut qui tandem resurrexerit, si mortuus non est? Multum autem erubescent, qui vel semel cogitaverint posse pro Trinitate fieri quaternitatem, si corpus ex Maria esse dicatur. Nam si, ajunt, corpus Verbo consubstantiale dicamus, Trinitas manet Trinitas, nihil in ipsam extraneum inducente Verbo: sin corpus humanum ex Maria genitum dicamus; necesse est ut cum corpus sit extraneum secundum substantiam, & in ipso sit Verbum, quaternitas pro Trinitate, propter corporis accessionem efficiatur.

9. Hæc cum ita loquuntur non cogitant quo pacto secum ipsi pugnent. Etenim licet ex Maria corpus esse negarint, sed ipsi Verbo consubstantiale dixerint: nihilominus (licet ipsi dissimulent ne ita sentire existimentur) eo ipso juxta eorum mentem, quaternitatem illos dicere demonstrabitur. Quemadmodum enim Filius, juxta Patrum doctrinam, quamvis sit Patri consubstantialis, non est ipse Pater, sed Filius Patri dicitur consubstantialis; sic corpus Verbo consubstantiale, non est ipsum Verbum, sed aliud a Verbo distinctum; cumque aliud sit, Trinitas ex ipsorum sententia quaternitas erit. Neque enim vera, ac vere perfecta & indivisibilis Trinitas accessionem admittit: sed illa duntaxat, quam ipsi commenti sunt. Et qui, amabo, Christiani sunt qui alium Deum, præter eum qui revera est, comminiscuntur? Iterum in altero illorum sophismate ingentem stultitiam deprehendere licet: ** si quod Scripturæ dicant, corpus Salvatoris ex Maria & humanum esse, ideo pro Trinitate quaternitatem dici existimant, quasi accessio quædam ex corpore facta sit; multum hallucinantur, dum rem factam factori exæquant, & arbitrantur posse Deitatem accessionem admittere: ignorantque non propter augmentum Deitatis Verbum carnem factum esse, sed ut caro resurgeret: neque ut præstantius redderetur Verbum, ex Maria prodiisse, sed ut humanum genus redimeret. Cur ergo existimant, corpus a Verbo redemtum & vivificatum, Verbo vivificanti ad Deitatem incrementum aliquod addere? Nam potius humano corpori, ex Verbi communione & conjunctione, ingens facta est accessio: ex mortali enim factum est immortale, & cum animale esset factum est spirituale, cumque ex terra factum esset, cælestes portas penetravit. Porro Trinitas, etiam Verbo ex Maria corpus sumente. Trinitas semper est, neque accessionem admittens, neque diminutionem; sed perfecta semper est, & in Trinitate una Deitas agnoscitur, & sic unus Deus Verbi Pater in Ecclesia prædicatur.

10. Eadem autem ratione ii quoque jam silebunt qui aliquando dixere eum qui ex Maria prodiit, nec Christum, nec Dominum vel Deum esse. Si enim Deus in corpore non erat, quomodo statim atque ex Maria pro-
diit vocatus est *Emmanuel, quod est interpretatum, no-* Mat. 1. 23.
biscum Deus? Cur item Paulus, si Verbum in carne non
erat, Romanis scripsit: *Ex quibus est Christus secundum* Rom. 9. 5.
carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, amen. Quapropter qui prius negabant, eum qui crucifixus est esse Deum, se errasse fateantur, ac divinis omnibus Scripturis fidem habeant, Thomæ potissimum, qui cum in illo clavorum vestigia conspexisset, exclamavit,
Dominus meus & Deus meus. *** Filius enim, Deus & Joan. 20. 28.
Dominus gloriæ cum esset, erat tamen in corpore ignominiose clavis affixo, & contumeliis affecto. Corpus autem in ligno quidem vulneribus confossum patiebatur, & ab ejus latere sanguis & aqua manabat. Cum autem Dei Templum esset, Deitate repletum erat. Quocirca sol quidem cum creatorem suum in corpore contumeliis affecto tolerantem videret, radios contraxit, terramque tenebris offudit. Ipsum vero corpus natura præditum mortali, supra suam naturam propter Verbum quod in ipso erat, resurrexit: & amisit quidem naturalem suam corruptibilitatem: induto autem quod supra hominem erat Verbo, incorruptibile factum est. (Verbum in corpore Christi defuncti erat.)

11. Quod vero nonnulli comminiscuntur & dicunt: quemadmodum in singulos Prophetas Verbum advenit, ita quoque in quemdam hominem Mariæ Filium venisse, inutile est agitare; cum eorum insania manifestam sui confutationem præ se ferat. Si namque Verbum ita advenit, cur hic homo ex Virgine, & non ex viro & muliere ipse quoque prodiit? sic enim quisque Sanctorum genitus est. Aut cur, si Verbum ita venerit, cujusque mors non dicitur pro nobis tolerata, sed illius tantum? Quare item cum ad singulos Prophetas Verbum advenerit, dicitur tamen ad solum Mariæ Filium semel in consummatione seculorum advenisse? Aut cur Verbo ita veniente, ut venerat in Sanctos illos qui prius exstiterant, alii quidem omnes mortui cum sint, nondum resurrexerunt, solus vero Mariæ Filius post triduum resurrexit? Aut quare cum simili modo ad alios Verbum vene-

* Hæc citantur Tom. 5. Conc. p. 653. ** Hæc a Theodoreto citantur, Dial. 2. pag. 92.
*** Exstat hic locus apud Theodoretum, Dial. III. p. 160.

venerit, solus Mariæ Filius dicitur Emmanuel, quasi corpus ejus Deitate repletum & ex illa genitum sit? Nam illud, Emmanuel, sigoificat, Nobiscum Deus. Vel quare si ita venerit, quodlibet Sanctorum comedente & bibente, laborante & moriente, non dicitur ipsum Verbum comedere & bibere, laborare & mori, sed de solo Mariæ Filio ita dicitur? Quæcumque enim corpus istud passum est, hæc quasi ipso patiente Verbo dicta sunt. Et cum de aliis omnibus dictum sit duntaxat, quod geniti nati sint, de solo Mariæ Filio
Joan. 1. 14. dictum est: *Et Verbum caro factum est*.

12. Ex quibus ostenditur ad reliquos quidem Sanctos verbum factum esse ut prophetarent; ex Maria autem Verbum carne assumta hominem prodiisse, qui natura quidem & substantia Verbum Dei erat, secundum carnem autem ex semine David & ex carne Mariæ homo factus est, ut ait Paulus. Hunc Pater in Jordane & in monte ma-
Matth. 3. 17. nifestavit dicens: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui*. Hunc Ariani quidem abnegarunt, nos vero agnoscentes adoramus, nec Filium a Verbo dividimus, sed agnoscimus ipsum Verbum esse Filium per quem omnia facta sunt, & per quem nos redemti sumus. Quapropter mirati sumus quod in rebus ita maoifestis apud vos contentio oborta sit. Sed gratia sit Domino, quia quantum ex commentariorum lectione contristati sumus, tantum sumus rerum istarum exitu lætati. Cum concordia enim discesserunt, piæ & orthodoxæ fidei confessione inter se conciliata pace. Ea certe res me multum prius deliberantem, ad hæc pauca scribenda compulit: verebar enim ne forte ex taciturnitate, pro gaudio tristitia illis oboriretur, qui ex concordia oobis causam lætitiæ suppeditarunt. Rogo igitur tuam pietatem primum, secundo auditores, ut hæc cum bona conscientia recipiatis: & si quid a pietate deficiunt, illud corrigatis mihique indicetis. Quod si, utpote ab homine imperito, non pro dignitate rei, nec satis accurate ista coofcripta sint, veniam detis omnes nostræ in dicendo imbecillitati. Saluta omnes, qui tecum sunt, Fratres. Te omnes qui nobiscum sunt salutant. Salvus in Domino vivas, dilecte & vere optatissime.

ADMONITIO

IN EPISTOLAM SANCTI ATHANASII

AD ADELPHIUM.

I. ADELPHIUS *iste Tomo ad Antiochenos pag. 286. Episcopus Onupheos Lychnorum memoratur, quem ab Arianis in exsilium Psinablam Thebaidis missum legimus Historia Arianorum ad Monachos pag. 153. num. 72. & Apologia de fuga pag. 128. num. 7. hincque est quod idem in Epistola titulo* ὁμολογητὴς Confessor *dicitur. In fine Hieracis Presbyteri, cui & hæc recitanda cupit, meminit Athanasius; is autem videtur esse, qui & ipse, vi Arianorum, eodem exsulasse tempore locis modo laudatis fertur. Scripta autem videtur Epistola circiter annum 371. quo nempe, pullulante Apollinarii hæresi, varii exoriebantur de Christi Incarnatione errores. Nam Ariani hic memorati, impietati suæ pristinæ, aliam, ex Apollinaristis forte mutuati, adjecere.*

II. *In quosdam igitur Arianos scripta est, ut fert inscriptio, qui, ut numero 1. testatur Athanasius, passimque alibi, primum Verbi divinitatem negare satis habuerunt, simulaveruntque ejus in carnem adventum se rite agnoscere, postmodum vero impie quoque de Incarnatione Domini senserunt. Homines itaque quos hic oppugnat Sanctus Doctor, Christi corpus negabant esse adorandum: vel potius, ut videtur, negabant a Catholicis rite posse adorari, qui nimirum crederent Verbum perfectam assumsisse humanam naturam, corpus scilicet mentemque humanam. Contra Apollinaristarum duces, prave opinabantur solam humanam carnem a Verbo assumtam esse, ipsum autem Verbum instar animæ fuisse humano corpori: quam ob causam passionem ceteraque humana omnia in ejus transferebant divinitatem. Ita plane docet S. Athanasius orationibus contra Apollinarium. Idem similiter diserte scribit Gregorius Nazianzenus Epistola 1. ad Cledonium his verbis:* εἰ μὲν γὰρ ἄψυχος ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ Ἀρειανοὶ λέγουσιν, ἵν᾽ ἐπὶ τὴν θεότητα τὸ πάθος ἐνέγκωσιν, ὡς τοῦ κινοῦντος τὸ σῶμα καὶ τοῦτο πάσχοντος. Nam si ipse (Christus) inanimatus homo est: hoc etiam Ariani ajunt, ut passionem in divinitatem transferant, utpote cum id quod movet corpus, idem quoque patiatur.

III. *Idcirco autem hi Lucifugæ se Verbum hominem factum recte adorare arbitrabantur, quod, ut vane putabant, animæ locum Verbum ipsum obtineret. Nam etiamsi Verbum rem creatam vellent esse, ipsum nihilominus adorabant: unde passim illis exprobrat Athanasius, quod rem creatam adorent eique serviant, ut hic numero 1. At Christum ut hominem negabant iidem adorandum esse, si, ut erat Catholicorum sententia, perfectus homo esset; atque ita intelligendum est quod numero 7. ait S. Doctor, Arianos Dominum in carne tanquam in templo existentem nolle adorare.*

IV. *Hoc ex errore ille alius videtur emanasse, eorum nempe qui carnem Domini, conjunctione cum Verbo increatam factam fuisse existimabant. Quippe illi ad sui defensionem dictitabant,* ἡμεῖς οὐ κτίσματι προσκυνοῦμεν, Nos rem creatam non adoramus, *iidemque Catholicos appellabant* ἀνθρωπολάτρας, *duosque ab eis agnosci Filios calumniabantur, quod Verbum factum hominem perfectum adorarent. Cujus quidem erroris fundamentum hac in Epistola diruit S. Athanasius, in qua docet & adorandum esse Christi corpus sive Christum hominem, nec ita a nobis adorari rem creatam, sed Verbum hominem factum: nec enim humanam naturam a Verbo separandam esse, ut Verbum adoretur; sed Verbum forma servi, quam accepit, indutum debere adorari. Qua sane doctrina & Nestorium & Eutychem, longe ante ortas ipsorum hæreses, luculenter condemnavit: Nestorium quidem, cum Christum negat in duo esse dividendum: Eutychem vero, cum integras ac distinctas tuetur Christi naturas.*

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

Epistola ad Adelphium Episcopum & Confessorem, contra Arianos.

Scripta anno circiter 371.

1. PERLECTIS his quæ a tua religione scripta sunt, tuam quidem in Christum pietatem vere approbavimus, laudesque Deo in primis persolvimus, qui tibi hujusmodi est largitus gratiam, ut & recte sentires, nec diaboli fraudes, quantum scire licet, ignorares: non potuimus vero non admirari perversum hæreticorum animum, qui adeo in profundum impietatis demersi sunt, ut nullum jam sensum conservent, sed corruptam omni ex parte habeant mentem. Certe hujusmodi facinus diabolum auctorem habet, estque ad improborum imitationem Judæorum. Nam ut illi undique convicti, rationes adversus seipsos excogitabant, eo tantum ut Dominum negarent, & quæ prædicta sunt, in seipsos attraherent: sic & isti cum se undique notari, suamque hæresin omnibus execrandam esse vident, sese scelerum auctores non verentur facere; ut contra veritatem pugnare non desistentes, vere Christi hostes permaneant. Unde enim illis id exortum malum est? Qui omnino novam hanc calumniam contra Salvatorem proferre ausi sunt? Sed, ut planum est, mala res est impius, ac revera reprobus circa fidem. Primum enim negata unigeniti Filii Dei divinitata, ejus saltem corporeum adventum agnoscere simulaverunt: nunc autem paulatim delapsi, hanc quoque repudiarunt sententiam, atque omni ex parte athei facti sunt, ut ipsum neque agnoscant Deum, neque hominem factum esse credant. Nam si crederent, ea sane loquuti non fuissent, quæ tua pietas adversus ipsos scripsit.

2. Timoth. 3. 8.

2. Tu igitur, dilecte & vere optatissime, rem ecclesiasticæ traditioni & Christi religioni valde consentaneam peregisti, cum hujusmodi homines refutasti, invitasti, objurgasti. Quando vero, diabolo ipsorum patre impellente, *nescierunt, neque intellexerunt*, uti scriptum est, sed *in tenebris ambulant*; discant a tua pietate pravam eam illorum sententiam, Valentini, Marcionis & Manichæi esse, quorum alii pro veritate meram speciem induxere, alii individua dividentes, illud Scripturæ negavere, *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Quare igitur cum eadem quæ illi sentiant, eorumdem nominum hæredes non fiunt? Siquidem æquum est illos ipsorum vocari nomine, quorum perversam sequuntur sententiam, ut jam deinceps Valentiniani, Marcionistæ & Manichæi vocitentur. Forte enim ob illorum nominum infamiam erubescentes, animadvertere poterunt in quantum impietatis profundum ceciderint. Par sane fuisset nihil amplius illis respondere, uti Apostolus his verbis monet: *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est, & delinquit cum sit eo ipso condemnatus*: maxime cum etiam Propheta de iisdem dicat: *Stultus stulta loquetur, & cor ejus vana cogitabit*. Verum quum illi, ducis sui exemplo velut leones circumeant, quærentes quem e simplicioribus devorent, idcirco necessarium nobis fuit tuæ pietati rescribere, ut fratres tua iterum instructi ad-

Psalm. 81. 5. Joan. 1. 14. Tit. 3. 10. Esai. 32. 6. 1. Petr. 5. 8.

A monitione, eorum futilitatem magis magisque deprehendant.

Cum Christum adoramus, rem creatam non adoramus.

3. Itaque rem creatam non adoramus: absit. Ethnicorum enim & Arianorum est hujusmodi error. Sed rerum creatarum Dominum, carnem factum, Dei Verbum adoramus. Etsi enim ipsa caro seorsum spectata, pars sit rerum creatarum, attamen Dei facta est corpus. Neque vero hujusmodi corpus a Verbo dividentes adoramus, neque cum Verbum volumus adorare, ipsum a carne removemus: sed ut superius diximus, hæc, *Verbum caro factum est*, non ignorantes, idem Verbum in carne existens, Deum agnoscimus.

B Quis ergo adeo demens sit, ut Domino dicat: Recede a corpore ut te adorem? Vel quis eo devenit impietatis, ut cum insanis Judæis eidem propter corpus dicat: *Quare tu, homo cum sis, facis teipsum Deum*? Atqui talis non fuit leprosus ille; Deum enim in corpore exsistentem adoravit, eumque Deum esse his agnovit verbis, *Domine, si vis, potes me mundare*. Nec vero ille Dei Verbum arbitratus est propter carnem rem creatam esse, nec quia Verbum rerum omnium creatarum opifex est, carnem qua indutum erat vilipendit; sed universi creatorem tamquam in creato templo adora-

C vit, effectusque mundus ipse est. Sic etiam mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur, credidit, tactisque tantummodo ejus vestis fimbriis, sanata est: mare similiter agitatum fluctibus audivit Verbum carnem factum, ac sedata tempestas est: cæcus item natus sputo carnis sanatus a Verbo est. Quod autem majus est & admirabilius, (fortassis enim id impiissimis illis scandalum fuit) etiam in ipsa cruce pendente Domino, (nam ejus erat corpus, in eoque erat Verbum) sol obscuratus est, terra tremuit, petræ scissæ sunt ut & Templi velum, & multa Sanctorum corpora, qui dormierant, surrexerunt.

Joan. 1. 14. Joan. 10. 33. Matth. 8. 2. Matth. 9. 20. Matth. 8. 26. Joan. 9. 6. Luc. 23. 45. Mat. 27. 51.

D

4. Hæc quidem ita contigere, nemoque, uti nunc audent Ariani, secum dubitavit, utrum incarnato Verbo credendum & parendum esset; sed illi hominem intuentes, eumdem opificem esse suum intelligebant: humanamque audientes vocem, nequaquam propter humanam naturam Verbum rem creatam ajebant esse, sed magis etiam contremiscebant, eumque nihilo secius suspiciebant ac si e Templo sancto loqueretur. Cur igitur non verentur impii homines ne, *sicut non probaverunt Deum habere in notitia*, tradantur *in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non*

E *conveniunt*? Nec enim rem creatam adorat res creata, neque rursus ob carnem Dominum suum refugit adorare: sed vidit in corpore creatorem suum, atque in nomine Jesu omne genu flexum est & flectetur, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confitebitur, tametsi Arianis non placet, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Neque enim dedecus Verbo caro attulit: absit; sed ipsa potius ab illo gloriam accepit. Nec item, quia formam servi accepit Filius, qui in forma Dei est, diminutus divinitate est: sed contra, universæ carnis rerumque omnium creatarum liberator ipse fuit.

Rom. 1. 28. Rem creatam non adorat res creata. Philip. 2. 10. Ibid. v. 6. 7.

Et vero si Deus Filium suum misit ex muliere genitum, nihil sane dedecoris, sed potius gloriam & gratiam magnam nobis res illa comparavit. Siquidem factus homo est, ut nos in seipso Deos efficeret: factus est ex muliere, & genitus est ex virgine, ut errantem nostri ortum transferret in seipsum, atque jam nos genus sanctum & divinæ consortes naturæ efficeremur, quemadmodum scripsit Beatus Petrus: [2. Pet. 1. 4.] [Rom. 8. 3.] Unde *quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus misso Filio suo in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne.*

5. An non igitur illi, qui assumtam a Verbo carnem, quo omnes homines liberaret ex mortuis exsuscitaret, a peccatisque redimeret, vilipendunt, vel ejus causa Filium Dei tamquam rem factam creatamve calumniantur, ingrati omnique odio digni videri debent? Tantum enim non ita clamant ad Deum: Ne mittas Filium tuum unigenitum in carnem: noli ipsum carnem ex Virgine accipere, ne nos a morte & peccato liberet. Nolumus hunc nasci in corpore, ne mortem pro nobis suscipiat: nolumus Verbum carnem fieri, ne nostri ad te progressus mediator in ea fiat, cælestesque domos incolamus. Claudantur cælorum januæ, ne tuum Verbum per carnis suæ valamen nobis iter ad cælos renovet. En quas illi voces diabolica cum audacia proferunt, qua eadem instigante, prava sibi ipsi excogitavere commenta. Nam qui Verbum carnem factum adorare recusant, hi ingratos in ejus benignitatem sese exhibent, qua humanam assumsit naturam. Qui autem Verbum a carne dirimunt, hi profecto nullam peccati redemtionem nullamve mortis solutionem autumant fieri. Ubinam vero carnem, quam Salvator accepit, seorsum positam reperient impii, ut & dicere audeant: Nos non adoramus Dominum cum carne, sed corpus separamus, & soli Domino servimus? Sane beatus Stephanus Dominum a dextris stantem vidit: [Act. 7. 55.] [Ibid. 1. 11.] Angeli quoque Discipulis ajebant, *Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.* Quin & ipse Dominus Patrem alloquens dixit, [Joan. 17. 24.] *Volo ut ubi sum ego, & illi semper sint mecum.* Si igitur caro a Verbo nequit dividi, an non necesse est illos aut errore deposito jam Patrem in nomine Domini nostri Jesu Christi adorare, aut, si Verbum carnem factum adorare illique servire noluerint, ab omnibus rejici, nec amplius censeri Christianos, sed vel inter Ethnicos vel inter Judæos annumerari?

6. Hæc ergo, ut supra diximus, insania & temeritas illorum est. Nostra autem fides recta est, atque ex doctrina Apostolica deducta, & Patrum traditione, nec non cum novi tum veteris Testamenti auctoritate confirmata. Hæc enim sunt Prophetarum verba, [Psalm. 42. 3.] *Emitte Verbum tuum & veritatem tuam:* &, [Esai. 7. 14.] *Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabunt nomen ejus* [Matth. 1. 23.] *Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus.* Quid porro illud est quam Deum in carne factum esse? Idemquoque Apostolica docet traditio, tum Beato Petro dicente, [1. Pet. 4. 1.] *Christo igitur pro nobis carne passo:* tum Paulo scribente, [Tit. 2. 13.] *Exspectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni peccato, & mundaret sibi populum peculiarem, & sectatorem bonorum operum.* Quomodo ergo seipsum pro nobis dedisset, nisi carnem gestasset? hanc enim offerens, semetipsum pro nobis dedit, ut mortem in illa subeundo, [Hebr. 2. 14.] diabolum mortis imperium habentem profligaret. Hinc gratias semper agimus in nomine Jesu Christi, neque gratiam nobis per ipsum præstitam repudiamus. Corporea enim Salvatoris præsentia mortis fuit pretium, & rerum omnium creatarum salus. Quocirca, carissime & optatissime, hi quidem, qui diligunt Dominum, ex dictis commonefiant: qui vero imitantur Judam, & Dominum deserunt, ut Caipham sequantur, ex iisdem dedoceantur, si modo velint, tandemque erubescant. Noverint igitur nos, cum Dominum in carne adoramus, non rem creatam adorare, sed creatorem creato indutum corpore, quemadmodum supra explicavimus.

[Cum Dominum in carne adoramus, rem creatam non adoramus.]

7. Vellem vero ut tua pietas hoc ab illis sciscitaretur. Nempe cum Israelitæ Jerosolymam jubebantur ascendere, ut adorarent in templo Domini, ubi videlicet arca erat, supra quam Cherubim gloriæ obtegebant propitiatorium, benene agebant, an male? Si male agebant: cur hi qui legem istam negligerent multabantur? Scriptum enim est, *Qui contemserit nec ascenderit, peribit de populo.* Sin autem recte agebant, eaque in re accepti erant Deo, annon sexcenties mori digni sunt scelerati turpissimique omnium hæreticorum Ariani, qui veteris populi erga Templum reverentiam laudant, & Dominum in carne tamquam in templo exsistentem adorare renuunt? Atqui vetus Templum & lapidibus & auro, velut umbra, constructum erat: postquam autem advenit veritas, jam evanuit figura, nec lapis super lapidem, secundum Dominicam vocem, [Matth. 24. 2.] in eo mansit, qui non fuerit eversus. Nec vero illi Templum ex lapidibus ædificatum contuentes, ipsum etiam Dominum, qui in eo loquebatur, rem creatam putabant esse: neque Templum despicientes, procul inde adoraturi recedebant; sed in illud ingressi, Deo oracula e Templo edenti rite serviebant. Quæ cum ita sint, an non adorari dignum est sanctissimum vereque venerandum Domini corpus, quod quidam ab Archangelo Gabriele annunciatum, [Luc. 4. 38.] a Spiritu sancto formatum, ac Verbi factum est indumentum? Hujus corporis Verbum manu extenta mulierem febri laborantem sanavit, & voce humana emissa Lazarum revocavit ad vitam: [Joan. 11. 43.] idemque manibus rursus in cruce extensis, principem potestatis aeris, [Ephes. 2. 2.] qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, prostravit, puramque ad cælos nobis viam paravit.

8. Quapropter qui contemnit templum, Dominum qui in templo est contemnit: & qui Verbum dividit a corpore, gratiam nobis in ipso datam rejicit. Nec vero impiissimi Ariani, eo quod creatum corpus est, Verbum quoque creatum esse debent existimare: nec item, quia creatum non est Verbum, de ejus corpore detrahere sibi licere putent. Siquidem permira est mentis illorum perversitas, qua & omnia conturbant permiscentque, & causas excogitant, quo solum creatorem inter res creatas possint collocare. Verum audiant quæ sumus dicturi: Si Verbum res creata esset, creatum non assumsisset corpus, ut illi vitam impertiret. Ecquid enim auxilii res creata rei creatæ ferre possit, cum ipsa salute indigeat? Sed quia Verbum, cum creator sit, rerum creatarum fuit opifex: ideo in fine seculorum rem creatam induit, ut eam, tamquam creator, resarciret & repararet. Nec enim res creata rem creatam posset salvam facere, quemadmodum nec res creatæ a re creata potuissent creari, nisi Verbum creator fuisset.

[Res creata rem creatam reparare non potuit, ut nec creare.]

Desinant igitur deinceps Scripturas divinas false interpretari, neque sint scandalo simplicioribus fratrum: sed, si quidem velint, sententiam mutent & ipsi, nec jam rebus creatis potius quam Deo omnium creatori serviant. [Rom. 1. 25.] Sin vero in sua perseverare impietate malunt, se solos ea infici satis habeant, dentibusque non secus ac ipsorum Pater diabolus strideant, quandoquidem fides Catholicæ Ecclesiæ Dei Verbum rerum omnium creatorem & opificem esse agnoscit, scimusque quod [Joan. 1.] *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum:* ipsum

item

item propter nostram salutem factum adoramus hominem, non quidem ut æquale in æquali factum corpore, sed ut Dominum qui servi accepit formam, necnon ut opificem & creatorem qui in re creata fieri voluit, ut omnia in ipsa liberans, mundum offerret Patri, cunctaque pacificaret sive quæ in cælis sive quæ in terris sunt. A Sic enim & paternam ejus agnoscimus divinitatem, & præsentiam corpoream adoramus, disrumpantur licet Ariani. Saluta omnes qui Dominum nostrum Jesum Christum diligunt. Valere te & memorem nostri apud Dominum esse precamur, carissime vereque optatissime. Hæc etiam, si opus fuerit, * Hieracæ presbytero recitari cupimus.

Quomodo Verbum hominem factum adorat Catholica Ecclesia. Coloss. 1. 20.

* Hic ille est Hierax quem Ariani una cum Adelphio & multis aliis in exsilium projecerunt, ut narrat Athanas. Hist. ad Monachos n. 72. & Apologia de fuga sua n. 7.

ADMONITIO IN EPISTOLAM S. ATHANASII

AD MAXIMUM PHILOSOPHUM.

I. IDEM *circiter tempus hoc Sancti Athanasii responsum ad Maximum Philosophum datum est, quo ejus ad Adelphium Epistola: quo nimirum multiplices circa Incarnationem Domini opiniones nascebantur. Hac igitur Epistola approbat Sanctus Doctor quæ ad ipsum scripserat Maximus contra quosdam hæreticos; quorum scilicet alii Christum verum Deum esse pernegabant: alii Verbum, ut olim, ad aliquem hominem advenisse autumabant, non autem factum ipsum esse revera hominem: alii vero ipsum communi naturæ ordine hominem factum esse existimabant. Paucis contra eos errores disputat S. Athanasius, quæ & ipsa ex Maximi litteris mutuatum se esse, hisque nihil addendum duxisse ait, sed tantum Crucis meminisse, ut qui ex iis quæ, ut homo, egit & passus est Dominus, Deum illum esse negant, mutata & ipsi sententia crucifixum jam adorent. Passim autem supra vidimus Athanasium contra Arianos differentem ostendere Verbum factum vere esse hominem, non vero, ut olim, ad Sanctum aliquem hominem advenisse: quem item errorem expresse supra refellit Epistola ad Epictetum.*

II. *Hic porro Maximus Philosophus, ad quem Epistolam mittit S. Athanasius, non alius profecto videtur esse, quam Alexandrinus ille, cujus laudes celebrat Gregorius Nazianzenus Oratione 23. cujus nomine quidam postea suppresso, falsum Heronis nomen superscripsisse narrat Hieronymus Catalogo scriptor. Eccles. quod scilicet in eumdem alibi vehementer admodum invehatur idem Gregorius:* quasi non licuerit, *inquit Hieronymus*, eundem & laudare & vituperare pro tempore. *Testatur autem Gregorius, Maximum contra gentiles & hæreticos solitum esse disputare, ut ex his ejus verbis liquet:* σύγχει μὲν καὶ τὴν Ἑλλήνων δεισιδαιμονίαν, ὡς πρότερον, καὶ τὴν πολύθεον αὐτῶν ἀθεΐαν, καὶ τοὺς παλαιοὺς θεοὺς καὶ τοὺς νέους καὶ τοὺς αἰσχροὺς μύθους.... σύγχει δὲ καὶ τὰς τῶν αἱρέσεων ἐπαναστάσεις, καὶ τοσούτῳ θερμότερον ὅσῳ πέπονθας. Gentilium superstitionem, ut prius, confuta, eorumque impietatem qua multos colunt deos; veteresque & recentes deos, necnon obscœnaa fabulas.... Insurgentium similiter hæresum impetus frange, eoque acrius quo passus es. *Quæ quidem in Maximum, ad quem scribit Athanasius, optime quadrant, qui pro fide Christi passus fuerat. Insignem quoque de fide adversus Arianos librum scripsisse eumdem Maximum, Gratianoque Mediolani dedisse memorat S. Hieronymus Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.*

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

ad Maximum Philosophum.

Dilecto ac vere optatissimo Filio, Maximo Philosopho, Athanasius in Domino salutem.

Scripta ann. circiter 371. 1. PERLECTIS iis quæ a te modo scripta sunt, tuam quidem collaudavi pietatem; sed vehementer admiratus hominum temeritatem, qui non intelligunt, neque quæ loquuntur neque de quibus affirmant, silere omnino statueram. Siquidem de rebus tam evidentibus luceque ipsa clarioribus respondere, nihil aliud est quam impudentiæ ansam hujusmodi improbis hominibus præbere. Id vero vel ab ipso didicimus Salvatore. Nam postquam Pilatus manus lavisset, ac Judæorum calumniam admisisset, nihil ei amplius respondit Dominus, sed potius ejus uxorem oraculo monuit, ut ne ex verbis sed ex potentia is, qui judicabatur, Deus esse crederetur. Idem autem ipse qui nihil ad Caiphæ ineptias responderat, promissione sua omnes ad sui cognitionem traduxit. Hinc igitur diu ipse distuli, vixque tandem, eorum commotus impudentia & loquacitate, tuo pro veritate cessi ardori. Nihil tamen plus dictavi iis quæ a A te scripta sunt, ut quibus repugnavit adversarius, iisdem jam persuasus prohibeat linguam suam a malo, & labia sua ne loquantur dolum. Utinam vero non amplius cum prætereuntibus tunc Judæis suspenso in cruce exprobrent, Si Filius Dei est, seipsum salvum faciet. Quod si nec sic illos suæ audaciæ pudeat, tu præcepti Apostolici memor, *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus.* Nam si Gentiles sunt aut ex Judaizantium numero qui talia audent, illi quidem, ut Judæi, scandalum, vel, ut Gentiles, B stultitiam esse arbitrentur Christi crucem. At si se Christianos simulant esse, discant crucifixum Christum, Dominum gloriæ, Deique virtutem & sapientiam esse.

2. Quod si dubitent utrum sit Deus, Thomam revereantur, qui crucifixum manibus contrectavit, eum-

que

1. Timoth. 1. 7. Matth. 27. 24. Ibid. v. 19. Matth. 26. 63. Psalm. 33. 14. Matth. 27. 40. Tit. 3. 10. 1. Cor. 1. 23. Ibid. v. 2. Ibid. 2. 24.

Joan. 20. 28. Christus verus est Deus.

que Dominum & Deum esse affirmavit. Imo ipsum timeant Dominum, qui lotis discipulorum pedibus ait: *Vos vocatis me, Dominus & magister & bene dicitis: sum etenim.* Atqui quo in corpore pedes lavit, in eodem peccata nostra in lignum sustulit. Tunc autem palam rerum omnium agnitus est Dominus, cum scilicet sol radios cootraxit suos, terra tremuit, scissæ petræ sunt, ipsique carnifices agnoverunt crucifixum vere Filium Dei esse. Nec enim hominis cujuspiam sed Dei erat corpus quod cernebatur, io quo cum esset & cum crucifigeretur, mortuos excitabat. Quocirca nec ferenda illorum audacia est, qua Dei Verbum dicunt ad Sanctum aliquem hominem factum esse, (id enim singulis Prophetis aliisque Sanctis viris contigit) ne in singulis eorum natus, in singulis eorum mororetur. Verum non ita est: absit. Sed semel in fine seculorum, eliminandi peccati causa, Verbum ipsum factum caro est, & ex Maria virgine prodiit homo nobis simills, qui & idem ad Judæos ait, *Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem vobis loquutus sum?* Nec item corporis alius cujusdam hominis participes facti, sed ipsius Verbi corpus accipientes, dii efficimur.

Joan. 13. 13. 1. Pet. 2. 24.

Verbum in fine seculorum homo factum est, non autem ut olim ad aliquem hominem factum est.

Joan. 8. 40.

Verbum non communi naturæ ordine factus homo est.

3. Certe illud etiam per mihi mirum visum est quod vel cogitare ausi sint eum naturæ communi ordine hominem factum fuisse. Nam si ita se haberet, supervacanea profecto esset Mariæ commemoratio. Siquidem virginem absque viri consortio parientem ignorat omnino natura. Quapropter Patre comprobante, ille cum verus Deus & natura Verbum atque Patris sapientia esset, homo propter nostram salutem corpore assumto factus est, ut habens quod pro nobis offerret, salvos nos omnes faceret, qui timore mortis per totam vitam obooxii eramus servituti. Non enim aliquis alius homo semetipsum pro nobis dedit, cum omois homo mortis esset reus, juxta illud quod io Adamo ad omnes dictum est, *Terra es, & in terram reverteris.* Nulla etiam res alia creata præstare id poterat, cum omois sit mutabilis. Sed ipsum Verbum corpus proprium obtulit pro nobis, ne videlicet in hominem fides & spes nostra esset, sed ut in ipsum Deum Verbum fidem haberemus. Profecto ipso homine facto, videmus *gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis.* Quæ enim per corpus toleravit, hæc eadem, ut Deus, magnifice exornavit. Hinc carne quidem esuriebat, at esurientes pascebat tamquam Deus. Unde si cui corporea ejus acta offendiculo sunt, ex his quæ ut Deus agit, credere nihil cunctetur. Namque interrogat quidem ut homo, ubi jaceat Lazarus, sed ipsum ut Deus ad vitam revocat. Nemo igitur irridens objiciat puerum eum fuisse ætateque crevisse, manducasse, bibisse & passum esse, ne si ea quæ corporis propria sunt negaverit, penitus etiam neget ejus propter nos adveotum. Ac quemadmodum noo consueto naturæ ordine homo factus est, ita convenit ipsum, corpore assumto, ejus proprietates in se exhibere, ut ne ficta Manichæi incarnatio vim obtineret. Rursus vero par eum erat ita se se corpore ostendere, ut quæ divinitatis propria sunt non occultaret, ne Samosatensi esset errandi causa, qui nempe hominem eum esse atque alium a Verbo dixit.

Hæc item supra leguntur. p. 350. num. 4.

Hebr. 2. 15.

Genes. 3. 19.

Joan. 1. 14.

Joan. 11. 34.

Pauli Samosatensis error.

4. Hæc igitur intelligens infidelis, discat illum iosantem quidem jacuisse in præsepio, sed magos, a quibus adoratus est, sibi subdidisse: discat puerum eum descendisse in Ægyptum, sed idololatriæ simulacra deturbasse: discat carne quidem crucifixum ipsum esse, at mortuos multo jam tempore corruptos exsuscitasse. Denique palam factum est ipsum non propter se sed propter nos omnia sustinuisse, ut nos ejus passionibus impassibilitatem & incorruptionem induentes, vitam viveremus æternam.

1. Cor. 15. 53.

5. Hæc autem breviter, ex tuis, ut dixi, mutuatus, dictavi, quibus nihil aliud duxi addendum, nisi quod solius crucis meminerim, ut quæ incuriosis scandalo fueruot, his ipsis, mutata sententia, adduci possint ut crucifixum adorent. Tu autem infideles rite perdoce: forte enim futurum est ut relicta inscitia ad veritatis cognitionem perveniant recteque credant. Tametsi vero satis sunt quæ tu ipse scripsisti, haud ab re tameo fuerit hæc admonitionis causa, propter litigiosos illos homines addidisse; ut scilicet noo quasi ob ea, quæ ausi sunt, convicti erubescant, sed ut, tamquam commonefacti, veritatis non obliviscantur. Vim enim habeant quæ Patres Nicææ sunt confessi: recta quippe illa sunt idoneaque ad omnem evertendam hæresin, & maxime Arianam, quæ io Dei Verbum injuriosa est, proindeque in Sanctum ejus Spiritum impia. Saluta omnes qui recte sentiunt: te salutant omnes qui nobiscum sunt.

IN DUOS CONTRA APOLLINARIUM LIBROS

MONITUM.

Tomo 3. p. 439.

I. LIBROS *adversus Apollinarium ab Athanasio conscriptos memorat Proclus, Oratione sua in Synodo secunda Constantinopolitana: cujus insignem locum hic adferendum censuimus.* Et Athanasius, *ait*, diversas epistolas ad Apollinarium scribit, tamquam eadem io fide sapientem: & tameo postea libros integros etiam post mortem Apollinarii scripsit adversus eum, cognitis illius in scripto blasphemiis. Et nihil Apollinario profuerunt quæ ante ad illum, tamquam eadem in fide sapieotem, scripta sunt. *Leontius item Libro tertio contra Nestorium & Eutychen*, Gloriatum esse, *ait*, Apollinarium, innumerabiles epistolas ad eum scriptas esse Athanasii magni, Serapionis & aliorum, quicumque fuerunt tunc fulgeotia sydera & veritatis propugnatores. *Quarum tameu epistolarum nulla jam superest. Idem Leontius lib. 1. duo adfert loca ex primo Athanasii adversus Apollinarium libro, & alium ex libro secundo, ubi secundum vocat eum, qui revera in editis secundus est. Quem item Synodus VI. Œcumenica ἰδίως λόγον nuncupat. Joannes quoque Maxentius, qui sub initium scripsit sexti seculi, ex primo libro locum adfert Athanasii uomine. Necnon Joannes Damascenus & alii, quorum testimonia suis inferius uotantur locis. In omnibus etiam mss. hi duo libri eodem locantur ordine.*

II. *Tot veterum testimonia, necnon antiquorum codicum auctoritas, majoris apud nos sunt momenti, quam ut recentiores quosdam audiamus, quorum alii primum, alii secundum contra Apollinarium librum in suspicionem vocant: quia potissimum ambo tam Athanasii stylum referunt quam qui maxime. Libet sane quædam Athanasianæ dictionis exempla, ut omnem ea de re scrupulum levemus, apponere. Primum enim lib. 1. num. 6. errorem eorum qui Christi corpus adorandum negabant, nisi*

cæle-

cæleste increatumque esset, iisdem confutat argumentis, ac nonnumquam iisdem verbis, quibus supra in epistola ad Adelphium. Et num. 10. illud, cur igitur Arianos arguitis? *&c. iisdem fere verbis reperies supra in Epist. ad Epictetum. Item num. 12. quod de quaternitate legitur, quam a Catholicis pro Trinitate induci criminabantur Apollinaristæ, eadem sententia habetur Epist. ad Epictetum. Ne multa, si cui libeat duos adversus Apollinarium libros conferre cum aliis Athanasii operibus, maximeque cum Epistolis ad Epictetum, ad Adelphium & ad Maximum, tot ille loca deprebendet inter se affinia, ut ab eodem profecta scriptore nihil ambigat. Secundi libri, quam primi, γνησιότης, minus in suspicionem venit: sed neuter revera dubius.*

III. *Sane permixtis pridem Athanasii libris nec suo loco positis, difficilis fuit germanos a spuriis internoscere. Jam vero ubi quæcumque Apollinarii spectant hæresin consequenter locantur, minoris res est negotii. Contingit enim semper cum nova exoritur hæresis, nova item verba, novasque sententias inter disceptantes usu venire. Quare nil mirum si in postremis hisce contra Apollinarium tractatibus quædam insolenter dicta reperiantur. Quæ tamen haud ita multa sunt. Et si initio primi contra Apollinarium libri occurrunt nonnulla, quæ Athanasii fortasse dictionem minus referant; nulla hinc νοθείας conjectura. Advertendum enim ad amicum hic responderi, qui suas cum Apollinaristis disputationes Athanasio recensuerat: quare rescribens eadem de re Athanasius, non suas modo sibique familiares, sed amici quoque & Apollinaristarum voces sententiasque usurpat, quod fere fit inter disputantes. Id autem sub initium tantum comparet: in subsequentibus enim nemo, cui stylus Athanasii notus sit, non loquentem Athanasium advertat.*

IV. *Ceterum quam varie circa Christi personam errarent Apollinaristæ, quamque parum sibi mutuo constarent, haud semel bis in libris enarrat Athanasius. Alii enim Verbum putabant sola specie carnem assumsisse: Alii carnem cælestem & increatam sibique consubstantialem Verbum induisse. Mentem vero humanam, utpote peccatis malisque cogitationibus obnoxiam, a Verbo assumtam minime fuisse pugnabant: quæ fuit Apollinaristarum hæreseos quasi tessera. Apollinarius tamen, Vitalis, & si qui alii hujus sectæ homines, cum sese a Catholicis urgeri cernerent, carnem Christi, nostræ similem esse, atque ex Maria assumtam, fatebantur; immo animam quoque, sed tantum sensitivam, vel, ut ait Suidas, animam vituli in Christo admittebant. Hactenus de libris contra Apollinarium, quos postremis Athanasii vitæ annis conscriptos putamus, anno circiter 372. Atque, ut patet, post Epistolam ad Epictetum, in qua errores ejusmodi quasi hactenus inauditos recenset Athanasius. Hac de re fusius in vita Athanasii.*

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

De Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, contra Apollinarium.

LIBER PRIMUS.

Scripta anno circiter 372.

1. Hic pii viri mos est indefessus, dilecte mi, ut silentio veneretur τὸ πᾶν (id est universum) & cum gratiarum actione Deum benefactorem alta voce concelebret: juxta Scripturæ sententiam qua dicit: *Sedebit solitarius & tacebit, & requiescet, & quæ propria sibi sunt faciet.* Illud autem, *solitarius*, & illud, *propria*; id est proprium vitæ institutum considerate & cum judicio disponere, & Dei mandatum curare. Sed quia ingentem apud eos defatigationem conspicatus, qui hæc ipsa dicere non dubitant, de nostra me fide percontatus es: & quæ sit culpa rogasti, eorum, qui se probe sentire rati nihil verentur tamen, pro suprema animi sui intemperantia, impia proferre verba; quibus seducti qui instabiles sunt in fide, se errare non intelligunt: nam si stabiles in fide essent, dictis hujusmodi nunquam obtemperassent. Dum autem mens eorum otio torperet, ejusmodi traditionibus suscipiendis idonei fuere: ex quibus ingens arrogantia, & multa malitia exoritur. Præ odio autem cæcutientes, Prophetarum testimonia, Apostolorum documenta, Patrum præcepta, ipsasque manifestas Domini voces in pravum sensum detorquent. Quos pro viribus confutare operæ pretium fuerit, ut ita quidam saltem eorum, vel resipiscentes rem animadvertant, vel alios decipere non valeant, dum apertissimam Christi comprehensionem pollicentur: *Non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.*

Thren. 3. 28.

Quiotio torpent, hæreticis traditionibus suscipiendis idonei.

1. Tim. 1. 7.

2. Nam Patres quidem dixere, consubstantialem

A esse Patri Filium, ac Deum verum ex Deo vero, & perfectum ex perfecto. Qui deinde descendit propter nostram salutem, incarnatus & homo factus est, ac postmodum passus est & resurrexit. Sed ne quis audita passione & resurrectione, Deum Verbum mutatum esse cogitaret; immutabilem, & invariabilem esse Filium damnatione adhibita definiunt. Isti vero aut mutationem Verbi comminiscuntur: aut Passionis dispensationem meram esse phantasiam suspicantur: atque interdum increatam cælestemque Christi carnem, aliquando Deitati ajunt esse consubstantialem. Deinde, inquiunt, vice interioris, qui in no-B bis est, hominis, mentem cælestem inesse Christo. Nam figura illa dicunt qua induebatur, instar organi usus est: neque enim possibile erat, perfectum hominem illum fieri. Ubi enim perfectus homo, ibi & peccatum: itemque duo perfecta unum fieri non possunt. Alioqui in Christo erit ea, quæ in nobis est, pugna peccati: opusque erit ei illa apud nos fieri solita purgatione: si Christus homo factus quod in nobis cogitat & carnem movet in seipso suscepisse exhibeatur. Sed assumsit, inquiunt, corpus absque mente, ut ipse mens in illo esset, expers omnino peccati, cum ratione divinitatis, tum ratione carnis, quæ C absque mente sit. Neque enim peccat caro ejus, qui carnem movet, id est, qui cogitat, si is prius peccati actum non mente conceperit; & si per corpus ad peccati consummationem operatus non fuerit.

Apollinaristarum errores varii.

rit. Unde carnis quidem novitatem Christus commonstravit pro ratione similitudinis: novitatem autem ejus qui in nobis cogitat, per imitationem, & similitudinem, & abstinentiam a peccato, unusquisque in seipso exhibet. Et sic Christus sine peccato intelligitur.

3. Hæc sunt illorum sophismata, & ad res detorquendas consilia: neque unus est illorum sermo: multa enim incredulitatis diverticula, humanis ratiocinationibus excogitata. Proponamus igitur illis divini placiti voluntatem (nam *juravit*, inquit, *Dominus*, *& non pœnitebit eum*) ac verissimæ œconomiæ consummationem & absolutissimi beneficii gratiam: mutuoque sciscitemur, ut eorum exploremus mentem: num propheticis prædictionibus consonent: num Apostolica documenta sequantur: num in Patrum præceptis incedant: num manifestas Dei voces non despiciant; ut ex Propheticis testimoniis, ex Apostolicis documentis, & ex operibus a Domino designatis veritatis confessio & erroris confutatio subsequatur. Respondete igitur auctores novi secundum vos Euangelii, cum aliud nusquam sit Euangelium; Undenam vobis prædicatum est, carnem increatam esse dicendam; ita ut aut Deitatem Verbi in carnem dilapsam & mutatam fuisse comminiscamini; aut œconomiam passionis, mortis & resurrectionis, meram phantasiam existimetis. Sola enim sancta Trinitas Deitatis, est increata & æterna, immutabilis & invariabilis. Cum autem Christus secundum carnem ex hominibus duxerit, ortum scilicet ex fratribus nostris, ut scriptum est, ac passibilis sit, & primogenitus ex resurrectione mortuorum, lege idipsum prænuntiante, quomodo, quod increatum est, passibile dicitis? aut quomodo quod passibile est increatum vocatis? Etenim cum increatam Verbi substantiam passibilem dicitis, in Divinitatem blasphematis. Et dum passibilem carnem quæ ossibus, sanguini, animæ, & universo nostro corpori adaptata est, quæque palpabilis & visibilis est, increatam dicitis; duplici lapsu conciditis: aut enim, exhibitionem, & tolerantiam passionis phantasiam existimatis, juxta Manichæorum impietatem: aut talem esse statuitis increatæ Deitatis substantiam. Ecquid adhuc reprehenditis eos qui in humana forma secundum carnem Deum comminiscuntur?

Psalm. 109. 4.

Manichæi.

4. Sed dicitis increatum factum esse, quod unitum sit cum increato. Hinc autem vestrum errorem sese falsi arguere, ostendetur. Nam carnis cum Verbi Divinitate conjunctio ex utero facta est, inde enim ipsi Verbum, cum e cælo advenisset originem dedit, quippe quæ non erat antequam Verbum adveniret, aut ante Deiparam Mariam, cujus solius origo ex Adamo, & genus ex Abraham & Davide ortum narratur, & unа sponsi sui Joseph, qui erant duo in carne una, sicut scriptum est, non mutua inter se copulatione, sed quod ex uno eodemque originem ducerent; nam quod illibati remanserint, testatum est. Nascitur ergo Christus in Bethleem Judææ, Josephque Patrem suum vocat, qui eamdem quam Maria ex Davide originem ducebat: In pannis repositus, a Simeone in Templo gestatus, & ad circumcisionem carnis secundum legem adductus est, augmentumque accepit ætatis atque staturæ. Si itaque increatus illa unione factus est, quomodo non statim perfectus apparuit, sed pro voluntate Verbi, corpus augmentum accipiebat? Increato autem incrementum adscribere impium est. Nam quod increatum est, natura sua increatum dicitur, nec accessionem, vel diminutionem admittit. Quod autem cum increato quidpiam commune habet, aut ipsi unitur, proprium quidem increato, non tamen ipsum increatum esse dicitur; ne unionis beneficium in oblivionem veniat, & beneficii debitum aboleatur, neve humanum genus, quod adhuc in infirmitate degit, in desperationem cadat, si discat, (quod vos dicitis) nullam esse sibi cum Deo cognationem: neve gratia evanescat. Quis enim increatum si audiat Domini corpus, seque factum, creatumque agnoscat, non intelligat, falsas quidem esse Scripturas, sibique nullam esse cum Christo communionem? Si increatus increatum corpus assumsit, periit ergo prima formatio, periit archetypus Adam, quo nos usque in hodiernum diem per carnis successionem oriundi sumus. Quomodo igitur Christus nos sui participes constituit? quid est quod Apostolus ait: *Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur ex uno omnes?*

Carnis cum Verbi divinitate conjunctio ex utero facta est.

Matth. 1. 1.

Gen. 2. 24.

Matth. 2.

Luc. 5.

Luc. 4.

Hæc vide supra ad Epictetum p. 349.

Hebr. 2. 11.

5. Ne quis vero de Divinitate Filii sic cogitare audeat: quod eodem ille modo ex Deo sit, quo nos sumus, ut impiissimi Ariani dicere audent: aut certe illum ex Deo esse secundum carnis speciem, & secundum formam servi, hoc est protoplasti Adam, quam accepit qui in forma Dei Deus exsistit. Profecto inter res creatas, illud dicitur increatum, quod nunquam exstitit, quia nunquam factum est. Ne igitur dum in Verbo carnem nunquam fuisse existimatis, specioso vocabulo rem ipsam negare in animum inducatis, ut nihil in increato confiteamini. Nam sola Deitatis subsistentia, increata intelligitur; ita ut impium sit vel increatam passibilem, vel passibilem increatam adpellare. Conditam enim hominis naturam, non unione Verbo propriam, sed ei coæternam esse Deique naturæ exæquatam per naturæ identitatem, impium est cogitare. Carnis enim & sanguinis ossiumque specimen exhibuit Dominus; necnon animi dolentis, perturbati, anxii. Hæc nemo dixerit naturam Deitatis esse: propria autem Deo secundum naturam facta sunt, cum Verbo placuit humanam subire generationem, suumque ipsius opus in peccato, corruptione, & morte dissolutum, in seipso in novitatis imaginem instaurare. Quapropter peccati quidem condemnationem in terra, maledictionis abolitionem in ligno, a corruptione immunitatem in sepulcro: mortisque solutionem in inferno peregit: omnemque locum permeavit, ut totius hominis salutem perficeret, cum formam nostræ imaginis in seipso exhibuit. Nam quid erat opus Deo ut ex fœmina nasci dignaretur? quid factori sæculorum opus, ut statura & annorum numero cresceret? aut rursus quid opus illi cruce, sepulcro, aut inferno, quibus nos obnoxii facti sumus, nisi nos quæreret, ut per formam, quæ nostræ similis est, nos vivificaret, atque ad similitudinem imitationemque perfectæ imaginis provocaret? Imitatio autem perfectionis, quomodo esse potuerit, nisi prius exstiterit absoluta perfectio? juxta illud Apostoli: *Exspoliantes vos veterem hominem, & induentes novum, qui secundum Deum creatus est in sanctitate, & justitia veritatis.*

Coloss. 3. 9.

Ephes. 4. 24.

6. A quo ergo edocti increatum illum dicitis? Si igitur natura ex mutatione fit increata; ergo & invisibilis fiet, & immortalis; non postquam ex morte resurrexerit, sed mortis prorsus incapax erit. Qua ergo ratione mortuus est Dominus, si increatus increato modo advenerit in terram; aut quomodo visibilis, & palpabilis factus est, sicut scriptum est: *Quod vidimus, & manus nostræ contrectaverunt?* Cur itaque ea dicitis, quæ nec scripta sint, nec fas sit cogitare? Omnibus enim hæreticis sententiam suppeditabitis impiissimam, quam tenuit olim is qui Rhetorius * vocabatur; cujus impietatem referre horret animus. Aut igitur Divinas negate Scripturas: aut si eas

1. Joan. 1. 1.

Rhetorius hæresiarcha.

* Rhetorius hic Ægyptius eo usque insaniæ processit ut diceret, omnes omnino hæreticos recte sentire, & nullum errare: quod ita absurdum Augustino videtur, ut vix eum ita sensisse credere possit. Vide Philastrium hæresi 44. & August. hæresi 72.

A eas admittitis ne præter ea quæ scripta sunt, alia proferre excogitetis insanabilis fallaciæ verba. Sed rursum dicitis: Nos creaturam non adoramus. O stulti! cur non cogitatis, corpus Domini quod factum est, adorationem non exigere, quæ rei creatæ debeatur? Nam increati Verbi corpus, factum est: ac ipsi cujus corpus factum est adorationem adsertis vestram. Debita ergo & divina adoratione colitur: Deus enim est Verbum cujus corpus est proprium: quippe cum accesserunt mulieres ad Dominum, illas his prohibet Joan. 20. 17. verbis: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum*, indicans opus esse Ascensione, & unam fore Ascensionem. B Attamen accedentes illæ tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt. Pedes tenuerunt, Deum adoraverunt. Pedes quidem, carnis & ossium contactum præferebant: sed cum Dei essent, Deum illæ adoraverunt. Et alibi quoque ajebat Luc. 24. 39. Dominus: *Palpate me & cognoscite: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere*, quamquam Joan. 4. 24. ipse Spiritus sit: *Spiritus enim est Deus*. Et cum dicit ea se habere, simulque ostendit ipsa; cur ait Ep. ad Epict. p. 352. *Spiritus carnem & ossa non habet, ut me*, inquit, quem non illa esse, sed illa habere videtis? an ut doceret, Spiritum natura inenarrabilem esse, ipsum autem contactum ad corpus nostro simile pertinere, C quod sibi ex Virgine non quadam operandi ratione, sed naturali generatione comparaverat; ut & secundum naturam esset corpus, ac rursus secundum naturam indivisibile esset a Verbi Deitate. Sic enim & mors ejus contigit: corpore quidem secundum naturam suscipiente, Verbo autem per voluntatem eam admittente, & per potestatem suam proprium corpus ad mortem tradente; quo & naturaliter pro nobis pateretur, & divinitus pro nobis resurgeret. Totumque generationis mortisque negotium, nostram perquisitionem, recuperationemque spectat.

7. D Hæc cum ita se habeant, & in confesso sint in Ecclesia Dei Catholica; cur vos rursum dicitis, corpus e cælo esse? cur Christus illud effecit? Respondete: Anne ut ex cælo in terram corpus deferret, & invisibile, redderet visibile: contumeliæ incapacem, contumeliæ capacem: impassibile & immortale, mortale & passibile faceret? Ecquidnam in illis beneficii, o inepti, si ea in Christo facta dicatis, quæ in Protoplasto Adam facta sunt? Nisi Adæ lapsum in incomparabilem reparationem Christus, in similitudine carnis peccati apparens, peccatumque in carne condemnans, E restituisset; ita ut carne indutus in terra versaretur, & carnem peccati incapacem exhiberet: quam cum ex prima formatione Adam peccati expertem habuisset, ex prævaricatione illam peccati capacem fecit, ac in corruptionem & mortem delapsus est. Hanc Christus suscitat natura impeccabilem; ut ostendat creatorem non esse caulam peccati, & ad primariam illam formationem propriæ naturæ eam restituit; ut ipse esset impeccabilitatis specimen. Frustra igitur erronei illi comminiscuntur, atque dicunt, ex cælo Christi corpus esse. Atqui quod Adam ex cælo in terram detulit, illud Christus e terra in cælum evexit: F & quod Adam, cum prius peccati expers, & nulli damnationi obnoxius esset, in corruptionem & damnationem mortis dejecit, idipsum Christus incorruptibile esse, immo a morte liberare ostendit; ita ut potestatem habeat in terra, peccata dimittendi; ex sepulcro, incorruptionem exhibendi; in ascensu ex inferno, mortem solvendi, & resurrectionem omnibus annuntiandi. Quia Deus hominem creavit in incorruptionem, & imaginem æternitatis suæ il- Sap. 2. 24. lum fecit. *Invidia autem diaboli, mors intravit in mundum*; quem mortis imperio oppressum in corruptionem, non neglexit ipse factus homo: non versus in hominis formam: neque despiciens hominis substantiam, quasi per umbram & speciem tantum sese ostendit: sed qui natura Deus est, homo nascitur, ut hæc ambo sint unus, in omnibus perfectus, qui naturalem & verissimam nativitatem exhibet. Ideo dictum est: *Et dedit illi nomen quod* Philip. 2. 9. *est super omne nomen*, ut regnaret in cælis, & potestatem haberet reddendi judicii.

8. Nam Verbum, quod omnia creavit, filius hominis apparuit, non alienus, sed secundus factus Adam: ut ex ipso nomine agnoscamus veritatem. Ipsumque priorem esse Protoplastum Apostolus ostendit, ubi primum animale memorat, dehinc spirituale. Cum autem animale & spirituale dicit, non alterum & alterum corpus ostendit, sed idem ipsum corpus: primum quidem in potentia & natura animæ, & propterea animale: secundo autem in potentia, & natura Spiritus, idcirco spirituale. Spiritus enim est Deus Verbum; Ita enim & quod de nobis dicitur, intelligendum est, cum ait Scriptura: *Spiritualis judi-* 1. Cor. 2. 14. *cat omnia: animalis autem non percipit ea quæ sunt Spiritus*. Quamquam unum sit corpus amborum quod, quatenus Spiritus est particeps, spirituale intelligi ostendit, quatenus autem in potentia duntaxat animæ immanet, animale illud declarat. Cur autem, si ita se res habet ut vos dicitis, non homo tantum dicitur Christus, quasi novus quidam homo qui de cælis advenerit; sed & filius hominis factus est? Si igitur in terra factus est filius hominis, licet non ex semine viri, sed ex Spiritu sancto natus sit, Protoplasti, qui unus est, Adam, filius intelligetur. Neque enim, præter Adamum, qui ex terra est, alius quispiam descriptus est homo, qui in cælo fuerit, ut & ex cælis corpus habeat Christus, & filius hominis sit, ex alio ab Adamo. Quapropter Matthæus quidem, filium Abraham & David illum describit, secundum carnem; Lucas vero eum Adæ, & Dei Filium enarrat. Si itaque Euangeliorum discipuli estis, ne loquamini adversus Deum iniquitatem, sed Scripturas resque gestas sectamini. Quod si præter ea quæ scripta sunt, alia loqui in animo sit, cur adversum nos decertatis, qui nulla audire, vel eloqui sustinemus præter ea quæ scripta sunt? cum Dominus dicat: *Si* Joan. 8. 31. 36. *manseritis in sermone meo, vere liberi eritis*.

9. Quo pacto igitur aut Fideles aut Christiani habeamini, qui neque secundum verba Scripturæ inceditis, neque rebus gestis fidem habetis; sed audetis ea quæ supra naturam sunt definire? *Numquid parum* Esa. 7. 13. *vobis est molestos esse hominibus, & cur molesti estis Domino?* Nam si, qui Prophetis non crediderint, condemnati sunt, quanto magis qui non crediderunt ipsi Domino? Etenim quæ ipse voluit, & quæ ipse arbitratu suo egit ad abrogationem peccati & mortis, cur alio & diverso modo enarrare aut cogitare audetis? Si confitemur eum, & ipse confitebitur nos: si negamus, & ipse nos negabit: si fidem illi non habemus, ille fidelis manet, seipsum enim negare nequit. Quænam igitur hujusmodi vestra immensa stultitia, ut loquamini quæ scripta non sunt, & illa sentiatis quæ aliena sunt a pietate? Etenim carnem Divinitati consubstantialem dicere audetis, non advertentes in duplicem vos incidisse impietatem. Idcirco enim in hanc sententiam animum appulistis, ut vel carnem negetis, vel in Deitatem blasphemetis, dicentes: Certe nos eum qui ex Maria natus est, consubstantialem Patri dicimus. Porro hæc vestra, quam præclaram existimatis, loquendi ratio, aut superflua, aut stulta comprobabitur. Etenim quis e fidelibus, non confiteatur, Deum Verbum, qui advenit, & ex sancta Virgine Maria homo prodiit, Patrique consubstantialis est; ex semi-

ne

ne Abrahæ cujus filius recensetur hominem esse factum: aut Verbum, Deo consubstantiale, secundum carnem filium David factum esse? Ideo Prophetæ, Apostoli, & Euangelistæ, Christum ex semine David secundum carnem ortum duxisse narrant. Quomodo igitur, cum hæc dicatis, non arubescitis, carnem quæ ex semine David orta narratur, consubstantialem Patri asseverare? Val rursum, ut ajabamus, hæc stulte dicitis, non intelligentes, quod est consubstantiale, eamdem quidem naturam habere; propriam tamen perfectionem in seipso exhibere. Sicut enim Filius qui consubstantialis Patri declaratur, perfectus in perfecto agno- B scitur; sic & Spiritus sanctus: consubstaotialis enim est Trinitas. [Trinitas est consubstantialis.] Dabitis ergo consubstantiali carni, perfectionem præter Filii perfectionem: & secundum vos quaternitas pro Trinitate prædicabitur. Ecquodnam illud tantum impietatis commentum?

10. Sed dicitis: Caro facta est Verbo consubstantialis. Qua ratione facta est consubstantialis? Respondete. Verbum facta est, sed & Spiritus facta est. Sane si ea quæ natura sua Divinitas non est, per mutationem Divinitas efficiatur, cur igitur Arianos arguitis, qui hanc de Verbo sententiam in medium adferunt? [Joan. 1.] Licet Scriptura dicat: * *Verbum caro factum est*. Non dictum est, Caro Verbum facta est, sed Verbum caro C factum est: quia Verbi facta est caro, & non hominis cujusdam; id est, Deus homo factus est: & dicitur, caro factus est, ne carnis nomen prætermitteretis. Si itaque vobis non sufficit naturalis illa sine confusione Verbi cum propria carne unio: & quod Deus homo factus sit; certe jam neque audire, neque credere vultis, nec satis vobis est, cum id quod omnem commendationem superat, corpus scilicet Dei, audiatis, ubi [Philip. 3.21.] dicitur: *Qui transformabit corpus humilitatis nostræ, ut sit configuratum corpori gloriæ suæ*: quæ est futuri se- D culi significatio. Et præterea dicitur, corpus gloriæ illius. Ipse quoque Dominus ait: *Cum venerit filius hominis*: Filium Dei, filium hominis factum dicit: judicem quoque vivorum & mortuorum, ac Regem Dominum, & Deum verum. Sed corporis nomen e medio tollere vultis, atque id assequi, ut ne ultra dicatur Christum esse hominem. Quo potestis animo divinas Scripturas adhuc legere? Cum Matthæus quidem scribat: [Matth. 1.] *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*: Joannes vero: [Joan. 1.] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Verbum autem, & Deum & filium David, E si divisim considerare volueritis, duo ex mente vestra dicta fuerint; sin a divinis edocti Scripturis, credideritis Verbum cum Deus esset filium hominis factum esse; agnoscetis quoniam unus est Christus & Deus, qui & ipse homo est; ut duplex prædicatio ejus adventus facile persuadere posset ejus passionem, [1. Tim. 2.5.] & impassibilitatem. Ut cum dicit Apostolus: *Homo Christus Jesus, qui dedit semetipsum redemtionem pro nobis, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen*. [2. Tim. 2.8.] Et ad Timotheum scribens ait: *Memor esto Dominum Jesum Christum ex semine David resurrexisse a mortuis*. Et ipse iterum inquit: *Mortem ejus annun-* F *ciamus donec veniat*.

11. Si igitur ex confessione consubstantialis, carnis nomen de medio tollitis, & sententiam quæ dicit Christum esse hominem; aut non amplius mortem ejus annunciatis donec veniat, atque in hoc Scripturas abrogatis: aut licet mortem Consubstantialis Patri & Spiritui sancto annuncietis, si non con- A fiteamini eum carne passum esse, ipsam Patris & Spiritus sancti Deitatem capacem mortis esse dicetis: ac omnium hæreticorum impiissimi evasistis. Mors quippe carnis, consubstantialis Verbi mors fuit. Neque enim Pater carnem gestavit, neque Spiritus sanctus, ut impie somniarunt Valentiniani: sed, *Verbum caro factum est*. Ideo nos dum confitemur Deum & hominem Christum esse, nequaquam divisionis causa hæc dicimus, absit; sed quo Scripturis obtemperemus: ut passione ejus vere acta & annunciata donec veniat; in carne quidem Verbi, passionem & mortem confitea- B mur; ipsum tamen Verbum immutabile & invariabile credamus: quod idem ipsum passum est, & non passum, quodque divina quidem natura impassibila, immutabile & invariabile est: carne tamen passum est, ut dixit Petrus, & mortem gustare voluit: quia factus est *mediator Dei & hominum, homo Christus, qui dedit semetipsum redemtionem pro nobis*. [1. Tim. 2.5.] Et rursum: *Quia factus est mediator Dei & hominum. Mediator vero unius non est: Deus autem unus est*. [Galat. 3.20.]

12. Quapropter erraot qui dicunt, alium esse qui passus est Filius, & alium qui passus non est. Non enim alius est quam ipsum Verbum, quod passionem & C mortem susceperit. Sed illud ipsum, incorporeum, & impassibile Verbum, cum generationem carnia subire dignatum esset, omnia implevit, ut baberet quod pro nobis offerret. Et dicitur, melius Angelis factum, non quod Verbum factor Angelorum, melius factum fit, quasi aliquando minus illis fuerit: sed forma servi, quam ipsum Verbum propriam sibi naturali generatione reddidit, melior ex Protoplasti generatione exorta est, nosque illi affines reddidit, ut dictum est, cives Sanctorum, & familiares Deo effectos. caro se- D cundum naturam propria Deo facta est; nec tamen consubstantialis est Varbi Deitati, quasi illi coæterna esset. Sed propria illi secundum naturam facta, & indivisibilis propter unionem: ex semine David, Abrahæ, & Adæ, ex quo & nos progeniti sumus. Quod si Verbo consubstantialis est caro, & coæterna; jam hinc dicetis omnes creaturas omnium creatori Deo coæternas esse. At qui, quæso, adhuc Christiani eritis qui talibus vos laqueis implicatis? Nam quod consubstantiale, impassibile, & mortis incapax est, unionem cum consubstantiali non admittit secundum hypostasin; sed secundum naturam: porro secundum hy- E postasin, propriam perfectionem exhibet. Itaque per religiosum, ut æstimatis, vestrum commentum, aut carnem ex Virgine & Deipara assumtam negatis, aut in deitatem blasphematis. Si autem eo modo Filium, necnon Spiritum sanctum Patri consubstantialem confiteamini, quo carnem quæ passa est: ecquid ergo nos adhuc accusatis, ut qui quaternitatem pro Trinitate dicamus, cum ipsi quaternitatem pro Trinitate vel inviti confiteamini, dum dicitis, consubstantialem Trinitati carnem esse? Itaque vana est fides vestra: paria enim sentitis cum impiis Arianis, male accipientes illud: *Verbum caro factum est*. Porro Ver- F bum caro factum est, non ut Verbum non amplius Verbum esset; sed Verbum, ut in carne esset, caro factum est, ut & Verbum semper Verbum esset, & Verbum carnem haberet; in qua passionem & mortem sub humana forma susciperet, ac usque ad sepulcrum & infernum descenderet; in qua & resurrectionem ex mortuis perfecit, carnisque & sanguinis atque animæ indicia præbuit Deus Verbum, per propriam & insepara-
bilem,

* Hæc refert Joannes Maxentius in sua de Christo professione, sub initium, his verbis: *Beatissimo simul, atque doctissimo Athanasio dicente: Verbum caro, non caro Verbum factum est. Verbum autem caro factum dicitur, quia Verbi facta est caro, & non alicujus hominis: hoc est, Deus homo factus est. & dicitur caro, ne præstereatis carnis nomen. Cur ergo non sufficit nobis, naturalis unitio Verbi ad propriam carnem, &* *quia Deus homo factus est.* Nota, *nobis* irrepisse, pro, *vobis*.

Caro inseparabilis a Verbo. Marcion. *Manichæus.*

bilem, ut scriptum est, carnem, ex semine David. Quid enim aliud dixit Marcion quam quæ vos profertis? Nonne corpus quod ex cælo apparuit in similitudine humana, & non in veritate? Quid item aliud loquutus est Manichæus? Nonne divina specie corpus, sola similitudine corpus, ab humana carne alienum: cujus naturam & non operationem, peccatum esse impie affirmat? Hujusmodi est illorum impietas.

13. Quamobrem nefas est pium hominem hujusmodi verborum commentis uti: sed dicendum est Verbum quod ante secula consubstantiale est Patri, in extremis temporibus, ex sancta & deipara Virgine, Adæ plasma & opificium novum restituisse, cum illud sibi per unionem proprium effecit: atque ita visus est homo Christus, qui ante secula Deus erat. Et nos membra Christi sumus, ut scriptum est, ex carne & ex ossibus ejus. Quorsum igitur, hæc vestrarum inventionum contentio; ut per humanam sapientiam, ea quæ humanam intelligentiam superant definiatis, dum dicitis, vice interioris nostri hominis, mentem cælestem in Christo fuisse? O nefariam sententiam, & infirma, indecoraque verba: hominum sane qui non prius animadvertere, Christum non singulariter dici, sed in illo ipso nomine quod unicum est, rem utramque significari, Divinitatem nempe & humanitatem. Ideoque homo dicitur Christus, Deus quoque dicitur Christus, ac Deus & homo est Christus, & unus est Christus. Vanum itaque est vestrum sophisma, quo aliud in Christo præter ipsum Christum conspicere nitimini. Illi quidem qui abusive dicuntur Christi, forte, juxta sententiam vestram spectari possent: qui vero per naturam solus verus est Christus, nõn ab humana ratione describetur, quod vos temere tentatis, homines sane arrogantia plenissimi. Neque enim Propheta, neque Apostolus, neque Euangelistarum quispiam, illa protulit, quæ vos impudenti plane animo loqui audetis. Si enim alter est Christus a cælesti mente in eo sita, perfectaque est mens illa, duo ergo, secundum vos, erunt: & sic in eam reciditis sententiam, quam videmini maledictis insectare. Cælestem vero mentem Prophetæ quoque habuere, qui cælestia & futura, quasi præsentia fuissent, eloquebantur. Quid igitur hæc omnino dicere in animum induxistis, quasi vero in confesso non esset, interiorem nostrum hominem in Christo esse? Cur hoc de anima quoque loquimini, nempe corpus & animam esse exteriorem hominem, ut de sanguine & carne quis dixerit? Sed sicut corpus & sanguis contactum & vulnera non effugiunt cum sint visibilia; ostendite nobis animam quoque illa non effugere & visibilem esse. Aut si ostendere non potestis, manifestum est, neque videri animam, neque ab homine sicut corpus occidi posse, ut dixit Dominus. Credite igitur, interiorem nostrum hominem esse animam: quod sane & prima formatio comprobat, & sequens dissolutio propalam facit: atque non solum in nobis, sed & in ipsa Christi morte idipsum commonstratur: quando corpus quidem usque ad sepulcrum tantum pervenit; anima vero ad infernum usque transmeavit: locisque multo spatio distantibus, sepulcrum quidem corporalem adventum excepit, ac ibi corpus adfuit, infernus vero incorporeum admisit.

Ajebant Apollinaristæ corpus & animam esse exteriorem hominem, & hæc fatebantur inesse Christo, sed mentem humanam Christo negabant.

14. Qua ratione igitur, cum Dominus illic incorporaliter adesset, homo tamen a morte existimatus est? ut animabus in vinculis detentis, propriæ animæ formam, incapacem vinculorum mortis, quasi capacem exhibens, præsentibus præsentem, vincula animarum in inferno detentarum disrumperet, resurrectionisque terminum designaret: ut conditor, & factor hominis, & qui hominem damnationi subjecerat, ipse præsens per seipsum, hominem plane in sua ipsius forma liberaret. Nequaquam enim tanta mortis vis fuit, ut subjiceret sibi humanam Verbi animam, ac eam in vinculis detineret: neque rursum corruptio tyrannicam in corpus ejus vim sibi arrogavit, ut putrefaceret ipsum, quasi res nulla providentia gererentur. Ita enim ea de re cogitare, impium fuerit; sed qui de hominis inobsequentia quæstionem habuit, judicium dedit, quo duplicem pœnæ sententiam protulit; terreno corpori dicens: *Terra es, & in terram reverteris:* atque ita, Domino sententiam ferente, corruptio corpus excipit; animæ autem, *Morte morieris:* & sic in duas dividitur partes homo, damnaturque ad duo secedere loca. Quocirca opus fuit judicante, ut ipse per sese suum solveret decretum, dum in forma damnati, indemnata, & peccati experte visus est; ut & reconciliatio Dei cum homine fieret, & libertas totius hominis per hominem oriretur in novitate imaginis Filii ejus Jesu Christi Domini nostri. Quod si mihi alium damnationis locum, præter hos duos indicare valetis, merito dixeritis in tres partes dividi hominem: & ex duobus quidem locis revocationem factam esse; in tertio vero tertiam partem manere vinculis colligatam. Si vero nullum alium locum ostendere potestis, præter sepulcrum & infernum, ex quibus homo perfecte ereptus sit (Christo per suam perfectam & verissimam formam nostræ similem, nos liberante) cur adhuc talia profertis, quasi Deus humano generi nondum reconciliatus sit? Quomodo igitur Salvator advenit? an quod non posset totum solvere hominem? an quod mentem quæ semel peccaverit sit exsecratus? an quasi timeret, ne & ipse peccati particeps esset, si, cum Deus sit, perfectus homo fieret? Sed impietatis pleni sunt, qui hæc ita cogitant. Quam enim peccato definitionem tribuitis, qui hæc loquimini, peccatum ajentes ex natura esse, ut dixit impiissimus Manichæus?

Gen. 3. 19. *Gen. 2. 17.*

15. Hæc dum ita sentitis Creatoris naturæ criminatores estis. * Cum ab initio Deus Adam efformavit, num innatum ipsi peccatum effecit? Quid igitur præcepto opus fuit? cur illum damnavit quod peccasset? quo pacto Adam ante inobedientiam non cognoverit bonum & malum? Quem scilicet Deus creavit in incorruptionem, & ad imaginem suæ æternitatis, eumdem natura peccati experte, & voluntate libera donavit: *Invidia autem diaboli mors intravit in mundum*, cum is transgressionis artifex auctorque fuit. Et sic ex transgressione præcepti Dei, factus est homo capax inducti ab inimico seminis. Ac deinceps peccatum in hominis natura ad omnem concupiscentiam movebat: non quod diabolus eam in illo naturam efformasset, absit. Neque enim diabolus naturæ creator fuerit, ut Manichæorum fert impietas; sed ex prævaricatione, naturæ perversionem effecit: sicque regnavit mors in omnibus hominibus. *In hoc*, inquit, *venit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli*. Quænam opera diaboli dissolvit Filius Dei? quam fecit Deus naturam sine peccato, eam ipsam ad transgressionem mandati Dei, pervertit diabolus, & ad inventionem peccati mortis eamdem sibi ipsi restauravit Deus Verbum, incapacem diabolicæ perversionis, & inventionis peccati. Ideoque ajebat Dominus: *Venit Princeps mundi hujus, & in me non invenit quicquam*. Quod si Princeps mundi hujus, nihil operum suorum in Christo invenit; multo magis Christus, nihil ex suis opificiis reliquit Principi mundi hujus. Aut etiam ea de causa nihil invenit in ipso,

Sap. 2. 24. *1. Joan. 3. 8.* *Joan. 14. 30.*

* Hæc adferuntur in Synodo Constantinop. III. tom. 6. Concil. p. 762. & 812.

ipso, perfectam novitatem exhibente Christo; ut perfectam salutem totius hominis, animæ nempe & corporis, operaretur: quo perfecta quoque foret resurrectio. Frustra igitur Ariani argutiis utuntur, dum Salvatorem, carnem solam assumsisse statuunt, ac passionis sensum, ad impassibilem Deitatem impie referunt. Frustra quoque vos, alio commento usi, paria cum illis sentitis, dicentes, ipsum qua circundabatur forma, id est organica usum fuisse: vice autem interioris nostri hominis, cælestem mentem in Christo fuisse. Quo pacto igitur dolebat, anxius erat, precabatur? Scriptum est enim: *Et conturbatus est spiritu Jesus*. (Joan. 11. 31.) Hæc autem neque carnis mente carentis, neque immutabilis Deitatis fuerint: sed animæ intelligentia præditæ, dolentis, conturbatæ, anxiæ, & quæ cum intelligentia passionem senserit.

16. Quod si hæc sententia non placet, cum tria in promtu sint ea de re judicia, phantasiæ, blasphemiæ, & veritatis, quodnam elegeritis? Nam si suspicemini illa de sola & mera specie dicta fuisse, ea quæ gesta sunt phantasia quoque existimari debent: sin autem in veritate dicta sint, alienaque omnino facta est anima Domini a proprio cogitandi modo, cum vice mentis Deum Verbum habeat; immutabilem versum fuisse in dolorem, anxietatem, & perturbationem, impium est cogitare. Et si Euangelia dicant: *Turbatus est Jesus Spiritu*: (Joan. 11. 33.) id tamen declarat Dominus de anima intelligendum esse, dum ait: *Anima mea turbata est*. Quod si suæ Dominus animæ cogitationem manifestat, id agit ut animæ nostræ sese adtemperet: quo sic & ejus intelligamus passionem, & eum impassibilem confiteamur. Sicut enim sanguine carnis suæ nos redemit: sic cogitatione mentis suæ, quam pro nobis reportavit victoriam his declarat verbis: *Ego vici mundum*, Et alibi: *Qui dedit nobis victoriam*. (1. Cor. 15. 57.) Sed sicut sanguis ille, pro vulgari a piis hominibus nunquam habitus fuerit, quod tamen infideles autumant; sed pro salutari sanguine; sic mens illa, non humana infirmitate induitur, sed Dei naturam exhibet. Sicque dicendus fuerit Christus, perfectus Deus, & perfectus homo: non quod divina perfectio in humanam perfectionem mutata sit, quod impium est dicere: nec etiam, quod duæ perfectiones a se invicem divisæ dicantur, quod a pietate alienum est: neque per incrementum virtutis, & accessione justitiæ, absit; sed ratione exsistentiæ indeficientis. Ut utraque unus sint, omnino perfectus, idem Deus & homo. (Christus perfectus Deus & perfectus homo.) * Nam idcirco Dominus dicebat: *Nunc anima mea turbata est*. Illud autem, *nunc*, id est, cum ipse voluit. At certe, quod erat, significabat; rem enim non exsistentem, quasi præsentem numquam nominasset: nec quasi de rebus, quæ sola specie exsisterent, sermo habebatur: hæc enim omnia naturaliter & revera gesta sunt.

17. Cum igitur natura & non fictione Dominus homo factus sit; neque secundum naturam, neque secundum operationem, peccatum in creatorem referre possumus. Nam in nostra quidem natura, & inventionis pugna etiam nunc committitur, & inducti seminis, propter nostram imbecillitatem, fit accessio: Verbi autem incarnatio secundum naturam Dei facta, incapax fuit rerum quæ in nobis ex vetustate adhuc gerebantur: quapropter docemur exuere veterem, & induere novum. Et res mira sane, quod Deus homo factus sit, & absque peccato: quodque omnia nova facta sint, ut hinc potestas ejus explorata esset. Et quidem quæcumque ipse sua voluntate in natura ordinavit; ea, quantum voluit, in se suscepit, nativitatem ex muliere, augmentum staturæ, annorum numerum, laborem, esuriem, & sitim, somnum, dolorem, mortem, & resurrectionem. Ideoque ubi corruptum fuerat hominis corpus, eo Jesus corpus suum immittit: & ubi anima humana in morte detinebatur; ibi Christus animam humanam sibi propriam ostendit: ut tanquam homo adesset, qui in morte detineri non poterat, mortisque imperium solveret, utpote Deus: ut ubi seminata erat corruptio, illic oriretur incorruptio: & ubi regnaverat mors in forma animæ humanæ, ibi immortalis ille præsens, immortalitatem exhiberet; sicque nos suæ incorruptionis & immortalitatis participes constitueret, in spe resurrectionis ex mortuis; ut & corruptibile hoc indueret incorruptionem, & mortale hoc indueret immortalitatem, quemadmodum scriptum est: ut sicut per unum hominem, peccatum intravit in mundum, & per peccatum, mors; (Rom. 5. 12. 21.) sic & per unum hominem Jesum Christum gratia regnaret per justitiam in vitam æternam, ut scriptum est. Cur ergo dicitis pro interiore nostro homine, mentem cælestem in Christo esse? num quia bifariam diviso exteriore & interiore homine, & in sepulcro, & in inferno apparuit? At non poterat alterum pro altero in redemtionem dari: sed corpus pro corpore, & animam pro anima dedit, ac perfectam subsistentiam pro toto homine. Hæc est Christi commutatio, quam in Cruce probris affecere vitæ inimici Judæi, prætereuntes & moventes capita sua. Neque enim nudæ Deitatis accessum infernus sustinuisset: hoc & Prophetæ & Apostoli testantur.

18. Quod autem dictum est, in Crucis œconomia animadvertere licet: quo pacto scilicet Dominus emissione sanguinis carnis veram exsistentiam commonstrarit: & aquæ additione, incontaminatam puritatem, ac verum esse corpus Dei ostenderit: clamando autem & inclinando caput, spiritumque reddendo; quod intra proprium corpus erat, id est, animam, significarit, de qua & dixerat: *Pono eam pro ovibus meis*: (Joan. 10. 15.) ita ut exspirationem nemo dixerit Deitatis transmigrationem; sed animæ discessum. Nam si per transmigrationem Deitatis, mors & corporis exstinctio contigisset; propria morte obiisset, & non nostra. (Deitas corpus Christi non deseruit cum Christus exspiravit.) Et qui, amabo, non obtecta Deitate in infernum descendisset? Ubinam igitur illa anima, quam promiserat Dominus se pro ovibus suis positurum, de qua & Prophetæ præfati sunt? Si vero animæ discessus fuit; ideo dictum est, eum nostram mortem suscepisse, hoc est, nostram dissolutionem sustinuisse, ut & nostram nascendi rationem.

19. Vanum igitur est vestrum sophisma: nam qui, quæso, mors advenisset, nisi & interiorem & exteriorem hominem Verbum in se constituisset, id est corpus & animam? Qui pro toto homine redemtionis pretium dederit? aut quomodo mortis imperium, plene abrogatum fuerit; si illud quod per intelligentiam peccarat, animam nempe, Christus in sese impeccabilem non constituisset? Ergo mors etiam nunc in interiore homine dominatur; in quonam enim alio unquam regnaverat, nisi in anima, quæ intelligendo peccaverat? ut dictum est: *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur*: pro qua propriam animam Christus in pretium redemtionis posuit. Quemnam autem ab initio condemnavit Deus? opus opificis, an actionem opificii? Si opus opificis condemnavit, seipsum condemnavit Deus: eritque hominibus similis. Quod si impium sit hoc de Deo cogitare, & si ipse actionem opificii damnavit, aufert igitur actionem, & innovat opificium: nam ejus opus sumus, creati ad bene operandum.

20. Sed rursum dicitis, Nos Deum dicimus eum qui

* Hæc adferuntur a Damasceno lib. 4. de orthod. fide cap. 23.

qui ex Maria natus est; cur itaque dicitis, veluti Marcion, Deum advenisse, ac Deum intactili modo accessisse, quod naturam habeat carnis humanæ non capacem? Aut cur Deum illum dicitis sicuti Paulus Samosatensis? ea enim est illius impietatis ratio, ut Deum confiteatur eum qui ex Maria natus est, qui ante secula quidem præfinitus sit: qui tamen ex Maria initium exsistendi habuerit. Verbum autem efficax e cælo, & sapientiam in illo confitetur (ac plusquam vos, illi per suam impietatem attribuit) ut vos dicitis mentem cælestem in corpore animato. Verum nec corpus animatum eo ipso homo perfectus est: neque mens cælestis, eo ipso Deus est. Nam corpus animatum dicitur, in quantum nomen animæ per modum subsistentis in illo exprimitur. Corpus autem hominis, corpus dicitur & non anima: & anima hominis, anima dicitur & non cor- *Rom. 11. 34.* pus: alterum ad alterum, id est, spiritus ad corpus. *Quis autem*, ait Scriptura, *novit mentem Domini?* Mens Domini, nondum Dominus; sed Domini voluntas, consilium, aut efficacia ad aliquid. Quo igitur animo hæc profertis verba, verbisque commentitiis Verbum Dei adulteratis? Atqui Dei Ecclesia, neque ita accepit, neque ita tradidit; sed, ut scriptum est, Deum Verbum qui erat apud Deum ante secula in consummatione seculorum advenisse: ac ex Maria Virgine, & ex Spiritu Sancto genitum esse, filium hominis, ut *Matth. 1. 25.* scriptum est, *Donec peperit Filium suum primogenitum*: ut fieret primogenitus in multis fratribus, cum tamen Deus verus esset: ut & quatenus homo pro nobis pateretur, & quatenus Deus, ex morte & passione nos redimeret. In cassum igitur imaginamini, vos posse ejus qui intelligit & carnem agit, novitatem in vobis ipsis efficere, existimantes per imitationem id fieri posse: nec advertitis imitationem, præmissi operis esse imitationem, alioquin non diceretur imitatio. Dum autem in Christo solius carnis novitatem confitemini, errantes blasphematis. Si enim possibile fuisset hominibus, ejus qui carnem agit novitatem absque Christi ope sibi ipsis efficere: & si quod agitur, agentem sequitur; quid opus erat Christi adventu?

21. Vani quoque sunt, qui dicunt Verbum advenisse, ut in unum ex Prophetis. Quis enim Prophetarum, Deus cum esset, homo factus est? Cur autem *lex* *Hebr. 7. 19.* *nihil ad perfectum adduxit?* cur mors regnavit etiam in illos qui non peccaverant ad similitudinem Protoplastorum? quare Dominus dixit: *Si ergo vos Filius* *Joan. 8. 36.* *liberaverit, vere liberi eritis?* Nonne secundum eam, quæ in ipso est, novitatem & perfectionem, per quam nos qui credimus, renovamur, secundum imitationem & participationem perfectæ novitatis Christi? Sed nihil non commenti estis, ut unam negandi sententiam adornetis. Et quidem animam definientes, *Variæ ac secum pugnantes Apollinaristarum sententiæ.* eam modo insipientem nominatis, modo peccatum in homine subsistens: eamdem aliquando, ut peccati auctorem eliminatis. Et carnem nunc quidem increatam, nunc cælestem, modo consubstantialem Verbo, ut perfectam vobis negationem firmetis. Ut autem Arius lapsus a fide in ineffabilem & verissimam Filii ex Patre generationem, passionem, & sectionem, & effluxum commentus est; ut per impia verba eos qui minime firmi erant, in foveam iniquitatis præcipitaret: nam *os scelerati fovea profunda*; *Prov. 22. 14.* sic rursum Sabellius, qui finxit Filium sine hypostasi esse, & Spiritum sanctum sine exsistentia, alioqui divisionem Deitatis, ac principiorum, eorumque enumerationem induci criminatus, Judaica sententia firmatur. Sic quoque Manichæus incarnationi, & humanitati a Domino assumtæ fidem negans, impius omnino evasit, aiens, Hominem duobus subjacere opificibus, malo & bono. Ita quoque vos, vel, ut sycophantæ, duos filios nos admittere dicitis: vel nos hominis cultores vocatis, nosque peccati insimulatis: idque non ex pietate agitis; sed ut errori vestro per improba commenta, felicem progressum paretis: & ut impiis vestris verbis infirmos avertatis a fide. Sed tamen Dei fundamentum immotum permanet, hujusmodi sigillo obsignatum.

22. Hæc ad te scripsi, dilecte, (tametsi nihil amplius scribere opus erat; sufficit namque Euangelica traditio) tum quia de nostra fide interrogasti; tum eorum causa qui commentis suis nugantur, neque cogitant eum, qui ex proprio loquitur animo, mendacia loqui. Neque enim vel pulcritudinem, vel gloriam corporis Christi, humanus intellectus exprimere potest; sed quæ gesta sunt, prout scripta habentur, confiteri valet: necnon verum Deum qui est, adorare, in gloriam & confessionem mansuetudinis ejus, & in spem salutis nostræ. In Christo Jesu Domino nostro. Amen.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

De salutari Adventu Jesu Christi, & adversus Apollinarium.

LIBER SECUNDUS.

1. QUI Dominum nostrum Jesum Christum non ex Deo & homine unum confitentur, ut *Luc. 3. 38.* scriptum est in Euangelio: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei*; dicant, quid de eo qui in forma Dei erat, & qui formam servi accepit, existiment; aut quomodo illud: *Joan. 1. 14.* *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*, intelligant. *Joan. 10. 15.* Qui enim dixit: *Verbum caro factum est*, idem ait: ipsum pro nobis animam posuisse suam: Num, ita ut Verbum mutationem passum, & in carnem transformatum, vel animæ simile factum sit: an quod imaginariam speciem humanæ formæ præ se ferret, ut alii hæretici errantes dicunt? Sed hoc non concedet Apostolus, qui liquido dixit, Quisnam cum esset, quid acceperit. Sicut enim forma Dei, plenitudo divinitatis Verbi intelligitur; sic forma servi, humanæ substantiæ intelligens natura, cum organica compositione, agnoscitur: ut illa quidem dictione *erat*, Verbum intelli- *Joan. 1. 1.* geretur; illa autem, *factum est*, caro cum anima agno- *Joan. 1. 15.* sceretur: quæ forma servi dicitur, ac intellectualis quædam substantia esse intelligitur. Hincque fit ut homo mortuus, informis dicatur, & anima quæ indissolubilem naturam habet, e corpore recedente, totus solvatur. Unde Paulus quidem de intellectuali natura testimonium perhibet; Joannes vero de organica corporis ostensione, ut ambo totum incarnationis mysterium * prædicent. Manifestum enim

est,

* Hæc in Synodo VI. Œcumenica, & apud Damascenum, lib. 4. de Orthod. fide cap. 4.

est, Deum Verbum, qui ante adventum in carne exsistebat, non tunc hominem, sed Deum fuisse apud Deum, invisibilem, & impassibilem.

2. Nequaquam igitur hæc vox, Christus, carne seclusa profertur: quandoquidem nomen illud, passio & mors consequuntur, cum Paulus scribat: *Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum:* & alibi ipse dicat: *Pascha nostrum immolatus est Christus:* &, *Homo Christus Jesus, qui dedit semetipsum redemtionem pro nobis*. Non quod Deus non sit, sed quod & homo Christus sit. Quare, *Memor esto*, ait, *Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David secundum carnem*. Idcirco Scriptura de utroque nomine mentionem facit, quo ejus subsistentiam declaret; ipsum nempe invisibiliter quidem, ut Deum, intellectu tantum, percipi & revera esse: ut hominem autem visibiliter attrectari, & revera exsistere: non divisione personarum, aut cogitationum; sed naturali generatione, & indissolubili unione: ut ejus passione in confesso vere habita, ipse passibilis, & impassibilis revera esse concedatur. Quomodo igitur Verbum, Deus cum esset, factum est Christus, priusquam homo fieret? Nam si hoc nomen, Christus, Divinitati a carne separatæ proprium sit; ergo Patri, Spirituique sancto adtribuendum est: passio quoque communis erit, ut quidam errantes arbitrantur. An & ipsum impassibile & incorporeum Deum Verbum, etiam ante incarnationem, & humanam naturam assumtam, passionis & mortis capacem esse dicetis? At qui, quæso, Filius, qui Patri consubstantialis, & ab eo secuodum divinam naturam indivisus est, passibilis dicatur, cum sit immutabilis & invariabilis, nisi sumta in seipso ex Virginis utero, tota humanæ structuræ specie, homo factus sit; ut & mutabilis homo esset in passione, & una immutabilis esset, quatenus Deus?

Act. 26. 23. 1. Cor. 5. 7. 1. Tim. 2. 6. 2. Tim. 2. 8.

Unctio Christi.

3. Quapropter unctio facta est, non quod Deus unctione indigeret, nec quod absque Deo unctio fieret: sed Deo unctionem applicante; ipsamque in corpore unctionis capace, recipiente. Manifestum igitur est, Verbum non absque humana carne Christum factum fuisse, nec sese dividendo in carnis speciem, & animæ similitudinem: sed manens quod erat, formam servi accepisse, non destitutam exsistentia, quippe quæ per passionem, resurrectionem, & universam œconomiam sese proderet, ut scriptum & comprobatum est. Dicite igitur, cur Deum in Nazaret factum esse existimatis; quod omnes solent hæretici proferre? Ut Paulus Samosatensis Deum ex Virgine confitetur: Deum ex Nazaret visum, ac qui inde cum exsistendi, tum regnandi initium duxerit: Verbumque esse ex cælo efficax, in quo sapientiam esse confitetur: quod præfinitione quidem ante secula sit, exsistentia vero ex Nazaret sit editum; ut Deus, inquit, unus ille sit, qui super omnia Deus est Pater. Talis est hujus impietas. Marcion autem & Manichæus, dicunt, Deum in Virginem advenisse, ac intactili modo prodiisse, nec capacem fuisse communicandi cum natura humana, in peccatum lapsa, ac Principi nequitiæ subjecta. Si enim, ait, hanc assumsit, & Principi nequitiæ Christus subditus erit, & peccati expers non erit; sed propriam carnem exhibuisse, inquiunt, ex sese, ea qua libuit similitudine, ex cælo scilicet exhibita, & in cælum regressa: demum quæ tota sit divinitas. Valentinus contra, carnem Deitatis partem esse commeotus, passionem Trinitati communem fuisse contendit. Arius vero carnem solam, ad occultationem divinitatis confitetur; vice autem interioris nostri hominis, id est, animæ, Verbum, ait, in carne exstitisse; passionem & ab inferis resurrectionem divinitati adscribere ausus. Sabellius autem Pauli Samosatensis, ejusque sequacium sententiam probat: veritus enim Arii divisionem, in errorem qui (personas) de medio tollit delapsus est. Vos autem cuinam adhæretis, vel cuinam opitulari vultis? Num, quod proverbio fertur, Cujuslibet tribus estis? Nam dum unioni fidem negatis, dum plenitudini repugnatis; cum omoibus supra memoratis hæreticis consentitis: metuque divisionis, ut causificamini, ad (personas) auferendas animum adpulistis. Verum ut qui dividunt, insaniunt, & qui detrahunt, errant; sic qui de medio tollunt, in perniciem eunt: cum & vera incarnatio facta, & veritas visa, gratia quoque testimonio comprobata fuerit.

4. Cur itaque argutiis sophismatibusque contenditis? qua de causa simulatione utimini? & quare palam non dicitis, eum, non assumta servi forma, hominem factum fuisse, sed quasi hominem apparuisse? ea quippe est interrogationis vestræ significatio, qua fraudulenter, ipse, & ipse, iterato dicitis. Ideoque veræ incarnationi adversari studetis, nosque calumniis oppugnatis, dicitisque: Homines illi dicunt Christum esse hominem qui Deus factus sit. Ecquid sibi vult illud: *In principio erat Verbum?* &, Formam servi accipiens, factus est homo? quam, aut hominem, ajunt, cum Deo exsistentem, aut hominem Deo complicatum, aut hominem pro mundo mortuum, & qui pars mundi sit: aut hominem peccati non expertem: aut hominem Angelis imperaotem: aut hominem qui a creaturis adoretur: aut hominem qui Dominus sit, diceote Apostolo: *Paulus servus Jesu Christi:* aut hominem crucifixum, qui Dominus sit gloriæ: aut hominem qui hæc audiat: *Sede a dextris meis:* aut hominem qui venturus sit, ut mundum judicet. Hæc est *lutosa* vestra *subversio*, qua homines potatis, & inebriatis. Interrogate ergo Judæos, ut cum hæc ipsa verba contra Christum, & contra Christi fideles ab illis prolata audieritis, erubescatis. Discite quoque ab aliis hæreticis, qui eadem quæ vos loquuntur & sentiunt. Io medium adducantur itaque hæreticorum dogmata, vestra sententia, fidei nostræ ratio, Euangelii definitio, Apostolorum prædicatio, Prophetarum testimonium, & peractæ œconomiæ verus modus veraque ratio.

Joan. 1. 1. Rom. 1. 1. Psal. 109. 1. Habac. 2. 15.

5. Respondete igitur, qua ratione dicitis Deum ex Nazaret factum fuisse, Deitatique initium exsistendi juxta Paulum Samosatensem adscribitis; aut carnis generationem negatis, juxta Marcionem & alios hæreticos; nec io statutis Euangelicis inceditis, sed vultis ex propria loqui sententia? Ideo enim dicitis, Deum ex Virgine natum esse, ac non Deum & hominem, juxta Euangelicam definitionem: ne si carnis generationem confiteamini, ipsam naturalem admittere cogamini, qua sane in re vere diceretis; sed Deum genitum adfirmatis, qui propriam carnem, specie tantum exhibuerit. Non enim Deus initium nascendi ex Nazaret sortitus est: sed qui exsistit ante secula Verbum Deus, ex Nazaret homo visus est: natus ex Maria Virgine, & Spiritu sancto, io Bethlehem Judææ, ex semine David, Abrahæ & Adæ, uti scriptum est: omniaque assumsit ex Virgine, quæcumque ab initio Deus ad constitutiooem hominis efformavit & condidit, excepto peccato. Ut Apostolus quoque ait: *Pro similitudine per omnia, præter peccatum*: nec divinitatis mutationem, sed humanitatis innovationem arbitrio suo effecit; quo gentes Christo *concorporales & comparticipes* fierent, quemadmodum scribit Apostolus: utque homo revera Deus, & Deus revera homo foret: essetque ille vere homo, & vere Deus: non quod homo apud Deum esset, ut vos calumniantes, Christianorumque mysterio obtrectantes dicitis: sed quod Deo unigenito placuerit, plenitudine suæ divinitatis

Hebr. 4. 15. Ephes. 3. 6.

arche-

archetypi hnminis naturam, novumque opificium, ex utero Virginis in seipso per naturalem generationem, & indissolubilem unionem restaurare; ut & pro hominibus salutare negotium perficeret, inque passione, morte & resurrectione, hominum redemtionem absnlveret.

6. Sed objicitis: Si omnia accepit, sane & humanas cogitationes habuit: impossibile autem est, humanis cogitationibus non inesse peccatum: quomodo igitur Christus absque peccato erit? Immo respondete vos ipsi: Si vitiosarum cogitationum Deus creator fuerit, adjungendum Deo est proprium opificium: venit enim ut proprium opus sibi adjungeret. Sed eo pacto, injusto sane judicio peccator damnatur. Nam si vitiosas cogitationes creavit Deus, quid est quod peccantem condemnet? aut qui potest a Deo hujusmodi judicium proficisci? Quod si Adam, antequam Dei mandatum transgrederetur, ejusmodi cogitationibus obnoxius fuit, qui fieri potuit ut bonum & malum non cognosceret? Certe natura quidem rationalis, cogitatione vero liber, mali experientiam non habe-
Psal. 67. 7. bat, soliusque booi notitia præditus, quasi *unius moris* erat. Postquam autem Dei mandatum transgressus est, in vitiosas lapsus est cogitationes: non quod Deus illas cogitationes quę nos io captivitatem redigunt condiderit, sed quod diabolus fraude illas in rationali hominum natura, in prævaricatione constituta, & a Deo expulsa, quasi alienum semen induxerit; itaut diabolus legem peccati in natura hominis constituerit, unaque mortem quæ per opus peccati in illa dominatum exerceat. Quocirca venit Filius Dei, ut solvat opera diaboli. Sed instatis, Jam solvit, cum non peccaverit. At nequaquam est illud peccatum solvere. Neque enim ab initin peccatum in illo operatus est diabolus; ut veniente Verbo in mundum, & non peccante, solveretur peccatum; sed in rationali & intellectuali natura hominis per inductum semen diabolus peccatum est operatus. Quapropter impossibile fuit naturæ rationali, quæ sua sponte peccaverat, ac mortis damnationi subjecta erat, sese in libertatem revocare, ut
Rom. 8. 3. ait Apostolus, *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem*. Quapropter venit ipse Dei Filius, ut eam in natura sua, per novam originem, & mirabilem generationem restauraret. Non quo eam, quæ ab initio facta erat, constitutionem divideret;
Matth. 13. 25. sed quo *super-seminatam* abrogationem abrogaret; ut
Esai. 7. 16. testatur Propheta, dicens: *Priusquam cognoscat parvulus bonum vel malum, reprobat malitiam ad eligendum bonum*. Quod si in natura quæ peccaverat, impeccabilitas non apparuisset, cur peccatum in carne damnatum esset, cum neque caro peccati actum habeat, neque in divinitatem peccatum cadat? Quare Apostolus
Rom. 5. 20. dicit: *Ubi abundavit peccatum, ibi superabundavit & gratia?* non locum indicans, sed naturam significans.
Rom. 5. 12. & 20. *Ut sicut*, inquit, *per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors; ita per unum hominem Jesum Christum, gratia regnet per justitiam in vitam æternam*. Ut per quam naturam peccatum processit, per eamdem justitiæ specimen daretur: & sic humana natura a peccato liberata, diaboli opera solverentur, Deoque gloria daretur.

7. At rursum dicitis: Si homo est Christus, pars erit mundi: pars autem mundi mundum salvum facere nequit. O fallaciæ commentum! o insana blasphemia! Dicant ex quanam Scriptura depromta sit ista definitio, aut potius hoc diaboli sophisma? Quando-
Psalm. 48. 8. quidem Propheta dicit: *Frater non redimit, redimet*
Psalm. 86. 5. *homo*: Et alibi: *Et homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus*. Qui fieri potest igitur ut Verbum homo factum mundum non redimat? Cum manifestum sit, in qua natura commissum est peccatum; in ea quoque exstitisse gratię exuberantiam? Quęnam autem gratiæ exuberantia? quod Verbum factum sit homn, manens tamen Deus; ut & homo factum Deus crederetur: quemadmodum & Christus, homo cum sit, Deus tamen est: quia cum Deus esset, factus est homo, & in hominis forma credeotibus salutem impertit. Si enim Dominum Jesum ore tuo confessus fueris, & io corde tuo credideris, quod Deus illum ex mortuis excitarit, salvus eris. Nex autem io Deum non cadit, qui nec resurrectione opus habet, sed ipse a mortuis excitat. Unde necesse fuit, ut aliquid Deus haberet, quod pro nobis nfferret, sive in morte, sive in vita: quapropter Verbum quod homo factum sit, eo magis salutem operatur.

8. Sed iterum objicitis: Ecqua ratione potest natura, quæ in consuetudine peccati edita est, & quæ peccati successionem excepit, absque peccato esse? quod impossibile cum sit, erit igitur Christus, ut unus ex hominibus. Hæc & Marcioo sensit: hanc & Manichęus induxit sententiam, qui carnem hominis, ipsamque generationem sub malitiæ principe constituit, ipsique Dominatoris titulum adscripsit: cum a quo quis victus est, ejusdem & servus reddatur. Horum sententiam vos quoque renovatis, dum diversa ratione, spiritualem hominis naturam, quæ anima esse intelligitur, una illi subjicitis, quam non posse peccatum vitare statuitis; quantumcumque tandem animam carnalem esse scribatis. Unde autem hæc didiceritis ignoro, cum neque io sacris Scripturis, neque io vulgata hominum seotentia id admittatur, Domino dicente: *Ne timeatis ab iis qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*. *Matth. 10. 28.* Atqui si carnalis est anima, nt vestra fert opinio, cur noo una cum corpore moritur, & perit? & cur Petrus animas in ioferno detentas spiritus vocans, ait: *Abiit, ut iis, qui in carcere inclusi erant spiritibus, resurrectionem annuntiaret?* *1. Petr. 3. 19.* Sed vos omnia præter naturam dicitis & appellatis, ne juxta naturalem sensum œconomism enarrantes, vera proferatis, nempe Verbum vere hominem factum esse. Dixistis enim, ipsa Domini voce testatum illud esse: *Sensus & cogitatio hominis, in malum prona est ab adolescentia sua*: *Gen. 8. 21.* non intelligentes, cum dixit, *ab adolescentia*, illud quod ab inimico insitum & lethale est indicasse. Ideoque juravit Dominus David veritatem, de fructu ventris ejus se Christum secundum carnem excitaturum: *Psalm. 131. 11.* non qui ex Divinitatis mutatione homo specie tenus videndus esset: (alioquin quid opus fuisset ut juraret Dominus David;) sed qui formam servi assumturus esset, ex Virgine nasci, ac ætatis staturęque augmentum nostro more accipere dignaretur, ut ait Apostolus: *Quia ergo pueri communicaverunt carni & sanguini; & ipse * similiter participavit eisdem; similiter* quidem, quia non ex semine, sed ex Spiritu; *eisdem* vero, quia non aliis participavit, sed ex semine David & Abrahæ & Adæ prodiit, ut scriptum est. *Hebr. 2. 14.*

* παραπλησίως, hic non *similiter*, omnino, sed proxime ad similitudinem significat.

9. Cur itaque sacras Scripturas, apertamque veritatem prætermittentes, dicitis, Si non ex se ipse vir apparuit, sed humanam assumendo substantiam, homo factus est; ergo viro conjunctus est, eritque Dominus gloriæ qui crucifixus est, homo? Si igitur audieritis Petrum dicentem: *Hunc, Christum, & Dominum fecit Deus, Jesum, quem vos crucifixistis*, *Act. 2. 36.* quidnam actum intelligetis? si Verbi Deitatem, ecquid adbuc Arianos reprehenditis, cum eadem quæ illi sentiatis? Si vero eam quæ in Verbo est servi formam, cur adhuc vobiscum pugnatis? Verum nequaquam ita creditis, nam iterum instatis, Si natura quæ peccavit, in Deo exsistens, peccatum non fecerit, vi ergo detinetur, quod autem vi detinetur, in statu est violento. At dicite, Si, non peccare, ex necessitate sit;

peccare secundum naturam erit: & si ita se res habet, concedatis oportet naturæ creatorem, peccati esse opificem. Quod si blasphemum illud est, & si necesse est ex accidenti peccatum esse; liquidum est, non peccare, secundum naturam fuisse: * atque adeo forma servi, quæ in Verbi Deitate apparuit, non vi adacta, sed suapte natura & virtute, se peccati expertem exhibet, postquam necessitatis conditionem, & peccati legem dissolvit, & captivitatis Tyrannum in captivitatem adduxit, ut ait Propheta: *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem.* (Psalm. 67. 19.) Nam cum formam servi inimico Verbum objecerit, per eum qui olim victus fuerat, victoriam consequutus est. Quocirca per omne tentationis genus pertransivit Jesus, quia omnia sumsit, in quæ tentationis experimentum cadere possit, quibus victoriam pro hominibus reportavit, dicitque: *Confidite, ego vici mundum.* (Joan. 16. 33.) Neque enim contra Deitatem, quam in illo non norat, bellum suscepit diabolus, nequaquam enim id ausus esset: ideoque ajebat: *Si Filius Dei es*; (Matth. 4. 3.) sed contra hominem, quem olim in errorem deducere valuit, ex quo in omnes homines malitiæ suæ efficaciam propagavit. Cum autem Adæ anima in mortis condemnatione detineretur, ac perpetuo ad Dominum suum clamaret: item cum ii qui Deo placuerant, & qui in lege naturali justitiam assequuti fuerant, una cum Adamo detinerentur, ac simul cum illo lugerent clamarentque, Dominus, quem condiderat hominem miseratus, voluit per mysterium quod manifestavit, novam salutem humano generi conciliare, inimicumque qui per invidiam hominem deceperat profligare: exaltationem autem hominis, unione illa & communicatione cum Altissimo (natura & rei veritate) majorem quam quæ intelligi possit exhibere dignatus est.

10. Propterea venit Verbum quod Deus erat, & primi hominis creator, ut homo fieret, quo homo quidem reviviisceret, iniquus autem hostis profligaretur: quod natum ex muliere, ex prima efformatione formam hominis in seipso restituit, carnem vero suam absque carnalibus cupiditatibus, & absque humanis cogitationibus, in imagine novitatis exhibuit. Voluntas enim ** solius Divinitatis erat: siquidē natura tota Verbi aderat, sub specimine humanæ formæ, necnon visibilis, secundi Adam carnis: non in divisione personarum, sed in exsistentia divinitatis & humanitatis. Quapropter diabolus ad Jesum ut ad hominem accedebat: sed cum in eo antiqui superinducti seminis vestigia non reperiret, neque ullum in præsenti tentatione progressum, superatus cum pudore cessit, debilitatusque ait: *Quis est iste qui venit de Edom*, (Esai. 63. 1.) hoc est, ex terra hominum, *incedens violenter cum fortitudine?* Idcirco ajebat Dominus: *Venit Princeps mundi hujus, & in me nihil invenit.* (Joan. 14. 30.) Quamquam & animam & corpus, totumque primum Adamum, didicimus secundum Adamum habuisse. Nam si illud, *nihil*, de substantia hominis diceretur, quomodo visibile corpus invenit ejus qui dixerat, *nihil?* Sed nihil invenit in illo diabolus, ex iis quæ in primo homine operatus ipse fuerat: atque ita destructum est in Christo peccatum, quamobrem Scriptura testatur: *Qui peccatum non fecit, nec est inventus dolus in ore ejus.* (1. Petr. 2. 22.)

11. Cur itaque dicitis: Impossibile est hominem a captivitate liberum esse, qui semel in captivitatem actus sit? ut impotentiam quidem Deo, potentiam vero diabolo adtribuatis, dum dicitis peccatum ab ipso inductum, nunquam in hominum natura destrui posse, (ut & ceteri ajunt hæretici) ac ea de causa venisse divinitatem, quæ captiva nunquam fuerat, in similitudine carnis & animæ; ut ipsa captivitate libera semper maneret, & sic justitia pura appareret. Quandonam igitur divinitatis justitia pura non fuit? Et quodnam in istis erga homines beneficium, nisi cum eadem exsistentia, & in naturæ novitate apparuisset Dominus, ut ait Apostolus: *Quam innovavit nobis viam novam, & viventem*: (Hebr. 10. 20.) dicens: *Ego sum via, veritas, & vita.* (Joan. 14. 6.) Sed dicitis, similitudine & imitatione salutem consequi eos qui credunt; non renovatione, ac ipsis primitiis. Quo pacto ergo primogenitus in multis fratribus & primitiæ dormientium Christus esse potuit, *qui est caput corporis Ecclesiæ?* (Colos. 1. 18.) Neque enim fides evidenter apparens, fides dici potuerit: verum fides est quæ quod impossibile est in potentia, quod infirmum in virtute, quod passibile in impassibilitate, quod corruptibile in incorruptione, quod mortale in immortalitate esse credit. *Mysterium hoc magnum est*, ut ait Apostolus, *ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* (Ephes. 5. 32.) Non enim venit divinitas, ut sese justificaret, neque enim peccavit: *Sed egenus factus est, cum dives esset, ut nos illius inopia divites essemus.* (2. Cor. 8. 9.) Quomodo autem egenus factus est Deus? Quia egenam naturam in seipso assumsit; eamque, dum ipsa in justitia degeret, pro hominibus, suppliciis objecit, quæ hominibus superior, ex hominibus apparuerat, Deique tota facta fuerat. Si enim primogenitus factus non esset in multis fratribus, quomodonam primogenitus ex mortuis visus esset? Cur itaque dicitis, Deus qui per carnem passus est, & resurrexit? O absurditatem & blasphemiam! Tales sunt Arianorum ausus. Illi enim ejusmodi blasphemiam impudenter proferunt, qui Dei Filium simulate Deum nuncupare didicerunt: docente licet Scriptura, per Deum in carne ejus passionem contigisse, neque tamen Deum in carne passum esse.

12. Qui igitur consubstantialitatis confessionem vos profiteri prius declarastis, quomodo indivisum nomen ad passionem trahitis? eademque opera, indivisibilem naturam, ineffabilem Deitatem, immutabilem & invariabilem consubstantialitatem, ad passionem deducitis & resurrexisse confitemini? Si enim Verbum, cum carnem ex seipso transmutasset, ad passionem usque perrexit, cum nihil passibile, aut resurrectionis capax in se assumsisset; ipsum certe Verbum fuerit quod passum est, & ex mortuis resurrexit: eritque juxta Valentinum passio Trinitati communis, quandoquidem Verbum, secundum divinam naturam a Patre non est distinctum. Quod si hæc ita intelligere in animum inducitis, quænam illa, quæso, Prophetarum promissio, aut Euangelistarum generis descriptio, & Apostolorum testificatio? cur Maria mater istic adhibita? quorsum illud ætatis staturæque augmentum? aut comestionis specimen? aut illa in omnibus commiserationis exhibitio, vel nominis impositio? aut quorsum illud: Filius Dei filius hominis factus est? vel illud: *Homo Christus Jesus, qui dedit seipsum redemtionem pro nobis?* (1. Tim. 2. 5.) illudve: *Oportet filium hominis multum pati, & interfici, & tertia die ex mortuis resurgere?* (Luc. 24. 26. & alibi.) Quod si Christum quatenus homo est, passibilem; quatenus vero Deus est, impassibilem non creditis: sed ad angustias redacti cogitatis: Si confiteamini Christum Deum & hominem esse; non unum, sed duos vos dicere: necesse igitur est vos, aut passionis, mortis & resurrectionis œconomiam, meram speciem adfirmare, juxta Marcionem & alios hęreticos; aut divinitatem, passibilem, secundum Arium ejusque sequaces nominare.

13. Si

* Hæc in Synodo VI. Act. 8.

** Athanasii sententia est, voluntatem in Christo ita solius divinitatis esse, ut ex divini Verbi voluntate, omnes in Christo cogitationes, actusque prodirent; ita ut nulla in eo carnalis cupiditas, nulla humana cogitatio, vitiosa scilicet, orietur. Nec humanam tamen inesse Christo voluntatem negat, quam diserte superius pag. 344. admittit S. Doctor.

13. Si enim divinas Scripturas legendo enimadvertiſtis in Lege & Prophetis, in Euangeliis quoque & Apoſtolorum libris, ubique Dominus primum homo prædicatur, ac deinde paſſio enarratur: ut ne blaſphemiæ verba contra divinitatem unquam proferantur. Quapropter neque generationem deitatis Verbi enarrarunt; ſed Patrem confitentur, & Filium prædicant: ex Maria autem, Dominum filium David, & Joſeph ſecundum carnem ortum referunt, qui ſervi formam aſſumſit, ut humanitas ejus ex hominibus eſſe crederetur, & ex Petre ſuo Deo Verbum Deus agnoſceretur, qui pro hominibus cruciatus toleraret, per formam paſſibilem quam ex hominibus acceperat: in patiente corpore impaſſibilitatem oſtenderet: in moriente immortalitatem: & in ſepulto incorruptibilitatem: in tenteto victoriem: & in veteraſcente novitatem. Quia vetus noſter homo cum illo crucifixus eſt 1 In hoc enim ſita eſt gratia. Deitas autem nec ebſque corpore patiente paſſinnem unquam admittit, nec abſque anima dolente & perturbata, perturbationem & dolorem exhibet: neque abſque mente anxia & nrante, anxia eſt aut nrat. Enimvero licet quæ dicte ſunt non naturæ defectu contigerint: attamen ad exſiſtentiæ indicium, hæc ita gerebantur. Cur ergo ſcripſiſtis, Deum eſſe quì in carne paſſus eſt & reſurrexit? ſi enim Deus ſit qui per carnem paſſus ſit ac reſurrexerit, paſſibilem ergo dicitis & Patrem & Paracletum, cum unum ſit nomen, & una divina nature.

14. Ex hac autem ſententie, mentem veſtram agnoſcere licet, quæ ſene non eſt timentium Deum, neque divinis Scripturis nbtemperantium: Moyſe quidem de Deo ſcribente: *Deus noſter ignis conſumens eſt*: [Deut. 4. 24.] de carnali autem ejus adventu: Prophetam ait ex fra- [Deut. 18. 18.] tribus veſtris a Domino excitandum: & vitam in li- [Deut. 28. 66.] gno ſuſpenſem, quaſi corpus Domini ad vitam nobis detum ſit. Et Eſaias de Deo quidem clamet dicens: *Deus magnus, æternus, qui conſtruxit ſummitates terræ,* [Eſai. 40. 28.] *non eſuriet, neque fatigabitur*, &c. de paſſione autem: *Homo qui in plagis eſt, & ſciens tolerare infirmitatem.* [Eſai. 53. 3.] Quid ſibi vult illud: *Sciens tolerare infirmitatem?* id eſt, ex eo qui paſſus eſt, paſſibilitas commonſtratur. Propterea enim ait: *Scribe ſtylo hominis*, in novo co- [Eſai. 8. 1.] dice, & non carnis forma carentis. Et Apoſtolis dicit: *Homo Chriſtus Jeſus qui dedit ſemetipſum pro no-* [1. Tim. 2. 5.] *bis*. Ideoque ei qui ex ſemine David nrtum duxit reſurrectionem adjicit: *ſecundum carnem* loquendo: de divinitate autem ejus: *Vivum eſt enim ait Verbum Dei,* [Hebr. 4. 12.] *& efficax, & penetrabilius omni gladie ancipiti*. Quin & Dominus paſſionem in filio hominis ſtatuit, quod ſecundum carnem agi indicat: de divinitate autem ſua dicit: *Ego & Pater unum ſumus*, &, [Joan. 10. 30.] *Nemo novit Filium quis ſit, niſi ſolus Pater*. [Matth. 11. 27.] Nuſquam eutem ſanguinem Dei abſque carne tradiderunt Scripturæ, vel Deum per carnem paſſum eſſe & reſurrexiſſe. Arisnorum ſunt hujuſmodi euſus, quandoquidem neque verum Deum Filium Dei eſſe confitentur. Sacræ vero Scripturæ in carne Dei & carnis Dei hominis facti, ſenguinem & paſſionem eſſe prædicant, necnon reſurrectionem corporis Dei, nempe reſurrectionem ex mortuis factam. Vos vero nppoſitum dicitis, quaſi ſapientiores Apoſtolis, in myſteriis doctiores Prophetis, præſtantiores Euangeliſtis, ipſoque Domino euctoritate graviores: ementitaque illa verborum ſpecie, abnegatis quidem veritatem, contra deitatis vero œconomiam loquimini, quæ in Cruce ipſa [Filius Dei dum moritur, nec animam, nec corpus deſerit.] liquido epparet: cum in effuſione quidem ſenguinis carnem edeſſe confirmetur: cumque vox edita, & anima indicata, non deitetis ſeparationem manifeſtet; ſed corporis mortem ſignificet: cum deitas neque corpus in ſepulcro deſereret, neque eb anima in inſeris ſepararetur. Illud enim eſt quod dictum eſt per Prophetas: *Non derelinques animam* [Pſal. 15. 10.] *meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*. Ideo & Dominus ejebat: *Nemo tollit* [Joan. 10. 18.] *eam a me, ſed ego pono eam a meipſo*; id eſt, præſens illud declaro.

15. Idcirco in anima quidem Chriſti mortis imperium deſtructum, reſurrectio facta ex inferno, & animabus prædicatum eſt; in corpore autem Chriſti, corruptio abolite eſt, & incorruptin ex ipſa ſepulcrò emicuit. Itaque, nec homo a Deo ſegregebatur, nec Deus homini, ſe eum deſerturum annunciebat, neque obitus, ſpirituſque diſceſſio, tranſitus erat Dei e corpore; ſed animæ a corpore ſeparetio: noſtra enim ibi mors deſcripta fuit. Quod ſi Deus a corpore ſeparatus eſt, eoque modo mors contigit, quomodo corpus eb incorruptibili Deo ſegregetum, incorruptibile epparuit? quomodo etiam Verbum, deſcenſum ſuum ad inferos peregit? eut quo pacto ab inferis reſurrectionem exhibuit? Numquid ipſe vice animæ noſtræ reſurrexit, ut noſtræ reſurrectionis imaginem concinnaret? At qui fieri poteſt, nt talia de Deo cogitemus? Veſtra igitur definitio e ſacris Scripturis aliena eſt: veſtraque ſententia cum peracta in Chriſto œconomia non conſentit. Et illud: *Sede a dextris meis*, non hominis di- [Pſalm. 109. 2.] gnitas eſt, ſed Dei. At quandoquidem Dei dignitas, hominis dignitas facta eſt; ut hominis dignitas Dei dignitas crederetur, dictum eſt: *Sede a dextris meis*, & *Glorifica me, Pater, æterna gloria*. Nec hoc dicit, quod [Pſalm 109. 1. Joan. 17. 5.] gloria privetus ſit; ſed quod in inglorio corpore degeret; ut palam faceret non ſeparatum e divine gloria eſſe ſervi formam, ſed eamdem gloriam præ ſe ferre. Quepropter ait: *Et glorificavi, & rurſum glorificabo*. [Joan. 12. 28.] Sicque unam eamdemque, & ante corpus aſſumtum, & in corpore gloriam fuiſſe oſtendit ut ait Apoſtolus: *Tanto melior Angelis effectus, quanto excellentius præ* [Hebr. 1. 6.] *illis nomen hæreditavit. Cui enim dixit aliquando Angelorum, Sede a dextris meis?* Nec ſane Angelorum opiſex Verbum, melius factum eſt, quaſi inferius ante fuiſſet: ſed in ſe ortam ſervi formam Angelis, ſeu potius, omni creatura præſtantiorem exhibuit: quandoquidem cum imago eſſet Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ factum eſt, ut ſcriptum eſt in Euangeliis: *Donec peperit Filium ſuum* [Matth. 1. 25.] *primogenitum*. Ideo in ipſo creata ſunt omnia, in ipſo paſſio locum habuit: ipſeque eſt qui e paſſione & morte liberat. Omnie per ipſum facte ſunt, & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt Primogenitus ex mortuis, *ut ſit in omnibus*, inquit, *ipſe primatum tenens*. [Coloſſ. 1. 18.]

16. Cur iteque rationalium naturarum Creatorem Verbum, dicitis cernem ſibi ipſi commiſcuiſſe, & rationalem hominem ſectum eſſe? & quomodo immutabile & inveriabile manens, homo factum eſt, ſi rationalem ſervi formam non concinnaverit, ut & Verbum immutabile eſſet manens quod erat, & rationalis homo in terra videretur, licet tamen Deus eſſet? Nam cæleſtis homo erat Dominus, non quod carnem ex cælo ſumtam exhibuerit, ſed quod eam, quam ex terra ſumſit, cæleſtem conſtituerit. Idcirco qualis eſt cæleſtis ille, tales & cæleſtes illi qui per ſanctitatis ejus participationem cæleſtes facti ſunt. Quocirca ipſi quæ corporea ſunt propria fuere; ſed rurſum objicitis: quomodo Dominum gloriæ crucifixerunt, quin tamen ſecundum vos Verbum crucifixerint? Abſit ut hoc dicamus; ſed Verbum ignominia affecerunt, dum corpus Verbi cruci effixere. Nem Deus quidem eſt qui ignominia affectus eſt: paſſio autem, & mors, ac reſurrectio, tum carnis tum animæ Dei fuit. Propterea Judæis Dominus eit: *Solvite templum hoc, & in tribus* [Joan. 2. 19.] *diebus excitabo illud*, ut ait Propheta: *Pro quibus tra-* [Eſai. 53. 12.]

dita

dita est in mortem anima ejus, sed non ipsum Verbum. 1. Joan. 3. 16. Joannes autem ait: *Ille animam suam pro nobis posuit*. Quomodo igitur potuerunt Judæi, templum Dei solvere; & indissolubilem carnis cum Verbo conjunctionem dirimere, si, ut vos dicitis, corporis mors tali modo contigit. Neque enim occisum est corpus, si a nullo separatum est. Si enim dissolutio facta non est, neque mors contigit: si mors non fuit, neque resurrectio fuit. Concedite igitur dissolutionem, & separationem a corpore factam esse, ut sctiptum est in Luc. 23. 46. Joan. 19 30. Euangeliis: *Exspiravit*: &, *inclinate capite tradidit spiritum*, ut sciamus qualem spiritum existimatis a corpore excessisse, sicque mortem obvenisse. Dixistis enim, Cum carnem non subsistentem sibi commiscuisset Verbum, vere rationalem & perfectum hominem exhibuisse. Si igitur Verbum excessit a corpore, atque ita mors obvenit, adversus Deum Judæi invaluerunt, cum indissolubilem commixtionem solverint. Nec igitur mors nostra illic locum habuit; si ex Dei separatione corporis exstinctio obtigerit. Quomodo autem corpus ab incorruptibili Deo separatum in incorruptibilitate remanere potuit? Eo autem modo vulneratio quidem corporis, passio autem Verbi fuerit. Eadem enim de causa & Deum passum esse, ex consequenti loquentes, asseveratis, quin & cum Arianis idipsum docentibus consentitis. Verbum autem, ut vestra fert opinio, ex resurrectione excitatum fuerit. Necesse est enim ipsnm, aliquod resurrectionis ab infetis initium accepisse, ut perfecta foret resurrectio, & mortis solutio: spirituumque qui ibi detenti erant dimissio.

17. Quod si hæc ipsa Verbum sustinuit, ubinam, quæso, Verbi immutabilitas, & invariabilitas? Et quomodo Verbum palam in inferno visum, in morte sua homo reputatum est? Cur Judæis dicebat Dominus: *Ego* Joan. 6. 40. *suscitabo eum*, & non: Ego ex inferno resurgo? Si enim Verbum postquam mortuum est, suscitante se a morte opus habuit; non Verbi victoria erit, sed ejus qui ipsum suscitavit. Cur autem per Prophetas illud de anima ejus prænunciatum est? Cur ipse Dominus cum Joan. 10. 15. jam præsens, promissum impleret, ajebat: *Animam meam pono pro ovibus meis?* quam animam spiritum esse sacræ Sctipturæ aperte docent: & Dominus ipse qui dixit: corpus quidem ab hominibus occidi, qui animam tamen non possunt occidere, quippe quæ spiritus sit. Hoc ipso Spiritu turbatus est Jesus: hujus Spiritus discessio a corpore in Cruce facta est. Et sic exstinctum est corpus, atque ita contigit dissolutio: Deo Verbo immutato remanente, tam in corpore, quam in anima, atque in seipso, qui in sinu Patris exsistebat, ad specimen immutabilitatis. Et in sua ad nostri similitudinem forma, nostram illic desctipsit mortem; ut in illa resurrectionem pro nobis concinnaret: ex inferno quidem animam, ex sepulcro autem corpus reducens: ut in morte per exhibitionem animæ mortem destrueret: in sepulcro per sepulturam corporis corruptionem aboleret; sicque ex ioferno & ex sepulcro, immortalitatem & incorruptibilitatem exhiberet, cum in forma nobis consimili nostram viam emensus esset, nostramque detentionem solvisset. Quod sane admiratione dignum exstitit: nam in hoc gratia sita fuit. Vos vero dum carnem solam confitemini, neque peccati damnationem, neque mortis dissolutionem, n que resurrectionis consummationem, neque Verbi immutabilitatem demonstrare valetis; eo quod extra sacras Scripturas evagamini, ea loquentes quæ Ariani cavillantur: cum tamen de anima aperte in sacris Scripturis sermo habeatur: & œconomia consummata sit, exhibitis omnibus consummationis indiciis.

18. Porro hæreticorum alii, eum qui visus est confitentes, ejus divinitati non credunt: alii vero qui Deum confitentur, carnis ejus generationem negant: alii qui carnem cum divinitate confitentur, negant animam ejus exstitisse, similesque furiosis Arianis evadunt, qui connectunt tortuosas & obliquas propositiones, ut de illis quæstiones agitando simpliciores in dubitationem injiciant, dum ipsi interim in fide hæsitant. Itidem & ipsi ita loqui didicere: Ecquisnam ille qui natus est ex Maria? Deusne, an homo? ut si quidem dixeris homo; ejus divinitati fidem non habeat, in hoc consentientes hæreticis, qui eidem fidem non habuere: quod si dixeris, Deus, ejus carnis generationem neget, & cum hæreticis qui illam negant abducatur. Hinc rursum: Quis est qui passus est? quisnam crucifixus est? Deusne, an homo? ut si quidem dicas, Deus, blasphemum quid proferat ex sententia impiorum Arianorum; sin autem dicas, Homo, ex Judaica sententia loquatur. Ea de causa sanctæ Scripturæ, Verbum ineffabiliter ex Patre Deum esse, & ipsum extremis temporibus ex Virgine hominem genitum esse prædicant: ut neque Deus non crederetur, neque carnis generatio negaretur. Ubi autem est carnis nomen, ibidem totius adest compositi compago, excepto peccato. Et ad nomen quidem hominis, passionem applicant, nec ultra progrediuntur, ut ubique scriptum est in sacris Litteris. De divinitate autem Verbi, immutabilitatem & ineffabilitatem confitentur. Ideoque de Verbo quidem ut de Deo loquuntur: ejusdem vero ut hominis generationem enarrant; ut idem ipse naturaliter & vere utrumque sit, Deus quidem quoad æternitatem Deitatis & rerum creationem: homo autem, quoad generationem ex muliere, & incrementum staturæ atque ætatis. Deus quoque pro beneficiis vitam ttibuentibus, & potens in miraculis perpetrandis: homo vero, quoad passiones nostrum similis, & quoad nostras infirmitates. Ac Deus item est Verbum, si spectetur quidem immortalitas, incorruptibilitas & immutabilitas: & homo si consideretur in cruce suspensio & sanguinis effluxus, ac corporis sepultura, necnon descensus ad inferos, atque resurrectio a mortuis. Sic Christus ex mortuis excitatus est, & Deus cum sit mortuos excitat.

19. Vani igitur sunt, qui aut divinitati ejus passionem adscribunt, aut humanitati ejus fidem non habent, aut qui unum duos esse dicunt: sive qui carnis ejus dimensionem facere conantur: & qui quantum & quomodo, præter Scripturarum auctoritatem proferre audent. Hujusmodi enim opinionibus hæreticorum mens prolapsa est: Marcione propter immoderatam blasphemiam a veritate declinante: Manichæo, ob peccati opinionem seducto: Valentino, a scientia, uti causabatur, seducto: Paulo Samosatensi, cum eo qui Photinus vocatur, ac eorum sequacibus, ob incredulitatem a Deitate deficientibus: Ario, pro furore suo blasphemante. Vos autem similibus usi cavillationibus, quæ scripta non sunt loquimini, eoque modo imbecillos evertitis. Sufficit enim iis quæ scripta & gesta sunt credere, ut ait Paulus: *Pro similitudine per omnia, absque peccato*. Hebr. 4. 15. Petrus autem: *Christo igitur pro nobis passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini*, 1. Petr. 4. 1. & ne ulterius inquirentes, veritatem respuatis.

IN DUAS SEQUENTES EPISTOLAS

MONITUM.

EODEM ferme tempore; id est, vel sub finem anni 371. vel ineunte 372. scriptas arbitramur epistolas ad Joannem & Antiochum & ad Palladium: hac, ut augurari licet, occasione. Basilius, ut conditioni temporum sese accommodaret, etsi Spiritui sancto ea omnia quæ Deo convenire possunt adscriberet, a Dei tamen nomine abstinebat, ne auditoribus adpellationis ejus insuetis offensioni foret. Id cum ægre ferrent Monachi nonnulli, S. Doctorem eo nomine ubique traducebant, quorum in prima epistola audaciam gravissime retundit Athanasius. In secunda vero Palladium monet, ut Monachis qui ea, quam supra diximus, de causa cum Basilio disceptabant, reconciliandæ pacis auctor esset: testaturque se admodum probare piam illam Basilii simulationem, qui pro infirmorum utilitate, infirmus & ipse efficeretur: memorat item epistolam ad ipsos a se scriptam Monachos, quæ jam temporum injuria nusquam exstat. Porro qui sint Joannes & Antiochus, Palladius item, Innocentius & Dianius hic memorati, in Vita Athanasii, ut facultas fert, eruitur.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

EPISTOLA AD JOANNEM
& Antiochum Presbyteros.

Athanasius Joanni & Antiocho, dilectis filiis, & compresbyteris in Domino, salutem.

MISSAM etiam nunc a vobis epistolam lætus accepi, maxime quia Hierosolymis scripsistis, & gratiam habeo, quod de fratribus istic congregatis certiorem me fecistis, necnon de iis qui quæstionum movendarum obtentu, simpliciores turbare
Act. 17. 21. nituntur. Sed de iis præcipiat Apostolus: Non attendendum contentiosis, nec iis qui nihil aliud quærunt, quam novi quidpiam vel dicere vel audire. Vos autem qui firmum habetis fundamentum, quod est Christus Dominus noster, a Patribusque veritatis confessionem accepistis; aversamini eos qui plus minusve A quam illa habeat loqui voluerint: & majore opera fratrum utilitatem curate; ut Deum illi timeant, præcepta custodiant; ut cum ex doctrina Patrum, tum ex observatione præceptorum, grati Domino in die judicii se sistere possint. Valde autem miror audaciam eorum, qui nihil reformidant obtrectare dilecto & vere Dei famulo Basilio Episcopo. Ex hujusmodi enim futili loquacitate deprehendi poterit, eos ne Patrum quidem confessionem diligere. Salutate fratres. Salutant vos qui mecum sunt. Opto vos valere in Domino, dilecti optatissimique filii.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

EPISTOLA
ad Palladium Presbyterum.

Dilecto filio Palladio Presbytero, Athanasius Episcopus, in Domino salutem.

EPISTOLAM quoque a te uno scriptam libentissime accepi, potissimum quia solito more rectam spiras fidem. Quid causæ sit autem quod cum dilecto nostro Innocentio degas, non nunc primum, sed jamdiu didici, pietatemque probavi tuam. Cum igitur hoc instituto utaris, rescribe, nobisque significa, quid fratres qui istic versantur, quid veritatis inimici de nobis cogitent. Quod autem de Cæsariensibus Monachis significasti, idipsum a dilecto nostro Dianio accepi: infensos scilicet ipsos esse atque obsistere dilecto nobis Basilio Episcopo. Tibi certe qui rem indicasti gratiam habeo; illis vero, quæ decuit, scripsi; ut velut filii patri obsequantur, nec repugnent iis quæ approbat ille. Nam si circa veritatem suspectus ille esset, recte pugnarent; sin confidunt, ut nos confidimus, esse illum A Ecclesiæ gloriam, qui etiam pro veritate dimicat, docetque illos qui doctrina indigent; cum ejusmodi sane homine nefas est pugnare; immo probæ suæ conscientiæ causa acceptissimus esse debet. Sane ex iis quę narravit dilectus Dianius, nulla de causa videntur indignari. Ille namque, ut existimo, infirmis infirmus efficitur, ut infirmos lucretur: dilecti vero nostri conspi- 1. Cor. 9. 22.
cientes ejus ad veritatem scopum, atque œconomiam, referant Domino gloriam, qui Cappadociæ Episcopum dedit hujusmodi, qualem sane nulla non regio sibi peroptat. Tu itaque, dilecte, id illis, quæso, renuntia; ut, quemadmodum scripsi, morem illi B gerant. Illud enim eos erga patrem suum benevolos efficiet, pacemque Ecclesiarum servabit. Opto te in Domino valere, dilecte fili.

IN TRES

SUBSEQUENTES EPISTOLAS ADMONITIO.

I. PRÆTER ea quæ in Præfatione generali his de epistolis annotavimus, eruditum Lectorem monitum volumus, nobis nullam hic fuisse temporis rationem, atque ideo ad calcem illas transmisisse, ut quo ordine in Canonum collectionibus extant, eodem hic locarentur: in solis quippe Canonum codicibus comparent illæ, haud secus quam hoc in tomo ordinatæ. Editæque sunt apud Theodorum Balsamonem, cum Scholiis ejusdem Balsamonis. Cusæ item sunt in Collectione Canonum Oxoniensi Tom. 2. p. 36. cum Scholiis Zonaræ & Balsamonis. De singulis quædam hic agenda.

II. EPISTOLA AD AMUNEM, nihil habet quod Athanasium auctorem non præferat, id stylus suadet, necnon orationis argumentorumque ἰσχὺς, nomen denique Amunis Monachi Athanasio notissimi, de quo supra p. 322. Quæstionis autem cujusdam apud Monachos excitatæ occasione data hæc epistola est. Nonnulli quippe erant, qui nocturnas illusiones, animi corporisque puritatem temerare contenderent, qua de re ab Amune Monachorum Patre rogatus Athanasius, validis ille pugnat argumentis, non plus peccati huic inesse rei, dum absit propositum, quam egerendis quibuslibet corporis excrementis. Porro cum Amun ante Antonium vita functus sit; ut p. 322. dicitur, obieritque Antonius ineunte anno 356. necesse est ante annum illum datam Epistolam fuisse, sed quo revera, conjectare nequimus.

III. EPISTOLA FESTALIS, initio mutila, ut cuique palam est, ex numero esse videtur epistolarum Athanasii Festalium ab Hieronymo memoratarum, lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, in qua tamen nonnulla forte occurrat adversa suspicio. Nam dum Canonicos recenset libros Athanasius, minime adfert varias de auctoritate quorumdam Scripturæ librorum, sententias: plurimi namque illo ævo postremas duas Joannis epistolas in controversiam vocabant, necnon alias quasdam, maximeque omnium Apocalypsin Joannis: qua de re legendus Eusebius l. 3. Eccles. Hist. p. 97. & Gregor. Nazianz. Carm. p. 98. & 194. Verum nostro quidem judicio, nihil est ut ea de causa hæreamus. Nam potuit Athanasius suam vérioremque sententiam populis aperire, quin varias ea de re disceptationes vulgi captum superantes in medium adferret. Quare Athanasii verum esse fœtum arbitramur.

IV. IN EPISTOLA AD RUFINIANUM nihil non occurrit Athanasianum, nec quidquam controversiæ de illa ortum fuit uspiam. Scripsit autem illam, ut Rufiniano responderet, quærenti qua conditione admittendi hæretici sunt, cum ad sanam regrediuntur fidem. Ad hæc ait Athanasius, iis qui revertuntur, si hæresi, sua sponte, patrocinati fuerint, condonandum quidem, sed in clerum ipsos minime admittendos oportere; sin vi coacti cum hæreticis consenserint, non loco ipsos nec gradu movendos esse. Memoratque carptim Synodum Alexandriæ habitam anno 362. quam diu ante celebratam innuit: ex quo videtur postremis Athanasii vitæ annis data hæc epistola. Porro eadem ferme de lapsis ad Basilium scripsit Athanasius, quæ ad Rufinianum, ut videre est in epistola Basilii 75.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ,

EPISTOLA AD AMUNEM.

Monachum.

OPIFICIA Dei omnia bona puraque sunt; in- A utile quippe nihil aut impurum Dei Verbum condidit. Nam, *Christi bonus odor sumus in iis qui salvi fiunt*, ut ait Apostolus. (2. Cor. 2. 15.) Cum autem varia callidaque sint diaboli tela, qui id curat, ut simpliciores animo in perturbationem conjiciat, fratresque a consuetis exercitiis deterreat, dum impuras inserit obscœnasque cogitationes: Age, paucis maligni fraudes, per Salvatoris nostri gratiam, depellamus, simpliciorumque mentem confirmemus. (Rom. 14. 20.) *Omnia* quidem *munda mundis*: sed impurorum, tum conscientia, tum cetera omnia immunda sunt. Miror autem diaboli vafritiem, qui tametsi corruptio luesque est, cogitationes suggerit specie quidem puritate plenas. Quod agit ille insidiarum potius causa, quam experimenti. Quo enim, ut supra dixi, Ascetas a consueta & salutari meditatione avertat, atque hac in re superior evadat, hujusmodi quædam insusurrat, quæ nihil vitæ commodi adferunt: sed vanas quæstiones & nugas, a nobis sane repudiandas. Quid enim, quæso, dilecte ac piissime, peccati aut impuri naturali inest excremento? Ecquis vitio vertere velit mucorem e naribus ejectum, vel sputa ore emissa, quibus plurima possemus addere, ventris nimirum excrementa, quæ animali ad vitam necessaria sunt? Ad hæc, si hominem esse manuum Dei opus secundum Scripturas credimus, quomodo ex pura potentia opus contaminatum prodire valuit? Et si, ut in Actibus (Act. 17. 28.) Apostolorum legitur, genus Dei sumus, nihil sane B in nobis impurum habemus. Tunc enim solum inquinamur, cum pessimi odoris opus, peccatum scilicet, operamur. At cum præter voluntatem naturale quodpiam excrementum emittitur, tunc naturæ necessitate, ut supra diximus, hæc cum ceteris toleramus. Sed quia ii, quibus una probe dictis, immo a Deo gestis rebus repugnandi inest cura, dictum

illud

Matth. 15. 20. illud euangelicum detorquent: Non quæ ingrediuntur, sed quæ egrediuntur coinquinant hominem; hanc eorum insaniam, ne dicam quæstionem, confutemus. Primum enim Scripturas pro sua ignorantia, (2. Petr. 3. 19.) instabiles sane homines, depravant. Porro divinum oraculum sic habet: cum quidam enim, quemadmodum isti, de cibis ambigerent, ipse Dominus, ut eorum levaret ignorantiam, dolumque cunctis retegeret, ait, Non ea quæ ingrediuntur hominem coinquinare, sed quæ egrediuntur. Addit post hæc, & undenam egrediuntur: ex corde. Quod probe nosset illic prophanarum cogitationum, aliorumque scelerum malos inesse thesauros. Brevius autem Apostolus idipsum docuit hisce verbis: (1. Cor. 8. 8.) *Esca non nos commendat Deo*. Jam aliquis opportune dixerit: Naturale excrementum nulli nos supplicio addicit. Et fortasse ipsi medici (ut hinc homines illi vel ab extraneis pudore afficiantur) nobiscum defendent, animali datos esse quosdam necessarios meatus, ad humores qui in singulis habentur membris nostris egerendos: qualia sunt capitis excrementa, pili, aquositates quæ ex capite emittuntur: ventris item secessus, illaque spermaticorum meatuum superfluitas. Ecquodnam hac in re peccatum in Deum, Senex religiosissime, cum ipse Dominus qui animal condidit, id curarit effeceritque, ut hæc membra essent ejusmodi meatibus instructa? Ceterum quia prævertenda sunt improborum argumenta: fortasse enim dixerint: Ergo nec verus eorum usus est peccatum, si quidem organa a conditore facta sunt. Ita loquentibus illis hac interrogatione silentium imponamus: Quem dicis usum, legitimumne, quem Deus his permisit verbis: (Genes. 1. 28.) *Crescite & multiplicamini & replete terram*: quem & ipse probavit Apostolus, cum dixit: (Hebr. 13. 4.) *Honorabile connubium & thorus immaculatus*; an publicum illum qui clanculum & libidinose exercetur? Nam in ceteris quoque, per hanc vitam agi solitis, quædam occurrunt agendi discrimina: quale occidere non licet; at in bello adversarios interficere, & legitimum & laude dignum est. Sic magnis donantur præmiis qui se in bello strenue gerunt, cippique eriguntur quæ præclara eorum celebrent facinora. Itaque idipsum quodam modo, & quodam tempore non licet: quadam autem ratione & opportunitate permittitur conceditur que. Eadem igitur est de coitu ratio: Beatus qui in juventute libero junctus matrimonio, natura ad liberorum procreationem usus est: quod si ad libidinem; fornicatores & mœchos, quod apud Apostolum memoratur, supplicium excipiet. Nam duplex cum sit via in vita, alia quidem inferior vulgariorque, matrimonii scilicet; alia vero Angelica & suprema omnium, nempe virginitatis; si quis mundanam, nuptias nimirum elegerit, culpa quidem vacat, sed tot tantaque non consequetur dona. Consequetur tamen aliqua, si quidem & ipse fert fructum tricesimum. Si quis vero castam mundoque superiorem amplexus fuerit vitam, tametsi hæc altera asperior, & difficilior via est, at excellentioribus ille muneribus donandus est: perfectum quippe fructum, nempe centesimum produxit. Itaque obscœnæ illorum atque malignæ quæstiones, proprias habent solutiones ex divinis Scripturis jam olim allatas. Confirma ergo, Pater, greges tuos, apostolicisque verbis hortare. Euangelicis demulce, ex Psalmis (Psal. 118. 107.) da consilium; *Vivifica me*, dicens, *secundum eloquium tuum*: eloquium autem ejus illud est, ut ex puro corde serviamus illi. Hoc cum non ignoret ipse Propheta, sese quasi interpretatur dicens: (Psal. 50. 12.) *Cor mundum crea in me Deus*, ne me obscœnæ cogitationes conturbent. (Psal. 50. 14.) Rursus ipse David: *Et Spiritu principali confirma me*; ut si quando me cogitationes conturbent, valida ex te virtus me quasi basis fulciat. Hæc igitur & talia consulendo, dic iis qui tarde veritati obtemperant, (Psal. 50. 15.) *Docebo iniquos vias tuas*; in Dominoque confidens, te suasurum illis ut ab hujusmodi vitio abstineant, psalle, (Ibidem.) *Et impii ad te convertentur*. Utinam qui malo animo hasce movent quæstiones, in cassum laborandi finem faciant: qui vero ob animi simplicitatem in dubitatione versantur, Spiritu principali confirmentur: quotquot autem veritatem firmiter nostis, eam infractam & inconcussam retineatis in Christo Jesu Domino nostro: quicum Patri gloria & imperium cum Spiritu sancto, in secula. Amen.

Ejusdem ex trigesima nona Epistola festali
(initio mutila.)

AT quandoquidem de hæreticis tanquam mortuis mentionem fecimus; de nobis autem, ut qui divinas ad salutem litteras habeamus: & quia vereor ne, ut ad Corinthios Paulus scripsit, (2. Cor. 11. 3.) ex simplicioribus pauci, a simplicitate puritateque sua, per quorumdam hominum vafritiem avertantur: neve deinceps libros alios legant, qui Apocryphi vocantur, nominum similitudine decepti, qua cum veris libris conveniunt; æquo, quæso, ferte animo si de quibus probe nostis, de iisdem ego scribo, quod ex re utilitateque Ecclesiæ fore existiment. Illa autem memoraturus, ad audacis propositi mei confirmationem, Euangelistę Lucæ forma utar, dicendo: (Luc. 1. 1.) *Quoniam quidem aliqui conati sunt*, quæ dicuntur Apocrypha in suum ordinem redigere, eaque miscere Scripturæ a Deo inspiratæ, quam certis accepimus testimoniis, quemadmodum Patribus tradidere qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi, adhortantibus germanis fratribus, prout didici, ab initio & ordine libros recensere, quos divinos esse, canonice scriptum, traditum & creditum est: ut quisque si seductus quidem fuerit, eos coarguat qui se seduxerint; sin purus permanserit, lætus hæc monita accipiat. Sunt itaque veteris Testamenti libri omnes numero viginti duo. Tot enim, ut audivi, elementa apud Hebræos esse traditum est. Singuli autem hoc ordine, hoc nomine sunt: Primum Genesis, deinde Exodus, hinc Leviticus, postea Numeri, exinde Deuteronomium. Hos excipiunt, Jesus filius Nave, Judices, & postea Ruth. Hinc rursum Regnorum libri quatuor: ex quibus, primus & secundus, pro uno numerantur libro, tertius & quartus pro uno similiter. Post hæc Paralipomenon primus & secundus pro uno pariter libro censentur. Hinc Esdræ primus & secundus, pro uno similiter: postea liber Psalmorum, deinceps Proverbia, tum Ecclesiastes, & Canticum canticorum. Ad hæc Job: ac deinceps Prophetæ, ex quibus duodecim pro uno libro numerantur. Hinc Esaias, Hieremias & cum ipso Baruch, Lamentationes, Epistola: postea Hezechiel & Daniel: Hactenus veteris Testamenti libri. Novi autem Testamenti libros referre ne pigeat. Sunt enim hi, Euangelia quatuor, secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Joannem. Postea Acta Apostolorum, & Epistolæ Catholicæ, quæ Apostolorum vocantur, numero septem: nempe, Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres, Judæ una. Ad hæc Pauli Apostoli quatuordecim sunt Epistolæ, sic ordine descriptæ: prima, ad Romanos: tum duæ ad Corinthios: dehinc, ad Galatas: postea, ad Ephesios: deinde, ad Philippenses: tum, ad Colossenses: postea, ad Thessalonicenses duæ, & ea quæ ad Hebræos dirigitur: deinde ad Timotheum duæ: ad Titum una: ultimo, ad Philemonem una: ad hæc Joannis Apocalypsis. Hi sunt salutis fontes, ut qui sitit eorum eloquiis impleatur: in his solis pietatis doctrina docetur. Nemo iis addat, aut aliquid ab illis

detra-

Mat. 22.29. Joan. 5.39. Apocryphi non leguntur in Ecclesia. Hæc item Rufinus lib. de Expositione Symboli.

detrahat. De his Dominus Sadducæos pudore afficiebat, his verbis: *Erratis nescientes Scripturas*. Judæos vero hortabatur dicens: *Scrutamini Scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.* Sed majoris accurationis causa illud quoque scripto addere necesse duxi; esse nimirum alios libros præter istos, non in canonem quidem redactos, sed quos a Patribus decretum est, legendos ab iis esse qui nuper ediscendi pietatis verbi gratia accesserint. Sapientia Salomonis, A & sapientia Sirach, Esther, Judith, Tobias, Doctrina, ut vocant, Apostolorum, & Pastor. Attamen, dilecti, cum illi in canonem redacti sint, hi legantur, nusquam apocryphorum mentio habetur; sed ii sunt hæreticorum commentum, qui arbitratu suo libros conscribunt, quibus adsignant tempora, ut ea quam ipsis adscribunt antiquitatis specie, occasionem capteat simpliciores fallendi.

EPISTOLA AD RUFINIANUM.

Domino filio, & optatissimo comministro Rufiniano Athanasius in Domino salutem.

TU quidem quæ dilectum filium decent ad Patrem scribis: te itaque litteris accedentem tuis amplexus sum, omnium dilectissime mihi Rufiniane. Cum autem & in sermonis exordio & in medio & in fine, tibi, quasi filio scribere possem, me ipse cohibui, ne ex litteris commendatio & testimonium palam fieret. (2. Cor. 3.2.) Tu enim mihi es Epistola, sicut scriptum est, agnita lectaque in corde. Sic igitur credito, & ita affectus esto, etiam credito. Saluto te & ut rescribas hortor, non parum enim, sed summopere me, ita agendo, delectas. Quoniam autem studiose & ecclesiastice, ut pietati convenit tuæ, interrogasti de iis qui vi quidem subducti, lapsi sunt, nec tamen prava fide corrupti: & voluisti me rescribere, quæ de illis, cum in Synodis, tum ubique alias decreta sunt; scito Domine mi optatissime, in principio quidem cum vis illa desiisset, coactam Synodum fuisse, præsentibus exterarum partium Episcopis: (Synodum intelligit Alexandrinam, vide supra p. 183.) celebratam item aliam fuisse apud Græciæ comministros, nihiloque secius apud illos qui in Hispania, & in Gallia degunt: atque idipsum hic & ubique placuisse, * nimirum ut iis qui lapsi sunt, si impietatis fuerint præfecti, venia concedatur, si quidem resipiscant, nec detur tamen in Clero locus: iis vero qui impietati patrocinati non sunt, sed necessitate ac violentia tracti fuere, decretum est, ut & venia concedatur, & in Clero detur locus; potissimum quia consentaneam adtulerunt excusationem, & quod œconomia quadam id factum videatur. Affirmabant quippe se minime in impietatem lapsos fuisse: sed ne impiissimi quidam homines ad Episcopatum e- B vecti, Ecclesias corrumperent, se maluisse cum violentia concurrere, & id oneris ferre, quam populos perdere. Hæc illi verba non abs re loqui nobis visi sunt: quod maxime ipsi in exemplum adferrent, Aaronem, Mosis fratrem in deserto populi prævaricationi concurrisse: hanc tamen excusationem habuisse, ne populus scilicet in Ægyptum reversus in idololatria permaneret: nam id rationi certe consentaneum videbatur; siquidem in deserto manentes, poterant impietatis finem facere, sin autem in Ægyptum ingressi fuissent, in impietate versati auctique fuissent. Quapropter ad Clerum reditus illis concessus est; iis enim C qui decepti & vim passi sunt venia facile datur. Hæc tuæ quoque pietati significo, confidens, tuam religionem quæ decreta sunt suscepturam, nec lenitatem eorum qui convenere damnaturam. Hæc legere digneris sacris ministris & populo qui tibi subest; ut & ipsi his compertis, te circa illos ita affectum non coarguant. Abs re enim esset me scribere, cum tua pietas possit, & nostrum erga illos affectum nunciare, & omnia quæ desunt implere. Gratia Domino, qui implevit te omni verbo & omni scientia. Qui itaque pœnitentiam agunt, anathemate damnent, expresso D nomine, pravam Euzoii & Eudoxii doctrinam. Illi enim Arianæ hæreseos Patroni, in Christum blasphemantes creaturam eum esse scripserunt. Confiteantur quoque fidem Nicææ a Patribus declaratam, & nullam aliam Synodum huic anteponant. Saluta fratres qui apud te sunt, qui apud me degunt te in Domino salutant.

* Hæc habentur in Concil. 4. Const. tom. 8. p. 2412. non ipsis tamen verbis.



MO.

M O N I T U M

IN DUAS SEQUENTES AD LUCIFERUM

E P I S T O L A S.

GRÆCIS *Athanasii operibus binas subjungimus epistolas ad Luciferum missas in Edit. Comm. cusas, quæ Latine tantum inter Luciferi scripta supersunt: nec constat utrum Latine primum conscriptæ ab Athanasio sint, an postea Latine ab aliquo translatæ. Prior data videtur paulopost Luciferi exsilium, quod anno contigit* 355. *Laudat enim Luciferum a firmitate animi, illumque Confessoris titulo exornat. Altera, ut monet quidam scholiastes, scripta fuit postquam Athanasius libros accepisset, quos ad ipsius Athanasii defensionem Constantio nuncupavit misitque Lucifer. Hic recenset Athanasius mala in Persequutione Arrianorum illata Clericis, necnon Monachis, aliisque Orthodoxis. Atque iterum commendat Luciferum a constantia, dicendique libertate. Est sane utraque epistola Athanasio magno dignissima.*

Domino dilectissimo Fratri Lucifero Episcopo & Confessori, Athanasius in Domino salutem.

Scripta anno circiter 360.

DEO favente corpore valentes misimus etiam nunc charissimum nostrum Eutychetem Diaconem, ut tua quoque religiosa sanctitas, quod est nobis optandum & desiderabile, de tua incolumitate tuorumque omnium certiores nos efficere dignetur. Vobis namque Confessoribus ac servis Dei viventibus, credimus statum Catholicæ Ecclesiæ renovari, & quod hæretici conscindere tentaverunt; hoc Dominum nostrum Jesum Christum per vos ad integrum restituere. Quamquam enim præcursores Antichristi per potentiam hujus mundi omnia egerint, ut exstinguerent lucernam veritatis, tamen divinitas per vestram confessionem, clariorem ejus lucem ostendit, ut neminem latere possit eorum fallacia. Antehac vel simulare poterant, nunc Antichristi nominantur. Quis enim non exsecretur, qui eorum communionem tamquam maculam, ac virus anguis non fugiat? Omnis ubique Ecclesia luget, omnis civitas gemit, senes Episcopi in exsilio laborant, & hæretici dissimulant, qui dum negant Christum, publicanos se effecerunt sedentes in Ecclesiis, & exigentes vectigalia. O novum genus hominum & persequutionis, quod adinvenit diabolus, ut ipsis ministris ad malefaciendum & tanta crudelitate uteretur! Sed etsi hæc tanta agunt, & superbias & blasphemias extenderunt, confessio tamen & religio, & sapientia vestra, non modicum, sed maximum solatium, & magna consolatio est fraternitati. Pervenit enim ad nos scripsisse sanctitatem tuam Augusto Constantio, & magis magisque miramur, quia in medio tamquam scorpionum habitans, animi tamen libertate uteris, ut vel monendo, vel docendo, vel emendando, errantes ad lumen veritatis adducas. Rogo igitur, rogant mecum etiam omnes Confessores, ut digneris nobis exemplum destinare; ut non tantum auditu, sed etiam ex litteris possint perspicere omnes animæ tuæ virtutem fideique fiduciam & libertatem. Salutant sanctitatem tuam qui mecum sunt. Saluto omnes qui tecum sunt. Divinitas te incolumem, vegetum, memoremque nostri semper tueatur, Domine dilectissime, ac vere homo Dei.

His acceptis literis, beatus Lucifer misit libros quos ad Constantium scripserat, quos cum legisset Athanasius, hanc infra epistolam misit.

A Domino gloriosissimo, ac merito desideratissimo coepiscopo Lucifero, Athanasius in Domino salutem.

ETSI credo pervenisse etiam ad sanctitatem tuam de persequutione, quam etiam nunc adversus fraternitatem facere conati sunt inimici Christi, quærentes sanguinem nostrum; possunt tamen etiam charissimi nostri referre religioni tuæ. In tantum enim rabiem suam per milites extendere ausi sunt, ut non solum civitatis Clericos effugarent, sed etiam ad Eremitas exirent, B & funestas suas manus adversus *μονάζοντας* immitterent. Inde factum est ut etiam ego me longius abducerem, ne etiam qui nos susceperunt, negotium ab eisdem paterentur. Cui etenim parcent Arriani qui nec animis suis pepercerunt? Quando autem possunt recedere a suis nefandis actibus, dum permanent negando Christum Dominum unicum Filium Dei? Hæc est radix eorum pravitatis: hoc suo arenoso fundamento ædificant perversas suas vias, sicut scriptum invenimus in tertiodecimo Psalmo; *Dixit insipiens in corde suo non est Deus*. Et mox sequitur: C *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in operibus suis*. Inde Judæi negantes Filium Dei digni fuerunt audire: Væ gens peccatrix, populus plenus delictis, semen malignum, filii sine lege. Unde sine lege? quippe quia dereliquistis Dominum. Inde beatissimus Paulus cum cœpisset non tantum credere in Filium Dei, verumetiam prædicare deitatem ipsius, scribebat: *In nullo mihi mali conscius sum*. Ita juxta vestram confessionem etiam nos optamus, tenentes Apostolicam traditionem, vivere juxta divinæ legis mandata, ut possimus vobiscum D inveniri in choro illo, in quo nunc exsultant Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli ac Martyres. Licet igitur Arriana insania cum extranea potentia ita se movebat, ut non liceret nec Fratres, quantum illi sæviebant, libere aerem videre; tamen juxta orationes tuas Deo favente, & si cum labore & periculo videre potui fratrem, qui solet tam necessaria quam epistolas tam sanctitatis tuæ quam aliorum destinare. Accepimus itaque epistolas & libros religiosissimæ ac sapientissimæ animæ tuæ, in quibus perspeximus imaginem Apostolicam, fiduciam Propheticam, magi- E sterium veritatis, doctrinam veræ fidei, viam cælestem, martyrii gloriam, triumphos adversus hæresim Arrianam, traditionem integram Patrum nostrorum, regulam rectam Ecclesiastici ordinis. * O vere Lucifer, qui juxta nomen lumen veritatis ferens, posuisti super candelabrum, ut luceat omnibus!

Scripta anno circiter 360.

S. Germ. Monazontas. Reg. Monazontes.

Psalm. 13. 1.

Esaiæ 1. 3.

1. Cor. 4. 4.

* Hinc forte putetur Latine ab Athanasio scripta hæc

hæc epistola, cum alludat ad Lucianam vocem.

bus! Quis enim, exceptis Arrianis, non pervidet ex tua doctrina veram quidem fidem, maculam autem Arrianorum. Valde & admirabiliter, ut est lumen a tenebris, ita separasti veritatem a calliditate & hypocrisi hæreticorum, defendisti Catholicam Ecclesiam, probasti nihil esse, sed tantum phantasiam, Arrianorum verba, docuisti calcandos esse frendores diabolicos. Quam bona & jocunda hortamenta tua ad martyrium: (1) quam desideratissimam ostendisti mortem esse pro Christo Filio Dei! quam futuri seculi & vitæ cælestis amorem manifestasti! Videris esse verum templum Salvatoris, qui in te habitans hæc ipsa per te loquitur, ipse qui tantam gratiam præbuit sermonibus tuis, quippe qui ante eras apud omnes amabilis, nunc tamen tantus est amor affectionis tuæ in animis omnium collocatus, ut Heliam te temporibus nostris nominent, & non mirum. Si enim qui Deo placere videntur, filii Dei nominantur, (2) quanto magis participes Prophetarum, Confessores, & maxime te appellare dignum est. Crede mihi, Lucifer, non tu solus hæc loquutus es, sed Spiritus sanctus tecum. Unde hæc tanta memoria Scripturarum? unde sensus & intellectus earumdem integer? unde talis ordo sermonis compositus est? unde tanta hortamenta in viam cælestem? unde fiducia contra diabolum, & probationes adversus hæreticos, nisi Spiritus sanctus collocatus esset in te? Gaude igitur in eo te esse, jam pervidens in quo etiam * præcessores tui nunc sunt Martyres, hoc est in choro Angelorum. Gaudemus etiam nos, (3) habentes te exemplum virtutis & patientiæ & libertatis. Nam de his quæ scripsisti de nomine meo, erubesco aliquid proferre, ne videar adulator; sed scio & credo ipsum Dominum, qui sancto & religioso animo tuo revelavit omnem notitiam, redditurum tibi etiam pro hoc labore præmium in regno cælorum. Quia ergo talis es, precatorem te esse pro nobis per orationes Dominum petimus, ut jam inspicere dignetur, ut est misericors, Ecclesiam Catholicam, & eripiat omnes famulos suos de manibus persequutorum: quo etiam hi omnes qui propter metum temporalem ceciderunt, levare se tandem possint & reverti ad viam justitiæ, a qua seducti vagantur, nescientes in qua fovea sint, miseri. Specialiter autem ego peto, si aliquid minus a me dictum est, ignoscere digneris: a tanto enim fonte, quod potuit (4) imperitia mea vix haurire valuit. De fratribus autem nostris, sin minus potui videre eosdem, iterum ignoscas peto. Est enim ipsa veritas testis, optasse me & desiderasse hoc impetrare, & tantum habuisse dolorem quod non potui: nam nec lacrymæ cessaverunt ab oculis, nec gemitus ab animo, quia nec fratres permittimur videre. Testis est autem Dominus, quia nec parentes quos habeo potui videre, ex quo persequuntur nos. Quid enim non faciunt Arriani? Itinera observant, (5) curam habent de proficiscentibus & exeuntibus de Civitate; naves quærunt, eremias gyrant, domos perturbant, concutiunt fratres, (6) singulis negotia concinnant: sed Deo gratias, dum hæc agunt tanto magis & plus exsecrantur ab omnibus & cognoscuntur vere, ut dixit sanctitas tua, mancipia esse Antichristi, & ipsi miseri dum in odio habentur, durant in malignitate sua, donec morte avi sui Pharaonis & ipsi damnentur. Salutant religionem tuam qui mecum sunt, dignare salutare qui tecum sunt. Divina Dei gratia incolumem te, memorem nostri, semper beatum conservet, merito homo Dei, famule Christi, particeps Apostolorum, solatium fraternitatis, magister veritatis, & in omnibus desideratissime.

** Sic Reg. & S. Germ. Editi vero, prædecessores.*

(1) Reg. & S. Germ. *Quam desideratissimo ostendisti moriendum esse pro Christo*... Paulopost iidem, *vere templum Salvatoris*... Mox S. Germ. quem sequimur, *hæc ipsa per te loquitur*. Editi & Reg. *hæc ipse per te loquitur*.

(2) Sic hunc locum ex Reg. & S. Germ. restituimus. Editi perperam, *tanto magis particeps Prophetarum, Confessorem, & maxime*.

(3) Ita Reg. & S. Germ. Editi vero, *habentes, & exemplum*.

(4) Sic Reg. & S. Germ. Editi, *imperitio, eo*.

(5) Ita S. Germ. Editi cum Reg. *curas agunt de*.

(6) Ita Reg. & S. Germ. Editi, male, *singulis negotiis*.

IN EPISTOLAM AD MONACHOS

MONITUM.

HÆc Epistola post præcedentes duas ad Luciferum cusa fuit in editione Commeliniana, ad calcem variarum Felckmanni lectionum, pag. 94. quas omnes lectiones una cum hisce tribus Epistolis incuria omisere Parisienses editores. Hanc vero ad Monachos Græce primo scriptam fuisse discimus, cum ex titulo, tum ex stylo ipso; tanta quippe religione versa fuit, ut nihil curasse videatur interpres, dum Græca verba paribus Latinis consequeretur. Ceterum data fuit illa, sedatis Arianicis tumultibus, redditaque Ecclesiæ pace post annum, ut putamus, 364. Monachosque assueto titulo nuncupatos, ut supra pag. 337. hortatur Athanasius, non modo ut Arianos aversentur, sed etiam ab iis declinent qui cum Arianis communicarent, nisi resipiscant. Exemplar porro Græcum, magna licet cura perquisitum nancisci nequivimus.

Exemplum Epistolæ Athanasii de Græco in Latinum translatæ.

Athanasius solitariæ vitæ studentibus, & in fide Dei roboratis, ac dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

DOMINO quidem gratias ago, qui donavit vobis in eum credere, ut cum Sanctis etiam vos habeatis vitam perpetuam. Quia autem sunt quidam, qui quæ sunt Arrii sapiunt, circumeuntes Monasteria propter nihil aliud, nisi ut quasi ad vos venientes, & a nobis revertentes, simplices seducant. Quidam autem sunt qui adfirmant quidem non se sapere illa quæ sint Arrii, pergunt autem & pariter orant cum ipsis; necessario, hortantibus sincerissimis fratribus scribere * studui: ut piam fidem quam in nobis Dei gratia operatur, sincere & sine dolo custodientes, non detis occasionem scandali fratribus. Cum enim quis vos in Christo fidelis viderit communicare cum talibus, vel cum eis pariter orare, utique opinantes * indiscretum hoc esse, incidunt in cœnum impietatis. Ut ergo nihil tale fiat, sit vobis voluntas, carissimi, eos qui sapiunt quæ sunt impietatis Arrii avertere: eos autem

** ἐσπούδασα.*

** ἀδιάφορον.*

tem qui putantur quidem non sapere quæ sunt Arrii, orant autem cum impiis, devitare: & maxime quia quorum sensus exsecramur, horum etiam communionem convenit fugere. Si quis itaque venit ad vos, si quidem adfert secundum beatum Joannem rectam doctrinam, dicite huic, Ave, & sicuti fratrem hunc talem suscipite. Si quis autem simulat quidem confiteri se rectam fidem, apparet autem communicare illis, hujusmodi hominem hortamini quidem abstinere se a tali consuetudine, & si quidem promiserit, habetote & hunc quasi fratrem; si vero contentioso (2. Joan. 10.)

A animo perseveraverit, & hunc quoque vitate. Possibile quidem erat mihi etiam per multa extendere epistulam, apponenti ex Scripturis divinis formam ejusmodi doctrinæ; sed quia prudentes exsistentes prævenitis eos qui scribunt, & magis abstinentiæ intenti idonei estis & alios docere: propterea breviter, tamquam diligens ad diligentes, dictavi confidens, quia sic degentes puram sinceramque fidem servabitis: & illi jam videntes quod non cum eis pariter oratis percipient utilitatem, timentes ne forte tamquam impii, B * & qui illorum sapiant, deputentur.

* ἢ τὰ ἐκείνων φρονοῦντες.

IN FRAGMENTUM SEQUENS

MONITUM.

EN tibi Fragmentum sistimus, Lector erudite, Epistolarum Athanasii Festalium quarum jactura vel lacrymis deploranda. Erant illæ magno numero a sancto Præsule conscriptæ cum profugus vitam solitudini mandaret. Nam in remotioribus usque deserti locis, memor gregis sui, quotidianis ærumnis & calamitatibus Arianorum furore oppressi, Epistolas dabat, ut plurimum consolatorias, in cœtu fratrum legendas, quas exinde in unum Epistolarum corpus collectas fuisse propalam ex inscriptione Epistolæ Festalis superius editæ, quæ trigesima nona nuncupatur. Hæc autem quam nunc primum ex manuscripto antiquissimo eruimus, data est anno 356. cum jussu Constantii Alexandrinæ Ecclesiæ ereptæ Catholicis, Arianis traditæ sunt: qua de re consolatoriam hujusmodi Epistolam dedit Athanasius. Hujus fragmenta tantum duo exscripsit Librarius, omissis aliis queis Arianorum invadentium Ecclesias gesta fusius ac subtilius, ut putamus, prosequebatur Athanasius. Et tamen quantulacumque sunt isthæc a tenebris & a temporum injuria vindicata, scitu dignam rem nobis aperiunt, Arianos videlicet Ecclesias convertisse in domos negotiationis, & in domos veli, id est, in juridicialia tribunalia. Qua de re agitur in Onomastico ad vocem βηλός. De Epistolis autem Festalibus fuse in Præfatione Generali.

Ex Codice Colb. 1785. annorum saltem 800.

Incipit Epistola sancti Athanasii Episcopi Alexandrini, filiis suis.

(Scripta anno 356.) DEUS quidem vos consoletur, novi autem quia non hoc solum vos contristat; sed contristat & illud, quia Ecclesias quidem alii per violentiam tenuerunt, vos autem interim foris estis a locis; illi enim loca, vos vero habetis Apostolicam fidem. Illi in locis existentes, a vera fide sunt foris: vos vero a locis quidem foris estis, fides vero intus. Discutiamus quid sit majus, locus an fides: claret utique quia vera fides. Quis ergo amplius perdidit, vel quis amplius habet, qui locum tenet, an qui fidem? Bonus quidem locus est, quando illic Apostolica fides prædicatur: sanctus est, si ibi habitat sanctus. *Et post pauca.* Vos autem beati, qui fide in Ecclesia estis, in fidei fundamentis habitatis, & sufficientem satisfactionem habetis, fidei summitatem, quæ in vobis permanet inconcussa, ex Apostolica enim traditione pervenit ad vos, & frequenter eam exsecranda invidia voluit commovere, nec valuit: magis autem per ea quæ commoverunt sunt abscissi. Hoc est enim quod scriptum est: *Tu es Filius Dei vivi*, Petro per revelationem Patris confesso, & audiente: *Beatus es Simon Bar-jona, quia caro & sanguis non re-* (Matth. 16. 17.)

C *velavit tibi; sed Pater meus qui in cælis est*, & cetera. Nemo igitur umquam vestræ fidei prævalebit, dilectissimi fratres: si enim aliquando Ecclesias reddiderit Deus, credimus enim hoc; verum tamen * ne tanta Ecclesiarum redditionem sufficit nobis fides. Et ne forte sine scripturis loquens violentia dicam, bonum est vos ad Scripturarum testimonia trahere. Commemoramini enim quia templum quidem erat Hierusalem: templum non erat in eremo, alienigenæ invaserant. Ex quo & templum vero Hierusalem; illi ejecti Babylonia descenderunt, judicio probantis, sive etiam D corrigentis Dei; manifestantis vero inimicorum sanguinem vorantium pœnas ignaris. Et locum quidem habebant alienigenæ; loci vero Dominum nesciebant. In tantum vero quia nec responsa dabat, nec loquebatur, sed a veritate desolati fuerunt. Quid igitur eos juvat locus? Ecce enim locum habentes accusantur a diligentibus Deum, quia eum fecerunt speluncam latronum, & domum negotiationis, & domum veli locum sanctum fecerunt amentes sibi, quos illic non licebat intrare. Audivimus enim, dilectissimi, discentes ab his qui inde venerunt hæc & deteriora his. Quan- E to igitur labore videntur Ecclesiam tenere tanto magis ejecti sunt. Et putantur esse intra veritatem, expulsi sunt autem & capti, & nullum lucrum sola Ecclesia quia * rarum, veritas judicatur.

* rerum.

IN

IN LIBRUM DE TRINITATE ET SPIRITU SANCTO

M O N I T U M.

JAMDIU inter spuria latuit hoc opusculum: & quidem in omnibus Athanasii editis præpostere una inscriptione conjunctum cum illa confessione fidei quæ Tomo 2. post libros de Trinitate agmen claudit. Et probe sane animadvertit Chiffletius, duplex opusculum esse, ac utrumque suo titulo distinxit in edito Vigilii Tapsensis. Miror autem non subodoratum quantum esset inter ista discriminis, quam disparatum loquendi genus. Nam priora quidem scripta de Trinitate a Latino scriptore adornata fuisse conspicuum, primigenium enim Latinitatis stylum sapiunt: hic autem liber, ut primo adspectu nemo non æstimabit, est inelegans quædam & minus accurata versio libri, quem nos incunctanter Athanasio adscribimus. Nam præterquam quod res est explorata & plana fuisse ex Græco translatum, & a multis retro sæculis Latine redditum; tantum inest adfinitatis inter eum & alia S. Doctoris opera quæ in vera fide ex collectis Scripturæ locis comprobanda versantur; ut sæpe etiam prolixæ periodi ad verbum pene sint inter se simillimæ. Certe sunt admodum huic adfines Epistolæ ad Serapionem, Liber de Incarnatione & contra Arianos. Quorum loca non semel quando similitudinem referunt annotamus ad marginem. Ex modo item ordiendi argumentum pro Athanasio evincitur: quando significat contra eos rem sibi esse qui Spiritum sanctum dicerent esse rem creatam; & sagaciter ait iis qui dicunt Filium esse creaturam, supervacaneum esse Spiritus sancti Deitatem commonstrare. Queis indicat hæreses Arianorum & Pneumatomachorum. Unde conscriptum putamus librum post Juliani mortem anno circiter 365. quo grassabatur utraque hæresis.

SANCTI ATHANASII

Liber de Trinitate & Spiritu sancto.

HIs qui Filium Dei creatum esse profitentur, nequaquam de Spiritu sancto dabimus responsum. Ut enim Filium, qui de substantia Dei impassibiliter sit genitus, creatum ausi sunt dicere, ita & de Spiritu sancto dicunt utique similia: pœnitentiam vero acturis, sed de Filio interim sentientibus recte, respondebimus de Spiritu sancto. Etenim desperandum est, eos, qui semel de irreligiositate ad religionem converti cœperunt, ad perfectum lucri converti. Ex Scripturis sane divinis, & non ex humanis intelligentiis hoc est. Istiusmodi igitur rationem præstare operam daturi sumus. Dicite nobis, admirabiles, ubi in auctoritate legistis, creatum esse Spiritum sanctum? Joannem, inquiunt, audivimus in Euangelio dicentem: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* (Joan. 1. 3.) Quibus dicimus: Si ergo audieritis & David in CXVIII. Psalmo in Spiritu sancto dicentem Deo: *Quia universa serviunt tibi:* (Psal. 118. 91.) Servum utique esse dicetis etiam Spiritum sanctum, qui non est servus, sed liber, & liberaverit creaturam, & in adoptionem filiorum eam promoverit ad Deum. Aut non audistis Paulum ad Romanos scribentem: *Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba Pater. Ipse spiritus contestatus est spiritui nostro, quia sumus Filii Dei.* (Rom. 8. 15.) Et iterum: *Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati & mortis.* (Rom. 8. 2.) Si vero non est servus Spiritus sanctus, sicut probaverunt Scripturæ: *Quia omnia serviunt ei,* (Joan. 1. 3.) quod omnia per Filium facta sunt, & sine ipso factum est nihil: unus namque erat eorum, qui audierunt Salvatorem dicentem: *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui habitat in vobis.* (Matth. 10. 20.) Sicut & Petrus scribens, ait: *Quæ nunc nuntiata sunt vobis euangelizante in vos Spiritu sancto misso e cælis.* Itaque si Spiritus sanctus est, qui dicit: *Omnia per Filium facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, oportuerat quidem ipsum, siquidem creatus esset, dicere: *Omnia per ipsum facta sunt*, & ego per eum factus sum, & sine eo factum est nihil, quomodo consuetudo Sanctorum est. Ita Paulus sane de se, & de omnibus sanctis observantissime scribit: *Nobis autem unus Deus Pater, ex quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* (1. Cor. 8. 6.) Sed quoniam non est universitatis, sed Trinitatis Spiritus sanctus, omnia, quæ post Trinitatem sunt, per Filium Dei creata esse dixit Spiritus sanctus.

2. Testis autem est mihi beatissimus Paulus in Spiritu sancto, hoc, quod omnia per Filium facta sint, prophetans in epistola ad Colossenses scripta: *Quia in ipso Filio creata sunt omnia, quæ in cælis, & quæ in terris, sive visibilia & invisibilia, sive throni, sive dominationes; sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum, & in ipso facta sunt & ipse est ante omnia.* (Colos. 1. 16.) Non dixit, sive Spiritus sanctus. Psalmista vero David in CXLVIII. Psalmo in Spiritu iterum sancto imperans universæ creaturæ laudare Dominum, dicit: *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus. Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. Laudate eum cæli cælorum, & aquæ quæ super cælos sunt laudent nomen Domini, &c.* (Psal. 148. 1.) Indignum duxit super his connumerare Spiritum sanctum, & dicere: Laudet eum Spiritus sanctus: quia laudandorum, & non laudantium est, quemadmodum paulo post in Scripturis probabimus, & vivificantium, & non * vivificantium est (* vivificandorum. —), vita cum sit, sicut Paulus in secunda ad Corinthios Epistola, ait: *Sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros novi Testamenti, non litera, sed Spiritu. Litera enim occidit, Spiritus autem vivificat.* (2. Cor. 3. 5.) Ad Romanos vero: *Corpus quidem mortuum est propter peccatum, Spiritus autem vivit propter justitiam.* (Rom. 8. 10.) Et iterum: *Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, habitat in vobis, vivificabit autem & mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum suum in vobis.* (Ibid. 11.) Tres quoque sancti martyres, Ananias, Azarias & Misael in fornace ignis positi in terra Chaldæorum, cum admirabiliter Deus calorem ignis ad temperatum refrigerium convertisset, universam creaturam adhortantes secum laudare Deum, sic incipiunt: *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. Benedicite cæli Dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite Angeli Dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite aquæ, quæ super cælos sunt Dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite* (Dan. 3. 57.)

omnes

omnes virtutes Domini Dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite sol & luna Dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula. Et in consequentibue semetipsos ad hoc incitantes: *Benedicite Anania, Azaria, & Misael Dominum, laudate & superexaltate eum in sæcula.* Et omnem creaturam benedicere Domino secum hortantes; non dicunt: Benedicat Dominum & Spiritus senctus. Sed & Esaiæ Seraphim adstantia & laudantia vise sunt: Et [Mss Reg. & S. G. Ezechielo.] Ezechieli Cherubim subtus gloriam Dei Israel.

3. Cum evidentissime ergo sancti fideliter non connumerassent his, quæ per Filium facta sunt, Spiritum sanctum, sed ubique Scripturarum divinarum auctoritate cum Petre & Filio eum professi fuissent, quare non timent isti, Patri & Filio subtrahere, & universitati audaciter connumerare? Sed Paulus, ajunt, Ecclesiis Dei: [Rom. 1. 7. & passim.] *Gratia vobis & pax a Deo Patre, & Domino Jesu Christo:* non dicit autem & Spiritu sancto. [1. Thess. 3. 11.] Et ad Thessalonicenses scribens dicit: *Ipse autem Deus Pater, & Dominus noster Jesus Christus dirigat viam nostram ad vos:* Non dicens, & Spiritus sanctus, manifeste eum non cum Patre & Filio, sed cum universitate eum pronun[Gen. 19. 24.]tiat: nam & famulus Dei Moses dicit: *Dominus pluit a Domino de cælo sulphur & ignem:* non memorat Spiritum sanctum. A quo & Paulus cum didicisset, & de Onesiphoro ad Timotheum scri[2. Tim. 1. 18.]bit: *Det ei Dominus invenire misericordiam a Domino in die illa.* Nec non & in Exodo scriptum est: [Exod. 16. 28.] *Dixit autem Dominus ad Mosem: Quoadusque non vultis audire mandata mea, & legitima mea considerare? Non Dominus Deus dedit vobis istum diem Sabbati. Propterea ipso dedit vobis panes duum dierum.* Et hic cum Patris & Filii fecisset mentionem, de Spiritu sancto tacuit. Denique & Zacharias [Zachar. 3. 2.] Propheta dicit: *Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet in te Dominus, diabole.* Ubi est & nunc & apud istum Spiritus sanctus? Quem autem non movebit instructio sacramenti? prout Dominus [Joan. 17. 3.] confitetur: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum*, cum de Spiritu nihil dixisset. Paulus autem cum didicisset fidei sacramentum, tradidit [1. Cor. 8. 6.] scribens ita: *Nobis vero unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.*

4. Ergo ubique divinæ scripturæ memorantes Patrem & Filium, non commemorant etiam Spiritum sanctum. Quibus dicimus: Si ergo Mosem eudie[Deut. 6. 13.]ritis dicentem, *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies.* Aut si audieritis Deum in Esaia di[Esai. 43. 11.]centem: *Ego Deus, & non est præter me salvans.* Ergo neque Deus Salvator, jam quantum ed vos est, Filius Dei in confessione dicitur. Aut si eudieritis i[Esai. 44. 8.]terum eum dicentem: *Testes estis vos, si est Deus præter me*, non jam Deum esse Filium. Et iterum: *Ego primus & ego postea, & præter me Deus non est.* [Esai. 45. 4.] *Tu autem non nosti me, quia ego Dominus Deus, & non est alius præter me. Ego Dominus, & non est amplius.* Quod si audieritis & per Joel dicentem Deum: *Et cognoscetis, quia ego in medio Israel sum. Ego Dominus Deus vester, & non est amplius alius præter me.* Et alias tales innumerabiles professiones divinarum Scripturarum cum audieritis, nec Filium utique dabitis Deo connumerari? Et quibus ante consensistis Scripturis dixisse de Patre & Filio, iisdem nunc contraria ita esse dicetis? Aut numquid hæc non sunt Scripturarum verba; sed adversantur sibi, secundum vos divinæ Scripturæ? Absit. Sed licet singulariter sancti loquantur unius nominis mentinne, id est, Patris; vel Filii, vel Spiritus sancti, in uno tamen nomine Trinitatem in se pronuntiare sciunt, quod novissime probabimus. Ut enim hæ professiones Filium non excludunt ab unitate Patris, immo & Spiritum sanctum connumeratum Patri & Filio continent, quemadmodum in Scripturis sanctis monstravimus, sic nec cum Patrem & Filium nominant Scripturæ, Spiritum tamquam creetum universitati connumerant. Alioquin quemadmodum de Patre & Filio dicitis & ostenditis dicere Scripturas, arbitrantes non connumerari cum Patre & Filio Spiritum sanctum, si eudieritis Scripturas mentionem facientes Dei & Spiritus, quid eritis facturi? Dicit sene Aggæus Propheta: *Quapropter ego sum vobiscum, dicit Dominus omnipotens, & Spiritus meus constat in medio vestrum.* [Agg. 2. 5. 6.] Considerate ergo, ubi ponatis Filium: Ecce enim omnipotens & Spiritus significatur. Aut si audieritis Esaiam dicentem: *Væ filii desertores, hæc dicit Dominus:* [Esai. 30. 1.] *Fecistis consilium, & non ex me: & pactum, & non per spiritum meum: adjicere peccata super peccata.* Et iterum: *Occurrerunt sibi cervæ, & viderunt fa-* [Esai. 34. 15. 16.] *cies suas, numero transierunt, & una ex eis periit. Alia aliam non quæsivit, quia Dominus mandavit eis, & spiritus ejus congregavit eas.* Hæc ergn audientes, ubi Filium quæritis?

5. Aut si audieritis Zachariam Prophetam dicentem: *Patres vestri ubi sunt & Prophetæ? dicit Do-* [Zac. 1. 5.] *minus: Nunquid in æternum vivent? Verumtamen sermones meos & legitima mea percipite, quæ ego mando in Spiritu meo servis meis Prophetis, qui apprehenderunt patres vestros.* Aut si audieritis David dicentem Deo: *Quo ibo a spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam?* Quid cogitabitis de Filio? Sic vero & Apostolus Paulus Corinthiis scribens ait: *Nescitis, quia tem-* [1. Cor. 3. 16.] *plum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Patrem & Spiritum connumerari dabitis: Filium vero in his, quæ per Spiritum sunt, ponitis. Esaias enim dixit: *Hæc dicit Dominus: Fecistis consilium,* [Esai. 30. 1.] *& non per me: & pactum, & non per Spiritum meum.* Nequaquam ergo nec in mentem vestram, religinsi viri, hoc subeat umquam: sed quemadmodum dixistis, Paulum scripsisse: *Gratia vobis & pax a Deo* [Rom. 1. 7.] *Patre, & Domino nostro Jesu Christo:* & nullam mentionem eum fecisse Spiritus putetis: Sic iterum audite eum ad Corinthios scribentem in secunda Epistola: *Gratia Domini nostri Jesu Christi,* [2. Cor. 13. 13.] *& charitas Dei, & communicatio Spiritus sancti cum omnibus vobis.* Et quemadmodum hic dixit, charitas Dei, sic etiam ad Romanos: *Obsecro autem vos fratres per Dominum nostrum Jesum Christum, & per charitatem Spiritus, concertemini mecum in orationibus pro me ad Deum.* Et cum Paulus asseruisset communicationem Spiritus vobiscum, Joannes ait: *Communicatio vero nostra ut sit cum Patre,* [1. Joan. 1. 3.] *& Filio ejus Jesu Christo.* Paulus eutem Apostolus dicit: *Fidelis autem Deus, per quem vocati sumus in* [1. Cor. 1. 9.] *communicationem filii sui Jesu Christi Domini nostri.* In prima quoque Epistola ad Corinthios necesse est iterum audire Paulum, Trinitatem prædicantem: dicit enim: *Divisiones autem donorum sunt, idem ve-* [1. Cor. 12. 4.] *ro Spiritus: & divisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus: & divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Cum dixisset autem Deum & omnia in omnibus operari, & professus fuisset dona quæ per Spiritum donantur, adjecit: *Hæc autem omnia operatur unus*

atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. A Docens operationem Dei esse Spiritus sancti, numquid destitit Paulus a Trinitate? numquid subtraxit Deo & Filio Spiritum? & sicut ad
1. Thess. 5. 23. Thessalonicenses scripsit: *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos ad perfectum.* Ita & ad Corinthios
1. Cor. 6. 11. in prima Epistola: *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.* Consideratis-ne Spiritum sanctum ubique Scripturarum cum Patre & Filio conoumerari?

6. Audiendus plane Filius in Esaia Propheta, semetipsum & Patrem, & Filium, & Spiri- B
Esai. 48. 12. tum sanctum prædicans, sic enim ait: *Audi me Jacob, & Israel, quem ego voca: Ego sum primus, & ego in æternum: manus mea fundavit terram, dextera mea fundavit cælum, vocabo eos omnes, & stabunt simul, & congregabuntur omnes, & audient. Quis annuntiavit vobis talia? Diligens te feci voluntatem tuam in Babylone, ut tollam semen Chaldæorum. Ego locutus sum, ego vocavi, adduxi illum, & prosperum iter ejus feci. Accedite ad me, & audite hæc, non a principio in abscondito locutus sum hæc, quando fiebant, & nunc Dominus misit me, & Spiri-* C
Esai. 43. 25. *tus ejus.* Et iterum: *Ego sum, qui deleo omnes iniquitates, dic tu iniquitates tuas prior, ut justificeris. Patres vestri priores, & principes eorum inique egerunt in me, & contaminaverunt principes sancta mea: & dedi perdere Jacob, & Israel, quem elegi, quia ego dabo aquam in sitim, qui iter fecerunt in sicco: imponam Spiritum meum super semen tuum, & benedictiones meas super filios tuos.* Et ipse vero Esaias Trinitatem præ-
Esai. 30. 27. dicans, ait: *Ecce nomen Domini per multum tempus venit ardens ira, cum gloria labiorum ejus, verbum iea plenum, & ira furoris, sicut ignis, & spiritus meus sicut* D *aquam trahens; veniet usque ad collum.* Audite vero & Zachariam Trinitatem prædicantem, ait e-
Zach. 7. 9. nim: *Hæc dicit Dominus omnipotens: Judicium justum judicate, & misericordiam & miserationes facite unusquisque ad fratrem suum, & viduæ, & pupillo, & advenæ, & pauperi nolite per potentiam nocere, & malitiæ unusquisque fratris sui nolite memores esse in cordibus vestris. Et non obedierunt advertere, sed dederunt dorsum suum insipienter, & aures suas gravaverunt, ut non audiant legem meam, & sermones meos, quos misit Dominus omnipotens in Spiritu suo, in manus anteriorum Prophetarum.* Angelus vero E
Zach. 4. 6. Domioi inquit ad Zachariam: *Hoc Verbum Domini in manu Zorobabel, dicens: Non in virtute magna, neque in fortitudine, sed in Spiritu meo, dicit Dominus omnipotens.*

7. Michæam quoque audiamus, Trinitatem pro-
Mich. 3. 5. nuntiantem, & ipse enim ait: *Hæc dicet Dominus ad Prophetas, qui seducunt populum meum, & mordent dentibus suis, qui prædicant super eum pacem, & non est pax data in ore eorum, & suscitaverunt super eum bellum. Propterea nox vobis erit ex visu, & tenebræ vobis erunt ex divinatione: & occidet sol super Prophetas, & tenebrosa cadet super eos dies, & confundentur, quia vident somnia, & irri-* F *debuntur divini, & detrahunt de his omnes isti, eo quod non sit, qui exaudierit eos nisi ego: in plena virtute & in Spiritu Domini, cum judicio & potentia annuntiante Jacob iniquitates suas, & Israel peccata sua.* Audi ergo Sanctos convenienter Trinitatem prædicantes, & numquam Spiritum sanctum universitati, quæ per Filium facta est, connumerantes, sed cum Patre, & Filio cum profitentes. Quod si Salvatoris istud, ut ajuot, movit
Joan. 17. 3. eos dicentis: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum*, & non perhibentis, ut cognoscant & Spiritum sanctum, satisfiet illis, cum audiant ipsum & de Spiritu dicentem: *Si diligitis me, mandata* Joan. 14. 15.
mea servate, & ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec cognoscit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Advertant igitur & Apostolos quidem cognoscentes & Spiritum, & Filium, & Patrem: mundum vero miserabilem, *quia non cognoverunt Patrem, ne-* Joan. 16. 3.
que me. Et iterum: *Paraclitum Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt, nec cognoscit eum.* Significanter vero Dominus & alium paraclitum esse dixit Spiritum sanctum: quoniam ipse paraclitus est, sicut Joannes in Epistola sua, ait: *Hæc vobis scripsi, ut non peccetis: quod si* Joan. 2. 1.
peccaverimus, Paraclitum habemus ad Patrem Jesum Christum, & ipse propitiatio est pro peccatis nostris. Ut doceremur Spiritus cum Filio æqualitatem. Quare vero non terret eos Dominus, qui fidei sacramentum Apostolis tradens, dicit: *Eun-* Mat. 28. 19.
tes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Nec non & illa magna & beata confessio fidei, imo ipsa fides Sanctorum, & testamentum, quod disposuimus ad Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, ad sacrum lavacrum regenerationis venientes, confessi sic: Credo in Deum Patrem o- Confessio fidei in Baptismo.
mnipotentem, & in Jesum Christum Filium ejus unigenitum, & Spiritum sanctum. Et licet
Dominus dixerit: *Credite in Deum, & in me cre-* Joan. 14. 1.
dite, & non dixit: Credite in Spiritum sanctum; tamen Apostoli docuerunt Ecclesias orbis credere in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.

8. Ergo dicant si salus est his, qui credunt in Patrem, & Filium, & non credunt in Spiritum sanctum, sed absit: neque enim in Deum credunt, qui non credunt in Spiritum sanctum, adeo ut Paulus inventis quibusdam discipulis & interrogatis, si Spiritum sanctum accepissent credentes: Illisque respondentibus, nec si esset Spiritus sanctus, audisse, dixit: *In quo ergo baptizati* Act. 19. 1.
estis? probans, qui non sunt baptizati in nomine Spiritus sancti, nec in Patris, & Filii nomine esse baptizatos. Ita plane & creatorem Spiritum sanctum agnoscimus. Alioquin si creator non esset, & sine ipso ab initio creati sumus, quomodo in regeneratione sine eo non regeoeramur? Aut si forsitan ad illam antiquitatem, quæ fuerat ante prævaricationem Adæ, restituit nos regeneratioois lavacrum, vel minoris facturæ Adæ regeneratio nostra: quoniam ante quidem dicitis, sine Spiritu sancto creati sumus, quomodo vero hic assumtus est sine causa in regenerationem nostram? Verum hoc dicere irreligiosum est: Anne major & cautior tanquam sine eo creatus sit homo, & exciderit, iden assumtus Spiritus in regeneratione nostra ad tutelam certiorem? Sed & ipsum valde impium, vel in sensum alicujus subire. Dicant igitur, quomodo Spiritus assumtus est ad regenerationem nostram, qui non creavit nos ab initio: siquidem non creavit; dicatis forte, ut sanctificet accedentes ad lavacrum regenerationis. Est enim Spiritus sanctus, sanctificans sanctos, non tamen creator. Omnia enim ex Deo per Filium creata sunt, secundum Paulum dicentem: *Nobis vero unus Deus Pater, ex quo omnia, &* 1. Cor. 8. 6.
unus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Hic enim nihil de Spiritu sancto dixit? Quibus dicimus: Sancta

per

per Filium creata est creatura, aut non sancta: & quidem non sanctam dici a Domino creatam, illicitum est; si vero sanctam creavit Filius nunc sanctificans eam in Spiritu superflua esset quæ datur ei per Spiritum sanctificatio, & valda infirma atque inanis: veluti, cum sole medio cursu dici, illuminante orbem qui sub cælo est, superfluus & infirmus, inanisque lucernæ sit splendor. Sed quoniam non merebatur, inquiunt, creatura per Filium sanctificari, ideo ministerium Spiritus induxit Deus, ut per illum sanctificaretur. Ergo creari quidem per Filium meruit, sanctificari vero non meruit: quid enim majus est, creari, an sanctificari? Pensate itaque in statera mentis vestræ, conspicientes, ut vel sic considerare possitis, quod etiam ipsi vos inviti confitemini Spiritus dignitatem. Ergo creari quidem creatura per Filium merebatur, sanctificari vero per Spiritum, quia minime indigna sua sanctificatione creaverit Filius.

9. Sed oportebat, inquiunt, per Spiritum sanctificari eam prius, ut sic mereretur accipere Filii & Patris sanct ficationem. Quibus dicimus: Ergo non sancta creasse Filium dicitis? Absit: Neque enim sine Filio Spiritus sanctificat, nec Filius sine Spiritu vel Patre, sicuti & vos dixistis, & est verum quod Paulus ad Thessalonicenses scribens, ait: *Ipse autem Deus, & Pater noster, & Dominus Jesus Christus sanctificet vos ad perfectum.* (1. Thess. 5. 23.) Ad Corinthios vero in Epistola prima: *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis, in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.* (1. Cor. 6. 11.) Videtisne unitatem sanctificationis, quomodo Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sanctificat creaturam? Si igitur sancta creatio creata est, sine Spiritu autem sancto non est sanctificata, & Spiritum sanctum creatorem esse necesse est omnes confiteri. Alioquin si hoc confiteri non vultis, quid utique facturi estis, dicentes non sanctam creatam esse cre.tionem, deinde per Spiritum sanctificatam? Sed timetis irreligiositatis notam, sanctam vero conditionem creaturæ omnimodo confitentes, non tamen sine Spiritu sanctificatam, creatorem omnino confitemini etiam Spiritum, si scitis, Verbum Dei filium, ipsius esse. Audite in XXXII. Psalmo dicentem: *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* (Psal. 32. 6.) Et docentem nos non sine Spiritu sancto, quem a corpore, suo ore Verbum in faciem Apostolorum spiravit di ens: *Accipite Spiritum sanctum*, (Joan. 20. 22.) creaturam esse creatam: neque enim os habebat cum sit incorporale Verbum vel hujus Pater. Alioquin si ab initio sine Spiritu sancto creati sumus, quomodo per eum resurrectio mortuorum efficitur? Paulus autem ad Romanos dicit: *Si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, habitat in vobis, vivificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum suum in vobis.* (Rom. 8. 11.) David quoque canens Deo dicit de creatura: *Aufer spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum convertentur. Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* (Psal. 103. 29.) Incongruum est aliter ab nitio condi creaturam, in novissimo aliter creari. Itaque etsi non vultis, creator tamen Spiritus sanctus paraclitus, qui a Deo mittitur, prædicatur a sanctis: Mittes Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ. Sic quæ Pater & Filius defecisse dicuntur & in Scriptura, invenietur & Spiritus sanctus fecisse. Deus enim ait in Hieremia deduxisse hunc Israel in deserto ad populum meum, *& non dixistis, ubi est Dominus, qui eduxit nos de terra Ægypti, qui induxit in deserto?* (Jerem. 2. 6.) Dicit autem & Esaias, qui audiendus est, Spiritum sanctum deduxisse Israel in deserto, sic dicens: *Deduxit eos per abyssum, sicut equum per desertum, & non laboraverunt tamquam jumenta per campum, descendit Spiritus a Domino, & deduxit eos.* (Esai. 63. 13.) Dicitur autem & lex Domini, lex Spiritus.

10. Et de singulis quoque sanctorum in XXXVI. Psalmo dictum est: *Lex Dei ejus in corde ipsius.* (Psal. 36. 31.) De se vero Paulus: *Factus sum*, inquit, *his qui sub lege sunt, tamquam sine lege, cum extra legem Dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrarer eos qui sunt sine lege.* (1. Cor. 9. 21.) Et rursum ad Romanos scribit: *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati & mortis.* (Rom. 8. 2.) Ita ut unitas Trinitatis in veritate inveniretur in sanctis Scripturis: quæ enim sunt D i ac Christi, ac Spiritus sancti inveniemus in eis, ut cum Dominus Judæis dicat: *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei sunt, Deo.* (Luc. 20. 25.) Paulus quoque ad Philippenses scribit: *Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi.* (Phil. 2. 21.) Et ad Corinthios: *Animalis autem homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei: stultitia est enim ei.* (1. Cor. 2. 14.) Et si quidem Dei homines patres nostri, nomine Dei; Christiani vero discipuli, nomine Christi; & spirituales Spiritus sancti nomine appellantur. Audienda namque est illa in Sarepta Sidoniæ vidua ad Heliam Thesbiten, dicens: *Quid mihi & tibi est homo Dei?* (3. Reg. 17. 18.) Et rursum: *Nunc cognovi, quia homo Dei es tu.* Illa vero mulier Sunamitis suo marito de Helisæo dicens: *Ecce homo Dei magnus venit ad nos.* (4. Reg. 4. 9.) Ipsa quoque scriptura Regnorum, ait: *Et homo Dei venit ex Juda, & prophetavit super altare Bethel.* (4. Reg. 23. 17.) Nec non etiam titulatio octogesimi noni Psalmi: *Oratio Moysi hominis Dei.* (Psal. 89. 1.) Lucas vero in Actibus Apostolorum, ait: *Factum est autem & integro anno eos convenire in Ecclesia, & appellari in Ecclesia primum discipulos, Christianos.* (Act. 11. 26.) Et Paulus ad Corinthios scribit: *De spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres, scitis, quia quando Gentes eratis ad idola muta quomodocumque ducebamini addicti: quapropter notum facio vobis, quia nemo in spiritu Dei dicit, Anathema Jesu: & nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* (1. Cor. 12. 2.) Et rursum: *Animalis homo non percipit ea quæ spiritus sunt Dei, stultitia enim est illi, & non potest scire, quia spiritualiter dijudicatur: nam spiritualis judicat omnia, ipse autem a nemine judicatur. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.* (1. Cor. 2. 14.) Sensum autem Jesu Christi in substantia proprie Apostolus Spiritum sanctum esse professus est: *Quis scit, quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei? Sicut spiritus noster, quæ sunt nostra novit.* Vel ipse Paulus ad Corinthios scribit: *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim scrutatur omnia, etiam profunda Dei. Quis enim novit hominum, quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, qui est in ipso? Sic & quæ Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei: nos autem non spiritum hujus mundi accepimus; sed spiritum qui a Deo est.* (1. Cor. 2. 10.) Et rursum: *Videor enim & ego Spiritum Dei habere.* (1. Cor. 7. 40.) Paulus autem a Deo se vocatum ait, ad Galatas scribens: *Cum autem placuisset Domino, qui me segregavit de utero matris meæ, & vocavit in gratiam suam, ut revelaret Filium suum mihi, ut evangelizarem eum in gentibus.* (Gal. 1. 15.) Romanos vero a Christo vocatos esse ait, scribens: *In quibus estis & vos vocati Jesu Christi.* (Rom. 1. 6.) Et Spiritus sanctus Paulum & Barnabam a se dixit esse vocatos, quo

gen-

atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Docens operationem Dei esse Spiritus sancti, numquid destitit Paulus a Trinitate? numquid subtraxit Deo & Filio Spiritum? & sicut ad
1. Thess. 5. 23. Thessalonicenses scripsit: *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos ad perfectum.* Ita & ad Corinthios
1. Cor. 6. 11. in prima Epistola: *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.* Consideratis-ne Spiritum sanctum ubique Scripturarum cum Patre & Filio connumerari?

6. Audiendus plane Filius in Esaia Propheta, semetipsum & Patrem, & Filium, & Spiri-
Esai. 48. 12. tum sanctum prædicans, sic enim ait: *Audi me Jacob, & Israel, quem ego voco: Ego sum primus, & ego in æternum: manus mea fundavit terram, dextera mea fundavit cælum, vocabo eos omnes, & stabunt simul, & congregabuntur omnes, & audient. Quis annuntiavit vobis talia? Diligens te feci voluntatem tuam in Babylone, ut tollam semen Chaldæorum. Ego locutus sum, ego vocavi, adduxi illum, & prosperum iter ejus feci. Accedite ad me, & audite hæc, non a principio in abscondito locutus sum hæc, quando fiebant, & nunc Dominus misit me, & Spiri-*
Esai. 43. 25. *tus ejus.* Et iterum: *Ego sum, qui deleo omnes iniquitates, dic tu iniquitates tuas prior, ut justificeris. Patres vestri priores, & principes eorum inique egerunt in me, & contaminaverunt principes sancta mea: & dedi perdere Jacob, & Israel, quem elegi, quia ego dabo aquam in sitim, qui iter fecerunt in sicco: imponam Spiritum meum super semen tuum, & benedictiones meas super filios tuos.* Et ipse vero Esaias Trinitatem præ-
Esai. 30. 27. dicans, ait: *Ecce nomen Domini per multum tempus venit ardens ira, cum gloria labiorum ejus, verbum iræ plenum, & ira furoris sicut ignis, & spiritus meus sicut aquam trahens; veniet usque ad collum.* Audite vero & Zachariam Trinitatem prædicantem, ait e-
Zach. 7. 9. nim: *Hæc dicit Dominus omnipotens: Judicium justum judicate, & misericordiam & miserationes facite unusquisque ad fratrem suum, & viduæ, & pupillo, & advenæ, & pauperi nolite per potentiam nocere, & malitiæ unusquisque fratris sui nolite memores esse in cordibus vestris. Et non obedierunt advertere, sed dederunt dorsum suum insipienter, & aures suas gravaverunt, ut non audiant legem meam, & sermones meos, quos misit Dominus omnipotens in Spiritu suo, in manus anteriorum Prophetarum.* Angelus vero
Zach. 4. 6. Domini inquit ad Zachariam: *Hoc Verbum Domini in manu Zorobabel, dicens: Non in virtute magna, neque in fortitudine, sed in Spiritu meo, dicit Dominus omnipotens.*

7. Michæam quoque audiamus, Trinitatem pro-
Mich. 3. 5. nuntiantem, & ipse enim ait: *Hæc dicit Dominus ad Prophetas, qui seducunt populum meum, & mordent dentibus suis, qui prædicant super eum pacem, & non est pax data in ore eorum, & suscitaverunt super eum bellum. Propterea nox vobis erit ex visu, & tenebræ vobis erunt ex divinatione: & occidet sol super Prophetas, & tenebrosa cadet super eos dies, & confundentur, quia vident somnia, & irridebuntur divini, & detrahunt de his omnes isti, eo quod non sit, qui exaudierit eos nisi ego: in plena virtute & in Spiritu Domini, cum judicio & potentia annuntiante Jacob iniquitates suas, & Israel peccata sua.* Audi ergo Sanctos convenienter Trinitatem prædicantes, & numquam Spiritum sanctum universitati, quæ per Filium facta est, connumerantes, sed cum Patre, & Filio eum profitentes. Quod si Salvatoris istud, ut ajunt, movit
Joan. 17. 3. eos dicentis: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum,* & non perhibentis, ut cognoscant & Spiritum sanctum, satisfiet illis, cum audiant ipsum & de Spiritu dicentem: *Si diligitis me, mandata* *Joan. 14. 15.*
mea servate, & ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec cognoscit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Advertant igitur & Apostolos quidem cognoscentes & Spiritum, & Filium, & Patrem: mundum vero miserabilem, *quia non cognoverunt Patrem, ne-* *Joan. 16. 3.*
que me. Et iterum: *Paraclitum Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt, nec cognoscit eum.* Significanter vero Dominus & alium paraclitum esse dixit Spiritum sanctum; quoniam ipse paraclitus est, sicut Joannes in Epistola sua, ait: *Hæc vobis scripsi, ut non peccetis: quod si* *Joan. 2. 1.*
peccaverimus, Paraclitum habemus ad Patrem Jesum Christum, & ipse propitiatio est pro peccatis nostris. Ut doceremur Spiritus cum Filio æqualitatem. Quare vero non terret eos Dominus, qui fidei sacramentum Apostolis tradens, dicit: *Euntes* *Mat. 28. 19.*
nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Nec non & illa magna & beata confessio fidei, imo ipsa fides Sanctorum, & testamentum, quod disposuimus ad Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, ad sacrum lavacrum regenerationis venientes, confessi sic: Credo in Deum Patrem o- *Confessio fidei in Baptismo.*
mnipotentem, & in Jesum Christum Filium ejus unigenitum, & Spiritum sanctum. Et licet Dominus dixerit: *Credite in Deum, & in me cre-* *Joan. 14. 1.*
dite, & non dixit: Credite in Spiritum sanctum; tamen Apostoli docuerunt Ecclesias orbis credere in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.

8. Ergo dicant si salus est his, qui credunt in Patrem, & Filium, & non credunt in Spiritum sanctum, sed absit: neque enim in Deum credunt, qui non credunt in Spiritum sanctum, adeo ut Paulus inventis quibusdam discipulis & interrogatis, si Spiritum sanctum accepissent credentes: Illisque respondentibus, nec si esset Spiritus sanctus, audisse, dixit: *In quo ergo baptizati* *Act. 19. 3.*
estis? probans, qui non sunt baptizati in nomine Spiritus sancti, nec in Patris, & Filii nomine esse baptizatos. Ita plane & creatorem Spiritum sanctum agnoscimus. Alioquin si creator non esset, & sine ipso ab initio creati sumus, quomodo in regeneratione sine eo non regeneramur? Aut si forsitan ad illam antiquitatem, quæ fuerat ante prævaricationem Adæ, restituit nos regenerationis lavacrum, vel minoris facturæ Adæ regeneratio nostra: quoniam ante quidem dicitis, sine Spiritu sancto creati sumus, quomodo vero hic assumtus est sine causa in regenerationem nostram? Verum hoc dicere irreligiosum est: Anne major & cautior tanquam sine eo creatus sit homo, & exciderit, ideo assumtus Spiritus in regeneratione nostra ad tutelam certiorem? Sed & ipsum valde impium, vel in sensum alicujus subire. Dicant igitur, quomodo Spiritus assumtus est ad regenerationem nostram, qui non creavit nos ab initio: siquidem non creavit; dicatis forte, ut sanctificet accedentes ad lavatrum regenerationis. Est enim Spiritus sanctus, sanctificans sanctos, non tamen creator. Omnia enim ex Deo per Filium creata sunt, secundum Paulum dicentem: *Nobis vero unus Deus Pater, ex quo omnia, &* *1. Cor. 8. 6.*
unus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Hic enim nihil de Spiritu sancto dixit? Quibus dicimus: Sancta

per

per Filium creata est creatura, aut non sancta: & quidem non sanctam dici a Domino creatam, illicitum est; si vero sanctam creavit Filius nunc sanctificans eam in Spiritu superflua esset quæ datur ei per Spiritum sanctificatio, & valde infirma atque inanis: veluti, cum sole medio cursu diei illuminante orbem qui sub cælo est, superfluus & infirmus, inanisque lucernæ sit splendor. Sed quoniam non merebatur, inquiunt, creatura per Filium sanctificari, ideo ministerium Spiritus induxit Deus, ut per illum sanctificaretur. Ergo creari quidem per Filium meruit, sanctifi ari vero non meruit: quid enim majus est, creari, an sanctificari? Pensate itaque in statera mentis vestræ, conspicientes, ut vel sic considerare possitis, quod etiam ipsi vos inviti confitemini Spiritus dignitatem. Ergo creari quidem creatura per Filium merebatur, sanctificari vero per Spiritum, quia minime indigna sua sanctificatione creaverit Filius.

9. Sed oportebat, inquiunt, per Spiritum sanctificari eam prius, ut sic mereretur accipere Filii & Patris sanct ficationem. Quibus dicimus: Ergo non sancta creasse Filium dicitis? Absit: Neque enim sine Filio Spiritus sanctificat, nec Filius sine Spiritu vel Patre, sicuti & vos dixistis, & est verum quod Paulus ad Thessalonicenses scribens, ait: [1. Thess. 5. 23.] *Ipse autem Deus, & Pater noster, & Dominus Jesus Christus sanctificet vos ad perfectum.* Ad Corinthios vero in Epistola prima: [1. Cor 6. 11.] *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis, in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.* Videtisne unitatem sanctificationis, quomodo Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sanctificat creaturam? Si igitur sancta creatio creata est, sine Spiritu autem sancto non est sanctificata, & Spiritum sanctum creatorem esse necesse est omnes confiteri. Alioquin si hoc confiteri non vultis, quid utique facturi estis, dicentes non sanctam creatam esse cre tionem, deinde per Spiritum sanctificatam? Sed timetis irreligiositatis notam, sanctam vero conditionem creaturæ omnimodo confitentes, non tamen sine Spiritu sanctificatam, creatorem omnino confitemini etiam Spiritum, si scitis, Verbum Dei filium, ipsius esse. Audite in XXXII. Psalmo dicentem: [Psal. 32. 6.] *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Et docentem nos non sine Spiritu sancto, quem a corpore, suo ore Verbum in faciem Apostolorum spiravit di ens: [Joan. 20. 22.] *Accipite Spiritum sanctum*, creaturam esse creatam: neque enim os habebat cum sit incorporale Verbum vel hujus Pater. Alioquin si ab initio sine Spiritu sancto creati sumus, quomodo per eum resurrectio mortuorum efficitur? Paulus autem ad Romanos [Rom. 8. 11.] dicit: *Si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, habitat in vobis, vivificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum suum in vobis.* David quoque canens Deo dicit de creatura: [Psal. 103. 29.] *Aufer spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum convertentur. Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Incongruum est aliter ab initio condi creaturam, in novissimo aliter creari. Itaque etsi non vultis, creator tamen Spiritus sanctus paraclitus, qui a Deo mittitur, prædicatur a sanctis: Mittes Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ. Sic quæ Pater & Filius defecisse dicuntur & in Scriptura, invenietur & Spiritus sanctus fecisse. Deus enim ait in Hieremia deduxisse hunc [Jerem. 2. 6.] Israel in deserto ad populum meum, *& non dixistis, ubi est Dominus, qui eduxit nos de terra Ægypti, qui induxit in deserto?* Dicit autem & Esaias, qui audiendus est, Spiritum sanctum deduxisse Israel in deserto, sic dicens: [Esai. 63. 13.] *Deduxit eos per abyssum, sicut equum per desertum, & non laboraverunt tamquam jumenta per campum, descendit Spiritus a Domino, & deduxit eos.* Dicitur autem & lex Domini, lex Spiritus.

10. Et de singulis quoque sanctorum in XXXVI. [Psal. 36. 31.] Psalmo dictum est: *Lex Dei ejus in corde ipsius.* [1. Cor. 9. 21.] De se vero Paulus: *Factus sum*, inquit, *his qui sub lege sunt, tamquam sine lege, cum extra legem Dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrarer eos qui sunt sine lege.* Et rursum ad Romanos scribit: [Rom. 8. 2.] *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati & mortis.* Ita ut unitas Trinitatis in veritate inveniretur in sanctis Scripturis: quæ enim sunt D i ac Christi, ac Spiritus sancti invenienus in eis, ut cum Dominus Judæis dicat: [Luc. 20. 25.] *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei sunt, Deo.* Paulus quoque ad Philippenses scribit: [Phil. 2. 21.] *Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi.* Et ad Corinthios: [1. Cor. 2. 14.] *Animalis autem homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei: stultitia est enim ei.* Et si quidem Dei homines patres nostri, nomine Dei; Christiani vero discipuli, nomine Christi; & spirituales Spiritus sancti nomine appellantur. Audienda namque est illa in Sarepta Sidoniæ vidua ad Heliam Thesbiten, dicens: [3. Reg. 17. 18.] *Quid mihi & tibi est homo Dei?* Et rursum: *Nunc cognovi, quia homo Dei es tu.* Illa vero mulier Sunamitis suo marito de Helisæo dicens: [4. Reg. 4. 9.] *Ecce homo Dei magnus venit ad nos.* Ipsa quoque scriptura Regnorum, ait: [4. Reg. 23. 17.] *Et homo Dei venit ex Juda, & prophetavit super altare Bethel.* Nec non etiam titulatio octogesimi noni Psalmi: [Psal. 89. 1.] *Oratio Moysi hominis Dei.* Lucas vero in Actibus Apostolorum, ait: [Act. 11. 26.] *Factum est autem & integro anno eos convenire in Ecclesia, & appellari in Ecclesia primum discipulos, Christianos.* Et Paulus ad Corinthios scribit: [1. Cor. 12. 1.] *De spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres, scitis, quia quando Gentes eratis ad idola muta quomodocunque ducebamini addicti: quapropter notum facio vobis, quia nemo in spiritu Dei dicit, Anathema Jesu: & nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* Et rursum: [1. Cor. 2. 14.] *Animalis homo non percipit ea quæ spiritus sunt Dei, stultitia enim est illi, & non potest scire, quia spiritualiter dijudicatur: nam spiritualis judicat omnia, ipse autem a nemine judicatur. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.* Sensum autem Jesu Christi in substantia proprie Apostolus Spiritum sanctum esse professus est: *Quis scit, quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei? Sicut spiritus noster, quæ sunt nostra novit.* Vel ipse Paulus ad Corinthios scribit: [1. Cor. 2. 10.] *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim scrutatur omnia, etiam profunda Dei. Quis enim novit hominum, quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, qui est in ipso? Sic & quæ Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei: nos autem non spiritum hujus mundi accepimus; sed spiritum qui a Deo est.* Et rursum: [1. Cor. 7. 40.] *Videor enim & ego Spiritum Dei habere.* Paulus autem a Deo se vocatum ait, ad Galatas scribens: [Gal. 1. 15.] *Cum autem placuisset Domino, qui me segregavit de utero matris meæ, & vocavit in gratiam suam, ut revelaret Filium suum mihi, ut evangelizarem eum in gentibus.* Romanos vero a Christo vocatos esse ait, scribens: [Rom. 1. 6.] *In quibus estis & vos vocati Jesu Christi.* Et Spiritus sanctus Paulum & Barnabam a se dixit esse vocatos, quo gen-

gentibus annuntiarent Christum. Et plane mira-
bile, cum Salvator diceret ad Paulum in templo:
Act. 22. 21. *Ito, quia ad gentes longe positas ego mittam te.* Et
Gal. 1. 1. Paulus ad Galatas scriberet: *Paulus Apostolus non ab
hominibus neque per hominem, sed per Jesum Chri-
stum, & Deum Patrem, qui suscitavit eum a mor-
tuis*; Spiritus tamen sanctus misit Paulum & Bar-
nabam probatos ad prædicandum Gentibus Jesum
Act. 13. 1. Christum, dicit namque Scriptura sic: *Erant au-
tem Antiochiæ in Ecclesia Prophetæ & doctores, in
quibus erat Barnabas, & Simeon, qui vocabatur
Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahem quo-
que, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, &
Saulus. Ministrantibus autem eis Domino, & jeju-
nantes & orantes imposuerunt eis manus & dimise-
runt, qui missi a Spiritu sancto descenderunt Seleu-
ciam, & inde navigaverunt Cyprum.* Et sic dein-
ceps prædicatio Gentibus per Paulum facta expo-
nitur.

11. Et est quidem quando ex persona Patris lo-
Psal. 88. 36. quuntur Prophetæ, sicut David in Psalmis ait: *Se-
mel juravi in sancto meo: si David mentiar, semen
ejus in æternum manebit, & sedes ejus sicut sol ante
Psalm. 13. 11. me.* Et rursum: *De fructu ventris tui ponam super
Act. 2. 30. sedem meam.* Sicut & Petrus ait: *Propheta cum es-
set David, & sciret, quia jurejurando jurasset illi
Deus, de fructu lumbi ejus sedere Christum secundum
carnem super thronum suum.* Quando vero ex per-
Esa. 52. 5. sona Filii? cum Esaias dicit: *Hæc dicit Dominus:
Propter vos semper blasphematur nomen meum in Gen-
tibus: propterea nunc sciet populus meus in die illa
nomen meum, quia ego ipse qui loquebar adsum.* Quan-
do autem ex persona Spiritus sancti, ut cum Prophe-
Act. 21. 11. ta Agabus dicat: *Hæc dicit Spiritus sanctus: Virum
hunc, cujus est iste cingulus, sic ligabunt in Hierusa-
lem Judæi, & tradent in manus Gentium.* Paulus au-
1. Tim. 4. 1. tem ad Timotheum scribit: *Spiritus autem manifeste
dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam
a fide, attendentes spiritibus seductoribus, & doctri-
nis dæmoniorum, sicut & cetera.* Est quidem quan-
do Pater, & quando Filius, & quando Spiritus san-
ctus loquitur. Sic equidem per seipsum Pater de Sal-
Matth. 3. 17. vatore ait: *Hic est Filius meus dilectus, in quo compla-
cui.* Filius vero, antequam conversaretur inter homi-
nes, singulis quibusque sanctorum locutus est, & post
in cælum adscensum, Spiritus quoque sanctus ad di-
Actor. 13. 2. scipulos: *Segregate mihi Barnabam & Saulum ad o-
pus quod vocavi eos.* Et Propheta quidem Ezechiel
Ezech. 16. contra veterem populum clamans, dicit: *Et con-
tristabas me in his omnibus, dicit Dominus.* Paulus
Ephes. 4. 30. vero scribit ad novellum populum: *Nolite contri-
stare Spiritum Dei, in quo signati estis in diem re-
demtionis.* Et David nihilominus contra Judæos di-
Psal. 77. 40. cit: *Et exacerbaverunt Dominum in deserto.* Esaias
Esa. 63. 10. vero de eisdem ait: *Ipsi vero contumaciter egerunt,
& exacerbaverunt Spiritum sanctum.* Et ad Corin-
2. Cor. 13. 3. thios scribens Paulus ait: *An experimentum quæri-
tis ejus, qui in me loquitur Christus?* Et rursum:
1. Cor. 7. 39. *Mulier ligata est quanto tempore vivit vir ejus; si
autem mortuus fuerit vir, liberata est, cui vult nu-
bat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic
manserit secundum meam sententiam: videor enim &
Rom. 9. 1. ego spiritum Dei habere.* Et ad Romanos dicit: *Ve-
ritatem dico in Christo Jesu, non mentior, testimo-
nium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu san-
Esa. 1. 2. cto.* Et in Esaia Dominus: *Filios genui, & exal-
tavi, ipsi vero me spreverunt.* In Euangelio vero:
Joan. 3. 6. *Quod natum est de carne, caro est, & quod natum
est de spiritu, spiritus est, quia Dominus spiritus
est.* Et rursum: *Spiritus ubi vult spirat, & vo-
cem ejus audis, & nescis unde veniat, & quo eat.*

A *Sic est omnis qui natus est ex spiritu.* Ergo hæc ad
initium Euangelii comparans, minuit Spiritus
sancti dignitatem? In principio quidem Euangelii
Joannes de Salvatore, & de his qui crediderunt
ait: *Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem* Joan. 1. 12.
*Filios Dei fieri, qui credunt in nomine ejus, qui
non ex sanguine, neque ex voluntate viri, sed ex
Deo nati sunt.*

12. De generatione quoque fidelium exponens
postmodum Dominus, Nicodemum instruens, quod
eos qui in se credunt, hoc est qui accipiunt eum,
a Spiritu sancto regenerari oportet, dicens: *Ne* Joan. 3. 7.
B *mireris quia dixi, oportet vos nasci denuo, spiritus
ubi vult spirat, & vocem ejus audis, & nescis
unde veniat & quo eat. Sic est omnis qui natus
est ex Spiritu sancto.* Et commemorans ante: *Quod
natum est ex carne, caro est: & quod nascitur de
spiritu, spiritus est.* Si igitur hi qui cælesti rege-
neratione generantur, ex Spiritu sancto regenera-
ti, ex Deo sunt generati, cur non si quid ma-
gnum & divinum & Trinitate dignum de spiri-
tu nos opinari oportet, quantum ad humanam
possibilitatem est? Quid vero cogitabimus iterum
audientes Paulum ad Corinthios de Spiritu scri-
C bentem: *An nescitis, quia corpora vestra templum* 1. Cor. 6. 19.
*est Spiritus sancti qui in vobis est, quem accepistis
a Deo; & non estis vestri: emti enim estis pretio
magno. Glorificate & portate Deum in corporibus
vestris.* Taliane de aliqua ex creaturis proprie
esse dicuntur, & qualia de Deo, talia de Spiri-
tu scriberent sancto, si creatio esset? Quid vero
faciemus audientes Petrum ad Ananiam dicen-
tem: *Quid quod tentavit Satanas cor tuum mentiri* Actor. 5. 3.
*Spiritui sancto ut subtraheres de pretio fundi? non
es mentitus hominibus, sed Deo.* Dicent forte, qui
D Spiritui Dei mentiuntur, sicut qui ministrum con-
tumelia afficiunt, regem dehonestant. Quibus di-
cimus: Ergo & illi Apostolo mentientes, non-
ne Deo mentiti sunt: aut qui Apostolos reci-
piunt, nonne Deum recipiunt? sicut Dominus ad
Apostolos ait: *Qui recipit vos, me recipit, qui ve-* Matth. 10. 40.
ro me recipit, recipit eum qui me misit. Oportebat
ergo Petrum memorantem: Quid quod tentavit
Satanas cor tuum mentiri Spiritui sancto? non
es mentitus Spiritui sancto, sed Deo: aut dice-
re, quid quod tentavit Satanas mentiri nobis?
non es mentitus hominibus, sed Deo, ut sequen-
E tia ratio habeat. Quoniam Deus sanctis suis hoc
tradidit & sapere & profiteri, quemadmodum
cum a filiis Israel, spreto illo magno Samuele
rex petebatur: mœstusque esset, dixit ad eum Deus:
Non te spreverunt sed me. Et talibus quidem ver- 1. Reg. 8. 7.
bis Petrus non est usus: sed cum Anania & Sap-
phira uxor ejus putarent homines decipere, unus
ex his, qui decipi putabatur, Petrus, dixit:
*Quid quod tentavit Satanas mentiri te Spiritui san-
cto? non es mentitus hominibus, sed Deo.* Sic sa-
ne & ad Sapphiram ingressam continuo dixit:
Quid quod convenit vobis tentare spiritum Domini?
F Et Patri quidem, & Filio, & Spiritui sancto fi-
deles vivere sancta eloquia nos docent, sicut Pau-
lus ad Romanos scribit: *Quod autem mortuus est* Rom. 6. 10.
*peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vi-
vit Deo.* Et rursum: *Ut hi qui vivunt, non jam* 2. Cor. 5. 15.
*sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & re-
surrexit.* Et rursum increpans Galatas scribit: *Si* Gal. 5. 25.
*vivimus spiritu, spiritu * & ambulemus.* Et cum * MS. & perseveremus.
Paulus diceret: *Nobis vero unus Deus Pater, ex*
quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus per 1. Cor. 8. 6.
quem omnia. Et quod est majus in tota creatura,
hoc est corpus Domini, ex Spiritu sancto esse cre-
ditur,

Matth. 1. 18. ditur, ficut Euangelifta Matthæus tradidit: *Chrifti vero generatio fic fuit: Cum defponfata effet Maria mater ejus ab Jofeph, antequam convenirent, inventa eft in utero habens de Spiritu fancto: Jofeph autem vir ejus, cum effet homo juftus, & nollet eam detegere, voluit eam occulte dimittere. Hoc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in fomnis vifus eft ad Jofeph dicens: Jofeph Fili David ne timeas recipere Mariam uxorem tuam: quod enim ex ea nafcetur, de Spiritu fancto eft.* Et licet fapientia Salomonis Prov. 9. 1. in Proverbiis, de corpore Salvatoris diceret: *Sapientia ædificavit fibi domum*, & hic profitetur unigenitum creatorem corporis fui, hic tamen Angelus ex Spiritu fancto illud effe dixit, & fic omnis Chriftianus cum inftruitur credit. Neque enim Scriptura circa Trinitatem difcrepat, unam eamdemque operationem ejus factam ubique docens. Denique Deum paritura Maria cum Gabrielem audiffet dicen- Luc. 1. 31. tem: *Ecce tu in utero habebis, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Jefum, &c.* Et cum interrogaffet: *Quomodo erit iftud, quia virum non novi?* Statim docetur ab eo dicente: *Spiritus fanctus fuperveniet in te, & virtus Altiffimi obumbrabit tibi, propterea quod nafcetur ex te fanctum, vocabitur Filius Dei.* Quod fi virtus Altiffimi eft unige- 1. Cor. 1. 24. nitus fecundum Paulum, dicentem: *Chriftus Dei virtus, & Dei fapientia:* Spiritus vero fanctus paraclitus, fpiritus veritatis, hifque obumbrantibus, pariture Deum Mariæ, creatum eft Dominicum templum: Angelus autem ex Spiritu fancto creatum illum dixit, cur non unam operationem effe Trinitatis erudimur?

13. Omnes vero fideles ex Spiritu fancto effe di- Joan. 3. 6. xit Dominus ad Nicodemum profitens: *Quod natum eft ex carne, caro eft: & quod natum eft de fpiritu, fpiritus eft: ne mireris, quod dixerim tibi, oportet vos nafci denuo. Spiritus ubi vult fpirat, & vocem ejus audis, & nefcis unde veniat, & quo vadat: fic eft omnis, qui natus eft ex Spiritu fancto.* Cum ergo audi- 1. Cor. 8. 6. vimus nobis, *unus Deus Pater, ex quo omnia, & unus Dominus Jefus Chriftus, per quem omnia & nos per ipfum*, & habemus, quod majus eft in tota creatura & gloriofius, quod eft corpus Domini, nec non & omnes fanctos, Spiritu effe fanctos: cur non quæ de Patre, & Filio, eadem etiam de Spiritu fancto fapere dirigimur ab Scripturis? Quod fi grave vel nefas impiis hoc effe videtur: ergo ficut credunt in Patre, & Filio, ita credant in Spiritu fancto, & ficut baptizant in nomine Patris & Filii, ita baptizent in nomine Spiritus fancti. Et ficut baptizant in nomine Patris & Filii, non ita baptizent etiam & in nomine Spiritus fancti. Et videamus, fi vel in Deum credant vel baptizent, qui fic fapiunt, aut non vident in Scripturis fanctis Trinitatis unitatem. Scripfit namque ad Ephefios beatiffimus Pau- Ephef. 6. 3. lus: *Propterea fufcipite tota arma Dei, ut poffitis refiftere in die malo, & cum omnia perfeceritis, ftate cincti lumbos in veritate, & calceati pedes in præparatione Euangelii pacis, fuper hæc omnia accipientes fcutum fidei, & galeam falutis accipite, & gladium fpiritus, quod eft Verbum Dei.* Ecce tota arma & galea Filii: ipfe enim eft falutaris: ficut dixit Efaias Prophe- Efa. 40. 5. ta: *Et videbit omnis caro falutare Dei noftri.* Gladius vero Spiritus fancti numquid deftitit a Trinitate? numquid non Trinitatem edocet? Quid igitur de Spiritu fancto quifquam dicit? cum tales profeffiones audiat de eo Scripturas enuntiare, & fanctos o- Pfal. 6. 2. rare Dominum: *Domine, ne in ira tua arguas me.* Et Pfal. 49. 21. Dominus in Pfalmo: *Arguam te, & ftatuam peccata tua ante faciem tuam.* Et falvatorem de Spiritu fan- Joan. 16. 7. cto dicentem: *Si autem iero, mittam paraclitum ad*

A *vos, & cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de juftitia, & de judicio.* Et quemadmodum in Efaia, de converfatione unigeniti inter homines audivimus: *Exiet virga de radice Jeffe, & flos de radice* Efa. 11. 1. *ejus afcendet, & requiefcet in eo Spiritus Dei, Spiritus fapientiæ & intellectus, fpiritus confilii & fortitudinis, fpiritus fcientiæ & pietatis, & replebit eum fpiritus timoris Domini. Non fecundum gloriam judicabit, neque fecundum loquelam redarguet, fed judicabit humili judicio, & redarguet fuperbos, & eripiet humiles terræ, & percutiet terram verbo oris, & fpiritu per labia interficiet impium.* Igitur & converfa- B tum eum inter homines videmus, & Spiritum Dei, id eft, Spiritum fanctum, & feptem fpiritus vocatos requiefcere fuper eum afpeximus, fed videre in fecundum ejus adventum expectamus. Sic itaque & de Spiritu fancto audientes confideramus: Ipfe enim Filius eft Dei, qui dixit: *Et cum venerit paraclitus,* Joan. 16. 8. *arguet hunc mundum de peccato, & de juftitia, & de judicio.* Neque enim fine Spiritu fancto Dominus adveniet in carne, fed conftituens cum divinitate fua eum, qui univerfitatem implet, cum fit unctio fuper carnem fuam. Sic fane & David audivimus cantantem, & dicentem: *Quo ibo a fpiritu* Pfal. 138. 7. C *tuo, & quo a facie tua fugiam?* Aut non tamquam judicem fpiritum expectans iftas emittit profeffiones? Omne enim opus Dei, & Chrifti, & Spiritus fancti eft proprium. Aut non audivimus eum in XCIV. Pfalmo dicentem de Deo: *Hodie quidem, fi* Pfal. 94. 8. 9. 10. *vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veftra, ficut in exacerbatione fecundum diem tentationis in deferto, ubi tentaverunt me patres veftri:* De fe vero: *Probaverunt me & viderunt opera mea: Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi femper, errant corde. Ipfi vero non cognoverunt* D *vias meas, ficut juravi in ira mea, fi introibunt in requiem meam?*

14. Quod fi dicant illi Dominum effe & non Spiritum, qui dicit: Propterea odio habui illam generationem, & ante dicta illa omnia: audiant Paulum ea, quæ in XCIV. Pfalmo funt dicta, ad Hebræos fcribentem: *Quare ficut Spiritus fanctus* Hebr. 3. 7. *dicit: Hodie fi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veftra*, & cetera. Veniant vero ad Prophetam Efaiam, & audiant eum dicentem: *Non* Efa. 63. 9. *legatus, neque Angelus, fed ipfe falvabit eos omnibus diebus fæculi. Ipfi vero contumaciter egerunt,* E *& exacerbaverunt Spiritum fanctum, & converfus eft eis ad inimicitiam.* Necnon etiam primitias martyrum Stephanum aufcultent increpantem principes Judæorum, ob beneficia, quæ contulit Deus patribus eorum in deferto per annos quadraginta, & ob ea, quæ irreligiofe egerunt facto vitulo, & idolis adorantes, & propter hæc omnia, quæ nefarie machinati funt, & dicentem ad eos: *Dura cervice, & incircumcifi corde,* Act. 7. 51. *& auribus, vos femper Spiritui fancto obnitimini, ficut patres veftri. Quem ex Prophetis non perfecuti funt patres veftri, & occiderunt? pronunti-* F *antes de adventu Jufti, cujus vos proditores & interfectores eftis, qui accepiftis legem ad Angelorum conftitutionem.* Quis igitur non mirabitur Spiritus fancti divinitatem, cum talia fint de eo dicta? Quis non venerabitur paraclitum Spiritum veritatis, cum viderit eum arguere hunc mundum de peccato, & de juftitia, & de judicio: cum viderit eum fufcitantem mortuos, & vivificantem, & facientem quod Pater & Filius facit? In Euangelio fcriptum eft; *Sicut enim Pa-* Joan. 5. 21. *ter fufcitat mortuos & vivificat, & fic Filius, quos vult, vivificat.* Ad Romanos dicit Paulus:

Rom. 8. 11. *Si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Jesum a mortuis vivificabit & mortalia corpora vestra, per inhabitantem Spiritum suum in vobis*. Psal. 103. 30. Et in CIII. Psalmo: *Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum convertentur. Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ*. Et quisquam paraclitum creatorem non confitetur esse, qui mittitur, & creat corpora a sæculo dissoluta, & conversa in pulverem suum, & renovat faciem terræ? secundum Esa. 65. 17. hoc, quod in Esaia Propheta scriptum est: *Erit autem cælum novum, & terra nova*: sine quo nihil neque Pater, neque Filius operatur in creationem, sicut ante monstravimus his Scripturis. Et iterum Paulus ad Romanos scribit: *Habeo ergo confidentiam in Christo ad Dominum, non autem audeo de omnibus loqui, quod non est operatus per me Christus ad obaudiitionem gentium verbo & facto, atque in veritate signorum & prodigiorum in virtute Spiritus sancti*: duce Spiritu sancto Christum signa & prodigia fecisse. Ad Ephesios Ephes. 3. 14. vero: *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, ut det vobis secundum opulentiam gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum suum in interiorem hominem, habitare Christum per fidem in cordibus vestris*.

15. Et hæc quidem de Patre & Filio Paulus singulariter scribit, sicut ad Thessalonicenses, Thess. 3. 13. quod frequenter memoravimus, ait: *Ipse vero Deus & Pater noster sanctificet vos ad perfectum*: Non dicit, sanctificent vos pluraliter, sed sanctificet singulariter. Quando autem ad Corinthios 1. Cor. 6. 11. de Filio & Spiritu dicit: *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri*. 1. Cor. 3. 16. Et de Patre quidem & de Spiritu: *Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus: quia templum Dei sanctum est, quod estis vos*. Sed & David de Patre & Spiritu di- Psal. 138. 7. cit: *Quo ibo a Spiritu tuo? & a facie tua quo fugiam? si ascendero in cælum, tu ibi es*: & non dixit vos, licet de Spiritu & Patre dixerit. Ubi est enim Deus, ibi est & Filius, & Spiritus esse ostenditur, & in Filio atque in Spiritu sancto Deus adoratur. Nam cum mulier Samaritana adhuc carnaliter cogitaret de Deo, & arbi- Joan. 4. 19. traretur in loco Deum adorari, ac diceret: *Domine animadverto, quia Propheta es tu: Patres nostri in monte isto adoraverunt, & vos dicitis, quoniam Hierosolymis est locus, in quo adorari oportet*. Dominus autem excludens in loco adorari eum, dixit: *Mulier crede mihi, quia veniet hora, quando nec in isto * monte, neque in Hierosolymis adorabitis patrem: sed veniet hora, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate: Pater enim tales quærit adoratores: Deum in spiritu & veritate oportet adorare*. (1) Quod si in spiritu & veritate, ergo in Filio Deus adoratur: nam veritas est Fili- Joan. 14. 6. us, qui dixit: *Ego sum via, & veritas, & vita*. Cur non cum Patre Spiritus adorandus est a nobis? Namque inacceptabilis est, ut corporalem venerantes Deum, non in Spiritu & in Filio adorare: alioquin si in Spiritu adorat Deum coadoratur Spiritus, cum in Christo audiant glorificari Patrem in Ecclesia, quid se esse facturos asserent? Paulus enim scribens ad Ephesios ait: Ephes. 3. 20. *Ei qui potens est omnia facere abundanter quam petimus vel sapimus, ipsi gloria in Ecclesia in Christo Jesu in omnes generationes sæculi sæculorum, amen*. Et rursum Paulus dicit: Quia per Christum dicitur Amen Patri ad gloriam: per nos Patrem per Filium Dei, & in Filio Patrem glorificantes nos utique conglorificantes Filio. Sic namque Deum adorantes in Spiritu & in Filio, id est, per Spiritum ac per Filium adorantes, coadoramus Deum Filium & Spiritum. Denique Paulus scribit: Philipp. 2. *Ut in nomine Jesu Christi omnes gentes genu flectant, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris*. Quod si hi, qui in nomine Jesu Christi flectunt genua, Filium glorificant cum Patre, cur hi, qui in Spiritu Patrem & Filium adorant, non adorabunt eum cum Patre, & Filio, & Spiritu sancto? Si itaque audivimus Mosen dicentem: Deut. 6. 13. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*, scimus pronuntiari cum Deo Filium & Spiritum.

16. Et ne tamquam non scripta memorantes, & de nostro loqui videamur, demonstranda est eis cælestium virtutum adoratio, & sicut in sanctis Scripturis didicimus, forsitan illi æmulatores effecti, sic & venerari discant & adorare. Quem visum volunt Esaiæ in templo laudare & adorare & clarificare, Seraphim; Patrem-ne an Filium? forte enim aures obstruent, si audiant, an Spiritum sanctum? Esaias enim dicit: Esa. 6. 1. Hæc item adferuntur supra, libro de Incarn. contra Arianos num. 10. *Et factum est anno quo mortuus est Ozias Rex, vidi Dominum Sabaoth sedentem super thronum altum & elevatum, & plena domus majestate ejus, & Seraphim stabant in circuitu ejus, sex alæ uni, & sex alæ alteri, & duabus quidem velabant faciem, duabus vero pedes, & duabus volabant, & clamabant ad alterutrum, & dicebant Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus. Et elevatum est limen in voce clamantis, & domus impleta est fumo, & dixi: O miser ego, quoniam compunctus sum: quia cum sim homo, & immunda labia habeam, & in medio quoque populi immunda labia habentis ego habitem, Regem Dominum Sabaoth ego vidi oculis meis. Et missus est ad me unus de Seraphim, & in manu habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum & dixit mihi: Ecce tetigit istud labia tua, & ait: Ecce aufert iniquitates tuas, & peccatum tuum mundabit. Et ego audivi vocem Domini, dicentis: Quem mittam & quis ibit ad populum istum? & dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit mihi: Vade ad populum istum, & dic ei: Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non aspicietis. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, ne forte videant oculis suis et credant, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem illos. Et dixi: Usquequo Domine?* Quem igitur hunc esse volunt, * afferant, dicent enim forte Filium. In Euangelio * kata Joannem scriptum est: Joan. 12. 39. *Et propterea non poterant credere in Jesum, quia dixit Esaias Propheta: Excæcavit eorum oculos, et hebetavit eorum cor, ne forte videant oculis, et intelligant corde, et convertantur, et sanem illos*. Hæc igitur dixit Esaias, cum vidisset gloriam ejus, & locutus est de eo. Et quid facient de Paulo, qui Spiritum sanctum dicit in illa gloria visum

* loco.

* G. R. adferant.

* Sic codd.

(1) Mss. quod si in Spiritu & Filio Deus adoratur & veritas est Filius, qui dicit.

visum esse Esaiæ, & loquutum esse ei, cum misisset eum ad populum supra dicta dicere? Scriptum est
Act. 28. 25. enim sic in Actibus Apostolorum: *Convenientes autem ad alterutrum Judæi dimittebantur, dicente Paulo verbum unum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est ad patres vestros per Prophetam Esaiam, dicens: Ito ad populum istum, & dic ei: Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non aspicietis. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus suis graviter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem illos.* Ecce Joannes quidem Filium, Paulus vero Spiritum sanctum esse dicit, qui sit visus Esaiæ, sedens super thronum altum, & elevatum, qui adoratur, & laudatur, & glorificatur a Seraphim. Ecclesiæ autem Christi omnes ab oriente usque ad occidentem convenienter Patrem a Seraphim laudari profitentur in ministeriorum relatione. Dicant itaque nobis, qui venerationem Spiritui sancto abnegant, quisnam ex his verum dicit, aut quis fallit? Utrumne Joannes, an Paulus? an vero omnes Ecclesiæ Christi? quoniam quidem omnes Ecclesiæ Patrem profitentur esse, qui adoratur a Seraphim, Joannes autem Filium, Paulus vero Spiritum sanctum. Si vero nemo eorum fallit, sed omnes veritatem dicunt, manifeste probatum est, quod & solius nomen Patris dicatur. Habebat tamen Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum secundum pronuntiatum; vel si Spiritus habeat Patrem & Filium si venerentur qui sic adorant, venerationem cælestium animantium imitentur, & non suas cogitationes sequantur. Alioquin quid facient audientes Salvatorem, dicentem ad Disci-
Matth. 28. 19. pulos: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti?* Cum Scriptura non Trinitatem, sed unionem baptisma nominaverit. Scriptum est enim sic in Actibus Apostolorum, de his qui in Samaria crediderunt, & baptizati sunt a Philippo, tantum baptizati erant in nomine Domini Jesu Christi.

17. De his vero qui Ephesi a Paulo baptizati
Act. 19. 5. sunt, *ii cum audissent, baptizati sunt in nomine Domini Jesu Christi.* Petrus enim Judæos alloquens:
Act. 2. 38. *Pœnitentiam*, inquit, *agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum. Ii cum audissent & comprobassent sermones ejus, baptizati sunt, & additæ sunt in die illo animæ quasi tria millia.* Numquid prævaricatores mandati Salvatoris effecti sunt? & contra traditionem Salvatoris baptizaverunt tantam multitudinem? Non enim scriptum est: quia baptizaverunt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sed tantum, in nomine Domini Jesu Christi. Sed non sunt prævaricati: Absit. Nam licet Filii nomen tantummodo dicatur, habet tamen Patrem & Spi-
* secum. ms. tum * secundum pronuntiatum, sicut in Scripturis sanctis probabimus. Itaque & Spiritus sanctus Dominus Sabaoth dicitur, & est cum Deo & cum Filio a Seraphim adoratus. Propter quod hæc ter dicunt: Sanctus, Sanctus, Sanctus, ut Trinitatem pronuntiarent. Unde & Paulus Dominum vocari Spiritum non negat, dicens ad
2. Cor. 3. 17. Corinthios: *Dominus vero spiritus est, & ubi Spiritus Domini, est ibi libertas.* Et ad Romanos ait:
Rom. 8. 2. *Lex autem Spiritus vitæ liberavit me a lege peccati & mortis.* Quomodo ergo ausi estis Spiritum sanctum servum dicere, qui creaturam liberavit? Si enim, inquit, omnia per ipsum facta sunt, ostendite creatum esse Spiritum sanctum. Utique etiam id,
Psalm. 118. 91. quod in CXVIII. Psalmo scriptum est, *quia omnia serviunt tibi*, servum esse ostendit Spiritum sanctum. Sed neque id quod dicitur: omnia per Filium facta sunt, assignat Spiritum sanctum: ipse enim est, qui dixit; neque id quod omnia serviunt tibi, servum esse ostendit eum. Alioquin & Paulus quomodo audiendus est, dicens: *Non enim ac-* Rom. 8. 15. *cepistis Spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis Filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater.* Itaque nec servus nec creatio Spiritus sanctus esse ostenditur. Sed vos & carnem, & servum esse eum infamatis, qui non solum non sit liber, sed & creaturæ libertatem largitur, sicut superius probavimus. Et rursum Paulus scribit: *Divisiones autem donorum sunt, idem vero Spi-* 1. Cor. 12. 4. *ritus, dividens unicuique sicut vult.* Et Jesus ait: *Spiritus ubi vult spirat.* Qui autem facit quod vult non est servus, sed liber est. Et qualem mortem merebuntur qui Dominum cælestis militiæ servum esse profitentur? Dominus enim virtutum interpretatur, Dominus Sabaoth, & non utique libertatem largiretur creaturæ, nisi esset creationis Dominus: in nomine enim Domini Jesu Christi & Spiritus sancti, *quem mittet vobis Pater in nomi-* Joan. 14. 26. *ne meo, ille vos docebit.* Tamen nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & in propria vita & substantia permanens, cum ipse sit vita. Alioqui quid estis facturi, audientes in Cantico Canticorum Salomonem dicentem: *Unguentum effusum nomen* Cant. 1. 2. *tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te?* Esaias vero: *Et faciet Dominus Sabaoth gentibus, in isto* Esai. 25. 6. *monte bibent in lætitia, & bibent vinum, unguento ungentur, tradent hæc omnia gentibus.* Nonne Spiritum sanctum, quo uncti sumus, unguentum vocavit Propheta? Quem & David oleum exsultationis in XLIV. Psalmo dicit, in conversatione humana Salvatoris: *Propterea unxit te Deus, Deus* Psal. 44. 8. *tuus, oleo exultationis præ consortibus tuis.* Quod & assumens Petrus, ait: *Jesum Christum, qui est a* Act. 10. 37. *Nazareth, unxit Deus eum in Spiritu sancto & virtute.* Spiritus itaque sanctus cum & oleum, & unguentum dicitur, nomen est Dei & Filii, in propria vita & substantia permanens: cum sit ipse, ut supra diximus secundum Prophetam, *unguentum effusum nomen tuum.* Manifestum est autem, quia Spiritum sanctum effudit Dominus abundanter super eos, qui ex gentibus crediderunt, sicut Paulus scribit: *Et cum unctionem & signaculum habeamus:* & rursus idem Paulus in secunda Epistola ad Corinthios scribit: *Qui autem firmat* 2. Cor. 1. 21. *nos vobiscum in Christo, & unxit nos Deus, qui & signavit nos, qui & dedit arrham Spiritum in cordibus nostris.* Et iterum ad Ephesios, ait: *In quo* Eph. 1. 13. *credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est arrha hæreditatis nostræ:* magna nos sapere sancti præparant de Spiritu sancto. Nam David dicit: *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.* Psal. 15. 5. Et Moses scribit: *Non erit portio, neque hæreditas Levitis in terra, Dominus ipse portio eorum est.* Et Hieremias clamat: *Quia formavit omnia ipse hæreditas hujus Jacob, Dominus nomen est ei.*

18. Et cum Dominum hæreditatem sanctorum Spiritum sanctum esse dixit: *In quo*, inquit, *cre-* Ephes. 1. 13. *dentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est arrha hæreditatis nostræ*, docens hæreditari & non hæreditare professiones sanctorum considerantes. Ait enim Esaias ad eos qui non haberent Spiritum sanctum, & propterea ignorantes esse hæreditatem sanctis post hujus sæculi exitum instruens patienter, & dicens: *Est hæreditas colen-* Esai. 54. 17. *tibus Deum, & vos eritis justi, dicit Dominus: Qui sititis, ite ad aquam.* Spiritum sanctum aquam appel-

appellans, sicut postmodum monstrabimus: cum sit arrha sanctorum hæreditatis: hunc Spiritum sanctum & David signaculum hæreditatis cum habuisset. Sed hos quidem qui non credunt hæreditatem esse sanctis, post hujus vitæ exitum Psal. 4. 6. miseros esse dicit. De se vero & similibus confidenter agens: *Multi dicunt: quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*. Signationem esse dicens signaculum, quod lumen vultus tui Domine esse fit professus. Itaque credent Paulo dicenti, Spiritu promissionis sancto signatos esse credentes; & huic David qui haberet eumdem spiritum fidei, Psal. 115. 10. psallenti: *Credidi, propter quod locutus sum*. Sciant quod & vultus Domini esse dicit signaculum, quod accepit, id est Spiritum sanctum adeo ut & Filium Dei lumen Dei esse sciens psalleret Deo in xxxv. Psal. 35. 10. Psalmo, dicens: *In lumine tuo videbimus lumen*, id est, in Filio tuo videbimus Spiritum sanctum. Sic Esai. 10. 17. & Esaias Spiritum qui sanctificat, non solum lumen, verum etiam ignem scit appellare, dicens: *Et erit lumen hujus Israel, & sanctificabit eum igne ardenti*. Et ecce in lumine, quod est ignis, sanctificat Deus hunc Israel, & Deus noster ignis Deut. 4. 24. consumens est, sicut Moyses ait: *Deus noster Rom. 15. 16. ignis consumens est*. Sed & Paulus dicit: *Ut fiat oblatio gentium acceptabilis, sanctificata in Spiritu sancto*. Et non aliter gentes, aliter Israel sanctificantur a Deo, quam Spiritu sancto lumine & igne existente. Dicit autem & Sapientia Prov. 20. 27. Salomonis in Proverbiis: *Lux Domini spiratio est hominum, qui scrutatur interna ventris*. Et manifestum est, quia Spiritus omnia scrutatur, quemadmodum scribit Paulus, & quod a principio formato Adam, in faciem ejus spiravit Deus Spi- Gen. 2. 7. ritum sanctum, sicut Moses ait: *Et spiravit Deus in faciem Adæ inspirationem vitæ, & factus est homo in animam viventem*. Neque id quod spiratum est a Domino, anima est, secundum fabulatores Judæos; alioquin quomodo hoc, quod a se spiratum est, Deus, igni æterno condemnat? sed vivificans Spiritus est, de quo & Paulus ait: 2. Cor. 3. 6. *Spiritus vero vivificat*. Et, *spiravit Deus in faciem ejus spirationem vitæ, & factus est homo in animam viventem*. Itaque Spiritus sanctus est spiritus vitæ, a quo excidentes nonnulli, viventes 1. Tim. 5. 6. mortui sunt, sicut Paulus scribit: *Nam quæ in delitiis agit, vivens mortua est*. Alioquin quomo- Prov. 20. 27. do audiendus est Salomon, dicens: *Lux Domini spiratio est hominum, qui scrutatur interna ventris*, si animas hominum lumen Dei esse dicitis, nisi Spiritum sanctum lumen Dei confessi fueritis? Sed spirationem lumen Dei esse credatis, dicente Mose: *Spiravit Deus in faciem Adæ spiraculum vitæ*. Joan. 14. 6. Et Filius Dei: *Ego sum vita*. Sed & Sapientia Sa- Prov. 1. 23. lomonis introducentem Salvatorem dicit: *Ecce proferam vobis meæ adspirationis professionem*: sic enim in Proverbiis, ait: *Sapientia in exitu canetur, in plateis vero fiducialiter agit: in portis autem potentium assistit: in muris quoque civitatis confidenter ait: Quanti temporis obtinent prudentes non stultitiam & erubescent? Imprudentes autem contumeliæ cum sint cupidi, impii effecti odio habuerunt sensum, & obnoxii facti sunt increpationibus. Ecce proferam vobis meæ adspirationis professionem, docebo vos meum sermonem*. Et Esaias Spiritus sancti promissionem præ- Esai. 42. 5. dicans sic ait: *Dixit Dominus, qui cælum fecit & adfixit illud, qui solidavit terram, & quæ in ea sunt: qui dat spirationem populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam*. Dicite qui est populus qui accepit spirationem? Numquid & hic A spirationem animam esse dicitis? Aut dabitis sine anima populum super terram constitisse? Sed non est, professionem namque Spiritus sancti prædicans Propheta hæc ait. Denique completam professionem super fideles, qui fuerant illo tempore, scripsit Lucas: *Et cum complerentur dies quinquagesima, erant pariter omnes in unum. Et factus est subito sonus de cælo, tamquam Spiritus vehemens ferretur, implens totam domum ubi erant sedentes. Et visæ sunt eis divisæ linguæ tamquam ignis, & sedit super unumquemque eorum, & cœperunt loqui variis linguis*, Actor. 2. 1. B *prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis*.

19. Simili modo magnus ille Job adversus amicos suos, cum essent Spiritu sancto privati, & nihil verum dicerent, neque opinarentur se ante Deum loqui, ajebat: *Nonne ante Deum loquimini?* Job. 13. 7. Et rursum: *Cui annuntiastis verba? Spiratio vero* Job. 26. 4. *cujus est, quæ procedit a te?* Ex quibus unus magna loquens dicebat: *Spiritus est, qui mortalibus* Job. 33. 4. *intercedit, spiratio vero omnipotentiæ est, quæ me docet*. Omnipotens autem Filius Dei, de quo Zacharias ait: *Propterea sic dicit Dominus omnipotens*. Zach. 2. 8. *Post gloriam misit me super gentes*. Igitur Salomone C dicente: *Lux Domini spiratio est hominum*. Prov. 20. Et a Mose instructi: *Spiravit Dominus in faciem Adæ* Gen. 2. 7. *spirationem vitæ, & factus est in animam viventem*. Audientes vero & Salvatorem dicentem: *Ego sum* Joan. 14. 6. *vita*: Et Paulum scribentem: *Lex enim spiritus* Rom. 8. 2. *vitæ*: Et rursum: *Misit Deus Spiritum Filii sui* Gal. 4. 6. *in corda nostra*: Videntes autem etiam Unigenitum insufflantem in faciem Apostolorum & dicentem: *Accipite Spiritum sanctum*, Joan. 20. 23. spirationem Filii in propria vita & substantia manente Spiritum esse doceamur, & neque genitum neque creatum esse D a Filio sapiamus, nequaquam unigenitum Filium credamus esse Spiritum, & quod Dominus sit Verbum Filii, genitum vero a Deo Verbum suum in propria vita & substantia permanens, cum sit vita Filius Dei. Propterea vero non est genitus ab eo Spiritus, quia non est Verbum ejus. Creatum vero dicere Spiritum, absit. Verumtamen spirationem Filii Dei eum ex sanctis Scripturis docti sumus, & fontem Spiritus & Filium Dei dicimus, audientes Filium: *Quia duo nequam* Hier. 2. 13. *fecit populus iste, me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non po-* E *tuerunt aquam portare*. Aqua viva Spiritus sanctus est, sicut Joannes docuit, Salvatore dicente ad Samaritanam mulierem: *Si scires donum Dei, &* Joan. 4. 10. *quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu utique petisses eum, & dedisset tibi aquam vivam*. Et rursum: *Quicumque biberit ex aqua, quam ego ei* Joan. 4. 13. *dabo, non sitiet in æternum*. Et in medio templi clamat: *Si quis sitit, veniat ad me & bibat, qui* Joan. 7. 37. *credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*. Et interpretatus est sic: *Hoc autem dicebat de Spiritu sancto, quem accepturi erant qui credituri erant in eum*. Ita et- F iam & Esaias Dominum dixisse ait: *Quia ego da-* Esai. 44. 3. *bo in siti aquam iis qui in sicco iter fecerunt, & ponam Spiritum meum super semen tuum, & benedictiones meas super filios tuos, & orietur tamquam in aqua fœnum, velut salix inter fluxus aquæ*. Ergo manifeste Scripturis sanctis profitentibus, aquam vivam Spiritum sanctum esse cognovimus. Dominus se fontem Spiritus esse dixit sic: *Me dereliquerunt* Jerem. 2. 13. *fontem aquæ vivæ*. Sic & David canit in Psalmo xxxv. dicens ad Dominum: *Quia apud te est fons vitæ*. Psal. 35. 10. Igitur præter Dominum ostende alium fontem vitæ, qui apud eum sit: non enim dixit, quoniam tu es fons vitæ, sed quia apud te fons vitæ est.

Est

A Est vero apud Deum, & est Filius fons existens Spiritus, de quo Paulus ad Romanos scribit: Rom. 8. 10. *Spiritus vero vitæ propter justitiam*. Ita non alienum, sed proprium Patris esse eum dicit. Nam cum professus fuisset: *Quia apud te est fons vitæ*, adjunxit: *In lumine tuo videbimus lumen*, id est, Filio tuo videbimus Spiritum. Necnon etiam & in nomine virtutis Dei appellatus Spiritus, & virtus, & sapientia esse monstratur. Audivimus enim Salvatorem in Euangelio promittentem discipulis suis missurum esse Spiritum sanctum, Luc. 24. 49. qui dicit: *Ecce ego præmittam promissionem Patris* B *mei super vos: vos vero sedete in civitate, donec induamini ex alto virtutem*. In Actibus vero A- Act. 1. 8. postolorum idem Dominus, ait: *Sed accipietis virtutem superveniente super vos Spiritu sancto*. Hoc quoque impletum esse comperimus, sub die quinquagesimæ consummatæ. Ant ergo virtutem Dei Spiritum sanctum esse profitemini, aut sicut Sabellius Paraclitum, cum sit virtus Dei, eumdem Hæc habentur in libro contra Arianos p. 330. num. 9. & 10 non multum diversa. Filium Dei esse prædicate, & audite Paulum dicentem: *Spiritus vitæ propter justitiam*. Fontem iterum Spiritus instruimur esse Filium. Hieremiam audite clamantem contra Judæos: *Quia de-* C *reliquerunt me fontem vitæ Dominum*. Alius autem ait: Spiritum sapientiæ, sciens Spiritum sanctum Esai. 11. 2. secundum Esaiam quidem dicentem: *Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ & intellectus*. Secundum Paulum vero tribuentem: Eph. 1. 16. *Non cesse gratias agens Deo pro vobis, ut det vobis Spiritum sapientiæ & revelationis*. Fontem esse Baruch. 3. 12. Spiritum dixit supra, sic dicens: *Dereliquistis fontem sapientiæ*. Quod vero Spiritum hic sapientiam appellaverit, manifestum est, ex quibus dicit. Nam cum in terra Chaldæorum esset popu- D lus, & cum Chaldæis conversaretur, eos qui non haberent Spiritum sanctum, sed carnaliter quidem viverent peccato, morerentur vero justitiæ, & fraudarentur Spiritu sancto, querebatur cum Baruch. 3. 10. lacrymis, dicens: *Quid est Israel? quid, quia in terra inimicorum es, & inveterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum his qui in inferno sunt, dereliquisti fontem sapientiæ, viam Domini. Si fuisses ingressus, habitares utique cum pace in æternum*. Considerent enim viam, quam dereliquerunt filii Israel, Deum esse, Joan. 14. 6. qui dicit: *Ego sum via*. fontem vitæ in Prophe- E ta appellari, quam dereliquerunt Judæi, coinquinantes se cum Babyloniis, qui erant mortui justitiæ: ducem enim non habebant in se Spiritum paraclitum, Spiritum veritatis, qui est vita & vivificat: viventes mortui sunt.

1. Tim. 5. 6. 20. Unde & Paulus de talibus scribit: *Nam quæ in delitiis agit vidua, vivens mortua est*. Et Sa- Prov. 29. 21. lomon clamat: *Qui in delitiis conversatur, a pueritia servus erit, in novissime vero dolebit in se*. Qui enim in peccati delitiis agunt, non audi- Rom. 8. 15. unt Paulum scribentem: *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba* F *Pater*. Sed cum sint filii peccati, mortui sunt justitiæ. Qui vero Spiritus sancti donum accepe- Rom. 8. 2. runt: *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu, liberavit me a lege peccati & mortis*. Bene itaque Gen. 2. 7. Moses observavit ut diceret: *Itaque spiravit Dominus in faciem Adæ spirationem vitæ, & factus est homo in animam viventem*. Qui enim non habent Spiritum sanctum, viventes mortui sunt. Unde & ad Israel derelicto Domino, qui sit fons vitæ vivificans, Baruch. 3. 12. dicit: *Dereliquistis fontem sapientiæ, viam Domini si fuisses ingressus, utique habitares in pace*

A *in æternum tempus*. Audientes ergo Dominum dicentem: *Ego sum via*, docti etiam ex Scriptu- Joan. 14. 6. ris sanctis fontem Spiritum esse Deum, qui dicit: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ*, nequa- Jerem. 2. 13. quam creaturam Spiritum sanctum sapiamus, sed ejusdem esse cum Patre & Filio substantiæ iterum ex Scripturis probamus, sic ut superius ab Esaia Propheta docuimus. Scribit autem ille magnus Joannes Euangelista in Apocalypsi, hæc dicens: *Et ostendit mihi fluvium aquæ vivæ*, Apoc. 22. 1. *candidum quasi glaciem egredientem a sede Dei & Agni, fluentem per medium plateæ*. Dicebat ve- B ro supernæ Jerusalem, de qua scriptum est in Psalmis: *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei*. Psal. 45. 5. Quod si dixerint, quid ergo quia scriptum est aqua? Audiant. In sede Dei & Agni aqua est viva vitæ, & cum aquæ ejus capaces aliqui efficiuntur, & flumina dicuntur, & in singulis quibusque adimpleri dicitur Spiritus sanctus: sicut & Filius Dei adimpletur in singulis, secundum Paulum scribentem: *Plenitudo ejus, qui omnia in omnibus* Ephes. 1. 23. *adimplet*. Et est quidem, quando ii qui implentur ista aqua viva, flumina appellantur, sicut & C David in XCII. Psalmo dicit: *Elevaverunt flu-* Psal. 92. 3. 4. *mina Domine vocem suam, a voce aquarum multarum*. Est vero quando verbum doctrinæ, & unaquæque operatio spiritus, flumina vocantur, secundum Dominum dicentem: *Qui credit in me, sicut* Joan. 7. 38. *dixit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*. Ergo non dixit, aqua impleta est, aqua enim Spiritus vita est, & *flumen Dei impletum est aquis*. Et Dominus: *Me* inquit, *dereliquerunt* Jerem. 2. 13. *fontem aquæ vivæ*. Itaque ejusdem sedis est cum Deo & Agno, vita vitæ, id est, Spiritus sanctus, sicut D Joannes una cum Esaia dixit, & non servus, nec minister, sicut vos dicitis. Quod si permanent dicentes creatum Spiritum sanctum, & proferent illud quod in Amos Propheta scriptum est: *Præ-* Amos. 4. 12. 13. *para te, invoca Deum tuum, Israel, quia ego firmans tonitruum, & creans spiritum, & annuntians hominibus Christum suum*. Audiant non de Spiritu sancto hoc dixisse Filium Dei, sed de spiritu venti qui tonitruum sequitur. Neque enim præcedit Spiritum sanctum tonitruum, sed præcedit spiritum venti, quem creare dixit post tonitruum Dominus. Alioquin dicant, an ante Spiritum sanctum E crearet tonitruum. Si vero hoc impium est dicere, expellantur prorsus qui dicunt, creatum esse Spiritum sanctum, quoniam nec de prima creatione, quæ a Filio Dei sit creata, tacuerit Scriptura: sic enim dicit qui loquitur ad Job: *Sed ecce bestiæ a-* Job. 40. 10. *pud te fœnum tanquam boves edent, & viger ejus in lumbis, virtus vero in umbilico ventris ejus. Statuit caudam sicut cypressus, nervi ejus complexi sunt sicut funes, latera ejus sicut latera ærea, & dorsum ejus, &c.* Hoc testimonium facturæ Domini factum ad illudendum Angelis. Itaque diabolus prima creatio esse scriptus est deludi ab Angelis, sic enim scriptum est: *Initium facturæ Domini,* Job. 40. 14. F *factum ad illudendum Angelis*. Nos autem sensum Christi Spiritum esse de Scripturis sanctis didicimus, sicut Paulus scripsit: *Sed docti ab Spiritu,* 1. Cor. 2. 13. *spiritualibus spiritualia comparantes: animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, stultitia est enim ei, & non potest scire, quia spiritualiter dijudicatur, spiritualis vero dijudicat omnia, ipse autem a nemine dijudicatur: quis enim novit sensum Domini, qui instruat eum? Nos vero sensum Christi habemus*. Iste igitur Spiritus sanctus cum sit sensus Domini, in propria vitæ substantia existens, sicut frequenter didicimus, novit omnia,

quæ sunt Dei, sicut spiritus noster quæ nostra sunt.

2. Cor. 2. 10. 21. Denique & Paulus, ait; *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profundum Dei. Quis enim homo novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? sic & quæ sunt Dei nemo novit, nisi Spiritus Dei: nos vero non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non docti humanæ sapientiæ verbis; sed docti ab Spiritu, spiritalibus spiritalia comparantes*, &c. Istum Spiritum sanctum etiam digitum Dei esse docuit, secundum Matthæum quidem dicens: (Mat. 12. 28.) *Si autem in Spiritu Dei ejicio dæmonia, pervenit in vos utique regnum Dei*. Secundum vero Lucam: (Luc. 11. 20.) *Si autem ego in digito Dei ejicio dæmonia, pervenit ad vos utique regnum Dei: propterea dico vobis quia omnis blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittetur eis. Et quicumque dixerit in Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic, neque in futuro sæculo*. Per hunc Spiritum sanctum, cum sit digitus Dei scriptæ sunt tabulæ lapideæ, quæ datæ Moysi sunt, scriptæ digito Dei, sicut ipse Moyses exposuit. Alioquin si non Spiritum sanctum digitum Dei esse dicunt: tabulas enim lapideas gloriosiores magis esse quam corda sanctorum profitebuntur, super quæ epistola Christi est scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Hunc Spiritum sanctum, & lumen vultus Dei esse credimus, secundum David in quarto Psalmo dicentem: (Psal. 4. 7.) *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*. In trigesimo vero & quinto Psalmo: (Psal. 35. 10.) *In lumine tuo videbimus lumen*. Et secundum Salomonem in Proverbiis scribentem: (Prov. 20. 27.) *Lux Domini inspiratio est hominum, qui scrutatur interna ventris*. Et Esaiam dicentem: (Esai. 10. 17.) *Et erit lumen huic Israel in ignem, & sanctificabit eum igne ardenti*. Hanc spirationem Filii Dei esse divinæ Scripturæ docuerunt, secundum Salomonem quidem dicentem: *Lux Domini inspiratio est hominum*; secundum Moysem: (Gen. 2. 7.) *Et spiravit Deus * spiramentum vitæ, & factus est homo in animam viventem*, (* Spiraculum.) & quemadmodum postea creatus est Adam, accipiens spiritum vitæ, & factus est homo in animam viventem, & habens Spiritum sanctum, spiritualis erat, adeo ut & prophetaret, quod hujus rei gratia derelinqueret homo patrem suum & matrem suam, & adhæreret uxori suæ, & essent duo in carne una: necnon & illam quæ sumta est de se mulierem vocaret Evam, prophetice dicens ei: (Gen. 3. 20.) *Hæc est mater omnium viventium*. Simili modo & omnes sancti, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, per impositionem manuum sacerdotis Dei Spiritum sanctum consecuti, ad antiquum restituuntur, in quo erant ante prævaricationem Adam. Et hoc Spiritu legem dante in Ecclesiis gentium, nos neque carnem circumcidimus, neque carnaliter legem Moysi custodimus. Nam cum Paulus, & qui cum eo prædicabant gentibus Verbum Domini, & qui fideles fuerant de circumcisione dicentes: Quia oportet circumcidere eos, & præcipere eis custodire legem Moysi: jussit Spiritus sanctus non circumcidi ex gentibus credentes, neque carnaliter ritum sequi, quem Moyses Judæis tradidit: scripserant Apostoli iis qui ex gentibus erant, hæc: *Apostoli & Presbyteri fratres, iis qui Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus, qui sunt ex gentibus, salutem.* (Act. 15. 23.) *Quoniam audivimus, quod ex nobis quidam turbaverunt vos verbis quæ non constituimus: visum est nobis congregatis in idipsum mittere ad vos cum charissimis nostris Paulo, & Barnaba, hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi, Judam & Silam, & ipsos per verbum annuntiantes eadem. Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil amplius imponi vobis oneris, præter ea quæ necesse est, ut abstineatis vos ab idolothytis, & sanguine suffocato, a quibus custodientes vos bene agetis. Valete*. Et cum Spiritus sanctus promulgasset omnes Ecclesiæ Christi custodiunt hæc, quia nemini ex his, quæ creata sunt, legem orbi terrarum dare concessum est. Itaque videntes Spiritum sanctum legem dantem non blasphement dicentes, eum esse creatum: quoniam præcipue Dominus contra eos qui blasphemant in eum dicit: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, qui autem blasphemaverit in Spiritu sancto, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro*. (Mat. 12. 31.) Non autem talia de eo diceret Dominus, si creatura esset. Deinde & in libro Regnorum scribitur: *Si peccaverit vir in virum, orabit pro eo Sacerdos: si vero in Dominum peccaverit, quis orabit pro eo?* (1. Reg. 2. 25.) Et his similia de Spiritu sancto etiam Dominus dixit, sicut superius probavimus: *Quicumque dixerit verbum in Filium hominis, remittetur ei, quicumque in Spiritum sanctum, neque in hoc sæculo, remittetur ei, neque in futuro*. Hanc igitur pertimescentes sententiam, & audientes quanta de Spiritu sancto Scripturæ dixerint, qualia de Patre & Filio, talia etiam de Spiritu sancto sapiamus. Quoniam sicut credimus in Deum Patrem, & in Filium ejus unigenitum, ita credimus & in Spiritum sanctum. Et si baptizati sumus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quod sicut credimus, & baptizati sumus, ita sentientes de Trinitate & imitantes adorationem Seraphim, hæredes regni cælorum effici poterimus.

IN

IN EPISTOLAM AD MARCELLINUM

ADMONITIO.

I. OPINANTUR *nuperi Scriptores quidam, Epistolam ad Marcellinum esse illud opus de Titulis Psalmorum, quod ab Hieronymo inter Athanasiana scripta enumeratur: at cum de titulis seu inscriptionibus Psalmorum, ne verbum quidem hac in Epistola compareat, propalam nobis est alium ab Hieronymo laudari librum, de quo plura inferius. Cassiodorus porro de Institutione Divinarum litterarum hoc opusculum ita memorat:* Legendus est etiam libellus Athanasii Alexandrinæ civitatis Episcopi, quem Marcellino post ægritudinem in locum refectionis dulcissimæ destinavit, qui inscribitur: De libro Psalmorum; ubi diversa commonens, virtutem operis ipsius minutissima discussione patefecit: diversos hominum casus cum suis remediis suaviter introducens. *Synodus vero Nicæna II. hæc habet:* ὁ δὲ τῆς ἀθανασίας ἐπώνυμος τρανότερον ἡμῖν διηγόρευσε ἐν τῇ πρὸς Μαρκελλῖνον ἐπιστολῇ, ἣν προέταξεν ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ἑρμηνείας τῶν ψαλμῶν, οὑτωσὶ λέγων· τὴν βίβλον τῶν ψαλμῶν τις λαμβάνων, &c. Qui vero ab immortalitate nomen sortitus est (*Athanasius*) apertius nobis explicat in Epistola ad Marcellinum, quam præfixit libro Interpretationis Psalmorum, sic ajens: libro Psalmorum quis accepto, &c. *ut habetur num.* II. *Quod autem hic dicitur Athanasius Epistolam ad Marcellinum præposuisse Interpretationi Psalmorum; illud, inquam, in antiquissimis catenis manuscriptis in Psalmos quæ etiam Nicænæ secundæ Synodi ætatem exæquant, admissum reperimus. Sed ab ipso Athanasio minime factum putamus, nulla quippe hic exstat prologi vel præfationis ratio. Quare quod proœmii loco in catenis præmittatur, id catenarum collectoribus adscribendum omnino est.*

II. *Ceterum, uti jam diximus, in catenis quibusdam manuscriptis in Psalmos hoc opusculum proœmii loco ponitur, in aliis omittitur: in catena vero a Corderio edita anno* 1643. *legitur quidem, sed mutilum initio ea parte qua Marcellinum alloquitur, hisque verbis incheatur:* πᾶσα μὲν γραφὴ, ὡς Παῦλός φησι, θεόπνευστος, *&c.* omnis Scriptura, ut Paulus dicit, divinitus inspirata, &c. *Itemque in editione Athanasii Lugdunensi anni* 1532. *exstat hæc Epistola ex interpretatione Angeli Politiani, sed mirum in modum mutila, initio, fine, medio, & ubique, ita ut quasi* ἀποσπασμάτιον *hujusce operis videatur.*

III. *Argumentum Epistolæ quod spectat: primo id ponitur discriminis Psalmos inter & alios Scripturæ sacræ libros, ut qui alios legit verba non ut sua, sed eorum quorum libri sunt, vel eorum qui loqui exhibentur, proferat; qui autem Psalmos recitat, verba proferat quasi sua, & ad se proprie pertinentia. Hinc dividuntur Psalmi, in varia genera, orandi scilicet, confitendi, & his similia: deindeque indicatur, quo quisque Psalmus casu, qua conditione, qua opportunitate cani debeat. In hisce tota versatur Epistola.*

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

Ad Marcellinum, in Interpretationem Psalmorum.

1. MIROR tuum in Christo propositum, dilecte Marcelline. Nam & præsentem tentationem, quamvis plurima in ea passus, probe toleras, & ascesin seu exercitationem non negligis. Sciscitatus enim ex tuo tabellario, qua ratione post ægritudinem versaris: didici, te omnibus quidem divinis Scripturis vacare, potissimum tamen Psalmorum librum evolvere; maximeque studere, ut cujusque Psalmi veram sententiam assequare. Quamobrem te summopere laudo, cum magno eumdem librum, totamque Scripturam studio prosequar. Hoc itaque modo affectus, incidi olim in quemdam senem studiosissimum, voloque tibi, quæ mihi ille de sacro Psalterio, quod manu tenebat sermocinabatur, perscribere: habent enim quamdam probabilitatem, cum enarratione veri simillima conjunctam. Ita enim loquutus est.

Psalmorum liber omnia pertractat ea quæ in aliis Scripturæ libris habentur.

2. Omnis nostra, o fili, Scriptura, cum vetus, tum nova, divinitus inspirata, utilisque ad doctrinam est, ut scriptum habetur. Attamen Psalmorum liber quædam observatu digna habet, iis qui adtendere voluerint. Quilibet enim liber suum quod præfert argumentum tractat & prosequitur: verbi gratia, Pentateuchus mundi originem, gesta Patriarcharum, exitum Israelis ex Ægypto, & cum A legis traditione, Tabernaculi & Sacerdotii constitutionem. Triteuchus, sortium distributionem, Judicum acta, Davidis genealogiam. Libri Regum & Paralipomenon, gesta Regum. Esdras, captivitatis solutionem, reditum populi, Templi & Urbis exstructionem. Prophetæ, de adventu Salvatoris, de præceptis servandis monita, prævaricantium reprehensiones, Prophetias de gentibus. At liber Psalmorum, omnium reliquorum fructus quasi insitos in se continens, cantus edit, & proprios insuper inter psallendum exhibet. B

3. Nam quæ Genesin spectant psallit Psalmo decimo-octavo: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum:* & Psalmo vigesimo-tertio: *Domini est terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum & universi qui habitant in eo. Ipse super maria fundavit eum.* Quæ vero ad Exodum, Numeros, & Deuteronomium pertinent, pulcre canit in septuagesimo-septimo, centesimo-quarto, centesimo-quinto, centesimo-decimo-tertio, his verbis: *In exitu Israel de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro.* Ea ipsa psallit in centesimo-decimo-quarto: *Misit Moysen servum suum, Aaron, quem elegit sibi:* &, mi-

Psal. 18. 2.

Psal. 23. 1. 2.

Psal. 113. 1.

Psalm. 104. 26. 28. 30.

&, *misit tenebras & obscuravit: & convertit aquas*
eorum in sanguinem: &, *edidit terra eorum ranas.*
Atque integrum omnino Psalmum istum, de iis-
dem rebus conscriptum esse deprehendere est. Quæ
vero Sacerdotium Tabernaculumque spectant re-
fert in exitu tabernaculi, vigesimo-octavo Psalmo:
Psal. 28. 1. *Afferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios a-*
rietum.

4. Res vero Jesu Nave, & Judicum tangit Psal-
Psalm. 106. 36. 37. mo centesimo-sexto, sic: *Et constituerunt civitates ha-*
bitationis, & seminaverunt agros, & plantaverunt vi-
neas. Nam sub Jesu Nave, tradita illis fuit terra pro-
missionis. Cum autem in eo ipso Psalmo frequenter
dicat: *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularen-*
tur, & de necessitatibus eorum liberavit eos; librum
Judicum indicat. Tum enim ipsis clamantibus, variis
temporibus judices excitabat, liberabatque popu-
lum ab iis qui ipsum adfligerent. Regnorum quo-
que historias quodammodo canit in decimo-nono di-
Psal. 19. 8. cens: *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem*
in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Ipsi
impediti sunt & ceciderunt, nos autem surreximus
& erecti sumus. Quæ porro Esdram spectant in
Psal. 125. 1. centesimo-vigesimo-quinto graduum decantat: *In*
convertendo Dominus captivitatem Sion facti sumus
sicut consolati. Et rursum in centesimo-vigesimo-
Psal. 121. 1. 2. 3. 4. primo: *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi,*
in domum Domini ibimus. Stantes erant pedes no-
stri in atriis tuis Jerusalem. Jerusalem quæ ædifica-
tur ut civitas, cujus participatio ejus in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini, testi-
monium Israel.

5. Quæ autem Prophetarum sunt, in singulis pe-
ne Psalmis significat adventum Salvatoris, & quod
Deus cum sit adventurus sit. Ita in Psalmo quidem
Psal. 49. 3. quadragesimo-nono, ait: *Deus manifeste veniet,*
Deus noster & non silebit: in centesimo-decimo-septi-
Psal. 117. 26. 27. mo: *Benedictus qui venit in nomine Domini. Benedixi-*
mus vobis de domo Domini, Deus Dominus & illuxit
nobis. Quod autem ipse sit Patris Verbum, ita
Psal. 106. 20. canit in centesimo-sexto: *Misit Verbum suum*
& sanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eo-
rum. Deus enim qui venit, est ipsum Verbum
quod missum fuit. Hoc porro Verbum cum sci-
ret esse Dei Filium, vocem Patris canit in
Psal. 44. 1. quadragesimo-quarto: *Eructavit cor meum Ver-*
Psal. 109. 3. *bum bonum*, & iterum in centesimo-nono: *Ex*
utero ante luciferum genui te. Quid enim aliud Dei
prolem dixeris quam Verbum & Sapientiam ipsius?
Cum sciret enim Psalmographus ipsum esse Patris
Psal. 32. 6. Verbum, ait in trigesimo-secundo: *Verbo Domini*
cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis vir-
tus eorum.

De Christo in Psalmis agitur. 6. Quin & Christum ipsum venturum minime
ignoravit; imo ea de re mentionem facit Psal-
Psal. 44. 7. 8. mo quadragesimo-quarto: *Thronus tuus Deus in sæ-*
culum sæculi, virga directionis, virga Regni tui. Di-
lexisti justitiam & odisti iniquitatem, propterea un-
xit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus
tuis. Et ne quis eum secundum phantasiam venisse ar-
bitretur, significat eum ipsum hominem futurum,
illumque esse per quem omnia facta sunt; cum dicit
in Psalmo octogesimo-sexto: *Mater Sion dicet homo,*
& homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissi-
Joan. 1. 1. *mus.* Hoc enim perinde est ac si diceret: *In principio*
erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus
erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt. Quare
cum ex Virgine nasciturum sciret, nequaquam id
siluit, sed statim hujus rei indicium dedit in qua-
Psal. 44. 12. dragesimo-quarto: *Audi, filia, & vide, & incli-*
na aurem tuam & obliviscere populum tuum & do-
A *mum patris tui, quia concupiscet Rex decorem tuum,*
quoniam ipse est Dominus tuus. Hoc quippe simile
est huic Gabrielis dicto: *Ave gratia plena, Domi-* Luc. 1. 28.
nus tecum. Nam ubi eum Christum dixisset, huma-
nam statim generationem ex Virgine factam decla-
ravit his verbis: *Audi, filia.* Et Gabriel quidem,
ex nomine Mariam compellat, quod genere ab illa
alienus esset: at David ipsam, ex suo semine o-
riundam, filiam appellat.

7. Ubi autem dixit Psalmorum liber, hominem
eum futurum esse, consequenter illum carne passibi-
lem significat. Dum autem videt futuras Judæorum
B insidias, canit in secundo: *Quare fremuerunt gentes,* Psal. 2. 1.
& populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges
terræ & principes convenerunt in unum adversus
Dominum & adversus Christum ejus. In vige-
simo autem primo, ipsam mortis rationem ex per-
sona Salvatoris loquitur: *In pulverem mortis deduxisti*
me. Quoniam circumdederunt me canes multi, consilium
malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pe-
des meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero
consideraverunt & inspexerunt me. Diviserunt sibi ve-
stimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.
Quod ait autem, manus & pedes suos confossos esse,
C quid aliud quam crucem significat? Hæc postquam
docuit, adjicit, non sui causa, sed propter nos id pati
Dominum, aitque rursum ex persona ejus in octo-
gesimo-septimo: *Super me confirmatus est furor tuus,* Psal. 87. 8.
in sexagesimo autem octavo: *Quæ non rapui tunc* Psal. 68. 5.
exsolvebam. Non enim ideo mortuus est quod
reus esset, sed pro nobis passus est, iramque adver-
sum nos conceptam ob prævaricationem, in se su-
stinuit; nobis quidem dicentibus in centesimo-trige-
simo-octavo: *Dominus retribuet pro me:* Spiritu quoque Psal. 138. 8.
dicente in septuagesimo-primo: *Et salvos faciet filios* Psal. 71. 4. 12.
D *pauperum, & humiliabit calumniatorem: quia liberavit*
pauperem a potente, & pauperem cui non erat adjutor.

8. Quapropter ejus quoque in cælos adscen-
sum prædicit, aitque in vigesimo-tertio: *Attol-* Psal. 23. 9.
lite portas, principes, vestras; & elevami-
ni portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. In
quadragesimo autem sexto: *Ascendit Deus in ju-* Psal. 46. 6.
bilatione, Dominus in voce tubæ. Sessionem quoque
annuntiat, aitque in centesimo-nono: *Dixit Domi-* Psal. 109. 1.
nus Domino meo, sede a dextris meis, donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. In nono au-
tem Psalmo perniciem quoque diaboli addit, &
E clamat: *Sedisti super thronum qui judicas justitiam:* Psal. 9. 5. 6.
increpasti gentes & periit impius. Nam quod omne De futuro judicio.
judicium a Patre acceperit, id minime celavit,
sed ipsum omnium judicem venturum prænuntiat,
in septuagesimo-primo: *Deus judicium tuum Regi* Psal. 71. 1.
da, & justitiam tuam filio Regis. Judicare popu-
lum tuum in justitia & pauperes tuos in judicio.
in quadragesimo autem nono ait: *Advocabit cæ-* Ps. 49. 4. 6.
lum desursum & terram discernere populum suum.
Et annuntiabunt cæli justitiam ejus, quoniam Deus
judex est. Et in octogesimo-primo: *Deus stetit in* Psal. 81. 1.
Synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.
F Quin & vocationem gentium ex eo ipso libro De vocatione gentium.
pluribus ediscere licet, præsertim ex quadragesi-
mo-sexto: *Omnes gentes plaudite manibus, jubilate* Psal. 46. 1.
Deo in voce exsultationis. in septuagesimo autem
primo: *Coram illo procident Æthiopes, & inimici* Psal. 71. 9.
ejus terram lingent. Reges Tharsis & insulæ mune-
ra offerent. Et adorabunt eum omnes reges terræ,
omnes gentes servient ei. Et hæc quidem in Psal-
mis canuntur, in singulis autem aliis libris an-
nuntiantur.

9. Ceterum se non ignorare ajebat, in singulis
Scripturæ libris eadem de Salvatore potissimum si-
gni-

gnificari, esseque illud omnium ipsarum commune argumentum, eademque Spiritus concordiam. Etenim sicut ea quæ in aliis extant libris, in hoc reperire licet; ita quæ in hoc sunt, in aliis sæpenumero inveniuntur: nam & Moyses Canticum conscribit, Esaias canit, Abbacum cum Cantico precatur. Rursum in quolibet libro videre est, prophetias, legislationes & historias. Idem namque Spiritus est in omnibus, & secundum divisionem ejus in singulis factam, unusquisque datam sibi gratiam administrat & implet, sive prophetia sit, sive legislatio, sive historiæ commemoratio, sive Psalmorum gratia. Cum autem unus atque idem sit Spiritus, cujus sunt omnes divisiones, & qui secundum naturam indivisus est; ideo in se totus atque integer est: sed secundum intelligendi modum, manifestationes & divisiones Spiritus singulis fiunt, ac deinceps juxta præsentem necessitatem Spiritu edoctus quisque sermonem administrat; ita ut, quemadmodum supra dixi, legislator Moyses aliquando prophetet & canat, & Prophetæ dum vaticinantur præcepta tradant: *Lavamini, mundi estote*, &, *Ablue malitiam cordis tui Jerusalem*: aliquando historias perscribant, ut Daniel Susannæ, Esaias Rabsacis & Sennacherim. Eadem quoque ratione Psalmorum liber, cui proprium est cantica canere, quæ in aliis libris obiter dicuntur hæc ille suse loquitur cum cantico, uti dictum est. Leges tamen ipse tradit: *Desine ab ira & derelinque furorem. Declina a malo & fac bonum, inquire pacem & persequere eam*. Interdum historiam habet de itinere Israelis, & prophetat de Salvatore, uti supra dictum est.

[*Esai. 1. 16.*]

[*Psal. 36. 8. 27.*]

10. Communis quidem est ejusmodi gratia Spiritus, ut necessitas postularit, & Spiritus voluerit. Neque enim refert sive plus sive minus quis habuerit ejusmodi necessitatis, ut unusquisque teneatur sine defectu proprium perfectumque ministerium implere; at Psalmorum liber etiam hic gratiam quamdam habet singularem, eximiumque aliquid observatu dignum. Nam ad alia quæ cum ceteris libris habet affinia communiaque, hoc sibi proprium & admirandum habet, quod etiam uniuscujusque animi motus, eorumque mutationes & castigationes in se descriptas & expressas contineat; ut qui ex ipso voluerit quasi ex imagine eas accipere & intelligere, ita semetipsum efformare possit ut illic scriptum habetur. In aliis quippe libris legem solum quis audit præcipientem quid facere oporteat, quid non oporteat: Prophetias item audit, ut solum sciat venturum Salvatorem: historiisque adtendat, unde ediscere potest Regum sanctorumque acta. At in Psalmorum libro præterquam quod ea ipsa potest quivis audiens ediscere, motus insuper animæ suæ ibi deprehendit ediscitque; ac deinde secundum ea quæ patitur, & a quibus detinetur, potest ex eo ipso libro exemplar quoddam sermonum eligere; ita ut non solum qui audierit, non (sine fructu) pertranseat, sed edoceatur quid dictu factuque opus sit ad curandum morbum. Sunt quidem & in aliis libris sermones qui mala prohibeant; in hoc vero qua ratione a malis sit abstinendum exprimitur: exempli causa, præcipitur pœnitentia; pœnitentia autem est cessatio a peccato; in hoc autem libro, qua ratione sit pœnitendum, & quibus in pœnitentia verbis uti oporteat, edocetur. Rursum ait Paulus: *Tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit*: in Psalmis vero scriptum expressumque est qui tolerare oporteat tribulationes, quid tribulatum dicere par sit, quid post tribulationes, qua ratione quisque probatur, quinam sint sermones eorum qui sperant in Dominum. Præceptum item est in omnibus gratias agere, at docent Psalmi, quid, qui gratias agit, loqui debeat. Deinde cum ab aliis audiamus: *Quicumque pie volunt vivere in Christo persequutionem patiuntur*, a Psalmis edocemur, quid fugiendo sentire debeamus, quales in persequutione, quales post persequutionem, erepti, Deo sermones proferre debeamus. Jubemur Domino benedicere, Domino confiteri, at in Psalmis informamur qua ratione Deum laudare oporteat, quibusque verbis decenter confiteamur. Quin & singulis in rebus quisque reperiet divina cantica ad nos nostrosque motus motuumque temperationes accommodata.

[*Rom. 5. 3.*]

[*2. Tim. 3. 12.*]

11. Etenim hoc quoque rursus in Psalmis admirandum, quod in aliis quidem libris, quæ Sancti de quibusdam dicunt, hæc ipsa qui legunt, iis de quibus dicuntur referant: & qui audiunt, sese alios existiment ab iis de quibus sermo habetur, ita ut quæ gesta dicuntur admirationi solum habeant & imitanda sibi proponant. At librum istum qui sumit prophetias de Salvatore ut in aliis Scripturis more solito cum admiratione & adoratione percurrit: alios vero Psalmos, quasi proprios sibi sermones legit, qui autem audierit, quasi hæc eadem ipse proferret, compungitur, atque ita canticorum verbis afficitur quasi sua essent. Explicationis causa, ne gravemur exemplo beati Pauli Apostoli idipsum repetere. Plurima sunt Patriarcharum verba, ipsis propria: nam Moyses loquebatur & Deus respondebat: Elias & Elisæus in Carmelo monte sedentes Dominum invocabant dicebantque semper: *Vivit Dominus, in cujus conspectu adstiti hodie*. Aliorum item sanctorum Prophetarum verba, in primis quidem de Salvatore sunt: deinde plurima dicta sunt gentibus & Israeli, neque tamen quis umquam Patriarcharum verba, ut sibi propria loquutus fuerit: neque Moysi propria verba imitari proferreque ausus fuerit, nec Abrahami de verna, de Ismaele, & de magno Isaaco, quamvis eadem ipsa necessitate prematur. Nec si quis commiseratione aut videndi Dei desiderio teneatur, umquam dixerit ut Moyses: *Ostende mihi teipsum*: vel, *Si quidem remittis eis peccatum eorum, remitte; sin minus, dele me de libro tuo quem scripsisti*. Sed nec quisquam Prophetarum verba ut propria usurpans, iis aut similibus quempiam reprehenderit vel laudaverit, quibus ipsi reprehenderunt laudaveruntque: neque illud: *Vivit Dominus in cujus conspectu hodie sto*, ut proprium sibi sermonem imitari præsumserit. Etenim legenti libros perspicuum est, se illa verba, non ut propria, sed ut Sanctorum, & eorum qui per ista significantur proferre. At qui Psalmos legit, res mira, post prophetias quæ de Salvatore & de gentibus sunt, reliqua tamquam sibi propria verba loquitur, & ea quasi de se scripta essent quisque psallit, nec quasi alius ea dicat, vel quasi alium significent ea accipit & percurrit; sed perinde afficitur atque si ipse de se loquatur: & quæ dicuntur, quasi ipse egerit, ita de se loquendo ad Deum refert. Nequaquam enim illa ceu Patriarcharum aut Moysis aliorumve Prophetarum verba usurpare reformidat; nam Psalmi tam ejus qui præcepta servavit, quam ejus qui prævaricatus est, utriusque, inquam, gesta continent. Necesse autem est quemvis hominem alterutrius conditionis esse, atque ita verba de singulis posita loqui, ac si præcepta servavit, vel prætergressus sit.

[*Verba Psalmorum quisque ut propria sibi recitat.*]

[*3. Reg. 17. 1. 4. Reg. 3. 14. &c.*]

[*Exod. 32. 32.*]

12. Atque mihi quidem videtur, psallenti verba Psalmorum esse instar speculi, ut proprii animi motus in ipsis contempletur, atque ita affectus ea recitet. Etenim qui legentem audit, ita canticum suscipit ac si de se diceretur: ipseque vel propria convictus conscientia atque compunctus, resipiscet; vel de spe in Deum, vel de auxilio credentibus exhibito, quasi sibi præberetur, gaudebit de ejusmodi gratia, atque gratias Deo agere incipiet. Cum itaque tertium Psalmum quispiam canit, suas perpendens ærumnas, quasi sua reputat illius verba: decimum vero & decimum-sextum quasi propriam fiduciam & orationem pronuntiat: quinquagesimum autem, quasi pœnitentiæ suæ verba profert. Cum vero psallit quinquagesimum-tertium, quinquagesimum-quintum, quinquagesimum-sextum, centesimum-quadragesimum-primum, non quasi alius, sed quasi ipse persequutionem pateretur, sic afficitur, & sic ista verba, quasi propria sibi, Deo canit. Ac demum quisque Psalmus ita a Spiritu dictatus atque compositus est, ut in eo, quemadmodum supra dictum est, animi nostri motus deprehendantur, omnesque quasi de nobis prolati, & velut nobis proprii sint, ad recordationem motuum nostrorum, & ad vitæ nostræ emendationem. Quæ enim a psallentibus recitantur, hæc pro forma nobis esse possunt.

13. Hæc porro rursus gratia est Salvatoris; homo quippe propter nos factus, proprium corpus pro nobis in mortem obtulit, ut omnes a morte redimeret. Quin & cælestem probatissimamque suam vivendi rationem nobis exhibere volens, in semetipso illam expressit, ne quis postea ab inimico facile deciperetur, cum ad securitatem pignus habeat, nempe victoriam quam ipse de diabolo pro nobis reportavit. Quapropter non solum docuit, sed & fecit & docuit; ut unusquisque audiat quidem ipsum loquentem, simulque in illum quasi in imaginem respiciens, ceu exemplar ad agendum ab illo mutuetur, dum ait: *Discite a me quia mitis sum & humilis corde*. Perfectiorem porro virtutis doctrinam nemo invenerit, ea quam Dominus expressit in semetipso. Nam sive injuriarum tolerantiam, sive humanitatem, sive clementiam, sive fortitudinem, sive misericordiam, sive justitiam spectes, omnia in ipso peracta reperies, ut nihil ei ad virtutem desit qui humanam Domini vitam contemplatus fuerit. Quod cum nosset Paulus ait: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*. Græcorum siquidem legislatores verborum solum tenus gratiam habent; Dominus autem, ut revera omnium Dominus, qui sua curat opera; non modo leges condit, sed semetipsum exemplar tradidit; ut qui voluerint agendi vim notam habeant. Quapropter ante illius in nos adventum, idipsum in Psalmis insonuit, ut quemadmodum in semetipso perfectum & cælestem hominem exhibuit, sic ex Psalmis motus affectionesque animorum, qui voluerit, perdiscere valeat, cum in ipsis cujusque motus curationem emendationemque inveniat.

Matth. 11. 29.

1. Cor. 4. 16.

14. Quod si aliquid ad persuadendum aptius loqui oportuerit: omnis quidem Scriptura sacra virtutis est veræque fidei magistra; liber autem Psalmorum præfert quamdam imaginem vitæ & instituti animarum. Quemadmodum enim qui Regem adit, habitum verbaque sua componit & adornat, ne statim atque loquendi initium faciet, ut rudis & imperitus arguatur; ita divinus hic liber, eum qui ad virtutem properat, & Salvatoris in corpore vitæ institutum nosse cœpit, primum per hanc lectionem admonet de motibus animi: atque ita deinceps informat admonetque eos qui ista legerint. Sunt autem (ut hoc primum in isto libro observetur) Psalmi, alii sub forma narrationis, alii prophetiæ, alii precationis, alii confessionis.

Divisiones Psalmorum ex argumento.

In forma narrationis hi sunt, decimus, quadragesimus-tertius, quadragesimus-octavus, septuagesimus-secundus, septuagesimus-septimus, octogesimus-sextus, octogesimus-octavus, centesimus-nonus, centesimus-decimus-tertius, centesimus-vigesimus-sextus, centesimus- trigesimus-sextus, numero duodecim.

In forma vero orationis sunt, sextus, sexagesimus-septimus, octogesimus-nonus, centesimus-primus, centesimus-trigesimus-primus, centesimus-quadragesimus-primus, una sex.

Qui colloquii, precationis, & obsecrationis modo, quintus, sextus, septimus, undecimus, decimus-tertius, decimus-quintus, vigesimus-quartus, vigesimus-septimus, trigesimus, trigesimus-secundus, trigesimus-septimus, quadragesimus-secundus, quinquagesimus-tertius, quinquagesimus-quartus, quinquagesimus-quintus, quinquagesimus-sextus, quinquagesimus-octavus, sexagesimus, sexagesimus-tertius, octogesimus-secundus, octogesimus-quintus, octogesimus-septimus, centesimus-trigesimus-nonus, centesimus-quadragesimus, centesimus-quadragesimus-secundus, una vigintiquinque.

Qui in forma alloquii, precationis, & gratiarum actionis, centesimus-trigesimus-octavus, solus.

Qui colloquii tantum forma, tertius, vigesimus-quintus, sexagesimus-octavus, sexagesimus-nonus, septuagesimus-tertius, septuagesimus-octavus, septuagesimus-nonus, centesimus-octavus, centesimus-vigesimus-secundus, centesimus-vigesimus-nonus, centesimus-trigesimus, simul duodecim.

Sub forma confessionis, quinquagesimus, solus.

Qui conjunctam habent confessionem cum narratione, nonus, septuagesimus-quartus, centesimus-quartus, centesimus-quintus, centesimus-sextus, centesimus-decimus-septimus, centesimus-trigesimus-quintus, centesimus-trigesimus-sextus, simul octo.

Qui conjunctam habet cum confessione &, narratione laudem, est centesimus-decimus, unus.

Sub forma admonitionis est trigesimus-sextus solus.

Qui prophetiam habent, sunt, vigesimus, vigesimus-primus, quadragesimus-quartus, quadragesimus-sextus, septuagesimus-primus, simul quinque.

Annuntiationem cum prophetia junctam habet centesimus-nonus solus.

Adhortationis vero, & quasi præceptionis modum habent, vigesimus-octavus, trigesimus-secundus, octogesimus, nonagesimus-quartus, nonagesimus-quintus, nonagesimus-sextus, nonagesimus-septimus, centesimus-secundus, centesimus tertius, centesimus-decimus-tertius, una novem.

Hortatorius cum cantico est, centesimus-quadragesimus-nonus, unus.

Qui vitam virtute ornatam describunt, sunt, centesimus-quartus, centesimus-undecimus, centesimus-decimus-octavus, centesimus-vigesimus-quartus, centesimus-trigesimus-secundus, simul quinque.

Qui laudem annuntiant sunt, nonagesimus, centesimus-duodecimus, centesimus-decimus-sextus, centesimus-trigesimus-quartus, centesimus-quadragesimus-quartus, centesimus-quadragesimus-quintus, centesimus-quadragesimus-sextus, centesimus-quadragesimus-septimus, centesimus-quadragesimus-octavus, centesimus-quinquagesimus, una decem.

Qui

Qui gratiarum actionis sunt, octavus, decimus-septimus, vigesimus-nonus, trigesimus-tertius, quadragesimus-quintus, sexagesimus-secundus, septuagesimus-tertius, octogesimus-quartus, centesimus-decimus-quartus, centesimus-decimus-quintus, centesimus-vigesimus, centesimus-vigesimus-primus, centesimus-vigesimus-tertius, centesimus-vigesimus-quintus, centesimus-vigesimus-octavus, centesimus-quadragesimus-primus, simul sexdecim.

Qui beatitudinem prædicant, sunt, primus, trigesimus-primus, quadragesimus, centesimus-undecimus, centesimus-decimus-octavus, centesimus-vigesimus-septimus, una sex.

Est qui alacritatem exhibeat cum cantico, ut centesimus-decimus-septimus.

Alius ad fortitudinem hortatur, scilicet, septuagesimus-primus.

Sunt qui impios & iniquos redarguant, ut, secundus, decimus-tertius, trigesimus-quintus, quinquagesimus-primus, quinquagesimus-secundus, simul quinque.

Invocationis est, quartus solus.

Sunt qui vota faciant, sexagesimus-sextus & septuagesimus-nonus, simul duo.

Gloriationis in Domino verba continent, vigesimus-secundus, vigesimus-sextus, trigesimus-octavus, trigesimus-nonus, quadragesimus-primus, sexagesimus-primus, septuagesimus-quintus, octogesimus-tertius, nonagesimus-sextus, nonagesimus-octavus, centesimus-quinquagesimus-primus, simul undecim.

Objurgandi causa scripti sunt, quinquagesimus-septimus, & octogesimus-primus, duo scilicet.

Qui cum hymnis verba faciunt, hi sunt, quadragesimus-septimus & sexagesimus-quartus, duo nempe.

Jubilationis & de Resurrectione est, sexagesimus-quintus, unus tantum, & alius jubilationis tantum verba profert, scilicet nonagesimus-nonus.

Varii Psalmorum usus.

15. Cum igitur Psalmi tali ordine dispositi sint, licet deinceps legentibus in singulis deprehendere, uti supra dixi, motus & constitutionem animæ suæ, atque singulis in rebus formam doctrinamque, quidve dicendo placere possit Domino: cujusmodi verbis sese possit corrigere, Dominoque gratias agere; ne si præter ea quidpiam proferat, in impietatem delabatur. Non enim de operibus tantummodo, sed de omni verbo otioso rationem judici sumus reddituri. Si igitur quempiam beatum prædicare volueris, habes qua ratione, in quo, quem dicere debeas, in Psalmo scilicet primo, trigesimo-primo, quadragesimo, centesimo-undecimo, centesimo-vigesimo-septimo. Si reprehendere volueris insidias Judæorum adversus Salvatorem, habes secundam odam. Si a tuis persequutionem patiare, multique adversum te insurgant, dicito tertium Psalmum. Quod si afflictus invocaveris Dominum, & exauditus gratias agere velis, psalle quartum, & centesimum-decimum-quartum. Si improbos insidias parantes conspiciens, orationem tuam auribus percipi volueris, psalle matutinis horis quintum. Si Domini comminationem senseris, teque ea de causa conturbatum videris, potes dicere sextum & trigesimum-septimum. Si adversum te quispiam consilium dederit, quemadmodum Achitophel adversus Davidem, & hoç tibi aliquis renuntiet, psalle septimum, & Domino confide, qui te liberabit.

16. Cernens Salvatoris gratiam ubique diffusam, redemtumque genus humanum, si alloqui Dominum velis, octavum psallito. Si rursum pro torcularibus gratias agens Domino canere A volueris, habes eumdem octavum, & octogesimum. Pro victoria de inimico & creaturæ liberatione, ne in te ipso glorieris, sed gnarus hoc fuisse præclarum facinus Filii Dei, recita supra dictum psalmum nonum. Quod si te quis metu conturbare voluerit, habe tu fiduciam in Domino & psalle decimum. Cum multorum superbiam videris, improbitatemque modum excedere, ita ut nihil sanctum in hominibus reperiatur, confuge tu ad Dominum & dic undecimum. Quod si diuturnæ sint inimicorum insidiæ, ne animo deficias quasi Dominus sit tui oblitus, sed B invoca Dominum canens vigesimum-sextum. Quum autem quosdam audieris blasphemantes adversus providentiam, noli eorum impietati communicare; sed Domino supplicans, recita decimum-tertium & quinquagesimum-secundum. Quod si postea ediscere cupis, qualisnam sit civis regni cælorum, psalle decimum-quartum.

17. Oratione opus est tibi propter adversarios tuos & eos qui circumdant animam tuam, cane decimum-sextum, octogesimum-quintum, octogesimum-octavum, & centesimum-quadragesimum. At vis scire quomodo Moyses oraverit, habes octogesi- C mum-nonum. Liberatus es ab inimicis tuis, & servatus a persequentibus te, cane decimum-septimum. Miraris naturæ ordinem, & providentiæ gratiam in illa, legisque sacra præcepta, psalle decimum-octavum & vigesimum-tertium. Cum videris afflictos, consolare illos bene precando ac dicendo illis verba decimi-noni psalmi. Vides te a Domino pasci ac dirigi, hac in re gaudens, psalle vigesimum-secundum. Invadunt te inimici tui, at tu animam erigens ad Dominum dic vigesimum-quartum, & videbis, *Inique agentes supervacue.* Perseve- D rant inimici, nihil habentes aliud quam manus sanguine plenas, ac quærentes te perdere, ne deferas homini judicium, suspecta enim sunt omnia humana; sed Deum judicem postulans, solus enim ille judex, dic vigesimum-quintum, trigesimum-quartum, quadragesimum-secundum. Si acrius insistent, & præ multitudine quasi exercitus fuerint, te tamquam nondum unctum despicientes, ideoque oppugnare velint; ne formides, sed cane vigesimum-sextum psalmum. At quoniam imbecilla est hominum natura, si impudenter insistant insidiatores ne attendas ipsis, ad Dominum cla- E mato, dicens verba vigesimi-septimi. Quod si gratias agendo ediscere velis, quomodo oporteat offerre Domino, spiritualiter intelligens psalle vigesimum-octavum; ac deinceps dum domum tuam dedicas, & animam tuam quæ Dominum excipit, imo sensibilem domum in qua corporaliter habitas, gratias agito & dic vigesimum-nonum, & ex gradualibus centesimum-vigesimum-sextum.

18. Cum autem te ab omnibus amicis & cognatis propter veritatem odio haberi perspexeris, ne ejus rei causa, animum despondeas, neque notos qui te aversantur reformides, sed ab F illis te segregans, futura prospice & psalle trigesimum. Baptizatos autem & a corruptibili generatione redemtos cum videris, Dei clementiam admirans, cane illorum gratia trigesimum-primum. Quando cum multis psallere volueris, justos viros, & probe viventes congregans, psalle trigesimum-secundum. Cum in hostes incideris & prudenter illos effugeris, atque declinaveris ab eorum insidiis; si velis gratias agere, viros mansuetos convocans, psalle cum iis trigesimum-tertium. Et si videris iniquorum erga malitiam studium, ne existimato malitiam in

ipsis

ipsis naturalem esse, ut hæretici ajunt, sed dic trigesimum-quintum, videbisque ipsos sibi peccandi auctores esse. Si improbos videris multa inique perpetrare, atque adversum pusillos insurgere, & volueris quosdam admonere ne ipsis attendant neque æmulentur illos, quia brevi futurum est ut exstinguantur, tam tibi ipsi quam aliis dicito trigesimum-sextum.

19. Cum porro tibi attendere statueris, si irruentem videris hostem: nam adversus ejusmodi homines acrius ille insurgit, teque volueris adversus illum concitare, dic trigesimum-octavum psalmum. Si irruentibus inimicis, ærumnas patiaris, voluerisque ediscere quanta sit in patientia utilitas, psalle trigesimum-nonum psalmum. Cum multos vides pauperes & mendicos, optasque eorum misereri, poteris quidem eos qui jam illos miserati sunt laudare, ceterosque ad idipsum cohortari, dicendo psalmum quadragesimum. Deinde si magno Dei desiderio flagrans, audieris inimicos exprobrantes tibi, ne turberis; sed cogitans immortalem talis desiderii fructum, tuam ex spe in Deum consolare animam, & sic allevans demulcensque dolores quibus illa premitur in hac vita, dicito quadragesimum-primum. Cum assidue meminisse volueris beneficiorum Dei, quæ Patribus collata sunt, & exitus ex Ægypto, necnon de commoratione in solitudine; quam scilicet bonus Deus, quam ingrati homines sint, habes quadragesimum-tertium, septuagesimum-septimum, octogesimum-octavum, centesimum-primum, centesimum-quintum, centesimum-sextum, centesimum-decimum-tertium. Cum autem ad Deum confugeris, liberatus ab ærumnis quæ tibi acciderunt, si volueris Deo gratias agere, atque enarrare ejus erga te clementiam, habes quadragesimum-quintum.

20. Sed peccasti & pudore affectus pœnitentiam agis, & misericordiam flagitas, habes confessionis & pœnitentiæ verba in psalmo quinquagesimo. Quod si apud regem iniquum calumniam passus es, videsque superbe insultantem calumniatorem, recede tu, & dic ea quæ in quinquagesimo-primo habentur. Et cum te aliqui persequuntur & calumniantur te, velut Ziphæi & allophyli Davidem, ne tædio afficiare, sed Domino confidens, eumque laudans, recita quinquagesimum-tertium & quinquagesimum-quintum. Quod si ingruat persequutio, & imprudens persequutor in eam speluncam incidat in qua tu absconderis, ne reformides: in ejusmodi namque necessitate præsto tibi sunt ad consolationem perutiles stilographiæ sermones in psalmo quinquagesimo-quinto & centesimo-quadragesimo-primo. Si autem jusserit persequutor custodiri domum tuam, & tamen effugeris, Deo refer gratiam, eamque in anima tua quasi in cippo inscribe, ut memoriale sit tuæ incolumitatis, & dic ea quæ sunt in quinquagesimo-octavo. Si autem exprobrent tibi qui te affligunt inimici tui, & qui videntur amici esse tui, te nugando calumnientur, & in exercitatione tua tantillum temporis contristere, at potes teipsum consolari hymnis Deum celebrando, ac recitando quartum psalmum. Adversus hypocritas, & in facie gloriantes, dic ad confusionem eorum psalmum quinquagesimum-septimum. Adversus eos autem qui in te atrociter irruunt, & capere volunt animam tuam, tu opponas illis tuam erga Deum obsequentiam, & confide: quanto enim illi furiosius institerint tanto magis te Domino submittas, & dic verba sexagesimi-primi. Si persequutionem passus in solitudinem recesseris, ne formides quasi solus ibi degas, cum adsit tibi Deus, ad quem diluculo cane Psalmum sexagesimum-secundum. Si terreant te inimici, nec finem faciant insidiarum, imo adversum te omnia scrutentur, etiamsi multi fuerint, nequaquam cedas, nam sagittæ parvulorum erunt plagæ eorum, canente te psalmum sexagesimum-tertium, sexagesimum-septimum, sexagesimum-nonum & septuagesimum.

21. Quando Deum celebrare volueris recita sexagesimum-quartum. Si quosdam de resurrectione institueris, recita sexagesimum-nonum. Postulans a Domino miserationes, lauda illum, psallens sexagesimum-sextum. Cum videris impios in pace prospere agentes, ne scandalizeris, neque commovearis, sed dic verba septuagesimi-secundi psalmi: cum iratus fuerit Deus adversus populum, habes ad consolationem illius verba prudentiæ in septuagesimo-tertio. Quando confessione tibi opus erit, psalle septuagesimum, septuagesimum-quartum, nonagesimum-primum, centesimum-quartum, centesimum-quintum, centesimum-sextum, centesimum-septimum, centesimum-decimum, centesimum-decimum-septimum, centesimum-trigesimum-quintum, centesimum-trigesimum-septimum. Vis gentilium & hæreticorum opiniones confundere, & commonstrare, non apud illos esse Dei cognitionem, sed in sola Ecclesia? potes canere atque dicere, quæ in septuagesimo-quinto habentur. Inimicis refugia tua præoccupantibus, ac te summopere afflicto, licet perturberis ne animum despondeas, sed ora: & si clamando exaudiare, gratias Deo age, recitans septuagesimum-sextum. Si persistentes inimici irruperint & domum Dei profanaverint, sanctosque trucidarint, illorumque corpora volucribus cæli projecerint, ne his compulsus reformides eorum crudelitatem, vicem miserorum doleas, atque adversus inimicos Deo supplices, dicendo septuagesimum-octavum.

22. In solemni die volens Domino canere, advocatis Dei servis, psalle octogesimum & nonagesimum-quartum. Inimicis iterum undique congregatis, & domui Dei minas intentantibus, fœderaque contra pietatem agentibus, ne animo deficias ob eorum multitudinem & potentiam, habes quasi anchoram spei verba octogesimi-secundi psalmi. Quod si videris domum Dei & æterna ejus tabernacula, atque eorum desiderio tenearis, quemadmodum Apostolus, dicito octogesimum-tertium psalmum. Cessante tandem ira, solutaque captivitate, si volueris Domino gratias agere, habes octogesimum-quartum & centesimum-decimum-quintum. Et si cognoscere velis quid intersit discriminis Catholicam inter Ecclesiam & schismata, atque schismaticos confundere, dicere potes octogesimum-sextum. Si velis tibi aliisque addere fiduciam ad Dei cultum, & ostendere quod spes in Deum non confundat, sed intrepidum animum reddat, lauda Deum recitans nonagesimum. Psallere vis in Sabbato? habes nonagesimum-primum.

23. Vis gratias agere dominico die? habes vigesimum-tertium. Vis secunda Sabbati psallere? dic quæ sunt in nonagesimo-quarto. Canere vis die parasceves? laudem habes in nonagesimo-secundo. Tunc enim domus ædificata est, licet inimici eam obsidere niterentur: quare triumphale carmen Deo canere convenit, ea scilicet quæ tunc dicta sunt in nonagesimo-secun-

cundo psalmo. Si captivitate facta, excisa fuerit domus ac rursum ædificata, cane quæ sunt in nonagesimo-quinto. Terra a bellatoribus quiescente, atque demum in pace degente, & Domino regnante, si ea de re canere velis habes nonagesimum-sextum. Vis quarta Sabbati psallere? habes nonagesimum-tertium; tunc enim traditus Dominus ultionem de morte sumere cœpit, deque ea confidenter triumphare. Cum igitur legens Euangelium, videris quarta Sabbati consilium iniisse Judæos adversus Dominum: cernens tunc ipsum confidenter agere, ut pro nobis de diabolo vindictam sumat, psalle verba nonagesimi-tertii psalmi. Rursum quando videris Domini in omnia providentiam, & dominium ejus, atque volueris nonnullos in fide ejus & obedientia instituere, suade illis ut primo confiteantur, & psalle nonagesimum-nonum. Et ubi cognoveris ejus judicandi potestatem, quod scilicet misericordia judicium temperando judicaturus Deus sit, si ad eum accedere volueris, habes ad eam rem verba psalmi centesimi.

24. Cum infirma sit natura oostra: Si propter vitæ angustias, quasi inops factus animo deficias, volueriſque consolationem accipere, habes centesimum-primum. Et quoniam decet nos per omnia & in omnibus gratias Deo agere, cum volueris ipsum benedicere, habes ad animum tuum excitandum, centesimum-secundum & centesimum-tertium. Vis laudare Deum, atque nosse, quomodo, & qua de causa laudandus sit, & quænam laudantem proferre deceat? habes centesimum-decimum-secundum, centesimum-decimum-sextum, centesimum-trigesimum-quartum, centesimum-quadragesimum-quintum, centesimum-qnadragesimum-sextum, centesimum-quadragesimum-septimum, centesimum-quadragesimum-octavum, centesimum-quadragesimum-nonum, centesimum-quinquagesimum. Habes fidem, ut dixit Dominus, & credis ea quæ orando loqueris? dic centesimum-decimum-sextum. Sentis te operibus tuis ascendere, ita ut

Phil. 3. 13. dicere possis: *Quæ retro sunt obliviscor, ad ea quæ ante sunt extendo meipsum?* habes in singulis profectibus quindecim graduum cantica dicenda.

25. In captivitatem redactus es ab alienis cogitationibus, atque sensisti te abduci, & pœnitentiam egisti, in posterum desine, atque gradum sistens ubi te peccare deprehendisti, sede & lacrymare, & prout fecit olim populus, dic verba centesimi-trigesimi-sexti psalmi. Tentationes probationem esse tuam ratus, si post tentationes velis gratias agere, habes ceotesimum-trigesimum-octavum. Ab inimicis iterum teneris, & liberari cupis? dicito verba centesimi-trigesimi-noni. Vis supplicare & orare, psalle quintum, centesimum-quadragesimum, centesimum-quadragesimum-primum, ceotesimum-quadragesimum-secundum, centesimum-quadragesimum-quintum. Inimicus tyrannus insurrexit in populum: at tu sicut David, Goliath ne timeas: sed tu quemadmodum David credito, & psalle verba centesimi-quadragesimi-tertii. Deinde admirans beneficia Dei in octogesimo-sexto narrata, memorque ejus erga te clementiæ, omnibus in rebus exhibitæ, si propterea volueris Deo benedicere, Davidis verba in centesimo-quarto psalmo posita recitato. Vis Domino canere? quæ dicas suppetunt in nonagesimo-quinto & nonagesimo-septimo. Si cum pusillus esses prælatus sis ad usum quempiam fratrum tuorum, ne adversus illos extollare, sed gloriam Domino qui te elegit tribuens, psalle & tu centesimum-quinquagesimum-primum qui proprius est Davidis. Sed psallere vis Hypacoen, quæ habet alleluja, habes centesimum-quartum, centesimum-quintum, centesimum-sextum, centesimum-decimum, centesimum-undecimum, centesimum-duodecimum, centesimum-decimum-tertium, centesimum-decimum-quartum, centesimum-decimum-quintum, centesimum-decimum-sextum, centesimum-decimum-septimum, centesimum-decimum-octavum, centesimum-trigesimum-quartum, centesimum-quadragesimum-quiotum, centesimum-quadragesimum-sextum, centesimum-quadragesimum-septimum, centesimum-quadragesimum-octavum, centesimum-quadragesimum-nonum, centesimum-quinquagesimum.

26. Cum volueris ea quæ Salvatorem proprie spectant psallere, in singulis pene psalmis hæc invenies, præcipue autem habes quadragesimum-quartum & ceotesimum-nonum, qui genuinam ejus ex Patre generationem, ejusque in corpore adventum significaot; decimum & sexagesimum-octavum qui de divina cruce prænuntiant, quantas pro nobis sustinuerit insidias, & quam multa passus sit; secundum & centesimum-octavum, indicantes Judæorum insidias malitiamque, & Judæ Iscariotæ proditionem; vigesimum item quadragesimum-nonum & septuagesimum-primum, significantes regnum ejus & judicandi potestatem, necnon secundum ejus io carne ad nos adventum. Decimus-quintus declarat ejus carnalem resurrectionem: vigesimus-tertius & quadragesimus-sextus, annuntiant ejus ad cælos adscensum. Cum autem legeris nooagesimum-secundum, nonagesimum-quintum, nonagesimum-septimum, nonagesimum-octavum, beneficia Salvatoris per cruciatus ejus nobis collata poteris contemplari.

27. Talis est character libri psalmorum ad hominum utilitatem accommodatus; quos quidem psalmos alios ad emendationem motuum singularum animarum conscriptos esse, reliquos vero de adventu in corpore Domini nostri Jesu Christi frequentiores habere prophetias, superius diximus. Quid causæ autem sit quod ejusmodi sermones cum modulatione & oda psallantur, nequaquam prætermittendum est. Quidam enim inter oos simpliciores, tametsi credunt verba esse divinitus inspirata, arbitrantur tamen ob soni suavitatem, voluptatemque aurium psalmos cani. At nequaquam ita se res habet, non enim voluptatem, aut eloquentiam affectavit Scriptura: sed id quoque ad animæ utilitatem constitutum est, omnibus, sed duabus maxime de causis; primo, quia decuit divinam Scripturam, non obiter, sed fusius Deum hymnis celebrare. Continua igitur oratione dicuntur legis & Prophetarum verba, necnon historiæ omnes, cum novo Testamento: fusius autem efferuntur psalmorum, odarum & canticorum scripta: atque eo modo observabitur, ut totis viribus & tota potestate Deum diligant. Secundo, quemadmodum harmonia tibias apte componens unum concentum efficit; ita cum in anima varii sint motus, insitque vis cogitandi, concupiscendi, irascendi, ex quorum permotione membrorum corporis operatio exoritur; ratio postulat, hominem secum non dissentire, nec a semetipso diffidere; ita ut optima quidem cogitet, pessima vero faciat, ut Pilatus qui dicit quidem:

Luc. 23. 22. *Nullam causam mortis invenio in illo*, attamen cum A Judæorum sententia concurrit: aut prava concupiscat, nec valeat perpetrare, ut senes in Susannam: aut rursum a fornicatione abstineant quidem, sed furentur; aut non furentur quidem, sed occidant; aut non occidant, sed blasphement.

28. Ne itaque hujusmodi aliqua perturbatio in nobis sit, ratio postulat; ut anima, quæ ut ait Apostolus Christi mentem habet, ea duce utatur, atque per illam animi affectus cohibeat, & corporis membris imperet, quo rationi obsequantur; ut sicut in harmonia plectrum, ita ipse homo quasi psalterium effectus, & spiritui omnino intentus, omnibus mem- B bris motibusque suis obediat inserviatque Dei voluntati. Istiusmodi autem imperturbati & sedati animi imago typusque est harmonica illa psalmorum lectio. Quemadmodum enim verbis quæ proferimus, animi cogitationes prodimus atque indicamus; sic cum spiritualem in anima harmoniam, verborum modulatione, quasi symbolo significari velit Dominus, jussit ut continue caneretur, atque psalmi cum cantu recitarentur. Et illud est animæ desiderium, ut recte affecta & composita

Jac. 5. 13. sit, ut scriptum est: *Lætatur quis in vobis? psallat*. Hoc modo si quid in ea turbulentum, aspe- C rum, & incompositum est, psalmodia mitigatur.

Psal. 42. 5. Tristitia vere levatur psallentibus nobis: *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?* Errorem

Psal. 72. 2. vero suum agnoscet dicendo: *Mei autem pene moti sunt pedes*. Metum autem spe confirmabit dicens:

Psal. 117. 6. 7. *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo, & ego despiciam inimicos meos.*

Quid sit prudenter psallere.

Eccli. 15. 9. 29. Qui igitur hoc modo divina cantica non legunt, non prudenter psallunt, sed sese oblectant, culpandi sane, quia *non est speciosa laus in ore peccatoris*. Qui autem prædicto modo psallunt, ita D ut verborum modulatio ex animæ numeris, & ex consonantia cum spiritu proferatur; hi lingua quidem psallunt, & cum item mente psallant, non sibi solum, sed etiam audire se volentibus magnæ sunt utilitati. Beatus igitur David cum eo modo Sauli psalleret, non solum Deo placebat, sed & perturbationem & furoris morbum ex Saule abigebat, parabatque illius animæ tranquillitatem. Ita quoque sacerdotes dum psallerent, populorum animos ad tranquillitatem advocabant, & ad concordiam cum iis qui in cælis choreas agunt. Quod itaque cum modulatione psalmi di- E cantur, id non fit ex suavis concentus studio, sed signum est harmoniæ cogitationum animæ. Harmonicaque lectio, indicium est animæ recte compositæ, atque tranquillæ. Etenim Deum laudare in cymbalis bene sonantibus, in cithara & decachordo psalterio, argumentum illud erat & signum membra corporis, instar chordarum, rite composita esse: cogitationesque animæ quasi cymbala esse, ac denique sono & spiritu oris hæc omnia moveri & vivere; ita ut, quemadmodum scriptum est, spiritu vivat homo, & actus corporis mortificet: i- F ta enim qui recte psallit animam suam concinnat, & quasi ex inæqualitate ad æqualitatem adducit; ita ut secundum naturam consistens a nullo perterreatur, quin potius phantasiis tranquilla evadat, & majori futurorum desiderio adficiatur. Sacrorum namque verborum modulatione recte composita, passionum suarum oblivіscitur: atque læta ad sententiam quæ secundum Christum est respicit, & optima quæque cogitat.

30. Decet igitur, o filii, ut quisquis hunc librum legit, legat quidem sincere & probo animo omnia quæ in illo habentur, utpote divinitus inspirata: ac demum ex illo quasi ex paradiso, utilitates sibi decerpat, quas e re sua esse perspicit. Existimo namque in hujusce libri verbis, omnem humanam vitam, animæque affectiones, cogitationumque motus contineri atque describi, nihilque iis amplius in hominibus reperiri. Nam sive pœnitentia sive confessione sit opus; sive tribulatio aut tentatio apprehenderit; sive quis persequutionem passus, sive ab insidiis liberatus, sive mœstus aut turbatus sit, aut aliquid hujusmodi patiatur, quemadmodum superius dictum est: aut si videt se quidem proficere, hostem vero destrui; sive laudare, sive gratias agere, sive Domino benedicere velit, habet in divinis psalmis doctrinam harumce rerum. Licitum enim illi est in singulis quod voluerit ex supra dictis eligere, & quasi de se dicta essent ea recitare, ac perinde affectum atque scriptum est, ea ipsa Deo referre.

Psalmi non sæcularis eloquentiæ verbis ornandi.

31. Ne quis autem ea sæcularibus verbis, quadam eloquentiæ specie ductus, ornare aggrediatur, neque conetur quispiam dicta transponere aut ullatenus immutare, sed sine ullo artificio, prout dicta sunt, ea recitet & psallat, prout dictum est: ut sancti viri qui ea ipsa nobis ut ministri tradidere, sua agnoscentes verba, nobiscum orent; imo potius ut Spiritus qui in sanctis loquutus est, ibi conspiciens verba sua illis inspirata, patrocinium nostrum una suscipiat. Quanto enim præstantior est sanctorum vita aliorum vita, tanto excellentiora eorum verba sermonibus nostris, atque efficaciora esse jure quis dixerit. His enim Deo placuerunt, & hæc dicentes, ut ait Apostolus: *Vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum, exstinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.* Hebr. 11. 33.

32. Unusquisque igitur hæc jam dicens confidat fore ut per ea Deus supplicantes auditurus sit: sive enim tribulatur qui hæc dicit, magnam percipiet in ipsis consolationem; sive tentatur aut persequutionem patitur qui ita psallit, probatior apparebit, atque a Domino protegetur, qui etiam hæc proferentem defendit, iis diabolum fugabit, dæmonasque ejus abiget. Hæc porro dicens, si quidem peccaverit, sese ad pudorem vertet, atque peccandi finem faciet; si non peccaverit se lætum conspiciet, quia iis quæ ante sunt extenditur, atque oppugnatus ita psalmorum vi prævalet: non commovebitur autem in æternum a veritate, imo eos qui se deceperint, & in errorem deducere tentaverint, coarguet, cujus rei non alius sponsor quam ipsa Scriptura aderit. Deus enim præcepit Moysi ut magnam odam conscriberet, doceretque populum; atque eum, qui princeps constitutus erit, jubet scribere Deuteronomium, ejusque verba præ manibus semper habere ac meditari, cum satis ea sint cum ad virtutis commonitionem, tum ad opem iis ferendam qui sincero animo meditati ea fuerint. Sane cum in terram promissionis ingressus est Jesus Nave, conspectis gentium castris, regibusque Amorrhæorum omnibus ad bellum congregatis, vice telorum gladiorumque Deuteronomium legit ad aures omnium, verbaque legis in memoriam revocavit, atque cum iis populum ceu armis instruxisset, inimicos superavit. Rex autem Josias, invento libro, & ad omnium aures perlecto, non ultra inimicos reformidavit. Et si quando bellum populo ingrueret, arca quæ legis volumina continebat omnes præ-

præcedebat, & id illis æque ad subsidium sufficie- A bat ac quælibet acies, nisi quoddam inter bajulos ejus, aut inter populum, esset peccatum, aut hypocrisis, quæ prævaleret. Fide namque & probo proprioque affectu est npus, ut lex orationi suffragetur.

33. Ego certe, ajebat senex, audivi a prudentibus viris, quod nlim in Israele sola Scripturarum lectione dæmonas fugarent, & insidias ab ipsis adversum homines paratas retegerent. Quare nmni damnatione dignos esse dicebat eos, qui his omissis, adscitisque aliunde verbis elegantibus, iis sese exorcistas nominarent. Potius enim ludunt, ac se dæmonibus ridendos offerunt; quod accidit, B ut habent Acta Apostolorum, filiis Scevæ Judæis, qui eo ipsn modo exorcizare tentaverant. Hæc itaque cum audiunt ab illis dæmones, ipsis illudunt: contra vero Sanctorum verba reformidant, nec possunt ea sustinere. In Scripturarum namque verbis est Dominus, quem cum ferre non possent, clamabant: *Rogo te ne me ante tempus torqueas*. (Luc. 8. 28.) Urebantur siquidem, cum præsentem Dominum tantum viderent. Ita & Paulus imperavit impuris dæmonibus, itidemque Discipulis subjiciebantur dæmonia. Et super Elisæum Prophetam facta est manus Domini: cum tribus Regibus prophetavit de aquis: dum scilicet psaltes, juxta ejus mandatum, psalleret. Eodem modo jam ista super eos qui patiuntur quisquis recitare debet, patientemque juvabit, suamque fidem veram firmamque comprobabit; ita ut ubi illam Deus conspexerit, perfectam sanitatem rogantibus tribuat. Id cum cognosceret Sanctus ille; ajebat in centesimo-decimo-octavo psalmn; *justificationes tuas meditabor, non obliviscar sermones tuos*; & rursum: *Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ*. (Psal. 118. 54.) In his enim etiam salutem consequebantur, dicentes: *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea*. (v. 92.) Quando & Paulus iis ipsis confirmabat discipulum suum, cum diceret: *Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit*. (1. Tim. 4. 15.) Hæc meditans, atque ea ratione psalmos legens, uniuscujusque sensum, Spiritu duce, consequi poteris. Talem vero vitam tu quoque imitaberis qualem habuerunt qui hæc loquuti sunt deiferi sancti viri.



AD

ADMONITIO

IN EXPOSITIONES PSALMORUM.

I. EXPOSITIONES *sancti Athanasii in Psalmos sistimus tibi Lector erudite, illas scilicet diu expetitas, a multis laudatas, antiquæ, mediæ, infimæ ætatis auctoribus. Quarum ἀποσπασμάτια quædam in prius editis exstabant. Utrum vero hi commentarii idipsum sint quod liber de Titulis Psalmorum ab Hieronymo laudatus, ut nuperi cujusdam fert opinio, non sat exploratum est; id sane si verum esset non commode satis inscriptio posita fuisset, cum non de titulis modo, sed etiam de versiculis omnibus hic agatur. Qui proxime secundum Hieronymum hasce expositiones laudavit, est Theodoretus, si tamen, quæ sequuntur non sint cujusdam amanuensis Regii Codicis 228. antiquissimi, ubi exstant Expositiones Theodoreti in Titulos Psalmorum, hæc illius verba sunt de Psalmo 109. loquentis:* ὁ δὲ ἅγιος Ἀθανάσιος ὧδέ φησι· τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ κυρίου διὰ τῶν παρόντων κατασημαίνει, καὶ τὸν εὐαγγελικὸν αὐτοῦ νόμον τῶν πάντων κυριεύσαντα τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ, ἧς καὶ ἀπάρχεται ὁ ψαλμὸς λέγων· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου. καὶ, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ἐχθροὺς δὲ ὁ ἀπόστολος δηλοῖ λέγων· ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. *Hoc est:* Sanctus autem Athanasius ita loquitur: Hisce verbis generationem Domini secundum carnem significat, & euangelicam ejus legem, quæ omnibus gentibus dominatur: atque ejus adscensum in cælos, quem enarrat psalmus dicendo: Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. *Quinam inimici sint, declarat Apostolus his verbis:* Novissima omnium destruetur mors. *Quem locum inferius, initio Commentarii in Psalmum 109. integrum legimus.*

II. *Chronicon autem Alexandrinum septimo sæculo conscriptum p. 223. hæc habet:* καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ἑρμηνεύων τὸν ρλά ψαλμὸν ἔγραψεν οὕτως· Ἀνάστηθι, κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου. τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ἐπιποθοῦσιν αὐτοῦ. σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου, τὴν ἁγίαν αὐτοῦ σάρκα φησὶ, μετ' αὐτῆς γὰρ ἀνελήφθη. οὐ γὰρ ἀποσαρκοῦται εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων. *Id est:* Et sanctus Athanasius Psalmum 131. interpretans, ita scribit: Surge, Domine, in requiem tuam. Ejus in cælos adscensum cito accedere gestiunt. Tu & arca sanctificationis tuæ. Sanctam ejus carnem dicit, cum illa namque adsumtus est; neque enim carnem dimittit per infinita sæcula sæculorum. *Hæc porro habes in expositione ejusdem Psalmi inferius v. 8. Postrema autem verba* μετ' αὐτῆς γὰρ ἀνελήφθη, *&c. desiderantur ibi, sive quia sæpe codices quibus usi sumus sententias detruncant, sive quia hæc fortasse Glossema sunt auctoris Chronici. Octavo sæculo, Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in Epistola ad* Tom. 7. Concil. p. 312.
Thomam episcopum Claudiopoleos p. 312. hæc adfert. Ἀλλὰ καὶ ὁ μακάριος Ἀθανάσιος τὸ ψαλμικὸν ἑρμηνεύων ῥητόν· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἐμφάνηθι, τοιαύτην περὶ αὐτῶν παραδίδωσιν ἔννοιαν. εἰ καὶ ἐκείνων τῶν χερουβὶμ τὰ ἀρχέτυπα ἄγνωστα τὴν φύσιν ἀνθρώποις παντάπασιν ἐστί. πνεῦμα γὰρ καὶ πῦρ ὑπάρχουσι, καὶ πάσης σωματικῆς ἀλλότρια καὶ φύσεως. *Hoc est:* Sed & beatus Athanasius Psalmicum illud dictum explicans: Qui sedes super Cherubim appare, talem de illis tradit notitiam: Etsi Cherubinorum illorum archetypa natura sint hominibus prorsus ignota: Spiritus enim & ignis sunt & aliena ab omni corporali habitu & natura. *Qui locus ideo non comparet in expositionibus nostris, quod ab Amanuensibus omissus fuerit versiculus, ut & alia multa quod qua ratione gestum sit mox narratur. Etsi vero huic versiculo:* Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim, Beniamin & Manasse, *expositio sua adjicitur inferius Ps. 69. v. 5. ea certe secundam solum versiculi partem spectat,* manifestare coram Ephraim, Beniamin & Manasse, *nullatenus autem primam:* Qui sedes super Cherubim, *ut hinc propalam sit omissam fuisse horum interpretationem. Item Hadrianus I. Epistola ad Carolum Magnum, hunc versiculum memorans:* Domine in civitate tua imaginem ipsorum Tom. 7. Concil. p. 934. Psal. 72.
ad nihilum rediges, *hæc adjicit.* Item sancti Athanasii de Interpretatione Psalmorum, inter cetera: Civitas enim Domini, quæ sursum, Jerusalem: imago autem eorum, terrestris. Quod enim dicit tale est: Quoniam terrestris, inquit, induti sunt, imaginem, & non cælestis, propter hoc ad nihilum redigentur. Audient enim illo tempore, nescio vos: utpote non indutos eadem Domini imagine. *Hæc omnia videsis Psalm. 72. v. 20. ad hunc versum.*

III. *Ad hæc in Codice Reg. 2219. explicatio illius versus: Tu es Sacerdos in æternum, ipsissimis verbis adfertur, ut legitur Ps. 109. v. 4. super hæc omnia Nicetas Heracleæ, ut habet Felckmannus inferius Monit. in Fragm. Expositiones Athanasii in Psalmos, ut nos proferimus, in Catena sua edidit, cum aliis aliorum Patrum commentariis adjunctas. Narrat Gabriel Grodecius Dautzicanus, Professor Ebraicæ linguæ in Academia Lipsiana, vir doctus, ac necessitudine mihi conjunctus, exstare in Bibliotheca S. Salvatoris Bononiensis in codice perantiquo, expositionem Athanasii in Psalmos Serviana lingua quæ est Slavicæ dialectus, sunt autem Servii Mysiæ superioris populus; nec ambigo ex his nostris Expositionibus Slavice versam fuisse. Hæc augeri possent, verum satis superque sunt ut comprobetur Commentarium Athanasii in Psalmos omnibus fere secundum Athanasium sæculis laudatum fuisse. Neque desunt in hujusce operis decursu Athanasiani styli notæ pleræque. Nam ubi occasio sese offert ut Christum comprobet esse Deum, id ille præstat, quo innuitur eo tempore hæc scripta fuisse, quo controversiæ de Christi deitate obortæ sunt. Sic Ps. 49. v. 6. In hæc verba: Quoniam Deus judex est, sic ille arguit:* Hic manifeste Christum dicit Deum: nam omne judicium dedit Pater Filio. Quod si omne judicium dedit illi: & Deus judex est: ergo Christus est Deus. *Similiter Christum probat esse Deum & iisdem quibus Pater nominibus ornari Ps. 89. v. 25.*

IV. *Peculiare est Athanasio quod solo* ἀγαπητοῦ *nomine, Unigenitum Dei intelligat cujus vocis hunc usum ex Homero confirmat illo p. 237. Eodem autem usu eam vocem habes in hisce Expositionibus Ps. 54. v. 6.* ἀλλὰ φόβος καὶ τρόμος ἐπῆλθε τῷ προφήτῃ ὁρῶντι τὸν ἀγαπητὸν τοῦ θεοῦ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν πάσχοντα. *Hoc est:* Sed etiam timor & tremor prophetam invasit, cernentem

dile-

dilectum (sive Unigenitum) Dei hæc ab impiis pati. *Notandum item in hisce Commentariis Filium Dei passim una voce, μονογενὴς, significari, qua in Opusculo in hæc verba,* Omnia mihi tradita sunt a Patre *p. 39. passim item Christum nuncupat Athanasius. Athanasiana prorsus est cautio illa Ps.* 118. *v.* 173. Γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με. δηλοῖ γὰρ οὐ τὴν κατ' οὐσίαν γένεσιν αὐτοῦ· ἀλλὰ τὴν πρὸς τοὺς σωζομένους σχέσιν. ὁποῖον καὶ τό· γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν. *Hoc est:* Fiat manus tua ut salvet me. Non significat natura factam esse manum ejus, sed ejus statum erga eos qui salutem consequuntur. Quale est illud: esto mihi in Deum protectorem. *Nam Ariani inepte ex voce γενέσθω, & ἐγένετο, concludebant Verbum fuisse factum. Miram consonantiam cum hoc loco reperies p.* 181. *Ubi etiam illud:* Fias mihi in Deum protectorem, *adfertur in medium pag. item* 186. *Nam loca describere longum esset.*

V. *Jam de codicibus nobis agendum. Memoratur a Felckmanno inferius in Fragm. ex indice quodam M. Crasii manuscriptorum qui tum temporis Constantinopoli erant, exstare apud Illustrissimum Principem Jacobum Marmoretam S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini explicationem in Psalterium Davidis.*

Andreas Arnoldus Norimbergensis in Præfatione sua ad Syntagma doctrinæ nomine Athanasii ab se editum Parisiis anno 1685. *hæc habet.* Volebam me conferre ad recensenda sancti Athanasii capitula in Psalmos, sicut ex MS. antiquissimo descripseram, diversa a Latinis Angeli Politiani, & Græcis Tomi II. operum, nisi novæ cunctationis iter fuisset impatiens: dabo initium & finem, ut si quid monendum sit peritiores monere dignentur. Μακάριος ἀνὴρ, ἕως, εἰς ἐκάθισεν. τὴν ἀρχὴν τῆς προφητείας τῷ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα τεχθησομένῳ ἀνατίθησιν ὁ Δαβίδ· διὸ ἐν πρώτοις μακαρίζει τοὺς ἐν (lege εἰς) αὐτὸν ἠλπικότας. *Definit:* Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν κύριον. Νοήσεις τὴν πνοὴν, ἀφ' ὧν Μωϋσῆς ἀναγέγραφεν· ὅτι λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνεῦμα ζωῆς. Ab initio dicitur, tres fuisse ordines apud Judæos, γραμματέων nimirum, καὶ Φαρισαίων καὶ νομικῶν. Probabile est νομικοὺς istos, esse Sadducæos, qui legem sine traditione sectabantur. *Hæc Arnoldus, νομικοὶ autem illi sunt Legisperiti in Evangelio memorati. Hæc autem Arnoldi capitula idipsum sunt, quod expositiones nostræ in Psalterium, ut liquet ex fragmento ab initio allato, nam in fine mutilæ sunt expositiones istæ. Ut augurari porro licet ex Arnoldi verbis capitula istæc non integra erant, sed excerpta quædam ex aliqua Catena, nec tantæ molis quantæ hæc commentaria quæ nos edimus.*

VI. *Vir Cl. Gabriel Grodecius supra memoratus, cum haud ita pridem Bibliothecas Italiæ lustraret, Mediolano litteras ad me misit, &, qua est erga nos humanitate, hanc Manuscriptorum Bibliothecæ Ambrosianæ notitiam præbuit, ipsis verbis.*

Ex Codice manuscripto Bibliotecæ Ambrosianæ quæ est Mediolani Car. N.
n. 451. in quo collecta sunt omnia ex Codicibus manu-
scriptis ejusdem Bibliothecæ hactenus inedita.

Commentarium sancti Athanasii in Psalmos mss. Græcolat. Græcum manuscriptum descriptum est ex Codice Bibliothecæ Regiæ in Escurial, Latine vero translatum (ut mihi referebat D. N.) ab Antonio Giggèo. Quod tamen esse non potest: nam in frontispicio hujus codicis hanc sequentem observationem reperi eadem manu scriptam qua versio illa Latina Commentarii in Psalmos.

„ *Vidi in Bibliotheca Ambrosiana Ill. Card. Borromei, suggerente Clarissimo Doctore & Linguarum Orientalium peritissimo D. Antonio Giggèo Viro mihi carissimo, volumen Arabicum in XVI. in charta bombacina, ut vocant, fusca, 300. & ultra annorum, in quo Arabice erant hæc duo opuscula Athanasii in Psalmos, perbrevis illa synopsis Psalmorum, aut quocumque alio modo vocetur ad Marcellinum, deinde integri commentarii perpetui in ipsos Psalmos, quos contuli cum istis Græcis, necnon cum Eclogis Catenarum. Ac licet eos laudabiles alioquin, nec indignos Athanasii offenderim, nihilominus tamen neutiquam cum istis conveniebant, solum explicatio primi versus Psalmi primi quadrabat cum ecloga quadam catenæ, quam suo loco notavi, & deinde in secundo versu . . . . . quidem . . . . . quadrabant omnia cum istis commentariis, sed oratione & stylo nequaquam, clareque scriptum nomen Athanasii*, Athanasius Patriarcha Alexandriæ.

In hac observatione mentio fit Antonii Giggèi, manus vero eadem cum illa versionis Latinæ: ergo neutiquam Giggèus, sed quidam alius auctor versionis istius esse debet, quem indicare mihi nemo potuit. Reperi ibi sub finem etiam, quædam annotata supra Psalmum 151. cui ista nota Athanasii præfixa erat. Οὗτος ὁ ψαλμὸς καὶ ἰδιόγραφος τῷ Δαβὶδ, καὶ ἔξωθεν τοῦ ἀριθμοῦ, ὅτε ἐμονομάχησε τὸν Γολιάδ. Incipit Commentarius: μικρὸς ἤμην ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μου.

Commentarius ejusdem sancti Athanasii in Cantica Mariæ sororis Moysis, & Moysis.

Synopsis & interpretatio vocum Hebraicarum, quæ in Commentariis Athanasii reperiuntur, mss. Hebræo Latinum, ordine alphabetico. Incipit: Aaron Ps. 76. vers. ult. הררי Spiritus, πνεῦμα. sed communiter exponitur, mons, seu montanus, sicut & Ps. 78. 6. 7.

Excerpta quæ ad Athanasium spectant, ex catena in Psalmos in Cod. V. Δ. 10. Bibliothecæ Ambrosianæ ex his omnibus auctoribus collecta: Nazianzenus, Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Nyssenus, Hesychius, Georgius, Theodoretus Episcopus Cyrensis, Severus, Origenes, Didymus, Eusebius, Esdras, Eulogius, Isidorus Pelusiota, Aretas, Apollinarius, Jovius, (sic scriptum τοῦ Ἰοβίου) Justinus Philosophus, Johannes Philosophus, Ephrem, Maximus, Damascenus, Augustinus, Hieronymus, Antiochus, Adrianus, Theodorus Antiochenus, Nilus, Anastasius, Nicænus, & Anastasius Sinaita Antiochenus, Asterius, Olympiodorus, Epiphanius, Andreas Cretensis, Andreas Cæsariensis, Cosmas * Ondicoplastes,

plaſtes, Œcumenius, Marcus. .... Caſſianus Hippolytus Romanus, Herodianus, Thaumaturgus, præter alios anonymos, ut dicitur ibidem. Et editiones Pſalmorum ſeu translationes, quibus uſi ſunt in catena, ibidem dicitur, fuerunt Symmachi, Aquilæ, Theodotionis & Septuaginta Interpretum. Codex Originalis in pergamena antiquiſſimus, & diverſa ſunt plurima ab illis a Barbaro editis. In hac collectione Græce tantum.

Extracta ex Catena Pſalmorum in Pergameno in Cod. III. H. 14. ea quæ pertinent ad Athanaſium Græce tantum.

Periochæ & hypotheſes breves Pſalmorum, quæ attribuuntur Euſebio in Codice VII. E. 18. Græce, excerptæ ex catena integra in Pſalmos & attributa Athanaſio, diverſa tamen a catena Barbari Græce tantum.

Fragmenta Athanaſii ex variis catenis collecta in Epiſtolas divi Pauli, & ex catena in libros Regum, Græce. Subjicit auctor Latinæ verſionis, quem ſupra indicavi.

„ *Ex Commentario ſeu catena Titi Boſtrenſis in Lucam, ex Chryſoſtomo & aliis collecta, hæc re-*
„ *peri ex Athanaſio, quæ poſtea contuli cum editis a Peltano, quæ eodem modo ſe habent, ſed no-*
„ *men Athaaaſii non ibi expreſſum, nec hic ubi deſierant, ideoque non plura deſcripſi, quia ſubleſtæ*
„ *eſſent fidei.* Οὐχ ἁπλῶς δὲ τὸ γεννώμενον φησιν πρὸς τὴν παρθένον ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγό-
„ μενον αὐτῇ σῶμα νομισθῇ, ἀλλ' ἐπήγαγεν ἐκ σοῦ, ἵνα ἐξ αὐτῆς φύσει τὸ γεννώμενον εἶναι πιστευ-
„ θῇ· ἅγιον δὲ καλούμενον, οὐχ ὡς ὅμοιον ἔχοντα τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐκ μετοχῆς ἁγιαζόμενον· ἀλλ'
„ ὡς ὄντα κατὰ φύσιν ἅγιον, τῷ τὸν αὐτὸν υἱὸν ὑπάρχειν θεοῦ, ᾧ ἓν εἶναι. *Ita ſe habebant tres codices*
„ *in pergamena cum expreſſo nomine Athanaſii, hoc loco translatio Peltani non exprimit poſtrema fideliter.*

Et poſt pauca alia fragmenta allata, hæc obſervatio ibidem reperitur.

„ *In Anthologio quodam SS. Patrum hæc reperi ex Athanaſio in littera A. ordine enim alphabe-*
„ *tico digeſta erant capita, & omnia deſumta ex veteribus Patribus, iſtaque erant in voce* Ἀστρολογία,
„ *ut præ ſe fert titulus, cum titulo,* ὅτι οἱ κατὰ ἀστρολογίαν οἱ καθ' ἡμᾶς, Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς
„ κατὰ Ματθαῖον βίβλ. Hæc in Epiſtola Grodecii.

VII. *Ex hiſce autem unum eſt quod nuſquam memoratum audivimus, ſcilicet, Commentarius Athanaſii in Cantica Mariæ & Moſis. Hoc autem opuſculum germanum ne ſit ex ſola lectione internoſci poteſt, cum a nullo, quod quidem norim, antiquo laudatum fuerit. Obnixe vero poſtulavimus ea tranſmitti nobis quæ in lucubrationibus noſtris deſiderantur, ſed cum nullus iſtic amanuenſis Græce tranſcribere poſſit, votis noſtris obſequi minime potuit vir doctiſſimus Muratorius. Et quantum auguror conjectura, non tanti fortaſſe pretii ſunt cetera: nam fragmenta illa in libros Regum & in Matthæum, non ex peculiari quodam Commentario in hoſce libros, ſed ex aliis quæ jam exſtant Athanaſii operibus maxima pars exſcripta fuere, ut infra monemus, & experientia comprobavimus. Expoſitiones autem in Pſalmos eædem putantur eſſe quæ noſtræ: ſynopſis vero ſeu interpretatio illa vocum Ebraicarum quæ in expoſitionibus Athanaſii exſtant ut vel ex prioribus verbis æſtimandum relinquitur nihili eſt. De reliquis ſi quando lucem viderint judicium feretur.*

VIII. *Ad codices jam veniamus unde has Athanaſii expoſitiones mutuati ſumus, tres Regii ſunt, 1807. nimirum quem Regium primum vocamus Reg. vero 2. 1878. Reg. 3. 1879. Regius primus eſt catena antiquiſſima ab annis plus ſeptingentis exaratus, bonæ notæ. Incommodum tamen accidit, ut nomina ſcriptorum amanuenſis perſæpe taceret. Secundus Reg. egregie deſcriptus, & paris antiquitatis, minus tamen accurate exaratus nomina tamen diligenter adſcribit. Tertius qui mediam ſecundi partem complectitur, recens eſt & ex ſecundo exſcriptus, ideoque non tanti uſus. Tres item Colbertini ſunt, 4443. quem primum Colbert. dicimus, ſecundum vero 4182. Tertium in duas partes diviſum, quarum prima numerum obtinet 4680. ſecunda vero 4681. Colbertinus autem, quem primum dicimus, librum ad Marcellinum de Interpretatione Pſalmorum tantum exhibet. Secundus Athanaſii & Theodoreti expoſitiones in Pſalmos, eſtque plus 700. annorum: tertius expoſitiones item Athanaſii cum nonnullis ceterorum Patrum, hic mendis ſcatet, quingentorum circiter annorum.*

Harum expoſitionum fragmenta quædam a Daniele Barbaro, qui poſtea Patriarcha Aquilejenſis fuit, edita fuerunt in catena Patrum Græcorum in Pſalmos, Venetiis cuſa anno 1569. ubi ad quinquageſimum uſque pſalmum duntaxat expoſitiones ducuntur. Et accuratior quidem in multis eſt Corderiana. Hinc anno 1601. ex catena Nicetæ Heracleotæ Felckmannus excerpta quædam edidit Athanaſium ſpectantia. Poſtremo Corderius anno 1643. prolixiorem catenam PP. Græcorum in totum Pſalterium edidit, tribus Tomis comprehenſam, in qua nævi non pauci occurrunt. Nobile autem eſt illud erratum quod expoſitiones Theodori & Theodoreti Athanaſio adſcribat. Et quidem, ut auguramur, hæc lapſus cauſa fuit. Amanuenſes ubi in catenis ad marginem nomina ſcriptorum notant, Athanaſii nomen indicant per litteram A, cui ſequentem in Athanaſii nomine, Θ ſcilicet imponunt. Ubi autem Theodori lectio eſt, primam ſimiliter Θ, deſcribunt, cui litteram Δ deſuper ſcribunt: hæc autem littera in codicibus proxime ad litteram A accedit, ubi igitur vidit A, ut putabat, ſuperius; Θ vero inferius deſcribi, Athanaſium his ſignificari arbitratus eſt.

IX. *Hæ autem expoſitiones multis in locis deficiunt, quia ſcilicet Amanuenſes non omnia deſcripſerunt, ſed pauciora adtulerunt quam ferrent Athanaſii codices. Raro evenit ut peregrinæ interpretationes nomen Athanaſii præferant, id quoad facultas tulit ad marginem notavimus. Et ſane perfacile eſt in hiſce ſtylum Athanaſii internoſcere, tum quia in Argumento plerumque ſeu ſynopſia quamdam totius pſalmi ob oculos ponit, & quidem mox adferendæ interpretationi adfinem, ut hac teſſera facile ſit vera a falſis ſecernere; tum quia tam perſpicuus, tam brevis atque preſſus in hiſce eſt Athanaſius, ut hac item in parte a ceteris perinde diſtingui poſſit. In hiſce autem vulgo ſententiam exponit, ut vocant* ſpiritualem, *ita ut Nicetas in catena ſua Theodoretum pro litterali, Athanaſium fere pro* ſpirituali *adſerat. Eſt tamen haud raro cum litteram adtingit & quidem rectiſſime ad ſcopum Prophetæ, ut nemo non æſtimaturus eſt. Argumenta pſalmorum maximi ſane pretii ſunt, ubi litteralem etiam ſæpe mentem adprime & acute tangit antequam ad* ſpiritualem *accedat. Multæ hic lectiones Aquilæ & Symmachi exſtant hactenus inobſervatæ a Druſio & aliis.*

Eſt

Est locus Psalm. 67. quem alienum æstimamus & commentum olet, illud scilicet de calamo ad versum 31. Alia fortasse nonnulla non observata a nobis fuerint quæ erudito Lectori supplenda demandamus. Psalm. 68. v. 17. Dicitur Filius, cum Patrem his verbis deprecaretur: Transeat a me calix iste, *non in hypocrisi, non ut satanam inescaret ac deciperet, non quod mundi voluntatem ut propriam efferret, ita loquutum fuisse. Quibus aperte repugnat explicatio quæ exstat in Libro de Passione Domini Tom. 2. quem inter suspectos haud injuria ablegavimus. Argum. Psalm. 70. primum sub Romanis Jerosolymorum excidium memorat, quia secundum item a Romanis illatum fuit sub Hadriano. Hæc de expositionibus in Psalmos satis sunto.*

Secundum hanc conscriptam admonitionem litteras accepi Cl. V. Antonii Muratorii, qui manu propria mihi ea exscripsit in laudatum commentarium in Canticum Mariæ sororis Mosis paucissima sunt ut vides.

En igitur Commentarii nostri specimen in Canticum Deuteronomii.

Σημαίνει καὶ αὐτοῦ τὴν ἔκπτωσιν τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ θεοῦ, ἣν παρέχει αὐτοῖς, καὶ τὴν εὐαγγελίαν τῶν ἐθνῶν.

Πρόσεχε οὐρανὲ, καὶ λαλήσω, Καὶ &c.

ἐπεὶ μέγα ἦν τὸ παράπτωμα Ἰουδαίων, καὶ ἐν οὐρανοῖς μάρτυρας ἐκ αὐτῶν, τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν τὰ μεγάλα τούτων μαρτύρεται ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου.

Προσδοκάσθω.

πολὺς γὰρ ὡς ὑετὸς, καὶ ἐπωφελὴς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ κατεχόμενος.

Καὶ καταβήτω.

μετὰ πραότητος, καὶ ἡσυχίας, ποτίζων ὡς ὄμβρος ἐπ' ἄγρωστιν, καὶ ὡς νιφετὸς.

Post duos alios versiculos subditur: desunt reliqua, *atque heic finem expositiones Athanasianæ habent.*

Ex Commentario autem memorato in psalmos, aliquot clausulas brevissimas nostris sat dissimiles misit laudatus vir; ita ut brevitatis causa non possit judicium ferri eædemne sint illæ ac expositiones nostræ. Quidquid tandem sit cum sæpissime nostræ ab auctoribus laudentur Athanasii nomine, hinc conficitur, ipsas non vero alias esse germanas Athanasii expositiones.

SANCTI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI EXPOSITIONES IN PSALMOS.

PSALMUS I.

Argumentum.

Initium prophetiæ Christo ab ipso secundum carnem nascituro offert David. Quamobrem in primis beatos dicit qui sperant in eo.

1. BEATUS *vir qui non abiit in consilio impiorum.* Potest consilium impiorum cœtus dici ac conventus improborum. Cumque noxium sit sese impiorum cœtibus immiscere, beatum dicit eum, qui ne tantillum quidem ad illorum conventus accedit. Hujusmodi erat Joseph ab Arimathia: qui corpus Domini ac Dei sepelivit. De illo namque dictum fuit, quod non adstipularetur consilio eorum qui Jesum prodidere. *Et in cathedra pestilentium non sedit.* Per cathedram, doctrinam significat, ut ipse Mat. 23. 2. ait: *Super cathedram Moysi.* Cathedra igitur pestilentium, est doctrina iniquorum.

2. *Die ac nocte.* Fervens animi studium significat. Siquidem non est meditandum negligenter legem Domini.

His adjicit Dan. Barbarus. Die autem meditatur qui in virtutibus proficit, nocte vero, qui cum perturbationes insurgunt,, immotam servat animi generositatem.

3. *Et erit tamquam lignum quod plantatum est.* Confessionis, sive etiam parabolæ lignum Christus esse describitur in divinitus inspirata Scriptura, juxta illud: Prov. 3. 18. *Lignum vitæ est omnibus suscipientibus eam.* Ait igitur eos qui in Christum crediderint, corpus ejus futuros esse. Transformabit enim corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. *Decursus* porro *aquarum*, divinas vocat Scripturas: in quibus passim Christum reperire est prædicatum. *Quod fructum suum dabit in tempore suo.* Fructum ligni intelligas rectam fidem: Folium autem ejus, est plena observatio mandatorum. *Et folium ejus non defluet*, non decidet. *Et omnia quæcumque faciet prosperabuntur.* Nulla enim secundum Deum actio utilitate caret.

5. *Ideo non resurgent impii in judicio.* Nimirum quia non habent radicem, sed similes sunt pulveri terræ a ventis agitato. Ventum autem intelligas Dei comminationem, qua dicit: *Discedite a me maledicti in ignem æternum.* Matth. 25. 41. Qui tali audita voce jure decident, non enim constitere in Christo, qui credentium fulcrum est ac fundamentum. Nam in judicio ait, non in interrogatione. *In concilio justorum*, ait. Nam separabit justos a peccatoribus.

6. *Quoniam novit Dominus viam justorum. Novit*, Exod. 33. 12. ibi positum est pro, *honorat*; secundum id quod dictum a Deo est ad Mosem: *Novi te præ omnibus*, quasi dicat: honoro te, & invenisti gratiam coram me.

PSALMUS II. *Davidi, caret inscriptione apud Ebræos.*

Argumentum.

Postquam in primo psalmo Judaicæ gentis principes vocavit impios, peccatores & pestilentes; in hoc

hoc iterum eorum opera recenset hujusmodi u- A sus nominibus, ipsis optime congruentibus.

1. QUARE *fremuerunt gentes*. Fremitum vocat brutam ferocitatem. Illud autem, *quare*, in communi dicitur, ut intelligatur etiam: *Quare populi meditati sunt inania?* Et qui, quæso, non inanis ipsis fuerit hujusmodi meditatio, utpote qui Salvatorem generis sui non acceperint?

2. *Et principes convenerunt in unum*. Supradicti scilicet ordines; scribæ nimirum, Pharisæi & legisperiti. *Adversus Dominum & adversus Christum ejus*. Insidiæ enim in Christum paratæ, in ipsum quoque Pa- B trem vertunt. Nam si Pater in Filio & Filius in Patre, quomodo non una in utrumque vertatur contumelia?

Adjicit Daniel Barbarus. Nam præpositiones duæ, & articuli duo, duas quoque personas inducunt. Patrem nimirum, & Filium, juxta illud, quod a Christo dictum est: *Qui me recipit, recipit eum qui me misit; & qui me spernit, ambos spernit*.

3. *Dirumpamus, vincula eorum*. Deest illud, *dicentes*; ut hæc sit sententia: convenerunt contra Dominum & contra Christum dicentes: Dirumpamus vin- C cula eorum. Noluerunt enim intra sacram esse sa-

Luc. 10. 16. genam de qua scriptum est: *Simile est regnum cælorum sagenæ*. *Et projiciamus a nobis jugum ipsorum*.

Matth. 11. 29. Gravitatem legis, de qua dixit: *jugum enim meum suave est, & onus meum leve*.

4. *Qui habitat in cælis irridebit eos*. Tamquam stulta consulentes: qui enim ab illis confixus est & morti traditus, cum in cælis sit & omnia contineat, vana inaniaque declarat eorum consilia. Ejusque Pater omniumque Dominus, dignas hujusce rei exposcet pœnas. *Et Dominus subsannabit eos*. Quasi nihi- D lum despiciet, odio habebit, aversabitur.

5. *Tunc loquetur ad eos in ira sua*. Tunc; quandonam, nisi cum dicerent, *Dirumpamus vincula eorum?* Quid autem est quod in ira sua loquetur? Il-

Matth. 23. 13. Luc. 10. 46. lud: *Væ vobis, scribæ & Pharisæi*: Et *auferetur a vobis regnum Dei*. Et illud: *Et vobis quoque legisperitis væ*.

6. *Ego autem constitutus rex ab eo super Sion*. Tamquam reprobato Israelitico populo, fidem quæ apud gentes futura erat, enarrat. Sion vero, Ecclesiam significat.

Et possessionem tuam terminos terræ, reges eos in E *virga ferrea*. Id est in cruce, cujus materia lignum, cujus virtus ferrum. Juxta quosdam, Romanum imperium significat.

Adjicit Dan. Barbarus. Conterit figulus vas, quod e manibus cadit: non delens sed reformans: non aliud lutum, quam vetus, aquam tantum ad dens, quod & Christus fecit.

10. *Et nunc Reges intelligite*. Id est, considerate, ad pœnitentiam convertimini. *Erudimini qui judicatis terram*. Per illud *erudimini* profectum significat; per illud autem, *Apprehendite disciplinam*, perfectionem.

Dan. Barb. de via justa, a qua qui aberrant ca- F dunt a *via justa*.

12. *Apprehendite disciplinam*. Euangelicam videlicet: *Et ne pereatis de via justa*. Ejus scilicet

Joan. 14. 6. qui dixit: *Ego sum via*.

PSALMUS *David quando fugiebat a facie Abessalom filii sui*. III.

Argumentum.

Proposita psalmi inscriptio ita habet. Nam hoc est quod psalmos enuntiat, quod scilicet a Judaico populo vexetur prophetarum chorus. David enim significat desideratus: quod revera competit prophetarum choro. Sicut ergo Abessalom rebellionem excitare tentabat adversus patrem suum, seu Davidem; ita & Judæi contra patres suos prophetas insurrexerunt, non admittentes Dei mandata; imo vero obsistentes illis.

DOMINE *quid multiplicati sunt qui tribulant me?* Illud, *quid*, pro, vehementer, positum est.

3. *Non est salus ipsi in Deo ejus*. Deus, inquit, ejus, non salvum faciet eum. Siquidem in peccatum ejus tantum quod perpetrarat intuebantur, ejusque pœnitentiam ignorabant. Hoc autem propalam facit de Davide dictum psalmum fuisse. Illud enim insurgere, proprie dicitur de iis, qui antea e subditorum erant conditione, sed postea bellum excitarunt.

4. * *Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea*. Quia dictum jam est, hunc psalmum ex persona Domini, pronuntiari, jam dicendum est ejus caput, quod Deus est, exaltari, cum divinitas ejus fidelibus perspicue commonstratur. * Hæc non sunt Athanasii sed Didymi.

5. *Voce mea ad Dominum clamavi*. Docetur in occurrentibus casibus, non ad alium quam ad Deum confugiendum.

Adjicit Daniel Barbarus. *De monte sancto*, id est de cælo.

6. *Ego Dormivi & soporatus sum*. Mentis somnum dicit, per quem incidit in peccatum.

9. *Domini est salus*. Salvum me fac, inquit, Domine. Rogo autem ut salus isthæc in totum feratur populum. Sciendum porro est, totum psalmum ad humanum referri genus, quod cum peccasset, traditum ideo fuit spiritualibus inimicis: Sed clamat in tribulatione & exauditur a Deo, salutemque consequutum est, en quod nempe Christus a mortuis resurrexerit, ac nostros percusserit inimicos, dæmones scilicet. Ipse namque est qui *molat leonum confregit, Dominus*. At- Psal. 57. 7. que illius, sive ab illo est salus.

1. *In finem in carminibus* PSALMUS *David*. IV.

Argumentum. Argumentum incerti auctoris.

Hunc Psalmum post reportatam victoriam, victori dicat.

2. CUM *invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ*: Simile est illi: *Te adhuc loquente* Esai. 58. 9. *dicet: Ecce adsum*. *In tribulatione dilatasti mihi*. Non modo ab incidentibus ærumnis liberasti, sed etiam in magnam latitudinem & libertatem posuisti. *Miserere mei & exaudi orationem meam*. Quoniam dixerat se propter justitiam suam exauditum, propterea confugit ad Dei misericordiam.

3. *Filii hominum usquequo gravi corde*. Hæc iis dicta sunt, qui magni exercitus ope, justum opprimi posse confidebant. Hæc autem spes, inquit, & vana & mendax est.

4. *Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum*. Hoc est, scitote, qui in multitudine confiditis, quod Deus admirabilem exhibuerit eum qui confidit in ipso. *Dominus exaudiet me cum clamavero*. Tempus pro tempore alio sumitur: nam pro, exaudivit, dixit, exaudiet.

5. *Irascimini & nolite peccare. Quæ dicitis in cordibus vestris in cubilibus vestris compungimini*. Quasi suis isthæc

hæc loquitur, ut & omnibus hominibus. Etiamsi, inquit, iram admittatis, sed ne sinatis eam in actum prorumpere in quiete compunctionis eam continentes. Illud enim est quod dicitur: *In cubilibus vestris compungimini.*

Dan. Barb. Quæ dicitis in cordibus vestris. Internas cogitationes vestras in nocte condemnetis: Est enim compunctio sensus quidam tamquam animæ stimulus, & aculeus: in nocta autem consilia purgatiora sunt.

6. *Sacrificate sacrificium justitiæ & sperate in Domino*. Docet quo pacto superare hostes valeamus. Quo pacto superabimus? proba edentes opera, quæ quasi sacrificium offeramus Deo. *Multi dicunt:*
B
Quis ostendit nobis bona? Hæc sunt eorum verba qui ministeria Deum spectantia negligunt.

7. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine*. Lumen mundi Christus est, qui vera nobis bona ostendit, per quæ spiritualem lætitiam habuimus in mente & in corde.

PSALMUS V.

VERBA *mea auribus percipe, Domine.*

5. *Mane astabo tibi*. Magna studii & contentionis gloria, ex ipso cubili Deo se
C
sistere, ac in gratiarum actione solem prævertere. Sic enim, inquit, videbo divina & sancta tua mysteria, quæ præparasti diligentibus te. *Quia non Deus volens iniquitatem tu es*. Propterea, inquit, me exaudiendum esse confido, quia hujusmodi rerum, quas tu oderis, nullam babui curam. Hæc porro sunt, improbitas, iniquitas, mendacium, invidia, dolus.

7. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem Perdes omnes qui loquuntur mendacium*. Eos qui in instituto vitæ suæ labuntur vocavit, operantes iniquitatem.
D
Hos vero odio habet Deus. Heterodoxos autem, qui a veritate exciderunt, loquentes mendacium vocat, quos perditurus est Deus. Atque observes velim discrimen inter illud: *Odisti*, & illud: *perdes*. Et primo quidem an illud, *perdes*, pejus sit quam illud, *odisti*. Secundo quid causæ sit, quod illud in præterito tempore, hoc in futuro jaceat.

8. *Virum sanguinum & dolosum abominatur Dominus*. Hujusmodi quippe hominem odit Deus & aversatur. *Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam*. Cælestem dicit Jerusalem primogenitorum matrem. *Adorabo ad templum sanctum*
E
tuum in timore tuo. Templum est status animæ sanctæ & virtute florentis, quem qui obtinent fidenter agunt. Christus autem utpote filius in domo ejus requiescet, cujus nos domus. Nam tua fruens clementia, tuaque dextera protegente, continua in sacro gloriæ tuæ templo te prosequor adoratione, ait sancta & pura anima; cum enim timorem tui ubique circumferam, numquam patiar ut eum amittam, tuæ confidens clementiæ. *Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam*. Spirituales videlicet. *Cor eorum vanum est*. Id est, cor sapientium hujus sæculi; aut etiam hæreticorum. Illi enim veritatis sermonem ignorant.
F

11. *Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant*. Linguas suas leniunt, & mortifera eructant dogmata.

12. *Decidant a cogitationibus suis*. Ab his, inquit, cogitationibus, quas contra me admittunt, invidentes meo secundum Deum profectui.

13. *Et habitabis in eis*. Ipse namque & Pater ejus venient & mansionem apud eum facient.

14. *Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo*. Tua, inquit, benedictione & providentia tuis concessa famulis, qui
A
se tui nominis amori dedidere, ob tuam erga ipsos sollicitudinem magnifice sentient de tua quam enarrabunt potestate. Atque ita loquitur B. Paulus: *Qui gloriatur in Domino glorietur*. (2.Cor.10.17.) *Ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos*. Coronam, inquit, pro laboribus dabis in fine: qua tamquam scuto nos proteges.

In finem, in hymnis, pro octava, PSALMUS *David*. VI.

Argumentum.

Ecquid porro aliud fuerit octava, nisi resurrectionis Christi dies, qua laborum fructus percepturi sumus; inimicis scilicet nostris cum pudore & perturbatione retrorsum abactis. Hunc porro canit psalmum, utpote diuturno tempore in pœnitentia versatus, quam obtulit pro peccato.

2. DOMINE, *ne in furore tuo arguas me*. Non simpliciter, sed cum furore argui recusat. Neque correptionem abnuit, sed eam quæ cum ira fiat.

3. *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum*.
C
Nulla enim anima ante labitur in peccatum, quam ex viribus quidpiam amiserit.

4. *Et anima mea turbata est valde*. Animæ scilicet facultates. *Et tu, Domine, usquequo?* Diuturnam pœnitentiam declarat hoc dictum.

5. *Convertere, Domine, eripe animam meam*. (Id ait) quasi Domino ob peccatum averso. *Salvum me fac propter misericordiam tuam*. Totum salutis nostræ negotium misericordiæ Dei adscribendum.

6. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui*. Quoniam, inquit, diuturnum mihi ast pœniten-
D
tiæ tempus, timeo ne mors tuam misericordiam prævertat, ubi nullus erit confessioni locus. Cujus gratia, maturare misericordiam tuam postulo.

7. *Laboravi in gemitu meo*. Audiamus Regis illius pœnitentiam, qui non solum laboravit, sed etiam ingemiscendo magno adfectus est dolore; non solum collacrymatus est; sed lavit per singulas noctes lectum suum. Neque tamen id ille respicit quod jam præteriit, sed similia facturum se pollicetur per totum vitæ tempus: & quod alii tempus laudibus insumunt, id ille confessioni deputat. *Lavabo per*
E
singulas noctes lectum meum. Pro nocte una, inquit, quam peccando transegi, multas exegi noctes rigando lacrymis lectum meum.

8. *Turbatus est a furore oculus meus*. Mentem ait; ipsa quippe est animæ oculus. *Inveteravi inter omnes inimicos meos*. Hic tempus ærumnæ declarat.

9. *Quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei*. Quasi jam exauditus longum contra inimicos contexit sermonem. Nec minima illa est ad virtutem via, fugere & abjicere improborum consortium. Hic enim est pœnitentiæ fructus & lacrymarum lucrum. Aut fortassis illud per ellipsin dictum est,
F
ut intelligatur: Concede nobis ut dicamus iis qui in nos irruunt adversariis: Abscedite quoniam exaudivit me. Quoniam ipse susceptus sum, qui peccati causa expulsus fueram.

PSALMUS *Davidi, quem cantavit Domino pro verbis Chusi, filii Jemini*. VII.

Argumentum.

Amicissimus Davidi erat Chusi: Qui mittitur a Davide ad Abessalom, ut Achitopheli, con-

consiliorum contra Davidem auctori, adversaretur. Qui cum abscessisset, ac proditionem simularet, consilium postulante Abessalone, Chusi & Achitopheli, atque consilium dante Achitophele, ut Davidem insequeretur; Chusi autem secus suadente, non oportere scilicet, nec e re fore, insequi virum peritum belli; iis verbis Davidem servavit. Is vero quasi non humano servatus auxilio, Deo canticum hoc in gratiarum actionem offert: ejusque gratiæ totum, ac nulli homininum adscribit.

2. DOMINE *Deus meus in te speravi*. Quoniam, inquit, de mea salute nihil ab homine sperandum putn, licet Chusi consilia bona sint; tu tamen salvum me fac, & quidem ex instantibus inimicis, sed maxime a spirituali leone, qui animæ meæ insidias parat.

5. *Si reddidi retribuentibus mihi mala*. Injuriarum oblivionem præfert, qua Deum ad misericordiam provocat. *Decidam merito ab inimicis meis inanis*. Justus post victoriam plenus onustusque ab inimicis abscedit. Improbus autem ubi victus est, iis vacuus excidit, nullam habens rerum copiam.

6. *Persequatur inimicus animam meam*. Quod ait est hujusmodi: incidam in manus diaboli, si quid ex supradictis admisi. (*Alio modo.*) Id est, si hoc illudve feci, ne a peccato liberer ante mortem. *Exaltare in finibus inimicorum meorum*. Id est, in robustis inimicorum meorum. Nam fines summitates significant.

7. *Et exsurge Domine Deus meus in præcepto*. Palam his verbis adventum annuntiat Salvatoris. *Et Synagoga populorum circumdabit te*. His aperte declarat Ecclesiæ fidem in ipsum.

8. *Et propter hanc in altum regredere*. Synagogam videlicet. Illud vero: *In altum*; aut venerandam significat Crucem, ad quam adtulit peccata nostra, aut reditum in cælum. Abiit enim ut pro nobis sese sisteret ad conspectum Patris.

9. *Judica me, Domine, secundum justitiam meam*. Rogat iterum a suis eripi inimicis, ex malis sibi illatis ad misericordiam provocans.

Daniel Barbarus. justum adjutorium meum a Domino. Justa petenda sunt, ut ipsa petitionis vi & natura, momentum ejus qui servat rectos corde facile attrahendo inclinemus.

11. *Qui salvos facit rectos corde*. Nosti, inquit, cordis nostri cogitationes; quapropter tuum imploro auxilium.

12. *Deus judex justus fortis & patiens*. His verbis aperte declarat Dei longanimitatem, qui supplicium differt, etsi non omnino parcat.

14. *Sagittas suas ardentibus effecit*. Sagittas dicit supplicium: *ardentibus*, iis scilicet qui pœnam ignis meruerunt.

15. *Ecce parturiit injustitiam*. Inimicus videlicet vitæ nostræ. *Concepit dolorem & peperit iniquitatem*. Hoc est & deliberavit, & quod decreverat in actum deduxit.

16. *Lacum aperuit & effodit eum &c.* Cum in Salvatorem Christum mortem parasset, morti ipse traditus est.

In finem pro torcularibus, PSALMUS *David* VIII.

Argumentum.

Olim in legali cultu, in templo erat προλήνιον q. d. protorcular, id est altare: sed post geotium vocationem, multa sunt torcularia, ipsæ scilicet Ecclesiæ, fructus eorum qui pie vivunt percipientea.

2. DOMINE *Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra!* Obstupescit ob datam nominis Dei hominibus notitiam. Non ultra enim solis iis qui in Judæa sunt notus est Deus.

3. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem*. Eorum scilicet qui coram Deo infantes sunt quoad malitiam. Hoc autem in Euangeliis etiam scriptum est perspicue dixisse Salvatorem, cum pueris ipsum laudantibus os Pharisæi obturabant. *Propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem*. Aut sensibilem, aut intelligibilem inimicum ait, aut populum Judaicum. Christum enim ceu inimicum pellebant, & simulabant se Patris ulciscendi animo id agere, quamnbrem ut eam illis defeosionem peoitus adimeret ait: *Qui odit me, odit & Patrem meum*. [Joan. 15. 23.] *Inimicum & ultorem*, diabolum dicit. Qui postquam compulit ad peccatum, pœnas peccatoribus infligit, peccati gravitate nb nculos ipsis posita. Aut populum Judæorum, veritatis quidem inimicum, ultorem vero, quia videbatur legem vindicare.

4. *Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum*. Indignantur illi infantibus laudem perficientibus. Illud autem tantum tamque pulcrum opificium, cælos nempe, ego qui sum creationis tuæ pusillum opus, contemplor.

5. *Quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab Angelis*. Isthæc Paulo ad Salvatorem nostrum referente, id ad expositionem satis esto.

8. *Omnia subjecisti sub pedibus ejus*. Postquam dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, adjecit: *Et dominentur piscibus maris* & reliquis, quæ accurate recenset. Quibus etiam dicit: *Crescite & multiplicamini & replete terram, & dominamini illi*. [Hæc expositio apud Dan. Barbarum, Eusebii dicitur. Gen. 1. 26. Gen. 1. 28.] Ratinnabili quippe naturæ, utpote ad similitudinem Dei conditæ, nmnium rerum imperium tradidit. Acceptaque homn divinæ imaginis virtute, ut rex nmnium est Deus, ita homo terrenorum omnium constitutus est princeps. Quod si in universum dicatur: *Et constituisti eum super opera manuum tuarum*; itemque alio loco dicat: *Et opera manuum tuarum sunt cæli*, [Psal. 101.] palam est quod super cælos constituerit eum, nec latenter innuit io cælis commoratinnem fore eorum, qui a terra illuc transferuntur, quando regni cælorum hæreditatem accepturi sunt, uti promissum fuit. Dicit vero Paulus: *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi*. [Rom. 8. 17.] Eo plane modo intelligendum illud est: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus*. Et nunc quidem animalia: sed quia vitæ Angelicæ par in cælo hominibus reposita est; cum ibi constitutus erit super opera manuum ejus, cælorum & omnium quæ in illis sunt speculator erit. Beatus autem Paulus, hoc etiam de Salvatore accepit, ut futurum in sæculo venturo. Quare ait illi Pater: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. [Hebr. 1. Psalm. 109.] *Oves & boves universas*. His adumbrat eos qui crediderunt ex Israel. *Insuper & pecora campi*. His gentes indicat. *Volucres cæli*, eos dicit qui in vita sua elati & superbi sunt, qui alte sentiunt, homines admodum insipientes.

10. *Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra!* Repetit illud, admiratione stupefactus, uti jam dixi, ob datam hominibus Dei cognitionem.

In

In finem, pro occultis filii, PSALMUS I. *David* IX.

Argumentum.

Hoc Psalmo ea declarat quæ latenter a Salvatore facta sunt. Multa autem illa erant occulte gesta: Nativitas scilicet secundum carnem ex Maria Virgine per Spiritum sanctum: stupendæ ac miraculis insignes virtutes: mors ipsa ac descensus in infernum, resurrectio demum ex mortuis. Hæc quippe omnia occulte ab illo gesta sunt. Abscondit enim illa etiam principibus mundi hujus. Pro hisce occultis Propheta personam gerens humanæ naturæ ingreditur gratias agens ac dicens: *Confitebor tibi, Domine*. Occultorum porro illorum revelatio mors est, atque ea quæ in inferno gesta sunt; necnon resurrectio & ascensio.

2. CONFITEBOR *tibi, Domine, in toto corde meo... In convertendo inimicum meum retrorsum*, &c. De quibusnam confessio fit declarat. Inimicum autem ejus, mortem esse ait, quæ retrorsum convertitur, videlicet, ad non esse.

4. *Infirmabuntur & peribunt a facie tua*. Quando ait retrorsum mors convertetur, tum omnis adversaria potestas destruetur: nam si ultima omnium i-
1. Cor. 15. nimica mors destruitur, palam est prius destrui adversarias potestates.

5. Illud: *Quoniam fecisti judicium meum & causam meam*, causam adfert gratiarum actionis; hoc autem: *Sedisti super thronum*, indicat Dei in judicando inspectionem.

6. *Increpasti gentes & periit impius*. Intelligibiles inimicos scilicet. *Nomen eorum delesti in sæculum*. Draconem ait spiritualem, id est, diabolum.

7. *Inimici defecerunt frameæ in finem*. Frameas diaboli adversarias dicit potestates, quibus potens ille est. *Periit memoria eorum cum sonitu*. Ejus namque pernicies ultro citroque audita fuit.

10. *Et factus est Dominus refugium pauperi*. Mendico, scilicet spirituali populo ait. *Adjutor in op-*
Esai. 49. 8. *portunitatibus in tribulationibus*. Ut illud: *In tempore accepto exaudivi te*.

12. *Psallite Domino qui habitat in Sion*. In cælesti, inquit, Jerusalem. *Annuntiate inter gentes studia ejus*. Hæc quasi ad Apostolos & Euangeliorum præcones loquitur. Quæ porro sint ejusmodi studia in sequentibus indicat.

13. *Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est*. Sanguinem ait pro illo effusum requiret, ut vindictam postulet.

15. *Qui exaltas me de portis mortis*. Ideo excitas me ex terra humiliationis, ut choreas agam in cælesti Sion.

17. *Cognoscitur Dominus judicia faciens &c.* Judicium namque plane justum est, ut ii qui mortem homini struxere, in ea ipsa re comprehendantur. Fortasse (id ait) quia ii in quos fertur judicium, judicem cognoscent tempore judicii.

18. *Dan. Barb. Convertantur peccatores in infernum*. Dæmones scilicet, & quicumque illis servierunt. *Omnes gentes quæ obliviscuntur Deum*. Græci, hæretici, Judæi.

20. *Exsurge, Domine, non confortetur homo*. Precatur unigenitum in terris illucescere; ne superbus ille diabolus, quem in præsenti vocat hominem, supercilium ultra tollat. *Judicentur gentes in conspectu tuo*. Salutarem gentium vocationem rogat citius adesse.

21. *Constitue Domine legislatorem super eos*. Ecquis legislator ille, nisi qui Novi Testamenti legem nobis induxit? *Sciant gentes quoniam homines sunt*. Per ingentem dæmonum fallaciam, in jumentorum morem commutati erant; ut de illis diceretur:
Comparatus est jumentis insipientibus, & simi- Psal. 48. 13.
lis factus est illis.

PSALMUS X. *secundum Hebræos*.

UT *quid, Domine, recessisti longe*. Rogat accelerari gentium vocationem modico post tempore futuram. Idipsum autem effecit diaboli superbia.

Dum superbit impius incenditur pauper. Superbia, inquit, improbi, quasi incendium est pauperi, populo scilicet tuo. *Comprehenduntur in consiliis quibus cogitant*. Id est, comprehendentur. Nam tu
es, inquit, qui comprehendis sapientes in astutia Job 5. 13.
eorum.

Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Tanta, inquit, fuit ejus clementia, ut, quia impii impuniti remanebant, demum apud quosdam stultissimos homines eorum vita accepta esset & laudaretur.

Exacerbavit Dominum peccator. Exacerbavit quidem irridendo illius de providentia & de judicio verba. Multi namque cum hujuscemodi quidpiam audiunt statim rident. Hoc autem subjungitur: *Secundum multitudinem iræ suæ*. Ut ita se habeat tota sententia. Exacerbavit Dominum, inquit, peccator, multitudinem iræ sibi thesaurizans. Illud enim, *suæ*, de exacerbante est accipiendum. Deinde quod dicitur: *non quæret*, cum interpunctione legendum, ut ita intelligatur. An ille homo Deum exacerbat, iræ sibi magnitudinem accendens, & Deus non quæret? Cum interpunctione itaque legendum, ut sit hic sensus. Annon quæret Deus? annon tribuet ipsi secundum iram, quam sibi thesaurizavit in die iræ suæ?

Non est Deus in conspectu ejus. Initium omnis improbi operis est Deum non cogitare judicem. *Auferuntur judicia tua a facie ejus*. Nam qui ignorat esse Deum, ignorat item esse judicem. *Omnium inimicorum suorum dominabitur*. Simile est illi: *Universum orbem manu comprehendam qua-*
si nidum. *Dixit enim in corde suo: Non movebor* Esa. 10. 14.
&c. Id est: Non inducar in errorem, non ever- *juxta* 70.
tar in generationem, non in malis ero.

Adjicit Dan. Barb. Nam quicumque vitii particeps est, nihil grave se subiturum putat.

7. *Cujus mal. dictione os plenum est*. Permanentem, inquit, se felicitatem habiturum putat: quamobrem & amaritudine & dolo os ejus plenum est: atque insidias parat pauperibus, ut laqueis suis interficiat eos. Illud porro, *cum divitibus*, quid aliud sibi voluerit, quam, cum iis qui divites in malis sunt? Illi namque cum diabolo patre suo contra pauperes una machinas parant.

8. *Sedet in insidiis cum divitibus*. In conventibus & cœtibus sedens, insidias & machinas insontibus parat.

10. *Inclinabit se & cadet*. Postquam dixit: Vici, tunc lapsus erubescit.

11. *Dixit enim in corde suo: oblitus est Deus*. Hæc dicit diabolus, non quod ita se res habeat, sed quo nos decipiat atque ut supplantemur, rati Deum humana negligere.

12. *Exsurge Domine Deus meus*. Precatur ut Dei in puniendo mora & clementia moveatur: nam cum Dei manus contra impiorum stultitiam non attollitur, tunc petulantiores evadunt.

13. *Dixit enim in corde suo: non requiret*. Atque id in causa est, quod ille exaltetur & labatur.

14. *Vi-*

14. *Vides quoniam tu laborem & dolorem consideras.* Tu, inquit, o Domine, omnia nosti, nihil eorum quæ fiunt ignoras, imo nec eorum quæ in mentem & cogitationem veniunt. Quin & labores hominum, furorem & indignationem eorum qui molestia adficiunt accurate nosti. Quoniam omnium cogitationes consideras, & tu es qui corda & renes scrutaris. Et cum hæc videas, longanimis tamen es, gnarus sub manu tua omnes esse, nec quemquam posse aliquo fugere. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu fuisti adjutor.* Hoc est, tuum ille exspectat auxilium.

15. *Contere brachium peccatoris & maligni.* Hoc est, potentiam inimici. *Quæretur peccatum illius & non invenietur.* Propter ipsum scilicet peccatum. Tota sententia sic habet: Si quæsieris, inquit, peccatum maligni, non invenietur, id est, peribit peccator propter ipsum peccatum.

16. *Dominus regnabit in æternum.* In futuro & novo sæculo.

Dan. Barb. Hæc dicit ad ostendendum præsens & futurum regnum illius. Quod si Domini regnum fine caret, quod nullus regni illius finis futurus sit; justi qui ejus participes sunt, perpetuam regni possessionem adipiscentur.

Peribitis gentes de terra illius. In tempore enim regni ejus projicientur in ignem æternum.

17. *Desiderium pauperum exaudisti, Domine.* Hæc namque illorum erat concupiscentia, hoc desiderium, ut futuris donarentur bonis. *Præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Ad hoc namque parati, ad omnia sustinenda corde prompti sunt.

18. *Judicare pupillo & humili; ut non apponat ultra, &c.* Cum, inquit, pauperes ulciscetur, tunc non apponet ultra magnificare se homo.

In finem PSALMUS *David.* X.

Argumentum.

Hunc quoque psalmum canit postquam inimicos devicerat. Hic piam sententiam mentemque præfert.

2. IN *Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ?* Cur mihi suadetis, inquit, ut fugiam in montes sicut passer, etiamsi in Deo confidam? *Transmigra in montes sicut passer.* Transfer te, transi, fuge in montes, id est, virtutes.

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas in pharetra. His verbis ad fugam eum concitabant dicentes, si non fugeret, sagittis confossum iri a peccatoribus. Declarat itaque malas cogitationes esse maligni tela. *Ut sagittent in obscuro rectos corde.* Quasi dicat, latenter. Hujusmodi namque sunt spiritualium inimicorum tela.

4. *Quoniam quæ perfecisti destruxerunt.* Compulit, inquit, inimicus hominem in corruptionem, licet in incorruptionem conditus esset. *Justus autem quid fecit?* Etiamsi, inquit, inimici talia fecerint; at Dominus, qui templum habet cælum, facto justorum & impiorum examine, aliis quidem impertit bona, alios in æterna supplicia dejicit. *Dominus in templo sancto suo.*

5. *Oculi ejus in pauperem respiciunt.* Significat Dei cognitionem cui nihil latere potest. Oculos autem dicit ejus beneficam inspectionem. *Palpebræ ejus interrogant filios hominum.* Palpebras dicit ejus judicialem rerumque exploratricem providentiam.

1. *In finem pro Octava* PSALMUS *David* XI.

Argumentum.

De octava dictum fuit in sexto psalmo. Rogat porro liberari a generatione mala. Hæc autem generatio illa sane fuerit, quæ tempore erat Salvatoris nostri Jesu Christi: de qua ipse dixit: *Viri Ninivitæ surgent & condemnabunt generationem istam.* Matt. 12.41.

2. SALVUM *me fac Deus, quoniam defecit Sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum.* Insidias in Christum paratas in unum complectitur. Dimissa namque veritate Judæi, mendacium contra Christum commenti sunt.

3. *Labia dolosa in corde.* Quoniam, cum eum magistrum ac bonum appellarent, longe diversa in eum consilia inibant.

4. *Disperdet Dominus universa labia dolosa, linguam magniloquam.* Quomodo non magniloqua lingua illa, quæ ausa est Salvatori dicere: *In qua potestate hæc facis, & quis tibi dedit hanc potestatem?* Marc. 11.28.

5. *Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt. Quis noster Dominus est?* Quasi scilicet hæc secum reputarent, facultatem se habere quidvis pro libidine contra Salvatorem proferendi. Illud autem: *Quis noster Dominus est?* Simile est illi dicto: *Hunc autem nescimus unde sit.* Joan. 9.29.

6. *Propter miseriam inopum &c.* Inopes & pauperes secundum spiritum intelligit. Quorum gemitu audito, exsurgam, ait. *Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.* Id est, Palam omnibus faciam salutare, quod etiam curabo evulgari ultro citroque. Ubique enim terrarum prædicatum est.

7. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum.* Vera, inquit, sunt verba de salutari enuntiata & promissa, quemadmodum argentum sæpe in crucibulum immissum. Illud autem, *septuplum*, pro, pluries posuit, is enim est mos sacræ Scripturæ.

8. *Tu, Domine, servabis nos.* Ideo, inquit servabis nos, quia circumdant nos impii, saluti nostræ insidiantes. Hi autem sunt adversariæ & malignæ potestates.

9. *Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* Altitudinem dicit virtutem: multiplicationem autem illam, temporis diuturnitatem. Ut hæc sit sententia. Per virtutem & potestatem tuam, diuturnitatem temporis & vitam æternam dedisti nobis. Nam post salutarem ascensionem, in infinita sæcula vita nostra extenditur. Aut altitudinem dicit, quia scilicet similes tibi homines effecisti, quatenus eorum fert facultas: aut quia multam eorum curam habuisti.

1. *In finem* PSALMUS *David.* XII.

Argumentum.

Hunc canit Psalmum, dum pœnitentiam delicti ageret, & una salutare nostrum annuntiaret. Unde exemplum nacti sumus, quo pacto oporteat nos, cum peccavimus, ad Deum accedere.

USQUEQUO, *Domine, oblivisceris me in finem?* Quasi post diuturnam moram per pœnitentiam ad Deum accesserit, propter admissum peccatum. *Usquequo avertis faciem tuam a me?* Hanc faciem Angeli semper vident..

2. *Quan-*

2. *Quamdiu ponam consilia in anima mea?* Angore crucior, inquit, dum animo mecum volvo, ne forte in peccato moriar, & illud maxime est quod aoimo meo dolores parat. *Dolorem in corde meo die ac nocte*. Corde quotidie meditando.

3. *Usquequo exaltabitur inimicus meus super me?* Nam si colentibus nobis Deum, ac religinse viventibus, deprimitur inimicus; manifestum est, peccantibus nobis extolli. Exaltatio namque satanæ, est hominum humiliatio. Siquidem quemadmodum Deus dicitur in salute nostra exaltari; ita & diabolus in pernicie nostra extolli.

4. *Illumina oculos meos*. Oculos mentis indicat. Illuminate illos lumine cognitionis.

6. *Ego autem in misericordia tua speravi*. Confido, inquit, peccati me remissionem accepturum, dum tuam perpendo misericordiam. *Tua*, inquit, per quam salutare tuum dedisti nmnibus hominibus. Quod salutare exsultationem parabit cordi meo, olim de peccato dolenti.

1. *In finem* PSALMUS *David*. XIII.

Argumentum.

Diserte in præsenti Psalmo declarat hominum in omnibus studiis & actibus suis impietatem iniquitatemque, ut necessitatem prædicet adventus Christi.

DIXIT *insipiens in corde suo: Non est Deus*. Quandoquidem non cogitantes Deum esse, qui respiciat omnia humana, ac qui justo judicin judicet, nullum noo scelus perpetrarunt; idcirco Dominus de cælo prospexit. Illud eoim aperte Domini ad homines adventum indicat. *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum*. Cum venit, inquit, Dominus, nullum mansuetudini deditum; sed omnes nulli non pravo operi addictos, invenit. *Sepulcrum patens est guttur eorum*. In suo namque gutture dæmones hominem quasi cibum detinebant, noo cogitantes, non posse Deum umquam opificii sui oblivisci.

4. *Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem?* Cum interpunctione legendum, atque illud, *Dominum*, extra accipiendum; ut hæc sit sententia, & omnes, inquit, declinaverunt, atque id perpetrarunt. Nequaquam futurum est ut Dominum cognoscant. *Qui devorant plebem meam sicut escam panis, Dominum non invocaverunt*. Comedebant enim populum ejus suadentes adorare creaturam & non creatorem. Atque illi, inquit, aliis malorum auctores facti, Dominum non invocabunt. Ita namque legendum futurum pro præterito.

5. *Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor*. Mosis lex, inquit, pœnam inserebat, timor autem Domini castus est: nam nos tamquam filios, Patrem timere docuit. Post illud tempus, quo scilicet adventus erit ejus, ibi timebunt ubi non est timor. Non timore qui ex legis comminatione oriatur, sed reverentia quæ liberos deceat.

6. *Quoniam Dominus in generatione justorum*. Qui justificantur per ejus adventum. *Consilium inopis confunditur*. Hæc dicit ad eos qui perseverant in incredulitate, & persequuntur eos qui in Christum credidere.

7. *Quis dabit ex Sion salutare Israel?* Hoc duplicem cootinet Prophetiam: noo modo enim hic obsessis partam salutem annuntiat, sed etiam salotarem Christi adventum, multis post sæculis futurum. *Exsultabit Jacob*. Sanctos Pa-

triarchas & Prophetas intelligit, qui summopere læti erunt, cum prædictas ab ipsis promissiones Christus impleverit. Hæ autem erant, quæ nmnium gentium salutem prænuntiabant.

1. *In finem*, PSALMUS *David*. XIV.

Argumentum.

Hunc canit Psalmum docens quidnam aditum homini præbeat ad illam assequendam sortem: quapropter ita orditur.

DOMINE *quis habitabit in tabernaculo tuo?* Habitatio est commoratio temporanea, non fixam & permanentem vitam, sed transeuntem, ac cum spe transmigrationis ad præstantiora conjunctam significans. Sancti quippe viri est hanc vitam prætereundo agere, atque ad aliam transmittere. Quæ causa est ut David de se ipse dicat. *Advena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei*. Quis, ait, dignus erit in cælestibus illis tabernaculis consistere? *Aut quis tabernaculum ponet in monte sancto tuo?* Postquam enim quispiam æterno illo tabernaculo dignatus fuerit, beatitudine fruetur in sæcula infinita.

Qui incedit sine macula &c. Docet quibus modis 2. & seq.
beatum hujusmodi finem coosequuturi sumus: primo quidem si immaculata via incedamus quæ est ipse Christus: deinde, si operemur justitiam: tertio, si cor nostrum veritatis domicilium paremus: quarto, si dolosa instructi lingua non simus: quinto, si malum proximo non inferamus: sexto, si opprobrio proximum superbe non adficiamus: septimo, si personam non accipiamus: octavo, si juramenti fidem non violemus: nono, si non fœneremur: decimo quod est nmnis complementum boni, si muneribus pervii noo simus. Qui horumce æquitatem ac meritum edidicerit, firmam atque immotam bonorum donationem nanciscetur.

1. *Tituli inscriptio*, *Davidi* XV.

Argumentum.

Quam nunc tractamus prophetia, gentium vocationem complectitur, necnon varias innbsequentiæ accusationes adversus Israelem: itemque ipsum Resurrectionis Salvatoris omnium nostrum Jesu Christi mysterium: unde arbitror canticum istud vocatum στηλογραφίαν sive tituli aut columnæ inscriptionem fuisse, ipso Davide Propheta illud ceu incolumna inscribente, ad posteros transmittendum. Ejus porro verba quasi ex Christi persona canuntur. Namque ut ita sentiamus auctor nobis Petrus est.

CONSERVA *me, Domine, quoniam speravi in te*. Quasi assumta humani generis persona, his Deum & Patrem alloquitur. Nec tantum pro se, sed etiam propter nos & pro nobis, utpote per œconomiam & incarnationem unus ex nobis effectus. Dominum itaque Patrem vocat, quod in forma servi fuerit. Conservari aotem se postulat propter Ecclesiam quæ caro ipsius est. Caro namque ejus est Ecclesia, quam conservari postulat. Quæ conservatio ideo jure ac meritn ad ejus personam referatur.

Dixi Domino Deus meus es tu. Rursum hic secundum servi formam obsecrat: exhibetque una justitiam quæ in fide per confessionem præstatur. *Quoniam bonorum meorum non eges*. Hisce verbis

bona ait esse sacrificia juxta legem oblata: quæ verbum fidei eliminat. *Numquid manducabo*, inquit, *carnes taurorum, & sanguinem hircorum potabo?* *Psal. 49.13.*

Sanctis qui sunt in terra ejus mirificavit omnes voluntates ejus in eis. Sanctos ait eos qui sanctificati sunt in Spiritu: Christi terram, Ecclesiam dicit: illud, *mirificavit*, pro docuit, jacet: illud autem, *ejus*, id est, Patris; ut tota sententia sic intelligatur: sanctificatis in fide notam fecit Patris voluntatem: quare vocatur magni consilii Angelus.

4. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum*, cum idola colerent, *Postea acceleraverunt*. Quamvis, ait, antea infirmarentur, cum in peccatis degerent, at audita prædicatione, quamprimum obtemperarunt. Nam id sibi vult illud: *Postea acceleraverunt*, videlicet quando prædicationi sunt obsequuti. *Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus*. Ubi congregabo, inquit, Synagogas ex gentibus, non per sanguinem eas congregabo, id est, non curabo ut per legalem cultum me adeant, verum potius per laudes & per incruentum sacrificium. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea*. Non ultra appellabuntur, inquit, idololatræ & athei, sed vocati & electi. Olim, condignam gestis suis nomenclaturam nacti sunt, idololatræ & polythei, id est, multos colentes deos, nuncupati. Jam vero non ulterius nominum eorum recordabor, sed pios, sanctos, vocatos, electos compellabo.

5. *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, &c.* Ac si apertius diceret, Pater meus in sortem mihi & portionem gentes donavit, cui obediens fui usque ad mortem. Calix namque mortem significat, juxta illud: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste.* *Matth. 19. 39.*

6. *Funes ceciderunt mihi in præclaris meis: etenim hæreditas mea præclara est mihi*. Vincula charitatis ait quæ habuit erga Ecclesiam, quæ præclara est, nimirum ipsi placita.

Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum. Hujus dicti interpretatio jacet in Actibus Apostolorum. *Insuper & usque ad noctem increpuerunt me renes mei*. Mos Scripturæ divinæ renes vocare occultas & alte positas cogitationes: noctem vero, quod absconsum est.

8. *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commovear*. In quantum Deus esse intelligitur, ipse est qui firmat & sustinet omnia; in quantum vero homo factus est, probe ipsi convenit dicere se a dextris Dominum habere, ne commoveatur. Nam ubique humanæ naturæ mensuris & terminis conformatur, & propter œconomiam sive incarnationem, non erubescit ea quæ ad evacuationem & humilitatem pertinent. Vide ergo quam præclara in Christo natura nostra evaserit. In conspectum certe Patris adducti oblatique fuimus qui per Adæ transgressionem ejecti sumus, & habuimus eum vindicem & patronum.

10. *Delectatio in dextera tua usque in finem*. Hoc significat, in voluptatibus & gaudiis sancti degent postquam tempore resurrectionis revixerint. Istam autem voluptatem ac lætitiam, quæ est incorruptio, nos recepturos ajunt a Christo, qui est in nobis, & dextera est Patris. Quod autem verum id sit, palam est ex hujusmodi dicto: *Qui transformabit formam humilitatis nostræ configuratam corpori claritatis ejus.* *Phil. 3. 21.*

Oratio David. XVI.

Argumentum.

1. Canitur hic psalmus ex persona hominis secundum Deum perfecti.

EXAUDI, *Domine, justitiam meam*. Magna plenus fiducia sermo: nam quod hic justitiam suam memorat, non jactabundus, nec quo se justum esse prædicet, ita loquitur: sed quasi dicat: juste implorantem auxilium tuum, ac rogantem erui ab injuriis persequente Saule illatis, exaudi & postulata concede.

Auribus percipe orationem meam non in labiis dolosis. Nam orationem non labiis dolosis oblatam, sed lingua pura, & meditandis eloquiis divinis assueta, auribus percipit Deus.

2. *De vultu tuo judicium meum prodeat*. Perspicue precatur Unigenitum sibi judicem constitui. *Oculi tui videant æquitates*. Justum Filii judicium postulat, quo judicavit de nobis.

3. *Probasti cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas*. Iniquitatem solet divina Scriptura vocare blasphema in Deum dicta: *Iniquitatem enim*, inquit, *in excelsa loquuti sunt*. *Psal. 72. 8.*

4. *Ut non loquatur os meum opera hominum*. Docet id quoque cavendum esse, ut nihil mortale, nihil humanum loquamur. *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras*. Ob jussa, inquit, tua, angustam & arctam portam ingressus sum.

5. *Perfice gressus meos in semitis tuis, &c.* Docetur his verbis ne sibi quisquam fidat; sed Deo innitatur.

6. *Ego clamavi quoniam exaudisti me, Deus*. Illud, *exaudisti*, pro, exaudies. Non temere his verbis sum usus, sed tuam expertus clementiam. Me quippe rogantem sæpe exaudisti. *Inclina aurem tuam mihi*. Deus totus auris est, utpote qui omnia audiat.

11. *Oculos suos statuerunt declinare in terram*. Unus, inquit, scopus fuit illis ut ad terram demittant, & quæ carnem spectant sentire suadeant.

14. *Frameam tuam ab inimicis manuum tuarum*. Quælibet justi anima & potissimum eorum qui peccatores ab impietate ad pietatem revocant, ceu framea est contra malignos spiritus exacuta. Hanc igitur frameam, Domine, quam ipse contra inimicos tuos exacuisti, eripe ab inimicis manus tuæ. Quinam autem sunt inimici manus Dei, nisi qui fidei in Unigenitum, qui manus illius est, adversantur?

Domine, a paucis de terra divide eos. Precatur ut a paucis impii separentur, quod est ac si dividerentur. Quinam autem sunt pauci illi, nisi de quibus dictum est: *Multi quidem sunt vocati, pauci vero electi.* *Mat. 20. 16.*

Daniel Barbarus. Præparata est, inquit, illis occulta pœna quæ usque ad viscera penetrabit, juxta illud quod de Juda dictum est. *Et intravit maledictio quasi aqua in interiora ejus, & sicut oleum in ossibus ejus.* *Psal. 108. 18.*

Et de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Omnibus, inquit, pretiosis potiti sunt; ideoque ita recalcitrarunt, ut prævaricarentur. *Alio modo*. *De absconditis tuis*, ac si diceret, quas tu pœnas occulte nosti, ego ignoro, iis imple ventres eorum, quod periphrasi dictum, pro, eos ipsos. *Saturati sunt filiis, & dimiserunt reliquias suas parvulis*

vulis

vulis suis. Omni repleti sunt iniquitate, & eam filiis transmiserunt.

15. *Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo*. Non ero similis illis, neque iisdem queis illi satiabor: sed tua gloria per bona opera replebor.

1. *In finem puero Domini David, quæ loquutus est Domino verba cantici hujus, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, & de manu Saul, & dixit*. PSALMUS XVII.

Argumentum.

Continet psalmus irruptionem inimicorum, & implorationem auxilii Dei; descensum Unigeniti, & assumtionem ejus, & post assumtionem, quæ contra dæmones acta sunt, ejectionem Israelis & gentium vocationem. Illud autem, *de manu inimicorum ejus & de manu Saulis*, ad spirituales hostes & horum principem referri potest.

2. DILIGAM *te, Domine, fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum*. Cum Dei senserit beneficia, quod omnium donorum est maximum offert ipsi, nempe charitatem, cui primas in præceptis Salvator detulit.

3. *Laudans invocavi Dominum, & ab inimicis meis salvus ero*. Hic docemur gratiam referre de bonis quibus aucti sumus: & rursum postulare quæ desunt. Deinceps autem diversas enarrat inimicorum irruptiones.

5. *Circumdederunt me dolores mortis*. Non mortale hic bellum memorat, sed invisibiles potestates, intus animam ipsius circumdantes. *Et torrentes iniquitatis conturbaverunt me. Dolores inferni circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortis*. Torrentes iniquitatis sunt pravæ cogitationes: eæ enim ipsæ dolores vocantur cum diu in nobis perseverant, & iterum laquei, quia nos per actuale peccatum enecant.

8. *Commota est & contremuit terra*. Quæ in descensu Domini evenere narrat. Omnes enim incolæ terræ commoti sunt, regio omnis ejus fama repleta est. *Fundamenta montium conturbata sunt*. Montes sunt malignæ potestates, quæ insurrexerunt adversus Dei gloriam. Fundamenta autem eorum ait profundas cogitationes. *Et commota sunt quoniam iratus est eis Deus*. Quia diuturno temporis spatio terræ incolas deceperunt per superstitiosum multorum numinum cultum.

9. *Ascendit fumus in ira ejus*. Iratus, inquit, eorum ignem quo olim homines concremabant, restinxit. Ignisque signum fumum ponit. *Et ignis a facie ejus exardescet*. Hæc enim Dei filius contra adversarias potestates occulte operatur ignem eorum exstinguens igne alio potiore & ardentiore. *Carbones succensi sunt ab eo*. Ii scilicet qui per participationem divino igne sunt illuminati.

10. *Inclinavit cælos & descendit*. Apertissime prophetat descensum Domini, & hoc significare videtur:
Philip. 2. 8. *Humiliavit semetipsum usque ad mortem. Et caligo sub pedibus ejus*. Occultum in œconomia seu incarnatione adventum significat, atque Dei invisibilitatem; ne illius verbis ad rerum corporalium cogitationem pertrahamur.

11. *Ascendit super Cherubim & volavit, volavit super pennas ventorum*. Assumtionem illius hisce indicat, Cherubim & pennas ventorum nubem vocat, de qua in Actibus scriptum: *Et cum hæc dixisset videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum*. Act. 1. 9.

12. *Et posuit tenebras latibulum suum*. Occultam scilicet & latentem Salvatoris cum hominibus commorationem. *In circuitu ejus tabernaculum ejus*. Tabernaculum sanctam Ecclesiam significat, in qua pollicitus est se habitaturum. *In circuitu ejus* ait, juxta illud: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum*. Mat. 18. 28. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris*. Hoc ait quia quæ de illo prænuntiarunt Prophetæ obscure jacent. Qui Prophetæ nubes sunt appellati.

13. *Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt*. Lumeo, inquit, adventus illius, manifestas reddidit prophetias. *Grando & carbones ignis*. His ea significat quæ post assumtionem ejus inimicis acciderunt, spiritualibus dico. Quemadmodum autem cum Israelem ex Ægyptiis liberaret grandinem & ignem ceu pluviam demisit; ita & cum omnes gentes ex Dæmonum servitute liberaret grandinem pluere fecit & carbones ignis. Isthæc autem fuerint ultrices virtutes: quibus intelligibiles illas Ægyptias potestates sustulit.

15. *Et apparuerunt fontes aquarum &c.* Postquam sublati inimici fuerunt, apparuerunt fontes aquarum, salutare videlicet Euangelii verbum, quod vere fuit orbis fundamentum: super eo namque fundati & constructi sumus. Vel hoc modo: fontes intellige sanctos Prophetas, utpote qui salutarem sermonem scaturiant. Ita namque de illis scriptum est: *Et haurietis aquas cum gaudio de fontibus Salvatoris*. Esai. 12. 3. Fundamenta item orbis terræ, Moysis sapientissimi Scripturam accipias: in ea quippe primam basim fidei & divinæ cognitionis invenimus repositam, mysterium Christi in figura gestantem, & pariter in Prophetis. *Apparuerunt* igitur, quasi dicas, ostensi sunt. Aut fontes intelligas & fundamenta orbis, sanctos Apostolos: nam & ipsi salutare verbum scaturiunt, & fundamentum orbis posuerunt, fidem videlicet. Fontes item & fundamenta orbis salutarem baptismum interpretaberis.

17. *Ab increpatione tua Domine*: Subintellige, sublati sunt prædicti hostes. *Ab inspiratione Spiritus iræ tuæ*. Non autem statim cum peccant homines eos Deus punit, nam si hoc fieret, ipsi plane interirent: nam iræ supplicia longe ante prænuntiat quam infligat. Ait enim, *Corripiam eos in ira tribulationis eorum*. Osee. 7. 12. Et in hoc dicitur inspirare spiritum iræ suæ.

Daniel Barb. Misit de cælo & accepit me. Vere humanum genus servavit, de cælo nobis sancti Spiritus donum demittens. Theodotio: *De cælo salutem mihi tribuit*. Theodotionis versio.

Assumsit me de aquis multis. Aquas dicit tentationes.

18. *Eripiet me de inimicis meis fortissimis, & ab iis qui oderunt me &c.* Transit ad ea enarranda quæ peccati & pœnitentiæ causa egit. Quod autem ait sic intelligito. Jam mea exaudita confessione Dominus factus est mihi in fulcrum, cum proxime esset ut ego subverterer, & in magnum casum ruerem; si post peccatum in ultimam decidissem defectionem. Ceterum prorsus ille eripiet me, & dabit peccati veniam, tempore adventus ejus a Prophetis prænuntiato. Idque aget Dominus beneficium mihi tribuens, *Quoniam voluit me*. Nam si me noluisset nequaquam prophetam suum ad me misisset.

21. *Et retribuet mihi Dominus &c.* Persuasum mihi, inquit, est, eum tempore justi judicii peccato-

catorum meorum immemorem, secundum justitiam meam mihi retributurum. Cum enim alia mea opera in justitia edita in lance comparabit & opponet peccato meo, multum ea peccato a me perpetrato præponderare inveniet. Docetur autem eum qui infirmitate quadam lapsus sit, posse per secunda bona opera in pristinum se gradum restituere.

Dan. Barbarus. Ceterum qui hæc loquitur nihil sibi tribuit; quare ad Salvatorem ajunt hæc referri, qui ex ejus persona hunc psalmum dictari dicunt, *Tentatum per omnia secundum similitudinem sine peccato*. (Hebr. 4. 15.) Justitiam vero vocat in universum actricem virtutem: puritatem autem manuum, actrices facultates & actiones sordium immunes, & ab optimo habitu proficiscentes. Ceterum ab omni jactantia alienas benefactorum suorum causas Deo tribuit. Vias autem mandata intelligit. Non impie autem se gerit ab eo, quicumque veritatis dogmata & assertiones probe ac recte explicat.

22. *Dan. Barb. Nec impie gessi a Deo meo*. Justis enim qui prompte illi parent mercedem rependit: ille autem non se impie gerit qui vera dogmata suscipit.

23. *Dan. Barb. Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo*. Qui secundum Deum homo est, divinum timorem ante oculos continenter habens, cum fiducia & libertate coram Deo agit. Judicia Dei si inquirantur, inscrutabilia sunt & abyssus multa, quoniam propter obscuritatem comprehendi nequeunt. Fieri tamen haud potest, ut qui judicia Dei præ oculis habet, ægre ferat Dei providentiam, & judicio Dei cuncta disponi: nam vel ex ipso judicii nomine justum esse judicium cognoscitur: jus enim dat. Vel justitiam dicit, cum omnia judicia quæ citra justitiam fiant, eo additamento nominentur, ut non judicia, sed judicia perversa dicantur. Propterea dictum est, *Egrediatur judicium perversum*. (Habac. 1. 4.) *Et justitias ejus non repuli a me*. Adhæreo, inquit, justitiis Dei. Ab illis enim recedunt, qui eas non amplectuntur. Justitiæ vero hoc loco dicuntur, quæ justitiæ causa & æquitatis lege sancita sunt, ut illud: *Si emas servum Hebræum* & reliqua: (Exod. 21. 2.) nam prius dixerat: *Hæc sunt judicia quæ propones eis*. Verum cum justitias una cum judiciis nominet, purgatos ac probatos Dei sermones hæ justitiæ significare possunt. Qui sermones cum judicantur, nec argui nec perverti possint, judicia nuncupantur. Justorum quoque cogitationes ponderatæ & probatæ diligenter, cum similes æquilibrio sint, judicia merito dici possunt.

Dan. Barb. Et justificationes ejus non recesserunt a me. Mandata intelligit per justificationes, & decedunt ab illis qui ea non admittunt.

26. *Cum sancto sanctus eris*. Merito tuis me beneficiis dignatus es: nam sanctus cum sis, nosti cum sancto, sanctificari. Si enim in peccato perseverassem, & in ruinam funditus lapsus essem, novi te quoque magnum judicem, de peccato meo æquum judicium pronuntiaturum fuisse. At quando custodivi vias tuas, ideo tu qui cum sancto sanctus es & cum innocente innocens, nequaquam rem disposuisti secundum illum perniciosum statum in quo certo tempore versatus sum, sed secundum vitam quæ exinde subsequuta est, & vitam in justitia actam, promeritam mihi retributionem io tribunali illo tuo largieris.

28. *Quoniam tu populum humilem salvum facies*. Ad chorum mittit Apostolorum. *Et oculos superborum humiliabis*. Hoc tendit in scribas & Pharisæos.

29. *Quoniam tu illuminabis lucernam meam Domine*, Mentem ait, *Deus meus illuminabis tenebras meas*, Ignorantiam, inquit, meam dissipabis.

30. *Quoniam in te eripiar a tentatione, & in Deo meo transgrediar murum*. Quia comprehenderunt me, inquit, inimici mei, ut me circumsisterent.

31. *Deus meus impolluta via ejus &c.* Hæc dicens, ingratitudinem, perfidiam, immorigerum animum, & duritiem cordis ingratorum & sceleratorum Judæorum carpit. Quoniam Salvatorem nostrum Christum reprehenderunt, quasi contra divinam legem ageret. Dicta namque illius, quasi blasphema convitiis & calumniis impetebant, mutuo dicentes: *Hic blasphemat. Quis enim potest dimittere peccata?* (Marc. 2. 7.) Ex prava scilicet conscientia, & mala cogitatione hæc contra Dominum ac Deum universorum in mente versabant, & cogitabant.

33. *Deus qui præcinxit me virtute*. Simili huic est dictum illud: *Donec induamini virtute ex alto*. (Luc. 24. 49.) *Et posuit immaculatam viam meam*. Id est, per Euangelica præcepta immaculatam viam currendam mihi munivit.

34. *Et super excelsa statuens me*. Id est, docet me superna sentire.

35. *Qui docet manus meas ad prælium*. Eas enim ad orandum extendens adversariis superior evado. *Et posuisti arcum æreum brachia mea*. Virtutes illas animæ robustas, ceu arcum æreum adornasti. Per æs autem robur & impenetrabilitatem significat: per arcum vero, indicat per brachia nostra symbolice emitti tela.

Daniel Barb. Brachia mea. Manus & brachia sunt virtutes, quæ intellectuales hostes jaculantur & expugnant. Maxima vero manus est eleemosyna, quæ pauperum amatores omni materia fortiores reddit: numquam enim infirmantur brachia miserentis.

36. *Et dedisti mihi protectionem salutis*. Protexisti me, inquit, per salutare tuum. Hoc autem significat œconomiæ adventum, sive incarnationem.

Daniel Barbarus. Hoc autem est adventus providentiæ, ac dispensationis, quo me collapsum erexisti, & quam magnum malum sit peccatum ostendisti, & salute dignum fecisti. Salutare autem & salus Christus est, quem pro nobis pugnaturum Pater amandavit.

Et dextera tua suscepit me. Dextera Patris Filius. *Et disciplina tua correxit me in finem*. Euangelica scilicet doctrina. *Et disciplina tua ipsa me docebit*. Illud: *Et disciplina tua ipsa me docebit*, Theodotionis est. (Theodotionis versio.) Cujus loco Septuaginta habent: *Et disciplina tua correxit me in finem*.

37. *Dilatasti gressus meos &c.* Statuisti enim supra petram pedes meos, quæ est fides nostra. *Et non sunt infirmata vestigia mea*. Sublatis namque offendiculis & laqueis, quæ paraverunt inimici, viam & aditum nobis munivit.

38. *Persequar inimicos meos*. Tamquam divina gratia ad cursum adornatus, de victoria confidit.

39. *Confringam illos nec poterunt stare*. Frangit inimicos animus passionibus vacuus.

40. *Et præcinxisti me virtute*. Summam victoriæ rursum, fortitudinem tribuenti Deo adscribit.

41. *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum*. Id est, in fugam vertisti. Proprium namque fugientium est terga dare: & sane terga dant inimici nostri dæmones, cum non ulterius cogitationes turbulentas animæ immittere valent. *Et odientes me disperdidisti*. Saulem, Achitophelem, Abessalonem & sexcentos alios.

42. *Clamaverunt nec erat qui salvos faceret &c.* Hæc

de

de inimicis sensibilibus ait, quasi ex persona Domini. Neque enim alienigenæ deos suos in subsidium vocantes, eorum providentia & cura adjuti sunt: neque Saul, Abessalom, Semei & reliqui Israelitarum hostes, Deum opitulatorem habuerunt.

43. *Et comminuam eos ut pulverem*. Vacui, inquit, erunt; tua mihi gratia fortiter auxiliante.

44. *Eripe me de contradictionibus populi*. Domino scilicet adhuc faciem avertente ob Judæorum inobsequentiam, postulante autem gentes in hæreditatem suam. *Constitues me in caput gentium*. * (Et tamen nescimus Davidem Gentibus imperasse.) Per eum itaque, qui ex Davide secundum carnem ortus est, impletur prophetia. Nam qui ex Davide secundum carnem natus est, & ipse David vocatus juxta divinum Ezechielem, nempe Dominus Christus, omnibus gentibus imperavit. Et quidem ut Deus omnibus semper imperat: postquam autem homo factus est, voluntariam credentium in ipsum servitutem subiit.

* Hæc Origeni tribuuntur in Reg. I.

45. *Populus quem non cognovi servivit mihi*. Non est hæc ignorantiæ nota: cuncta enim novit utpote Deus. Sed quoniam, ait, qui per diversa tempora nulla mihi necessitudine juncti erant, alieni & extranei jure dicantur, atque a mea familiaritate longe remoti.

In Colb. 3. hæc tribuuntur Cyrillo.

46. *Filii alieni mentiti sunt mihi*. Israel qui primogenitus vocabatur, alienus filius ob incredulitatem dictus est. *Filii alieni inveterati sunt*. Omne inveteratum, proximum interitui est.

47. *Vivit Dominus, & benedictus Deus meus*. Opportune illud, *Vivit Dominus*, vociferatus est. Quia commemoravit contradictionem populi, qua clamabant: *Tolle, tolle, Crucifige eum*. *Et exaltetur Deus salutis meæ*. Etiamsi, *humiliavit semetipsum*, inquit, *forma servi accepta*, excelsus nihilominus est. Simile autem huic dictum est: *Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen*.

Joan. 19. 15. Philip. 2. 8. Ibid.

48. *Deus qui das vindictas mihi*. Videlicet adversus infidelem populum Judæorum. *Et subdis populos sub me*. Gentes, inquit, Christo subditæ fuerunt. *Liberator meus de inimicis meis*. De principibus Israelitici populi.

Ab insurgentibus in me. Judam ait.

Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine. Cum tu Domine, ait Propheta, hæc & illa mihi præstiteris, quando tu ipse Dominus gentes vocaveris, per eas confitebor ego tibi, canentibus illis hymnos quos edidi. Non modo autem hoc erit, sed etiam magnificabo salutes Regis eorum, scilicet gentium. Quam salutem operatus est in medio terræ. *Magnificabo*, id est, perspicue omnibus acclamabo. Nam eam, inquit, salutem operatus est, cum misericordia in sibi unctum populum est usus: siquidem in regale sacerdotium uncti sumus. Ubi autem eam populo quam mihi Davidi misericordiam feceris, idipsum quoque ad semen meum pervenire concedes. Semen quippe David est etiam gentium populus, quippe qui filius ejus effectus sit, qui ex semine David secundum carnem natus est.

1. *In finem* PSALMUS *Davidi*. XVIII.

Argumentum.

Initialem complectitur doctrinam hic psalmus ex persona Apostolorum ad gentes. Quamobrem cælum & solem & reliqua elementa, quos magnos illæ deos esse arbitrabantur, opificem laudare suum dicuntur.

2. CÆLI *enarrant gloriam Dei*. Simile est hoc illi: *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus & divinitas*.

Rom. 1. 20.

3. *Dies diei eructat verbum, & nox &c.* Dies, inquit, & nox, mutuo sibi spatium concinno & congruenti ordine ad cursum concedentes, ipsis rebus creatorem suum prædicant.

4. *Non sunt loquela neque sermones &c.* Cum interpunctione legendum. Nam ex adverso interrogans clausulam distinguit, quod autem per interrogationem opponitur est illud: & nihil ne loquuntur? Quapropter dicit: Annon aliquæ res sunt, quæ licet nullam emittant vocem, artificem denuntiant? Enimvero ex pulcre adornata navi, fabri peritia dignoscitur: & similiter de reliquis. Prædicta itaque opificia a magnitudine, pulcritudine, concinnitate opificem prædicant: ita ut eorum prædicatio omnem pervadat orbem.

6. *In sole posuit tabernaculum suum &c.* In sole posuit, inquit, tabernaculum sive domum. Ubinam autem posuit nisi in cælo & in firmamento supra memoratis? Hanc porro domum, lectum item vocavit. Ut autem dies & nox pulcro illo ordine & consensu prædicant opificem; ita & sol quod quadam concinnitate cursum conficiat, jubentis potentiam declarat.

8. *Lex Domini immaculata convertens animas*. Euangelica scilicet. Ethnici utpote qui jam ex prædictis elementis edidicerint unum opificem esse, docentur demum euangelicam legem; ita ut omnium gentium animæ ad veritatem convertantur. *Testimonium Domini fidele sapientiam præstans parvulis*. Testimonium scilicet quod de se ipse Salvator reddidit: Et, *Ego lux in mundum veni*. Et, *Ego ex Patre exivi & venio*, &, *Ego sum vita*.

Joan. 12. 46. 16. 28.

Dan. Barbarus. Testimonium hoc imperfectos parvulos & rudes instruit & sapientes reddit.

9. *Justificationes Domini rectæ lætificantes corda*. Id est, justificatio in judicio nostro facta. Nam cum de causa judicaret nostra, ejecit principem sæculi, tribuens nobis lætitiam in corde. *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos;* mentis nimirum oculos, eminus radios immittens.

Dan. Barbarus. Mentis nimirum, docens quomodo universorum Deo serviatur.

10. *Timor Domini castus permanens in sæculum sæculi*. Quasi ad differentiam legalis timoris castus dicitur: ille enim pœnam spectabat. * Castitas autem est abstinentia a peccatis. Quare castus timor dicitur, quod castos efficiat: nam præ timore Domini declinat quis a malo. Æternus autem cum sit timor, æternos item efficit quos ingreditur.

* Hæc Dan. Barb. tribuit Origeni.

12. *In custodiendis illis retributio multa*. Merces quippe observantiæ sunt quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt.

Adjicit Daniel Barbarus. Non est igitur sine lucro illorum observantia, etenim multas & pulcras retributiones habet. Hactenus autem de pietate disseruit. Hinc percurrit quæ ad justitiæ administrationem in homines, & juris actionem spectant, deque humanis delictis agit: peccata dividit in ea quæ consulto, & in ea quæ non sponte fiunt, & ex his alia ex imbecillitate, alia ex necessitate, alia ex errore fiunt.

1. *In finem* PSALMUS *Davidi*. XIX.

Argumentum.

Dicitur bic psalmus tamquam ex persona familiarium ipsius Davidis. Qui ipsi Davidi sacrificium offereoti bene precantur. Refertur quoque ad personam Apostolorum, quasi ea ipsa die promuntiatus qua cruci Dominus affixus est.

2. EXAUDIAT *te Dominus in die tribulationis*: adsit tibi: *protegat te*, id est, custodiat te. B

3. *Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te*. Hæc ad consolationem animo deficientis fortasse dixerit Verbum quod in anima exsistit, aut Spiritus sanctus. Precatione autem opus ei qui angitur, nec amittenda spes, sic namque Deus afficitur propitius.

6. *Lætabimur in salutari tuo*. Salutare Patris in mundo Filius: salutare Filii in mundo crux.

Dan. Barbarus. Quod humano generi dedisti, per tuam resurrectionem omnibus manifestum fecisti.

7. *Impleat Dominus omnes petitiones tuas*. Quæ erant petitiones; nisi, *Pater sancte serva eos de mundo?* palam autem est de credentibus in eum dici. *Nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum*, utpote jam illuminatus per Spiritum sanctum circa ea quæ resurrectionem spectant. Joan. 17. 11.

In potentatibus salutis dexteræ ejus. Salutem, inquit, nobis tribuit magnas virtutes operatus. Opera namque hic significat eo quod virtutes dexteræ accedentibus porrigat. Dexteram hic quoque humano more loquendo vocat divinam operationem.

8. *Hi in curribus & hi in equis*. Quemadmodum, cum Israelem eriperet a sensibilibus Ægyptiis currus Pharaonis & virtutem ejus projecit in mare: ita cum totum hominum genus liberaret a spiritualibus Ægyptiis, currus contrivit.

10. *Domine salvum fac Regem*. Proinde tantum nacti patrocinium, supplicamus tibi, Domine, ut cum nos, tum Rax noster eo fruamur assidue.

1. *In finem* PSALMUS *Davidi*. XX.

Argumentum.

Hunc quoque psalmum prius mamorati amici Regia offerunt: tamquam lætante illo quod ex semine ipsius exortum mundo sit salutare. Hoc erat enim quod ex animo peroptabat, darique sibi maxime supplicabat. Quod ubi concessum fuisset, factum ipsi est ceu corona quædam ex pretioso lapide confecta, qua eaput exornaret suum. David enim apud omnes geotes cum Domino suo atque filio secundum carnem, laudibus celebratur. Neque corona tantum fuit illi hoc salutare; imo etiam vita, & diuturnitas incolumitatis, gloria, magnificentia, lætitia, gaudium spes & misericordia numquam nutans.

2. DOMINE *in virtute tua lætabitur Rex*.

7. *Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi*. In omnibus, inquit, generationibus celebris & præclarus erit, quod tantam a te fiduciam acceperit. Nam illud, *cum vultu tuo*, vertit Symma- A chus, *apud vultum tuum*. Lætitia itaque, ait, & voluptate adficietur vultus tui, id est, tuam nactus benevolaotiam. Horum vero in causa fuit ipsi quod tibi confiderit. *Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo*. Vultus Patris est Filius: *Qui vidit me*, ait, *vidit & Patrem meum*. Cum illo futurum ut in cælo lætemur, velut sponsi deductores cum ipso sponso. Lectio Symmachi. Joan. 14. 2.

8. *Quoniam Rex sperat in Domino, & in misericordia &c*. Superior scilicet est hostibus, tuam nactus gratiam. Ea antem fruitur nulli hominum confidens, sed in te solum spem collocans.

9. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis*. Hæc ad ipsum Dominum pertinere videntur, ob mala a Judaico populo illata ipsi.

10. *Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui*. Ae si diceret: ignis consortes efficies. Id enim illi ceu thesaurum reposuerunt in secundo adventu tuo, quando reddes unicuique juxta opera sua. *Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis*. Iram vocat supplicium quo sunt, contumeliæ ipsi oblatæ causa, mulctandi.

11. *Fructum eorum de terra perdes*. Mala scilicet C verba & malas cogitatiooes. Hæ sunt insidiæ ab illis paratæ quæ per resurrectionem tolluntur. *Et semen eorum a filiis hominum*. Beneficium habendum est a peccatis excidere & a pravis cogitationibus. Nam semen peccati mala cogitatio.

13. *Quoniam pones eos dorsum*. Symmachus autem sic interpretatus est: *Quoniam pones eos aversos*, id est retrorsum & appendicem gentium. *In reliquiis tuis præparabis vultum eorum*. Reliquisti, ait, illis conversionis tempus ad pœnitentiam. Hæc autem est vocatio & conversio post plenitudinem gentium. Lectio Symmachi.

D

1. *In finem pro susceptione matutina* PSALMUS *David*. XXI.

Argumentum.

Canitur hic psalmus pro susceptione matutina, id est, quia nocte & caligine diabolica nos liberavit emicans unigenitum Dei Verbum, orians ex alto, ut scriptum est. Aut susceptionem matutinam appellat resurrectionis Salvatoris tempus. Rasurrexit enim primo diluculo, & E viam humanæ naturæ munivit ad incorruptionem. Canit vero psalmum Christus ex persona humanitatis. Aperta autam ea narrat quæ crucis tempore a Judæis illata ipsi sunt.

2. DEUS *Deus meus respice in me: quare me dereliquisti?* Postulat inspectionem Patris, nostra in sese transferens, ut abrogaret maledictionem, & ad nos vultum Patris adduceret. Nos enim ob Adæ prævaricationem in a- F versionem & derelictionem facti sumus. *Longe a salute mea verba delictorum meorum*. Mihi, quæso, animadverte humanitatis in Christo personam, postulantem liberari a lapsibus seu a delictis, & a sermonibus ea spectantibus. Palam est autem peti justitiam cuique homini congruentem.

3. *Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mibi*. Cum interpunctione legendum: significat autem nobis non inutilem esse orationis fructum. Ait enim: *Non ad insipientiam mibi*. Id est, perspicue novi, futurum esse

esse ut clamem ego, ipse exaudiat. Quia cum in sanctis habites qui mentem in te positam habent, laus & gloria ipsis es.

Hæc a Dan. Barb. tribuuntur Origeni.

4. *Tu autem in sancto habitas, laus Israel.* Qui laudaris ab Israele aut ipse laus es.

5. *In te speraverunt Patres nostri, speraverunt & liberasti eos.* Patres suos secundum carnem dicit, Patriarchas scilicet & Prophetas. Exhibet autem spei lucrum.

7. *Ego autem sum vermis & non homo.* Docet esse humiles oportere, maximeque accedentes ad Deum. *Opprobrium hominum & abjectio plebis.* Hoc Euangelista in tempore crucis factum ipsi enarrat, cum qui præteribant, capita moverent & blasphema hujusmodi verba proferrent in eum: *Si Filius Dei es, salvum fac temetipsum.* Marc. 15. 30.

10. *Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre.* Hoc ait, quia secundum Patris beneplacitum factus est homo. *Ubi* namque, ait, *venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum natum ex muliere.* Galat. 4. 4. Scriptum quippe est ipsum in Patre spem habuisse; atque id ait quatenus homo; quia solum Christum ex Maria Deus extraxit, ceteris hominibus non extractis sed egressis: *Exiit quippe*, ait, *Esau, cui pellis pilosa.* Gen. 25. 25.

11. *In te projectus sum ex utero, de ventre &c.* Precatur rursum ceu ex persona humanitatis. Nam chorus discipulorum ipsum deseruerat. Exinde prædicit futuræ calamitatis species.

13. *Circumdederunt me vituli multi.* Judæorum principes ait.

15. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Ossa ejus vocat sanctos mysteriorum ejus initiatores. Si namque corpus ejus Ecclesia est, jure qui administrant illam ossa appellentur. Audivimus autem Euangelistam narrantem, quod ubi a cohorte militum captus fuisset, dispersi fuerint discipuli. Alio modo: Sapientiæ ossa sunt sacra Ecclesiæ dogmata, quæ in Paschate non comminuere Judæis lege cautum est. Ait enim: *Os non comminuetis ex eo.* Exod. 12. 46. *Factum est cor meum tamquam cera liquescens.* Proprium doloris est quod dicitur; scriptum enim est: *Cœpit pavere & tædere.* Marc. 14. 33. Indoluit autem Christus de Judæorum & proditoris pernicie, ob ipsorum in Christum impietatem illata.

16. *Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis.* His sitim significat qua in cruce laboravit, cum roganti potum, acetum cum felle obtulerunt. *Et in pulverem mortis deduxisti me.* Nam Dei gratia pro universo mundo gustavit mortem. Non enim in mortem, sed in pulverem mortis deductus est Christus: nequaquam enim derelicta est anima ejus in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.

17. *Quoniam circumdederunt me canes multi.* Rursum principes significat. *Foderunt manus meas & pedes meos.* De crucifixi clavis ita loquitur.

18. *Dinumeraverunt omnia ossa mea.* Attrectantes scilicet totum corpus ipsius, & emetientes ossa singula ut explorarent ubi figerent clavos. *Ipsi vero consideraverunt & inspexerunt me.* Id est, irriserunt. Id autem ait ob chlamydem coccineam, spineam coronam, & calamum pro sceptro datum.

19. *Diviserunt sibi vestimenta mea.* Isthæc in Euangeliis perspicue explicata sunt.

20. *Tu autem, Domine ne elongaveris auxilium tuum a me.* Jam in preces sermonem commutat. Exemplumque nobis est, quo pacto oporteat in tentationibus Deum invocare, nec in angorem & consilii inopiam decidere, neque frangi calamitatibus.

21. *Erue a framea Deus animam meam.* His malitiam & insaniam Judæorum significat, per frameam scilicet, manum canis, os leonis, cornua unicornium. *Et de manu canis unicam meam.* Manum ea vocat quæ per hunc canem gesta sunt: ipsum autem canem appellat. *Non enim*, inquit, *bonum est accipere panem filiorum, & projicere catellis.* Matth. 15. 26.

22. *Salva me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te.* Docuit enim nos eum qui natura & vere Deus est, & consubstantialem ipsi Patrem. Rursus ut homo conjunctus est per Ecclesiam.

24. *Qui timetis Dominum laudate eum, universum semen Jacob glorificate eum.* Quandoquidem Ecclesia ex gentibus juxta atque ex Judæis constat, hos atque illos ad hymnum concinendum excitat. Hos quidem a proavo suo Jacob atque Israel vocans; illos virtutis nomine compellat, quæ quidem valet generis loco homines exornare. Ita Judæos eos qui ex gentibus ad legem accederent mos erat appellare. Idque nos edocet Actuum historia. Cum oraret enim B. Paulus sic ait: *Viri Israelitæ & qui inter vos timetis Dominum.* Act. 13. 16.

25. *Quoniam non sprevit &c.* Quæ nostri gratia Unigenitus opera edidit perspicue docet.

26. *Apud te laus mea &c.* Laudem vocat glorificationem; videmus autem illam a Patre editam cum vox desuper audita est: *Et glorificavi & iterum glorificabo.* Joan. 12. 28. *Vota mea reddam &c.* Precatio in divina Scriptura votum seu promissio vocatur. Itaque obsequentiæ Filii erga Patrem usque ad mortem præstitæ consummatio est, quæ tunc facta intelligitur, cum Patri precationem obtulit.

Daniel Barbarus. Vota mea. Precatio vel votum, promissio est alicujus eorum quæ religioni sacrantur. Deprecatio vero est supplex bonorum petitio a Deo. Docet autem sermo ne prius a Deo quidquam petamus, quam donum pro accipienda gratia offeramus. Precari hoc est vovere prius oportet, quam deprecari. Quemadmodum satio fructuum collectionem præcedit. Oportet enim prius jacere promissionis semina, & sic inde fructus ferre.

26. *Edent pauperes & saturabuntur.* Hisce gentium vocatio præsignificatur.

28. *Et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium.* Regnare dicitur in terra etsi quatenus est Deus rex est universorum, quia scilicet convertit gentes ex errore dæmonum ad fidem suam, & ad gratitudinem & justitiam.

29. *Quoniam Domini est regnum & ipse dominabitur gentium.* Deus non Judæorum solum est Deus, ut arbitrantur ipsi, sed totius humanæ opifex naturæ. Id Apostolus quoque ait: *An Judæorum Deus solum? Nonne & gentium? Imo & gentium. Quoniam unus est Deus qui justificabit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.* Rom. 3. 29.

30. *Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terræ.* Spiritualem videlicet cibum. Pingues autem vocat, ob divinorum eloquiorum succum. *In conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.* Hoc ait quia fideles genua ipsi flectere solent: hujusmodi autem olim fideles erant. *Qui descendunt in terram*; nimirum qui in perniciem ruunt & in corruptionem, quod Dominum non noverint.

31. *Et anima mea illi vivet, & semen meum serviet ipsi.* Sancta quippe & inculpata Christi vita fuit, quam cum labore & ærumna carne indutus transegit in terra. Ipse namque solus peccatum non fecit, etsi ad simi-

similitudinem nostrum factus sit, & carnem assum- A ferit, quæ per se peccatis obnoxia est: semen autem Dei existimandi qui ab eo per fidem sunt vocati: *Annunciabitur Domino generatio ventura*. Et hæc quoque de gentibus intelligit.

32. *Populo qui nascetur, quem fecit Dominus*. Huic
Joan. 1. 13. simile est illud: *Non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt*.

I. PSALMUS *David*. XXII.

Argumentum.

Canitur præsens psalmus ex persona gentium exsultantium quod Dominus ipsa ad pascua illas deduceret. Et sane mysticum enarrant convivium, quod illis pastor Dominus apposuit.

Dan. Barb. Psalmus est redeuntium a Babylonia servitute, quoniam postquam Cyrus Rex eos dimisit, cum magna lætitia & copia rerum ad suos reversi sunt. Sed & hoc B. David ante dicit: ex persona igitur ipsorum in patriam revertentium ait.

DOMINUS *pascit me, & nihil mihi deerit*. Magnifice in Domino sentiunt qui ab illo pascuntur. C

2. *In loco pascuæ ibi me collocavit*. In herbæ luxuriantis loco me collocavit, spiritualem herbam dicit. *Super aquam refectionis educavit me*. A aqua refectionis sacrum forte baptisma intelligatur, quippe quod peccatorum molem abstergat.

Animam meam convertit. Ex captivitate diaboli animam meam ad se convertens, ad sua præcepta deduxit illam ex vita ad mortem. Evangelica vero dogmata indicat. 3. *Virga tua & baculus tuus ipsa me*
Psal. 109. 3. *consolata sunt*. Ipsum ait Christum. Et illud: *Vir-* D
Jerem. 48. 17. *gam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion*. Et *virga gloriosa, virga maxima*. Virga est erudiendi potestas; baculus, patrocinium in consolando situm.

5. *Impinguasti in oleo caput meum*. Et hoc significat mysticum chrisma. *Et calix tuus inebrians me*. Rursum de mystica agit lætitia. *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus*. Nam qui prædicta omnia nacti sunt, in misericordia Dei positi semper erunt, insuperque habitabunt in domo ejus.

I. *In finem* PSALMUS *David una Sabbatorum*. XXIII.

Argumentum.

Daniel Barbarus. Ascensum Domini præsens psalmus nobis prænuntiat, necnon gentium doctrinam, & quemadmodum cælesti domicilio dignatæ sunt. Psalmus autem hic consequutione quadam vigesimo-secundo præponi debebat: est enim ad eorum consolationem factus qui in servitutem Babyloniam adducebantur; ille autem ad eos dictus est F qui ab ea reducebantur. Verum (quemadmodum initio diximus) non ordinatim positi psalmi sunt, sed ut inventi sunt. Cum videret ergo beatus David graviter afflictos eos qui captivi ducebantur, propterea quod patrium solum & proprium templum relinquebant, longius repetens ipsos consolatur dicens: Ne ægre feratis Babylona: nam si honeste & cum virtute vixeritis, & studiose bonos mores vitæ quæsiveritis, ibi etiam Deum invenietis, quandoquidem omnia sua sunt & in manu ejus sunt omnes fines terræ.

DOMINI *est terra & plenitudo ejus*. Hisce prædicat regnum unigeniti Dei Verbi in gentes.

2. *Ipse super maria fundavit eum*. Ne quis ex adversariis putaret terram satanæ esse, jam vero ipsi dominari Christum, hujus gratia Christum ejus opificem declarat, & una potestatem ejus ostendit, qua tantam terræ molem super aquas fundavit. *Et super flumina præparavit eum*. Id est, concinnavit.

3. *Quis ascendet in montem Domini?* Postquam fi-
B dem exposuit, jam operum doctrinam enarrat, ut quotquot audierimus, & obtemperaverimus, per utramque, veram hæreditatem nanciscamur.

4. *Innocens manibus & mundo corde*. Hac de re dictum fuit in decimo-quarto psalmo. *Qui non accepit in vano animam suam*. Vanitatem, id est superbiam. *Nec juravit in dolo proximo suo*.

5. *Hic accipiet benedictionem &c.* Ejusmodi hominem, qui fuerit innocens manibus, corde mundus, nec cum dolo juraverit, pollicetur a Deo donis remunerandum, scilicet benedictione & misericordia.

6. *Hæc est generatio quærentium Dominum*. Quæ scilicet prius memorata observat.

7. *Attollite portas, principes, vestras*. Angeli Salvatoris in terra administri, ipso ascendente, cælestibus virtutibus denuntiant ut portas aperiant.

8. *Quis est iste rex gloriæ?* interrogant supernæ virtutes, admirabilitate œconomiæ stupefactæ. *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ*. Qui cum Christo ascenderunt, eos qui in cælo erant angelos edocent mysterium, quod scilicet qui spirituales hostes conculcavit ipse sit rex gloriæ.

PSALMUS *David*. XXIV.

Argumentum.

I. In præsenti psalmo cujuslibet eorum qui vocati sunt persona inducitur: eorum scilicet qui una electi sunt ut ad spiritualem vitem dirigantur. Hæc porro verba tempore martyrii recitatu opportuna sunt.

AD *te Domine levavi animam meam*. Ceu jam ab idololatria aversi loquuntur.
E
3. *Neque irrideant me inimici mei*: Spirituales videlicet.

Adjicit Daniel Barbarus. Exsecrandi & impuri dæmones, diabolus cum impiis hominibus. Hæc autem dicit cum forte prævideat Christi humanitatem (incarnationem) postquam inimicorum risus cessavit.

Etenim universi qui sustinent te, non confundentur. Exemplo eorum qui jam ante in Deo confisi illustres facti sunt, quia fiduciam habet, affirmat futurum esse, ut quod in votis est consequatur. *Confundantur iniqua agentes supervacue*. Hæc de iis loquitur, qui adhuc idolorum cultu detinentur.

4. *Vias tuas, Domine, demonstra mihi*. Evangelica dogmata ait.

5. *Dirige me in veritate tua*. Hæc ait, ut qui nondum ad veritatem accesserit. *Et doce me, quia tu es Deus salvator meus*. Cum Propheta ita oret ac si nondum cognoverit vias Domini, neque edidicerit incedere in semitis ejus; necdum directus sit ad veritatem Dei, nec edoctus de Deo ut salvatore, quis non reformidabit illud: *Væ illis qui sibi sapientes, & judicio suo* Esai. 5. 21.
docti sunt?

7. *De-*

7. *Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne meminneris*. Juventutem ftultitiam ait. Aperta autem ftultitia erat idololatriæ eorum tempus. Alin modo per delicta juventutis ea quæ in Ægypto perpetrarunt intelligit: nam & illic idolorum cultui vacarunt. Ne itaque delictorum illorum jam memineris; fed humanitatis & mifericordiæ qua tunc vel ignorantes profequutus es. *Propter bonitatem tuam, Domine*. Non enim meæ dignitatis, fed tuæ benignitatis gratia id confequi rogo.

8. *Propter hoc legem dabit delinquentibus in via*. Illuminabit peccatores, indicabit peccantibus viam.

10. *Univerfæ viæ Domini mifericordia & veritas &c.* Nam qui divinis fermonibus affidue nutriuntur, accurate edifcunt omnes Salvatoris Chrifti difpenfationes mifericordia & veritate effe permixtas. Nam iis quos delictorum pœnitet, mifericordiam offert & veniam: invictos autem virtutis athletas, victores denuntiat & coronat cum veritate & æquitate calculum ferens: eos vero qui in peccato vitam egerunt, neque pœnitentia purgati funt, ex veri & æqui præfcripto fuppliciis adficit.

13. *Dan. Barbarus*. *Anima ejus in bonis demorabitur*. Actiones illæ, quæ ad intellectualem terram hæreditandam conciliatrices factæ fuerint, femina terræ fient bonorum viris illis qui fecundum Deum renovabuntur. Hujus, inquit, fe men hæreditabit terram, nam perveniet, ait, benedictio ufque ad pofteros fuos.

14. *Firmamentum eft Dominus timentibus eum & teftamentum ipfius manifeftabit illis*. Euangelium fcilicet, aut falutis viam. Tota quippe lex Chrifti hoc fpectat ut probos optatis & delectis frui curet. Id namque ait, *Manifeftabit illis*, id eft, exoptatis frui curabit.

17. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ funt*. Multis, inquit, angoribus undique circumventus fum. Hanc itaque meam humilitatem, has ærumnas appendens cum peccatis meis, da remiffionem veniamque præbe. *De neceffitatibus meis erue me*, affidue fcilicet prementibus.

18. *Vide humilitatem meam & laborem meum*. Oportet enim non fupinos & animo fractos effe, fidentes mifericordiæ Dei, fed adferre operum laborem.

19. *Refpice inimicos meos quoniam multiplicati funt*. Ex inimicorum iniquitate fumta occafione Deum vocat ad mifericordiam.

21. *Innocentes & recti adhæferunt mihi*. Et hoc proprium virtutis eft, improborum congreffus fugere, æqui autem & recti cultores in amicis & familiaribus habere. Hoc etiam Propheta fe feciffe ait: ratus nimirum id effe Dominum colere.

1. *In finem* Psalmus *David*. XXV.

Argumentum.

Inducitur perfona eorum qui crediderunt in Chriftum, negantibus interea & contradicentibus communionis conftitutioni Judæis, qui convenerant adverfus Dominum & adverfus Chriftum ejus.

Judica *me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingreffus fum*. Innocentiam dicit, non communicare cum perfidia & vefania Judæorum. *Et in Domino fperans non infirmabor*. Cum in te fpem falutis reponam, firmiter & immotus confiftam.

2. *Proba me Domine & tenta me*. Si perveftiA ges, inquit, profunda animæ meæ, in te folo omnem mentis follicitudinem me reponere deprehendes. Quod cum agam acceptus ero tibi tuæ fcilicet veritatis amans.

Daniel Barbarus. *Ure renes meos*, Quafi dicat, fuccende & examina intimas animi mei cogitationes, & perfcrutare an ita me habeo ut dico. Porro alia eft hic fuccenfio Domini, quam Propheta optat, ab ea quæ fit ardentibus maligni fagittis. Nam Dominus deteriora confumit, & renes & corda expurgat, malignus autem libidines & affectus excitat; propterea ignis qui in
B rubo erat non exarfit, qui vero in judiciis eft ex rhamno comburere dicitur.

4. *Non fedi cum confilio vanitatis*. Iniquiffimorum Judaici populi principum confilium apud eum qui corda novit & fcrutatur aperte negat & refpuit.

6. *Lavabo inter innocentes manus meas*. Purus, inquit, ero a fœdiffimis eorum geftis. *Et circumdabo altare tuum, Domine*. Aperte in hifce rationabilem prædicat cultum.

8. *Domine dilexi decorem domus tuæ*. Decor domus funt qui ornate & religiofe in Ecclefia degunt.

9. *Ne perdas cum impiis animam meam*. Rogat
C a fupplicio eximi Judæis parato.

10. *In quorum manibus iniquitates funt, dextera eorum repleta eft muneribus*. Aut quia donis jus ipfi perverterent, aut quia donis proditorem corrupiffent; aut quia injufte raperent, ideo dexteram eorum replebant muneribus.

Psalmus *David priufquam liniretur*. XXVI.

Argumentum.

D Inftructionem adverfus hoftes complectitur hic pfalmus, quæ ex bonis fibi a Deo collatis nota erat, atque cum confeffione rogat fecundis fe donis augeri. Illud autem: *Antequam ungeretur*, fignificat, ipfum divino fpiritu profpicere, ungendum fe fore in regem, tentationibufque impetendum. Fortitudine lumbos præcinctus ad pericula propulfanda admodum præmunitur.

Adjicit Daniel Barbarus. Vigefimus-fextus,
E feptimus, octavus & nonus pfalmi idem habent argumentum. Siquidem fubjecto in Affyrios eodem ex perfona beati Ezechiæ dicuntur, prædicente David, & ad hoc argumentum revocante Propheta illius perfonam, ita ut eadem verba prædicet, & affectus oftendat. Cæterum imitationem & differentiam quamdam habent hi pfalmi: nam vigefimus-fextus, & vigefimus-feptimus, victoriæ carmina funt tantum pro deletis Affyriis: at vigefimus-octavus & vigefimus-nonus de incolumitate & fanitate Ezechiæ reftituta mentionem faciunt.

F Dominus *illuminatio mea & falus mea quem timebo?* Adverfarias poteftates defpicit, quia in Domini illuminatione confidit. A te, inquit, illuminatus, omnes una hoftes contemno.

Daniel Barbarus. *Dominus protector vitæ meæ*. Quis adeo infidiarum potens erit, ut potens Deus eft ad auxilium ferendum?

2. *Dum appropiant fuper me nocentes*. Accefferunt, inquit, animo mei perdendi, quod fperabant illaturos fe mali accidit ipfis.

4. *Ut inhabitem in domo Domini*. Etenim fan-

cta & æqua poſtuletio, quam concedere Deo di- A gnum eſt. *Ut videam voluptatem Domini*. In hac, inquit, precor mihi ſemper habitare liceat, in qua ſum ſalutem conſequutus.

6. *In petra exaltavit me*. Aperte Paulus petram
1. Cor. 10. 4. eſſe Chriſtum adfirmet. *Cantabo & pſalmum dicam Domino*. Maniſeſte cultum per hæc verba, Sanctus, Sanctus, Sanctus, redditum prædicat.

7. *Exaudi, Domine, vocem meam*. Quaſi dicat: gratias tibi de præteritis ago, ſupplico pro futuris.

11. *Legem pone mihi, Domine, in via tua*. Euangelicam legem ſibi notam fieri poſtulat: ipſa enim recta via eſt. B

12. *Et mentita eſt iniquitas ſibi*, id eſt, fracta eſt iniquitas qua impetebamur.

13. *Credo videre bona Domini in terra viventium*. Supernam Jeruſalem intelligit.

Psalmus *David*. XXVII.

Argumentum.

Præſentem canit pſalmum ex perſona credentium in Chriſtum, & ſupplex Dei implorat auxilium; atque una Judæorum veſaniæ exſecrationem continet, atque a peſſima illorum ſorte ſeparari poſtulat. C

1. AD *te, Domine, clamabo .... & aſſimilabor deſcendentibus in lacum*. Mos divinæ Scripturæ lacum appellare infernum.

3. *Ne ſimul trahas me cum peccatoribus*. Peccatores Judæorum gentem dicit: juxta illud a Sal-
Joan. 8. 21. 24. vatore dictum: *Niſi credideritis quia ego ſum, in peccatis veſtris moriemini*, ipſi interea operantes iniquitatem, cum innocentem & juſtum contra D quam lex vetaret occiderent. *Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo*. Hoc ait quia Salvatorem magiſtrum & bonum appellantes, mala moliebantur ipſi.

5. *Quoniam non intellexerunt opera Domini*. Quaſi diceret: noluerunt propriam admittere ſalutem.

7. *Et refloruit caro mea*. Aperte his reſurrectionem prædicit.

Adjicit Daniel Barbarus: refloret caro noſtra cum ſpem reſurrectionis accipimus, ceterum non caro ſed cor alii verterunt.

Daniel Barbarus. *Ex voluntate mea confitebor* E *ei*. Dixit, *ex voluntate* ad differentiam legalis cultus, qui ſuppliciorum metu adficiebatur, id eſt non invitam & coactam, ſed voluntariam & promtem tibi laudem proferam: ſic & alias dixit: *Voluntarie ſacrificabo tibi*: Et, *voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine, & exaudi me*, Sed qunniam verbum confiteri & damnationem peccatorum & gratiarum actionem ſignificat; ideo ſi hoc loco pro damnatione peccati commiſſi ſumetur, innuit quod non pudore & reſpectu hominum peccare deſtitit: ſed quoniam reſpexerit ad odium & noxam peccati: F ſi vero ſumitur pro gratiarum actione, oſtendit ſe de omnibus gratias agere, idque ſumma cum voluntate præſtare: nam id vel dolore vel neceſſitate agere, non eſt ex voluntate confiteri.

8. *Et protector ſalvationum Chriſti ſui eſt*. Chriſtum ſive unctum hic vocat populum in regale ſacerdotium inunctum. Ipſe igitur, ait, Dominus populum protegit, ut ſalutem populo paret quem per ſe & ad ſe inunxit.

9. *Et paſce illos & extolle illos uſque in æternum*. Ipſe namque nos paſcet miſſo in vicem ſui Paracleto. Et quidem nos extollit, id eſt, ſublimes agit in futura & infinita ſæcula.

I. Psalmus *David, de exitu Tabernaculi*. XXVIII.

Argumentum.

Canitur præſens Pſalmus ejecto Iſraelis populo, gentibuſque eorum vice accitis. Quod ipſa indicat inſcriptio, Exitus Tabernaculi, quæ palam nobis exitum illorum ſignificat.

AFFERTE *Domino Filii Dei*: Filios Dei ſanctos Apoſtolos vocat, quippe quos dicere docuerit: *Pater noſter qui es in cælis*. *Afferte Domino fi-* Mat. 6. 9. *lios arietum*. Filios arietum vocat eos, qui per Apoſtolos ex Judæis ad fidem Domini ſunt vocati, vel etiam qui ex gentibus acceſſerunt, quippe qui ex irrationalibus patribus nati ſint. *Afferte Domino gloriam & honorem*. Gloriam adfert Domino qui bonis operibus vacat, ſecundum illud quod dictum eſt: *Ut videant opera* Matth. 5. 16. *veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum*. Rurſus honorem adfert qui bona edit opera, juxta id quod dictum eſt: *Honora Dominum de juſtis tuis operibus*. Prov. 3. 9.

Adorate Dominum in atrio ſancto ejus. Palam edicit non oportere nos extra Eccleſiam adorare: quod heterodoxorum conventuum cauſa dicitur. Poſſumus item, mente ſurſum erecta, per atrium cæleſtem manſionem intelligere.

3. *Vox Domini ſuper aquas*. Aquas dicit eorum multitudinem qui per eas ſalutem conſequuntur. Aquæ ſunt Sancti, quoniam flumina de ventre eorum fluent, ſpiritualis videlicet doctrina, qua irrigant auditores. Super hujuſmodi aquas Dominus eſt. Sed quod hiſtoriam ſpectat, Helias cum pluviæ defectus eſſet, audivit vocem aquarum multarum. (*alius codex*.) Vocem Domini ait in Jordane a Deo & Patre emiſſam ac dicentem: *Hic eſt filius meus di-* Mat. 17. 5. *lectus*, quam etiam tonitruo comparat.

5. *Vox Domini confringentis cedros*. Cedros hic dicit adverſarias poteſtates. *Et confringet Dominus cedros Libani*. Cedros Libani ait ſublimes Judaici populi homines: quia plerumque in divina Scriptura Libanus Jeroſolyma dicitur.

6. *Et comminuet eas tamquam vitulum Libanum*. Vitulus, id eſt, altare. *Et dilectus quemadmodum filius unicornium*. Dilectus Apoſtolorum chorus filius fuit unicornium. Unicornes autem ſunt ſancti Prophetæ & Patriarchæ, quorum filii ſunt ſancti Apoſtoli, eo quod cornu & fortitudinem in ſolo Deo habuerint.

7. *Vox Domini intercidentis flammam ignis*. Promiſſionem illam ſignificat qua Sanctis ſe obligavit dicens, *Et ſi per medium ignis tranſieris, ignis non* Eſaia 43. 2. *te comburet*.

8. *Vox Domini concutientis deſertum*. *Concutiens*, hic dictum eſt, eo quod ex ſonitu audiretur, ut eſt illud: *In-* Mat. 21. 10. *grediente Jeſu commota eſt univerſa civitas*. Deſertum autem dicit Eccleſiam gentium, quæ olim deſerta & deſtituta eſſet Dei cognitione. *Et commovebit Dominus deſertum Cades*. Cades ſancta interpretatur. Et vero Eccleſia Chriſti ſancta cenſetur.

9. *Vox Domini præparantis cervos & revelavit condenſa*. Cervi ſunt Sancti. *Præparantis* autem eſt ceu adornantis: ipſe namque ſanctos Apoſtolos adornatos & inſtructos miſit, juxta illud: *Euntes do-* Matth. 28 19. *cete omnes gentes*. *Condenſa* autem Eccleſiam dicit, quod eſſet olim infructuoſarum arborum mater.

10. *Dominus diluvium inhabitare facit*. Diluvium

um ait esse gentium multitudinem, juxta illud quod dictum est: *Omnis terra impleta est cognitione Domini*, * ceu aqua multa quæ mare operiat. *Et sedebit Dominus rex in æternum*, huic simile, *quoniam ipsi curvabitur omne genu*. (Esai. 45. 24.)

11. *Dominus virtutem populo suo dabit*: Simile huic: *Omnia possum in eo qui me confortat Christo*. (Philip. 4. 13.) *Dominus benedicet populo suo in pace*, simile huic: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. (Joan. 14. 27.)

Adjicit in fine Daniel Barbarus. Desolatam ab Assyriis terram iterum reformabit & habitare faciet.

PSALMUS cantici in Dedicatione domus, Davidi XXIX.

Dedicatio domus est, aut Ecclesiæ, aut cum exteriore nostro homine corrupto interior renovatur.

Argumentum.

Hunc canit Psalmum postquam a peccato liberatus, & quasi renovata anima ejus per pœnitentiam, quæ olim domus erat Spiritus sancti. Psallit autem pro concessa venia gratias agens, & rogans tutum se in futuro servari, aliosque docet ut si quid forte hujusmodi contingat preces ad Deum emittant.

2. EXALTABO *te Domine quoniam suscepisti me......*

3. *Salvasti me a descendentibus in lacum*. Lacum vocat inferoum.

4. *Et confitemini memoriæ sanctitatis ejus*. Oportet, inquit, hymnos multiplicare memores benignitatis Dei.

6. *Quoniam ira in indignatione ejus*. Non ejus consilio & voluntate; sed quod singuli per peccata sua eam sibi pertrahant. Nam ejus voluntas vita est. *Ad vesperum demorabitur fletus*. His verbis significatur pœnitentiæ præstantia. Nullus enim tam ingens peccatorum numerus, quem non celeriter pœoitentia in exsultationem vertat.

7. *Ego autem dixi in abundantia mea: Non movebor in æternum*. Causam lapsus enarrat. Quoniam, inquit, prosperis rebus, altos spiritus assumsi, propterea conturbatus sum. Hoc vero noo te compellente, sed tantum faciem tuam avertente, mihi accidit. Quando igitur nisi tua fortitudine innitamur ne consistere quidem possumus, fac obsecro ut dum tuam impleo voluotatem decore animam meam illustres. * Id sibi Adam in Paradiso degens eventurum speravit, antequam in fraudem deduceretur: id Ezechias postquam Assyrium devicerat. Et hęc aperte docet liber Paralipomenon, cum ait exaltatum fuisse cor Ezechiæ regis.

(* Hæc apud Danielem Barb. Theodoreti esse feruntur. Paralip. 32. 25.)

9. *Ad te Domine clamabo........* 10. *Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem*. Precor inquit, reduci me de lacu, quia non confitebitur tibi pulvis. Quod si descendero in corruptionem neque mihi oeque aliis ulla erit utilitas. Ego autem ea vita privatus sum quæ abs te obtinetur: alii vero nullam per me salutem nacti sunt. Sin vero audieris vocem meam & converteris luctum in gaudium, & me lætitia cinxeris, non parva mihi eveniet utilitas: etenim postquam pristinam gloriam meam recuperavero, eum ea te alloquar, non cum prava conscientia. Hoc enim significat illud, *Non compungar*.

12. *Conscidisti saccum meum & circumdedisti me lætitia*. Saccum dicit luctum, quando mos est lugentibus uti sacco. Nam saccus malitiam & ignorantiam significat: quoniam ex hœdorum pilis confecti sunt sacci, qui hœdi ad sinistram consistunt; ex pilis item hirci illius emissarii.

In finem, PSALMUS *Davidi pro extasi* XXX.

Argumentum.

B Præsentem canit psalmum quasi peccati causa in pœnitentia adhuc versaretur & rogaret ab eo liberari. Quinimo ut jam exauditus gratias agit ac quæ ipsi pœnitentiæ tempore contigere narrat: illud autem, *pro extasi*, nihil nisi peccatum significat, quo quasi a sana mente anima excessit: ut non ultra se assumtum iri speraret, & palam diceret: *Ego autem dixi in excessu meo, projectus sum a facie oculorum tuorum*.

2. 3. IN *te Domine speravi.... Inclina ad me aurem tuam*. Quando non potest clamor noster io altum pertingere, inclina aurem tuam ad me, te adtemperando mihi.

5. *Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi*. Insidiis enim ejus animæ paratis comprehenderunt eum; in quo? in peccato.

6. *Redemisti me, Domine, Deus veritatis*. Quasi jam postulatum impetrarit hoc ait.

7. *Odisti observantes vanitates supervacue...* Vanitates appellat hujus vitæ distractiones, quibus vacaotes in vanum laboramus. Subsequitur, *supervacue*, de eo scilicet qui observat vanitates.

8. *Exultabo & lætabor*, Dolorem & reliquos animi motus conculcans.

9. *Nec conclusisti me in manibus inimici*, quasi dicat, non tradidisti. *Statuisti in loco spatioso pedes meos:* postquam liberasti me ab angore animi, statuisti in tranquillum & pacificum statum.

Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus. Sicut mentem ceu animæ oculum, ita & memoriam ventrem animæ habet: in qua ceu in ventre rationabiles cibos deponimus. (*Alius codex.*) *Anima mea & venter meus*. Averti oculum meum a Judaico populo in furore & in ira magna.

10. *Quoniam defecit in dolore vita mea*. Intentum valde animum indicat. *Et annos meos in gemitibus* transegi gemeos ob malorum vehementiam. *Infirmata est in paupertate virtus mea*. Cum tuum auxilium emendicarem propter peccata mea, iofirmatus sum. *Et ossa mea conturbata sunt*. Ossa animæ facultates appellat.

12. *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, &c.* Inimici mei, inquit, me convitiis onerabant: & noti mei fugerunt me. Et qui me videbant aufugerunt ob magnitudinem pœnitentiæ meæ, sacco enim & cinere maceratus, flebam die nocteque. Quare fugientibus illis, in oblivionem veni, & ceu mortuus esse videbar, ut vasi perdito similis essem. Illud autem *super omnes*, non sibi vult præ omoibus, sed apud omnes, id est, ab inimicis opprobrio oneratus sum. Sic enim habet Aquila: *Ab omnibus inimicis meis factus sum opprobrium*. (Lectio Aquilæ.)

14. *Quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu*. Vituperationem insidias vocat. Ait autem quod circumdantes inioici iosidiareotur. *Accipere animam meam consiliati sunt. Ego autem in*

te

te speravi Domine. Per animam cor capiunt, per iram & cupiditates mentem necidunt.

16. *In manibus tuis fortes meæ*. Etiamsi insidiis inimici animam meam comprehendere satagant; at sortes meæ tutæ sunt in manibus tuis, quas dabis in tempore mihi, quoniam in te spem collnco meam. Quamobrem rogo in præsenti liberari ab ioimicis meis. (*Alius codex*.) Illi, inquit, coacti, necem mihi moliuntur: ego autem te Deum novi mihi atque patronum. *Eripe me de manu inimicorum meorum, & a persequentibus me*. Fuge malignitatem, inquit Apostolus, etiamsi persequitur malignitas, persequitur tamen fnrnicatio, avaritia, furor, ira: reliqua defeceruot.

17. *Illustra faciem tuam super servum tuum: salvum me fac in misericordia tua*. Nam te animam meam illustrante, tristia quæque statim evanescent. Hæc una mihi, inquit, salutis ratio est, si faciem tuam illustraveris.

18. *Domine non confundar quoniam invocavi te*. Hinc ediscimus multum peccatum inter & impietatem discriminis esse. Quapropter rogat magnus ille David a peccati se turpitudine liberari, eos autem qui in impietate vitam agunt, cum infamia mnrte affici.

19. *Muta fiant labia dolosa*. Rogo, inquit, obmutescere inimicos: quod eveniet si ostenderis faciem tuam.

20. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine!* Utpote jam per spiritum illustratus, de futuris gratias agit. Mos autem Davidi, vocem, *quam*, per admirationem usurpare, quasi, *valde*. Magna dulcedn tua est, quam recondis & servas nobis. Illud enim, *abscondisti*, est quasi, *custodisti*. Ut etiam illud, *abscondit me in tabernaculo suo*. Utitur autem vnce, *abscondisti* pro *custodisti*, quia quod absconditur custoditur. *Perfecisti eis qui sperant in te*. Quasi dicat, perfecisti in tempore congruenti.

21. *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ*. Facies tua, inquit, tegumentum sperantibus in te factum est. *A conturbatione hominum proteges eos, in tabernaculo tuo a contradictione linguarum*. Ut tegumentum, ioquit, conteges eos, ita ut neque ab iis qui verbo ipsis nocere teotant, neque ab iis qui operibus oppugnant, superentur.

22. *Benedictus Dominus quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita*. Per me inquit Deus glorificatus est, quoniam circumsistente me innumera hostium multitudine, & animam meam ceu magnam urbem obsidere conante, qui mei custns est vallo me muniens, misericordiam suam mirabilem nstendit.

23. *Ego autem dixi in excessu mentis meæ projectus sum*. Cum memetipsum humiliarem, inquit, in superveniente mihi mentis excessu, quando conturbatus est in ira oculus meus, me macerabam quasi peccati mei causa projectus. Sed ego quidem hæc dicebam: tu vero benignus cum sis, non abjecisti famulum tuum.

24. *Diligite Dominum omnes sancti ejus*. Sermonem convertit ad aliorum exhortationem a quibus beneficiis est adfectus, alios ad confitendum evocans. *Et retribuit abundanter facientibus superbiam*. Diu quidem tolerat Dominus superbos, at abundanter facientibus superbiam promerita retribuit.

PSALMUS *ipsi David, intellectus*. XXXI.

Argumentum.

Ærumnas & calamitates multas queis in agenda pœnitentia perfunctus est proponens David, beatos illos prædicat qui per lavacrum regeneratinois veniam sunt consequuti. Intellectus autem psalmus inscribitur, quia illo egent maxime homines: nam dum affectibus plus æquo indulgent, equis & mulis similes facti sunt.

1. BEATI *quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata*. Dimittuntur iniquitates per baptisma, teguntur per amaram pœoitentiam.

2. *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum, nec est in ore ejus dolus*. Ille namque vere beatus qui toto corde accedit ad sanctum Baptisma. Qood sequitur, *quoniam*, cum hac voce, *inveteraverunt*, est connectendum, ut senteotia sit, *quoniam inveteraverunt ossa mea. Dum clamarem tota die*. Tacui cum non possem amplius vocem emittere. Quid autem clamavit, nisi veniam peccati rogans?

4. *Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua*. Bonus inquit cum sis, dire & graviter me castigasti, ut ad salutem adduceres. *Conversus sum in ærumna dum configitur spina*. Spinam vocat peccatum. Hæc est autem seotentia: Pnstquam confixum est animæ meæ peccatum, io ærumnis versatus sum.

5. *Delictum meum cognitum tibi feci*. Modum cnnfessionis significat. *Dixi confitebor adversum me injustitiam. Justus in principio sermonis accusator est sui*, tu prior, inquit, enarrato peccata tua. Prov. 18. 17.

6. *Pro hac orabit ad te omnis sanctus*. Pro venia peccati, inquit, mihi concessa, omnis sanctus ad te orabit. Duo autem hisce verbis significat: vel omnibus pœnitentiæ exemplar ero; vel quod ad prophetiæ rationem magis accedit, quia futurum esset ut ex persona ipsius David omnes gentes suis temporibus confitereotur pro peccato ejus. (*Scilicet hunc recitando psalmum*.) *Verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt*. Pœnitentiam agentem, inquit, multitudo tentationum noo obruet.

7. *Tu es refugium meum &c.* Cum illa de peccatn dixisset, rogat a malis per eam invectis eripi. Et vero gratiosa datur responsio: ait enim illi benignus Dominus. *Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac*. Petenti liberationem ab inimicis respondet Deus, promittens se illi in via recta ducem futurum.

9. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*. Hortatur peccantes, ne se efferatis & belluinis moribus dedant. *In camo & fræno maxillas eorum constringes*. Ceu ad Dominum sermo dirigitur. Hujusmodi autem sententia est: Eos qui pœnitere noluerint, ceu quodam fræno ad te converte.

PSALMUS *David, qui caret titulo apud Hebræos*. XXXII.

Argumentum.

In præsenti docet eos qui jam in Christum crediderunt laudare Dnminum suum, commonstrans præterea potestatis suæ excellentiam; quoniam ipse redemtor est universorum, ipse Dominus, ipse improbos nihili facit, eorumque disturbat consilia, sperantes autem io se salvos facit.

1. EXULTATE *justi in Domino ...... in psalterio decem chordarum psallite illi*. Psalterium decem chordarum corpus vocat: quippe quod quinque sit sensibus præditum, & quod quinque operatinnes anima habeat, per singulos namque sensus singulæ operationes excitantur.

3. Can-

3. *Cantate ei canticum novum*. Aperte dicit le- A gem Mosis finem accepisse.

4. *Quia rectum est verbum Domini*. Euangelicum videlicet. *Et omnia opera ejus in fide*. Credendum, inquit, iis quæ ille ut Deum decebat operatus est.

5. *Diligit misericordiam & judicium Dominus*. Hæc, inquit, postulat ab iis qui credunt in ipsum. *Misericordia Domini plena est terra*. Ostendere incipit ipsum rerum omnium creatarum opificem esse, & quidem primum terræ quam misericordia replesse ait: neque enim alias consisteret, nisi ea repleta esset. Et sane neque cæli umquam constitissent, nisi verbo ejus firmati fuissent, itidem- B que virtutes eorum, nempe divinæ & ratiooabiles.

6. *Verbo Domini cæli firmati sunt*. Et hic quoque sancta Trinitas declaratur. *Et spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Os Dei Spiritum sanctum dicit: siquidem prophetæ cum eo afflante
Esai. 1. 20. loquerentur, dicebaot, *quoniam os Domini hæc loquutum est*.

7. *Congregans sicut in utre aquas maris*. Congregans, inquit, quasi in utre quodam aquam maris, in nubibus continet illam: quemadmo-
Amos 5. 8. dum & alio loco ait: *qui convocat aquam maris, & effundit eam super faciem universæ terræ*. Et rur- C sum: *Educens nubes ab extremo terræ. Ponens in thesauris abyssos*. Et abyssos, inquit, ceu in thesauris obsignat, ne scaturientes terram inundent.

8. *Timeat Dominum omnis terra*. Ne ultra, inquit, dæmonibus terra cultum offerat. *Ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem*. Qui orbem incolunt homines qui prius idolis dediti erant, audito ejus nomine commoveaotur suoque pareant conditori.

9. *Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt*. *Factio* rationabilium substantiam denotat: creatio autem, a pejore in melius D
2. Cor. 5. 17. mutationem: *Si quæ enim in Christo nova creatura*.

10. *Dominus dissipat consilia gentium*. Spiritualium videlicet. *Reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum*. Omnium quippe Judæorum insidias irritas fecit, post triduum resurgens. Id enim sibi vult etiam illud; *In æternum manet consilium Domini*.

11. *Cogitationes cordis ejus in generationem & generationem*. Dogmata inquit quæ decreta sunt, sive in præsenti sive in futuro seculo. Cogitationes Dei, id est, congruentes dispositiones: cor, occultum substantiæ.

12. *Beata gens cujus est Dominus Deus ejus*. Be- E atos his verbis vocat eos qui in Christum crediderunt.

15. *Qui finxit sigillatim corda eorum*. Solus, inquit, Deus novit hominum corda. Quamobrem
Mat. 9. 4. Salvator Judæis dicebat: *Quid cogitatis mala in cordibus vestris?*

18. *Ecce oculi Domini super metuentes eum*. Oculi Domini sunt omnium speculatrix ejus potestas: aut plerumque Filius & Spiritus sanctus, ita ut in medio duorum luminum sit Pater luminum.

19. *Et alat eos in fame*. Tempore, inquit, persequutionis, si non adsint spirituales cibi, ipse Do- F minus per Spiritum sanctum enutriet illos.

20. *Anima nostra sustinet Dominum*. Quam jam exhibuerunt fiduciam erga Dominum, nunc præ se ferunt.

1. PSALMUS *David quando immutavit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit*. XXXIII.

Argumentum.

Cum fugeret David Saulem, venit ad Abimelech: & rogatus ab eo quæ causa recessus, fugam quidem negavit; sed missum se ait ab Saule postulatum Goliathi ensem. Quoniam igitur aliud dicebat aliud sentiebat, descriptum est immutasse vultum suum. Canit autem psalmum novo populo, doctrinam introducens spiritualis & Euangelici cultus.

2. BENEDICAM *Dominum in omni tempore... In Domino laudabitur anima mea*. Etiamsi laude dignus sim, quia nonnihil boni in operibus meis reperitur, id non mihi sed Deo adscribendum: ipse me & illustrem effecit & præclarum efficiet. *Audiant mansueti & lætentur*. Salutem mihi a Domino concessam quilibet justus si audiat lætatus fuerit. Quod autem ille salvos faciat sperantes io se, non id admittit ut solus hymnum edat: sed eos qui consortes sunt clementiæ Domini, consortes efficit cantici.

3. *Magnificate Dominum mecum & exaltemus nomen ejus in idipsum*. Quasi non sufficiat ipse solus magnificentiam Dei enuotiare, postulat ea in re, aliorum operam & auxilium.

5. *Accedite ad eum & illuminamini*. Ex concessis donis accepta fiducia, alios etiam ad id invitat.

6. *Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum*. Ediscite, inquit, ex iis quæ mihi acciderunt, fiduciam habere in Dominum universorum. Me namque vilem & abjectum & pastorem ovium, sua dignatus est providentia, atque hostibus præstantiorem exhibuit.

7. *Castrametabitur Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos*. Hoc consonat cum Apostoli verbis: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capturi sunt salutis*. Heb. 1. 14. Ita & beatus Jacob hæc precatur: *Angelus qui eripuit me ex omnibus calamitatibus meis*. Gen. 48. 15. Eodem modo patriarcha Abraham, admirabili domestico suo ait: *Dominus Deus mittet Angelum suum ante faciem tuam, & accipies uxorem filio meo Isaac exinde*. Gen. 24. 40. Sic & B. Zacharias ait: Zachar. 1. 13. *Angelus qui loquebatur mihi*.

8. *Gustate & videte quoniam suavis est Dominus*. Ex vero, inquit, pane gustate, qui descendit ex cælo. *Beatus vir qui sperat in eo*; futuram enim vitam consequetur.

10. *Divites eguerunt & esurierunt*. Videlicet populus Judaicus. *Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*. Alium dicit gentium populum.

11. *Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos... & labia tua ne loquantur dolum*. Doctrinam gentibus prædicandam proponit, cujus primo esse ait timorem Dei; secundo non obtrectare fratri; tertio, ab omni doloso dicto labia coercere; quarto, abstinere ab omni malo, & curam in omnibus agendi boni habere. Ad hæc omnia, pacem persequi & adipisci. Pax autem Christus est. Harumce rerum sollicitudinem, ait vitam esse & dies bonos.

14. *Declina a malo & fac bonum: inquire pacem & persequere eam*. Illud, *declina a malo* docet timor:

mor: hoc vero, *& fac bonum*, amor. Quare amans timente præstantior.

15. *Oculi Domini super justos & aures ejus in preces eorum*. Magnam studio virtutis tribuit mercedem, quod scilicet inspectorem & tutorem habeant Deum.

21. *Custodit Dominus omnia ossa eorum*. Ossa virtutes animi dicit. Ipsa vero sunt justitia, perseverantia, pietas, & ut ita dicam, virtus omnis.

22. *Mors peccatorum pessima*. Animæ mortem intelligit, quam excipient, ignis æternus, tenebræ exteriores, vermis numquam moriturus, fletus & stridor dentium. Gehenna quippe & tenebræ eos excipiunt.

Psalmus *David*. XXXIV.

Argumentum.

Proposita verba dicuntur ex persona ejus qui Deo confidens ab occultis potestatibus oppugnatur, aut fortasse ex persona chori Apostolorum. Inducitur item persona Christi ea enarrantis quæ sibi tempore passionis a Judæis illata sunt mala, ad patientiæ & perseverantiæ hortamentum iis qui propter Deum impugnantur.

1. JUDICA, *Domine, nocentes me, expugna impugnantes me*. Personæ Apostolorum convenit supplicatio.

Daniel Barb. Oppugnantes Judæos intelligit, qui cum in se pacem non habeant, bellum habent & oppugnant Christum, qui est pax nostra. Et expugnans Deus benefacit, hos quidem justos, illos vero amicos faciens, & impediens actiones quæ in deterius prolabuntur.

2. *Apprehende arma & scutum & exsurge in adjutorium mihi &c.* Arma, scutum, framea, ultrices adumbrant potestates, a Domino ad opem justis ferendam immissas.

3. *Dic animæ meæ, salus tua ego sum*. Id te rogo, inquit, ut animæ meæ dicas te illi adjutorem futurum.

4. *Avertantur retrorsum*. Bene agitur cum iis qui ex virtute ad malitiam transmeant si convertantur retrorsum.

8. *Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum*. In caput iniquorum laqueus conversus est. Cum enim ad mortem venarentur, ipsi contra capti sunt & morti traditi.

9. *Anima autem mea exsultabit in Domino*. Qui laqueum paraverunt, & perniciem omnium nostrum Salvatori Christo moliti sunt, facinoris in ipsum, modis nuper a nobis descriptis pœnas luent. At anima mea, inquit, omni malo semper libera erit, perpetuo apud Deum fruens gaudio, & delectata super salutari ejus.

Dan. Barb. Omnia ossa; id est, omnes homines.

10. 11. *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me*. Hinc inducitur Christi persona ad tribunal principum sacerdotum falso delati.

Retribuebant mihi mala pro bonis sterilitatem animæ meæ. Hoc ait, quia indigni visi sunt illi vocari filii Dei, quod maxime omnium prædicat juxta illud: *Quoties volui congregare filios tuos?* Mat. 23. 37.

12. *Ego autem cum mihi molesti essent induebar cilicio*. Lugebat enim eorum perniciem, ita ut doleret, vehementer angeretur, lacrymaretur, oraret pro peccato eorum. 13. *Et humiliabam in jejunio animam meam*. Ut confirmaret incarnationem noluit jejunio abstinere. *Et oratio mea in sinu meo convertetur*. Hoc fortasse innuit illos in peccato persistere. Nihil enim, inquit, profuit ipsis precatio mea, quam ex ingenti ignorantia ad me quasi reflecti effecerunt.

14. *Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebam*. Quasi fratrem, inquit, & amicum ita curabam eos beneficio demereri, volens eos ad sanitatem reducere: quapropter illorum causa lugebam.

15. *Et adversum me lætati sunt & convenerunt*. Hæc, inquit, mihi opsonia, quod eorum causa dolerem, retribuerunt. *Congregata sunt super me flagella & ignoravi*. Nullam enim causam cur me flagellis cæderent comperiebam.

16. *Dissipati sunt nec compuncti &c.* In varias scilicet multitudo abiit sententias, ut ait Euangelista, aliis bonum, aliis malum esse dicentibus. Hisque tamen gestis nequaquam compuncti sunt, neque intellexerunt contra quem talia admitterent. Hoc autem non accusando profert, sed exoptans auxilium dari sibi. Quando inquit apparebis & injuria adfectum ulcisceris.

17. *Restitue animam meam a malignitate eorum*. Quæcumque patitur aut loquitur ea pro nostra salute admittit. Quia descendit ipse scilicet Christus & pro nobis est incarnatus. *A leonibus unicam meam*. Leones vocat aut malas & adversarias potestates, quæ tantum non rugiebant in Christum, aut fortasse Judæorum magistratus, ita enim memorat eos per vocem Jeremiæ. *Facta est hæreditas mea quasi leo in sylva: quamobrem odio habui illum*. Unicam autem appellat animam suam, ponendo, *unicam* pro *dilectam*. Solet enim ingens amor unigenitorum esse. Jerem. 12. 8.

19. *Qui oderunt me gratis & annuunt oculis*. Quasi diceret: qui dolos struunt.

20. *Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & in ira dolos cogitabant*. Illud scilicet, *Magister bone*, &, *Scimus quoniam veritatem doces & non accipis personam hominis*. Matth. 22. 16.

21. *Et dilataverunt super me os suum*. Blasphema dicta dum in Cruce penderet in se conjecta memorat. *Dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi nostri*. Ac si optatum haberent exitum, quando is ligno suspensus fuerat. Idipsum autem agunt qui exsultant de calamitate justi.

22. *Vidisti, Domine, ne sileas, Domine, ne discedas a me*. Homo factum unigenitum Dei Verbum, non amittens esse Deus, rogat injuriæ causa nobis per dæmones illatæ judicem Patrem. Rogat dissipari superborum contumeliam. Ita enim alii in pudorem vertentur, inquit; alii exsultabunt gratias de data salute agentes.

1. *In finem servo Domini ipsi David*.
Psalmus XXXV.

Argumentum.

Superbiæ Judaici populi accusationem continet hic psalmus, & malitiæ eorum confutationem, atque justa Dei judicia decantat, quod orbem condiderit. Ad hæc etiam gratiarum actionem Patri offert pro beneficiis per Jesum collatis. Super his omnibus precationem ad cavendam superbiam.

DIXIT *injustus ut delinquat in semetipso*. Arbitratur, inquit qui in malitia educatus est, occulta animi ipsius consilia neminem conspicere. Nam illud, *Dixit*, pro, *existimat*, aut, *arbitratur*, positum. Tantæ porro indolentiæ causa est quod omnium inspectorem Dominum non reformidet.

Non

Non est timor Dei ante oculos ejus. Cum semel, inquit, peccandi propositum admiserit, a conspectu oculorum Dei timorem amovet. Nam timore Domini declinat quilibet a malo.

2. *Quoniam dolose egit in conspectu ejus.* Libens eam admittit ignorantiam, nolens gesta sua secum reputare, nec prave commissa aversari. *Ut inveniatur iniquitas ejus ad odium*. Neque illud, inquit, considerat, quod scilicet Deus peccatum ejus deprehendat, atque eo deprehenso & peccatũ & peccatorem odio habeat.

3. *Verba oris ejus iniquitas & dolus*. *Iniquitas*, propter oblatas Christo contumelias; *dolus*, autem, cum volentes illum irretire, blandis illum sermonibus compellabant. *Noluit intelligere ut bene ageret*. Libens, inquit, sese a bono opere cohibuit.

4. *Iniquitatem meditatus est in cubili suo: adstitit omni viæ non bonæ*. Vigiles & insomnes noctes eorum qui Christo insidias parabant significat. *Malitiam autem non odivit*. Ac si diceret, malitiam non aversatus est.

5. *Domine in cælo misericordia tua*. Declarat ex misericordia ejus cælestia, id est, rationabiles potestates consistere: *& veritas tua usque ad nubes*. 6. *Justitia tua sicut montes Dei*. Veras, inquit, & firmas esse, prophetarum promissiones ostendisti. Nubes enim sunt prophetæ: veras autem eas ostendisti, tantam exhibens vim justitiæ, ut montibus Dei comparari possit. *Judicia tua abyssus multa*. Cum tanta veritas atque justitia insit tibi, ignoro quæ causa sit quod tamdiu toleres. Nam judicia tua inaspectabilem abyssi profunditatem imitantur. Nam sicut ejus profunditas ab hominibus percipi nequit, ita judiciorum tuorum cogitatio extra captum hominis est. 7. *Homines & jumenta salvabis, Domine*. Postquam de duobus populis

Rom. 11. 31. hæc Apostolus dixisset: *Conclusit Dominus omnes in incredulitate, ut omnes salvos faceret*, subjunxit: *Quam incomprehensibilia sunt judicia tua!* Simile hic habetur, nam duorum populorum, qui etiam per homines & jumenta significantur, salutem enarraturus; hominum scilicet Israelitarum qui instituti in lege sunt, & præstantiora cogitant: jumentorum autem, gentium nempe, utpote irrationabiliorum; Judæi enim mysterium per leges & Prophetas edocti exciderunt, gentes vero quæ numquam illud audierant assumtæ sunt; hac de causa antea dixit: *Judicia tua abyssus multa*. Rursum homines dicit eos qui rationabilem dignitatem servarunt: jumenta vero, eos qui versus terram deorsum inclinantur, & terrenis pascuntur cogitatis. Non solum itaque justos, sed etiam peccatores ad salutem vocavit.

8. *Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt*. Id est te protectorem adjutoremque Euangelici verbi obtinebunt.

9. 10. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos &c.* Torrens voluptatis Christus est, juxta id quod dictum est:

Esai. 66. 12. *Declinabo super eos quasi torrens innundans gloriam gentium*. Est autem & fons vitæ & lumen de lumine.

12. *Non veniat mihi pes superbiæ*. Rogat nulla moveri se passione. *Et manus peccatoris non moveat me*. Neque me, inquit, pravum facinus prope te stantem dimoveat.

1. *Psalmus ipsi David*. XXXVI.

Argumentum.

Doctrinam hic psalmus complectitur, abstinentiam a malis, bonorumque studium novo populo prædicans: utroque ad suadendum usus, spe scilicet præmiorum bonos spectantium, & supplicio malis reservato.

2. NOLI *æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem*. Malitiam fugere hortatur: docens ejus finem esse lapsum ab omni bono.

3. *Et inhabita terram & pasceris in divitiis ejus*. Terram dicit divinitus inspiratam Scripturam, in qua sitæ Sanctorum divitiæ, id est, promissiones. Hortatur autem ut divinis eloquiis semper hæreamus, amore ducti bonorum quæ in eis pro Sanctis sunt reposita.

5. *Revela Domino viam tuam & spera in eo, & ipse faciet*. Palam, inquit, erit te per acceptam & gratam ipsi viam incedere.

6. *Et educet quasi lumen justitiam tuam*. Manifestum enim est, quod in futuro sæculo, ut ipse Dominus dicit, *justi fulgebunt sicut sol*. Matth. 13. 43.
Lumen autem justitiæ, cognitio; quandoquidem justitia regula virtutum est. *Et judicium tuum tamquam meridiem*. Id est: te dignum lucis judicabit esse.

Dan. Barb. Et ipse faciet. Ubi inquit, in eo speraveris tunc ipse faciet. Sed quid faciet ostendit inferens: *Et educet quasi lumen justitiam tuam & judicium tuum tamquam meridiem*. Tum vero educet, inquit, pro, manifestum reddet, & quasi conspicuum declarabit, non permittens honestæ vitæ decorem & pulcritudinem latere. Erit enim justitia tua tamquam lumen omnibus manifesta, meridiana luce splendidior. Meridies diei dimidium dicitur; non modo, inquit, confitentem justificat, & ei clementer adjudicat, verum etiam justitiam ejus in aperto ponit, hoc est notum omnibus facit se illum justificasse. Cujusmodi fuit latro, cujus judicium in meridie, hoc est, medio die Jesus in Cruce pendens eduxit, unaque ejus justitiam in lucem, hoc est, in omnium cognitionem produxit. Nam expressa vox illa, *Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*, Luc. 23. 43.
clara mundo, atque adeo lux orbi terrarum facta est, & omnibus resipiscentibus & pœnitentibus adhortatio quædam fuit. Non enim, ait, claritas justitiæ ejus occulta erit, ut modo est, sed tamquam sol in meridie conspicua. Quemadmodum Dominus ait: *Tum justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum*. Matth. 13. 43.

7. *Subditus esto Domino & ora eum*. Ipse quidem te luce dignum ostendet in futuro sæculo, tu autem hic subditus esto. *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua*. Ne æmuleris ait felicitatem iniquitate comparatam.

8. *Desine ab ira & derelinque furorem*. Ne respicias prosperitatem eorum sed exspectato finem, & videbis perniciem. Ira autem est appetitus vindictæ: vindicta autem mali retributio. *Noli æmulari ut maligneris*. Probe nosti quod ii qui ad divinam se spem commiserunt, & frugi vitam delegerunt, cum tranquillitate & pace & voluptate degunt, firmam obtinentes conscientiæ puritatem; qui autem temporaneæ prosperitati fidunt, promtam invenient mutationem, & oblivioni penitus tradentur.

10. *Et quæres locum ejus & non invenies*. Simile dicto huic: *Impii autem radicitus peribunt*. Job. 4. 7.

Dan. Barbarus. 11. *Mansueti autem hæreditabunt terram*. Terram hæreditabunt qui perniciosum iracundiæ adfectum spiraverint. Ira enim & prudentes perdit, siquidem quominus honeste se gerant impediuntur. *Ira enim viri Dei justitiam non operatur*. Jacob. 1. 20.

vatur. Ceterum ab ira & furore Dei securus est, qui abstinet ab iis quæ iram & furorem concitant.

Et delectabuntur in multitudine pacis. Delectatio justi summa pax est, & est quædam ceu indolentia animi cum vera rerum scientia.

12. *Observabit peccator justum*. Id de diabolo potest opportune accipi, atque hisce consolationem adfert iis qui injuria adficiuntur. Exhibet enim peccatorem dolentem ac furentem adversus eos qui tranquillam amplexi sunt vitam; justum vero judicem deridentem ejus gesta: quippe qui mox futuram ejus mortem prospiciat.

13. *Dominus autem irridebit eum*. Irridet, inquit, peccatorum insidias adversus justum; sciens quidem quod diem statuit, in quo huic quidem æternam vitam, illi vero sempiternum supplicium retribuet.

14. *Gladium evaginaverunt peccatores ... gladius eorum intret in corda ipsorum*. Ea, inquit, mali dæmones mala sunt perpessi, quæ sanctis inferre moliebantur.

18. *Novit Dominus vias immaculatorum*. Id est approbat & honorat. *Et hæreditas eorum in æternum erit*. Incorruptæ namque & sempiternæ sunt sanctorum mercedes.

19. *Non confundentur in tempore malo*. In persequutionum, inquit, temporibus, deficientibus magistris, ipse Dominus suopte spiritu enutriet eos qui in ipsum crediderint.

21. *Mutuabitur peccator & non solvet*. Non gratias agit, inquit, peccator, de collatis sibi a Deo beneficiis. *Justus autem miseretur & tribuit*. Misericordiam retributionis loco solvit, Dominum suum imitatus.

22. *Quia benedicentes ei hæreditabunt terram*. Simile huic illud ad Abraham dictum: *Benedicentes te benedicam, & maledicentes te maledicam*. Gen. 22. 3.

23. *Apud Dominum gressus hominis dirigentur*. Recipit, ait, mercedem operum, quæ hanc agendo vitam edidit.

24. *Cum ceciderit non collidetur*. Etiamsi, inquit, contigerit, aliquantum labi justum, nihil hinc illi mali eveniet, cum Deum habeat se confirmantem.

25. *Nec semen ejus quærens panes*. Spirituales scilicet, qui sunt divini sermones.

27. *Et inhabita in sæculum sæculi*. Et hæreditate, inquit, accipies æterna tabernacula.

29. *Justi autem hæreditabunt terram*. Plerumque datam mansuetis terram memoravit, ad ejus concupiscentiam cohortatus.

30. *Os justi meditabitur sapientiam*. Convenit, inquit, sive lingua, sive mente divina eloquia circumferre, in eorumque meditatione assidue versari. Ita enim cum quid agendum sit edidicerit qui virtutis amans est, intrepidus immotusque manebit adversus eos qui dejicere ipsum voluerint. Hæc etiam dixit psalmo primo: *Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte &c. Et lingua ejus loquetur judicium*. Judicium justum, non forense, sed quod in illo sano & numquam errante tribunali fertur. Psal. 1. 2.

31. *Lex Dei ejus in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus ejus*. 32. *Considerat peccator justum. Dominus autem &c.* Variis eadem ipsa modis profert, majori illa cura & meditatione stabiliorem parans rei memoriam. Ait autem: non negliget justum Dominus improborum insidiis appetitum, neque una calculum feret cum eis talia molientibus: sed curabit ut retia ille transiliat. Hujusmodi providentia fruebatur Abraham, Sara bis rapta: eadem Isaac, qui idipsum passus est: eadem Jacob fratre & socero invidentibus: eadem Joseph livore & calumnia impugnatus. Ecquid opus omnia recensere? facile namque est studioso cuique & vetera colligere, & nova animadvertere.

33. *Nec damnabit eum cum judicabitur illi*. Id est, quando sententia de illo feretur.

34. *Cum perierint peccatores videbis*. Accisos, inquit, videbis peccatores.

35. *Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani &c.* Juxta illud dictum, *umbra est vita nostra*.

36. *Et transivi, & ecce non erat*. Ubi vidi, inquit, homines improbos prospere agentes, mecum reputabam qua ratione id boni consequuti essent. Deinde vero hæc cogitans & alia mecum revolvens eos denuo videre non potui: imo neque locum in quo consistere videbantur reperire facultas fuit.

37. *Custodi innocentiam & vide æquitatem quoniam sunt reliquiæ homini pacifico*. Et supplicium, inquit, improborum, & *reliquiæ* id est hæreditas proborum, tibi suadeant ut simplicitatem & innocentiam secteris.

1. Psalmus *ipsi David in rememorationem de Sabbato* XXXVII.

Argumentum.

Hunc canit psalmum assiduam memorans calamitatem, quam propter peccatum sustinuit, & Deum per sese rogat, sibi sabbatismos, seu calamitatum finem concedi.

2. Domine *ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me*. Corripit nos Dominus, cum nos ad virtutis recordationem deducit. Sanctus autem non redargutionem aut correctionem repudiat: sed eam quæ cum ira & furore conjuncta sit.

3. *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi*. Sagittas vocat ultrices potestates. *Et confirmasti super me manum tuam*. Tetigit me, inquit, manus tua, peccati causa corripiens.

4. *Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ*. Ira tua ingruente mihi, labefactata est caro mea. *Et non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum*. Debilitata, inquit, est virtus animæ meæ, causa autem infirmitatis peccatum est.

5. *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum*. Fregit, inquit, me gravis peccati moles. Cruciat me permolestus putridorum fœtor vulnerum, quæ amissa prudentia, & insipientiæ subactus in me excepi. Cujus rei causa omni privatus delectatione angor & assidue crucior animo, neque ullam declinandæ tristitiæ viam invenio. *Sicut onus grave gravatæ sunt super me*. Gravitatem dicit conscientiæ motum vehementer ad desperationem tendentis.

6. *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ*. Peccatum omne, turpe & putidum est: nisi enim in insipientiam anima decidat, peccatum admittere numquam tolerarit. Inde naturam peccati novimus. Quænam illa est? Nihil certe peccatum est nisi insipientiæ nostræ fœtus.

7. *Tota die contristatus ingrediebar*. Id dicatur iis qui multum rident & lætantur.

9. *Afflictus sum & humiliatus sum nimis*. Ex hujusmodi, inquit, concupiscentia, id sum consequu-

sequutus ut versus terram inclinatus gemitus assidue profundam, ob acerbum animi dolorem. Quamobrem, mutato concupiscentiæ usu, administram eam divinæ voluntatis constitui. Hoc enim adjicit. *Rugiebam a gemitu cordis mei*. Castigans conscientiam meam id efficiebam ut cor in gemitus erumperet.

10. *Et gemitus meus a te non est absconditus*. Pœnitentiæ, inquit, desiderium coram te sistatur. Toto desiderio salutem consequi expeto. Ecquod desiderium Christi? Pascha nostri causa consummare.

11. *Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea*. Cor appellat vim animæ rationalem. *Et lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum*. Lumen oculorum dicit spiritum animi oculis illucescentem.

12. *Amici mei & proximi mei adversum me appropinquaverunt & steterunt*. Cum plagis affectus essem, inquit, obstiterunt mihi. Hæc autem dicit propter Absalom & Achitophel. *Et qui juxta me erant de longe steterunt*. Angeli enim qui auxiliabantur illi, peccati causa dereliquerunt illum. Fortassis & sanctæ virtutes secedunt in tempore tentationis ad tentati probationem & experimentum, aut fortassis ad punitionem.

13. *Et vim faciebant qui quærebant animam meam*. Derelinquentibus ipsum Angelis hinc vehementius irruebant dæmones. *Et qui inquirebant mala mihi loquuti sunt vanitates*. Mutuo colloquebantur, inquit, parantes insidias mihi.

14. *Ego autem tamquam surdus non audiebam &c.* Dum hæc, inquit, illi loquerentur, nec audire nec loqui videbar, ablata mihi per peccatum fiducia.

16. *Quoniam in te, Domine, speravi .... quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei*. Tantis, inquit, accidentibus malis, una superest mihi spes salutis, auxilium scilicet unum mihi adfuturum.

17. *Et dum commoventur pedes mei super me magna loquuti sunt*. Peccatum, inquit, meum commovens pedes meos in causa fuit ut altos adversum me spiritus assumerent.

18. *Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.* Libenter se correptionem conversioni suæ accommodatam excipere testificatur.

19. *Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo*. Propterea & mei accusator sum, & nullam non salutis solicitudinem geram.

20. *Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me*. Etsi, inquit, non sine sensu peccati sim, sed de ipso semper anxius sim, video inimicos meos vires sumsisse, qui cum nihil injuriæ a me passi sint, peccatum exprobrantes meum, ipsumque ceu occasionem belli contra me gerendi accipientes, me persequebantur, se jure ac merito id agere jactitantes. Ideoque factus apud illos ceu mortuus abominabilis: quapropter obsecro te Dominum, ne discedas a me; sed properes potius ad auxilium nobis ferendum.

21. *Ne derelinquas me Domine Deus meus &c. Daniel Barbarus*. Possunt homines quos naturæ inopia ad Deum placandum impellit, hæc pro se ipsis orare: sed Christus qui secum Patrem habet, salutem hominum tamquam propriam petit, qui & ipse quoque petitionem hanc secundum divinitati conjunctam humanitatem tamquam suam sibi tribuit. Hoc vero fuit id quod carni compactum, & affectibus obnoxium fuit, cum alioqui divinitatem secum haberet quæ petitionem illius ratam faceret.

1. PSALMUS XXXVIII. *In finem, ipsi Idithum Canticum David*.

Argumentum.

Sacer cantor cum asset Idithum & prophetica coronatus gratia, canticum refert ad personam ipsius David, repræsentans illum confitentem peccatum suum.

2. DIXI *custodiam vias meas*. Evidens confirmati cordis argumentum. *Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me*. Adstantes autem ipsi spirituales inimici, peccatum exprobrabant illi.

3. *Obmutui & humiliatus sum & silui a bonis*. Convitiis, ait, impetitus non convitia reddebam, cernens me bonis excidisse. *Et dolor meus renovatus est*: Pro responsione ad eos qui me convitiis onerabant, peccata mihi ipsi revocabam in memoriam. Memoria autem peccati quasi ignis in corde meo erat.

4. *Et in meditatione mea exardescet ignis*. Dum memoriam peccati revocabam inflammabar igne.

5. *Loquutus sum in lingua mea &c.* Illud *in lingua*, quasi dicas, demissa voce & quasi susurrando, nec ad multos sermonem proferens. Ceterum sermo ille interrogatio erat de diebus qui ipsi superessent. Sciscitabatur autem, scire peroptans num ipsi residuum vitæ tempus foret ad pœnitentiam satis.

6. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tamquam nihilum ante te*. Etiamsi, inquit, longa adhuc mihi vita superforet, quasi nihil in conspectu tuo reputabitur. Si namque mille anni ante oculos tuos tamquam dies una, quid fuerit tempus hominis unius? Id rursum Symmachus sic interpretatus est: *Ecce quasi palmas dedisti dies meos, & vita mea tamquam nihilum in conspectu tuo*. Tu namque sine initio es & sine fine, nostra autem vita ceu quibusdam palmis & mensuris mensa est. His brevitatem declarat humanæ vitæ.

Interpretatio Symmachi.

7. *Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens. Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur*. Si autem, in imagine, non in veritate pertransit homo, jure vanitatem præmisit, quando non veram vitam transigimus, sed in quadam imagine, neque veri boni studio agimur, quare frustra conturbamur. Vita, inquit, eorum qui in terra degunt, quippe quæ in sæcularibus versetur curis, jure vanitas æstimetur. Vel sic: omnes vitæ nostræ anni vapor sunt in conspectu tuo, nam pro *vanitate*, *vaporem* edidit Symmachus. *Thesaurizat & ignorat cui congregabis ea*. Quoniam in hoc mundo non vera vivimus vita, sed quasi in imagine: neque de iis quæ vere bona sunt curamus, ideo frustra conturbamur, dum in sæcularibus versamur desideriis, & thesauros colligimus, quorum ignoramus hæredes.

Interpretatio Symmachi.

8. *Et nunc quæ est expectatio mea, nonne Dominus?* Jure se spem in Dominum repositam ait habere, utpote qui distractiones hujus vitæ cognoscat. *Et substantia mea apud te est*. Id est exspectatio, sive patientia.

9. *Opprobrium insipienti dedisti me*. Ne tradas me, inquit, in opprobrium: eo quod tu in me sis qui opprobriis oneraris.

10. *Obmutui & non aperui os meum quoniam tu fecisti*. Convitiis impetitus, inquit, tacebam, probe gnarus te esse qui me supplicii aut castigationis causa ad ejusmodi opprobria destinasti.

11. *Amove a me plagas tuas*, inflictas scili-

cet sibi pœnas a dæmonibus, a Deo esse dicit, ut- pote qui concesserit eum peccati causa torqueri. *A fortitudine manus tuæ ego defeci*. Plerumque jam ultricem virtutem manum Dei vocari memoravimus. Qui cum acriter flagellat, deficit qui castigatur, quatenus talis est, scilicet infirmus, qui non diu valeat verbera tolerare.

13. *In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem*. Cum me, inquit, propter peccatum arguebas, me corripuisti.

14. *Auribus percipe obsecrationem meam*. Quasi dicat: Exaudi & concede mihi peccati veniam antequam moriar. *Remitte mihi ut refrigerer*. Antequam moriar, ait, peccatorum veniam concede, ut cum fiducia in infernum sive in sepulcrum descendam. *Et amplius non ero*. Scilicet talis qualis essem ex tua mihi collata remissione. Remissio autem Dei, est animæ tranquillitas cum vera rerum cognitione.

1. *In finem* PSALMUS *Davidi*. XXXIX.

Argumentum.

Refertur canticum ex persona novi populi de lacu miseriæ reducti. Postea inducitur Christi persona, qui eos qui gratiis agendis vacant œconomiæ modum edocet. Deinde credentium ex Israele persona introducitur, rogantium remitti sibi peccatum incredulitatis, atque una enarrantium quæ sibi mala ob infidelitatem evenerunt.

2. EXSPECTANS *exspectavi Dominum, & intendit mihi*. Simile huic: *In patientia* Luc. 21. 19. *vestra possidebitis animas vestras*.

2. *Et eduxit me de lacu miseriæ & de luto fæcis*. Ex profundo peccatorum quæ luti instar iis detentos conspurcant. Lacus enim miseriæ est malitia & ignorantia. *Et statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos*. Ait Apostolus 1. Cor. 10. 4. Paulus: *Petra erat Christus*. Didici enim in Deo placita incedere via, id est per opera & rectam doctrinam.

3. *Et immisit in os meum canticum novum, hymnum Deo nostro*. Legem Euangelicam: cum enim passionibus vacamus, canimus canticum novum renovata scilicet nostra domo. *Vid bunt multi & timebunt, & sperabunt in Domino*. Prædicatio enim per totum pervasit orbem.

5. *Beatus vir cujus est nomen Domini spes ejus, & non resp xit in vanitates & insanias falsas*. Solum esse beatum ait eum qui in Deum spem adscripsit, non autem eum qui mundanis distractus sit curis, quæ & insania & mendacium sunt.

6. *Multa fecisti tu Domine Deus mirabilia tua*. Quæ fecisti, inquit, œconomiæ tempore, multa sunt atque mirabilia: quæ aliis quoque renuntiavi. Prædicatio autem totum, inquit, pervasit orbem ut major sit credentium numerus quam qui iniri possit.

7. *Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi &c*. Hinc ipsius persona Christi Patrem alloquentis inducitur: Quandoquidem ait sacrificium & oblationem noluisti, neque placuerunt tibi holocausta secundum legem oblata; venio postquam corpus accepi quod tu mihi aptasti. 8. Nam Spiritus sanctus & virtus Altissimi obumbravit sanctæ Virgini. Venio autem *ut faciam voluntatem tuam*. Quæ autem voluntas Patris erat, nisi ea quam ipse Dominus e- Joan. 6. 40. narravit dicens: *Hæc est autem voluntas ejus qui misit me, ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo; sed*

A *resuscitem illud in novissimo die*. Illud autem, *in capite libri*, hanc habet interpretationem. Caput Hebræi, tomum appellant. Esaias vero incarnationis Unigeniti mysterium edoctus, audivit: *Accipe tomum no-* Esai. 8. 1. *vum, & scribe in ipso stylo hominis*. Contingit autem non in tabulis lapideis, sed carnalibus describi præcepta novæ legis, quemadmodum ait ille per Jeremiam prophetam: *Dans dabo leges meas* Jerem. 31. 31. *in mentem ipsorum, & in corde eorum describam eas*, ut declaret futurum ut Ecclesia in intimis & intelligibilibus cordis receptaculis novam legem recipiat, & mandata ardenter diligat.

B 10. *Annuntiavi justitiam in Ecclesia magna*. Ecclesia magna est quælibet anima quæ per omnes gentes Salvatori credidit, quæ etiam justificatur, eum habens qui justificat impium. 11. *Justitiam tuam non abscondi in corde meo*. Justitiam ab ipso prædicatam intelligit, quæ est supra legem & umbram. Illud autem, *tu scisti*, positum, pro tibi proprium fecisti. *Veritatem tuam & salutare tuum dixi*. Non filui neque retinui in memetipso veritatem tuam. Veritatem autem ait, Euangelicam prædicationem. Neque salutare tuum abscondi, id est, salutis abs te datæ viam, sive gratiam quæ per fidem obtinetur. Con-

C cilium autem multum ait ecclesiam ex Israele & ex gentibus congregatam. Revelat quippe Dominus naturæ rationali sermones de misericordia & veritate, & sermones de salute. Et sermones quidem de veritate inveniet homo in contemplatione; sermones autem de salute, in actione.

12. *Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas a me*. Postquam docuit Christus œconomiæ mysterium, inducit Israelis personam, qui in incredulitate permansit. Ut autem, quoniam misericordiæ Dei non obtemperavit, neglectus a Deo est, &

D nullis non adfectus est malis; respiscit, & pœnitentia motus rogat ut ex misericordia secum agatur. Significatur autem Judæorum vocatio extremis temporibus futura. *Misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me*. Confitemur, ait, te olim fuisse qui nos servabas, & præsidio nobis eras. Et olim salutem consequuta Dei Ecclesia rogat iterum Dei providentiam & auxilium, adversus multiplices hominum atque dæmonum irruptiones, quarum memoriam in sequentibus agit.

13. *Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus*. Mala recenset quæ ipsis secundum suam

E erga Christum infidelitatem obvenerunt. *Multiplicata sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me*. Perinde est ac si diceret. Similis sui eis qui nec mentem nec cor habent. Factus est enim populus stultus & insipiens.

15. *Avertantur retrorsum & erubescant qui volunt mihi mala*. Aut adversus spirituales inimicos exclamant, aut adversus scribas & Pharisæos, qui saluti animæ ejus insidiabantur de Christo dicentes, modo, *non ejicit dæmonia nisi in Beelzebul*, Mat. 12. 24. modo, *dæmonium habes, quis te quærit interficere?*

F 18. *Ego autem mendicus sum & pauper, Dominus solicitus erit mei*. Israel ille olim admodum ferox ad pœnitentiam versus, sese pauperem & mendicum vocat. Et adjungit se Dominum spem habere suam.

Adjutor meus & protector meus tu es, Deus meus ne tardaveris. *Dan. Barbarus*. Hunc exi- tum, inquit, habebit Ecclesia, ut quæ prius pauper fuit & in mundo inopia graviter premeretur, tandem potentia tua ditetur, & auxilio tuo gloriosa reddatur, quod petit ne in longum protrahatur, & propter ejus petitionem nihil morabitur, juxta illud quod dicitur: *Veniens venict & non tardabit*. Habac. 2. 3.

Apud solum Dan. Barb. nomine Athanasii habetur.

1. *In*

1. *In finem* Psalmus *David*. XL.

Argumentum.

Præsens psalmus beatos prædicat eos qui crediderunt in ipsum Christum, qui sane fidei præmia ipsis tribuit, suum scilicet auxilium. Inducitur autem ipsa Salvatoris persona maledicens Judaici populi principibus, maxime autem omnium, proditori.

2. BEATUS *qui intelligit super egenum & pauperem*. Egenum & pauperem Christum vocat, juxta id quod dictum est: *Dives cum esset inops propter nos effectus est*. (2. Cor. 8. 9.) Moralem hoc loco doctrinam præmisit prophetiæ, ut ex psalmo utilitas utrinque proveniret. Ecquem beatum prædicat? Eum qui intelligit super egenum & pauperem: videlicet eum qui cogitat, quod hujus gratia Christus dives cum esset pauper effectus est, ut nos quoque pauperum utpote fratrum creatoris & judicia nostri misereremur. Ecquod amoris erga pauperes lucrum? *In die mala liberabit eum Dominus*. Significat autem judicii diem, quæ dolores peccatoribus atque labores inferet. Liberabit Dominus qui lux est pauperum amantes. Nam debitor illis est humanitatis atque officii, quippe cum ab illis eleemosynam sit mutuatus, nam per Salomonem dixit: *Qui misetetur pauperis fœneratur Deo*, (Prov. 19. 17.) & suopte ore: *In quantum fecistis uni ex his minimis meis, mihi fecistis*. (Mat. 25. 40.) *In die mala liberabit eum Dominus*. Diem malam tentationum impetum dicit & inimicorum vexationes. Adumbrat autem, opinor, judicii diem, terribilem sane, improborumque ultricem. Pollicetur autem puram illius paupertatis cognitionem, horribilis illius diei malis ipsum liberaturam.

3. *Dominus conservet eum & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus*. Inimicorum spiritualium videlicet.

4. *Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus*. Ad meliora, ait, transferetur, & revertetur ad sanitatem. Mos enim divinæ Scripturæ versionem pro mutatione ponere, ut illud: *Convertisti planctum meum in gaudium mihi*. (Psal. 29. 12.)

5. *Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam &c.* Et pro peccato suo David orat, utpote qui in seipso unum conspiciat ex iis qui intelligunt super egenum & pauperem. * Rursum hominum peccata qui pro hominibus passus est sua esse dicit, & pro his misericordiam pro nobis in sese postulat, ac ignorantium contemtum solvit, suam exhibens gloriam; in se quidem per propriam virtutem, in nobis vero per gratiam Christi.

(* Hæc sunt Apollinarii.)

6. *Inimici mei dixerunt mala mihi*. Hinc persona inducitur Christi, narrans quæ sibi a Judæis illata sint mala. Usque ad præsentem versum, æstimandum de tota ecclesia Catbolica sermonem habuisse Prophetam, ita ut proborum cuilibet potius conveniat quam Dominico homini. Non enim, ut arbitrantur, de ipso solo superius loquutus est: neque enim cum articulo dixisset, *Beatus ille qui intelligit super egenum & pauperem*. Nam dictum sine articulo, quemdam & specialem significaret. Post hæc ab aliis ecclesiæ membris transit ad ipsum Christum scilicet Dominum, qui dicit: *Inimici mei &c. Quando morietur & peribit nomen ejus?* Gravis nobis est vel ipso conspectu.

(Dominicus homo, vox Athanasiana. Vide p. 37.)

7. *Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur*. Hæc ait de Juda. Id autem sibi vult. Cum aditus ei ad me esset, quia in discipulorum numero constitutus erat: erat bilinguis & negotiator: vana quippe loquebatur, id est verax non erat. *Cor ejus congregavit iniquitatem sibi*. Decreverat, inquit, me invidis tradere. *Egrediebatur foras & loquebatur in idipsum*. Illud nempe: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* (Matth. 26. 15.)

8. *Adversum me susurrabant omnes inimici mei*. Derisiones atque insidias & conspirationes Judæorum adversum se structas significat, necnon occulta eorum consilia, principes sacerdotum cum Juda paciscentes indicans, qui susurrabant, pretium Jesu consonum cum Juda constituentes. *Susurrabant* scilicet, non ausi palam isthæc metu plebis agere.

9. *Verbum iniquum constituerunt adversum me*. Illud scilicet: *Tolle, tolle, crucifige eum*. (Joan. 19. 15.) Quod autem iniquum esset palam est ex illo: *Insontem & justum non occides*. (Exod. 23. 7.) *Numquid qui dormit non adjiciet ultra ut resurgat?* Deridet Judæorum consilia, arbitrantium posse se illum per mortem abolere quasi unum ex nobis. Ille autem ait. Qui arbitramini posse vos morte vitam circumvenire? Somnus namque mihi passio est. Hinc consequitur arbitrari ipsum post dormitionem subsequi resurrectionem. Dormitio mors est: ergo mortem subsequetur resurrectio.

10. *Etenim homo pacis meæ in quo speravi, qui edebat panes meos magnificavit super me supplantationem*. Ludibrium, insidias, dolum. Pacis hominem Judam vocat, quia videbatur inter benevolos & amicos ejus computari, & in discipulorum numerum adlectus fuerat.

11. *Tu autem, Domine, miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis*. Humano more propter humiliationem suam ad Patrem suum verba facit, etiamsi ille sit misericordia Dei & Patris, & resurrectio atque vita.

12. *In hoc cognovi quoniam voluisti me*. Rursum loquitur ut homo, ut seipsum offerat Deo & Patri. *Quoniam non gaudebit inimicus meus super me*. Si ex humanitatis persona hoc dicit Christus, inimicus plane intelligatur esse qui mortem nobis paravit. Sin quasi ex ipso Christo, Judæorum principes ait. Quod enim res ipsis permolesta fuerit, palam ex eo est quod ejus resurrectionem sint calumniari.

13. *Me autem propter innocentiam suscepisti*. Qui omnium est patrocinium, sibi quoque patrocinium fuisse ait. Non quod ille quatenus Deus intelligitur eo indigeat: sed homo factus cum sit, pro hominibus verba facit.

14. *Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo*. Jam obsignat canticum in gratiarum actionem desinens. A præsenti, inquit, usque ad futurum. A præsenti igitur benedictio a nobis Deo oblata initium ducit, completurque in futuro: nam *ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus*, (1. Cor. 13. 9.) quare ex parte benedicimus: *cum autem venerit quod perfectum est*, inquit Paulus, *evacuabitur quod ex parte est*. Nam profectu ad meliora accedente, cessat quod ex parte est. Ideoque Psalmista adjunxit, *fiat, fiat*, & duplicat orationem. Siquidem beatum est, per fidem & alia bona opera benedictionem in Deum exordiri, atque ita illam coronare in futuro sæculo, ut impiis & infidelibus Deum illic laudare nullatenus concedatur. Sciendum autem nonnullos hanc psalmorum prophetiam in libros quinque dividere: atque ad hunc usque psalmum priorem constituere; quia in fine benedictionem in Deum ceu coronam habet. Unde etiam sic sequentes quatuor partiuntur.

1. In

1. *In finem ad intelligentiam filiis Core*
PSALMUS XLI.

Argumentum.

Sacri fuere cantores filii Core, canunt autem canticum ab auctoribus acceptum, videlicet a Davide, quæ in postremis temporibus obventura essent significantes. Inducunt etiam ipsius Israelis personam Christo per pœnitentiam confitentem, quam in consummatione sæculorum acturi sunt.

2. QUEMADMODUM *desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Rationabiles cervi, deficiente ipsis, peccatorum causa, spirituali fonte, noctu dieque suam perniciem deplorabant.

3. *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Facies Patris Verbum. His significatur summe expetere illos eo tempore ante conspectum Dei occurrere quo vocati fuerint, ut compareant ante faciem Patris: quæ eadem ipsa est atque Filii.

5. *In voce exultationis & confessionis sonus epulantis.* Sibi ipsi prænuntiat futurum ut aliquando per Christum salutem & vitam consequatur, & in divina aula una cum aliis sanctis habitet.

6. *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?* Tristitiam reprehendit spe erga Christum munitus. Si servatum est, inquit, tempus, o anima mea, quo vocatio per fidem nostra introducet nos cum festum agentibus in tabernaculum illud, quare tristis es, & cur dolore maceraris?

7. *Propterea memor ero tui de terra Jordanis & Hermoniim a monte modico.* Quandoquidem ait turbata est anima mea, dum mihi in memoriam revocabo mirabilia tua, cum ea quæ in Jordane, tum ea quæ in monte Æermon ostendisti nobis, memetipsum consolabor. Aut hoc modo. Cum in Jordane fuerim, id est, sacro dignatus baptismate, statim tui recordabor ob confessionis verba. Recordabor quoque Hermoniim; Hermoniim autem explicatur, via lucernæ: quia sacrum baptisma viam ipsis aperit ad illuminationem.

8. *Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum.* Alia itidem miracula revocant in mentem. Nam cum alienigenæ bellum moverent adversus eos, cum eorum causa oblatum a Samuele sacrificium fuisset, tanta demissa vis grandinis est, ut inimici prope omnes nemine pugnante caderent. Abyssum igitur super abyssum, grandinis vehementiam dicit: Illud autem, *invocat* pro *advocat* positum. Voces autem cataractarum, grandinis imbres intelligas. Alias vero cataractæ, Dei prophetæ dicuntur. *Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt.* Aliud item miraculum memoria repetit. Nam per mare, Pharaonis improbitatem fugientes, transierunt. Et videbantur ait fluctuum excelsa, id est, elationes in eos ferri. Sed nihil læsi sunt, nam aquæ ceu murus coagulatæ sunt.

9. *In die mandabit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum ejus.* Aliud memorat miraculum. Rapsaces enim cum Jerosolymam obsedisset, minabatur ne Deum quidem posse eripere eos de manu Assyriorum: at Deus hisce verbis pollicitus est: *Protegam hanc urbem.* Postea vero promissa complens, una nocte centum octoginta quinque millia Assyriorum occidit. Et hoc est quod dicit: *In die mandabit Dominus misericordiam suam. Oratio Deo vitæ meæ.* Utpote qui jam crediderit, quæ fidelibus congruentia verba sunt profert, suam vitam adscribens ipsi.

4. Reg. 19. 35.

11. *Dicam Deo susceptor meus es.* Populus ille qui pœnitentiam agit resumit supplicationem, magis magisque Deum evocans ad misericordiam.

PSALMUS *ipsi David, qui apud Hebræos caret inscriptione.* XLII.

JUDICA *me Deus & discerne &c.* Hic psalmus ejusdem est atque superior argumenti. Accedunt enim iterum Israelitæ salutem per Christum partam postulantes. Quamobrem ait: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam.* Futurum namque erat ut ipse in montem sanctum illos adduceret, id est ad cælum & ad supernas mansiones, quæ tabernacula nuncupat; necnon ad spirituale altare: futurum item erat ut ipse lætificaret eorum juventutem. Juventutem autem vocat lætitiam quæ & renovat eorum animam. Quare in cithara pollicentur se illi confessionem oblaturos. Sæpe autem monuimus citharæ nomine corpus esse intelligendum.

Est explicatio brevis totius psalmi. Judica me.

In finem filiis Core ad intelligentiam.
PSALMUS XLIII.

DEUS *auribus nostris audivimus:*

10. *Nunc autem repulisti, & confudisti nos. Et non egredieris Deus in virtutibus nostris.* Olim, inquit, una nobiscum pugnabas. Nunc autem non modo non nobiscum procedis ad pugnam; sed etiam avertisti nos, ut inimicis etiam nostris direptioni simus. Hæc autem prophetarum chorus dicit, quasi sibi proprias recensens populi calamitates.

11. *Et qui oderunt nos diripiebant sibi.* Ad ignominiam, inquit, nos tradidisti.

13. *Et non fuit multitudo in jubilationibus nostris.* Jubilatio, est victoriæ canticum. Sententia autem hæc est. Ita, inquit, nos abjecisti, ut & a paucis superemur, & qui victoriæ carmen contra nos edunt modico sint numero.

14. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris.* Quæcumque in Christum fecerunt, ipsis vicissim illata sunt: vituperarunt, vituperati sunt: irriserunt, irrisi sunt: capita moverunt in eum, capita moverunt in illos alii.

16. *Tota die verecundia mea contra me est.* Diuturna, inquit, & assidua fuit verecundia nostra.

18. *Hæc omnia venerunt super nos nec obliti sumus te.* Jam diximus prophetas esse qui ex populi persona supplicationes offerunt, quasi propria sibi reputantes mala ipsi peccatorum causa obvenientia.

19. *Et declinasti semitas nostras a via tua.* Hæc ajunt, quia cum erga Christum impie egissent, a sacrificio juxta legem offerendo cohibiti sunt.

20. *Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis.* Hoc ait quia de insurgentibus malis quid æstimaret non haberet: Et coarguisti nos ob admissum in mundo peccatum. *Et cooperuit nos umbra mortis.* Tenebras significat infidelium cordibus circumfusas.

21. *Si obliti sumus nomen Dei nostri.* Hoc ajunt, quia scilicet a postremo suo lapsu non ulterius idola coluerunt, aut rursum ceu ex persona prophetarum.

22. *Quia propter te mortificamur tota die.* Simile huic est: *lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladii mortui sunt.* Quemadmodum autem populi peccata sibi propria faciunt; ita & sua bona quasi ad populi personam referunt, ac si unum corpus omnes sint. Vel hoc modo: ob nostram in te, ait, infidelitatem

Heb. 11. 37.

A tatem io tantum ruimus mali, ut similes simus hominibus mortis sententiam ferentibus, atque ovibus ad occisionem ductis.

23. *Exsurge, quare obdormis, Domine?* Magnam Dei tolerantiam qua eorum peccata ferebat, somno comparaot. *Exsurge & ne repellas in finem.* Exsurge ait, non ut immutet habitum: divinum enim quodlibet est habitus & figuræ expers; sed ut virtutem suam ad nostrum moveat auxilium: *Et ne repellas in finem*, nec inferentes, neque patientes mala. Ut ne ii qui patiuntur, quasi tentationibus prorsus dediti labantur: ne-
B que ii qui mala inferunt diuturna Judicis tolerantia audaciores effecti, magis magisque iniquitatem augeant. Rogant id gratiæ sibi tribuatur, ut adveniat Christus in novissimis temporibus, ne vitæ ejus sint expertes.

25. *Adhæsit in terra venter noster.* Hæc dicunt, quando a sensu & cogitatione eorum quæ Christum spectant aversi, in carnalem sensum deciderunt.

26. *Exsurge Domine adjuva nos.* Patrocioare, inquit, nobis, & da veram fidem profitentibus tempus ad conversionem.

C
1. In finem, pro iis qui commutabuntur, filiis Core, ad intellectum, canticum pro dilecto. XLIV.

Argumentum.

Præsens canticum dilecto David offert, scilicet Christo, qui novissimis diebus venit & commutationem effecit, id est conversionem ex idololatria ad veram religionem. Meminit item filiorum Core, personam ad Apostolos trans-
D ferens. Hæc autem omnia intelligere nos oportet, quæ causa est quod, *ad intellectum*, psalmus inscribatur.

2. ERUCTAVIT *cor meum verbum bonum.* Hoc Pater ait de Filio: genitus namque est Deus ex Deo. *Dico ego opera mea Regi.* Quatenus rex est utpote Deus per incarnationem imperium inisse dicitur; sic & ea quæ naturaliter novit utpote Deus, ea item dispensatione quadam audire dicitur propter humanitatem. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Quem dixit verbum, eumdem &
E linguam vocat suam. Calamus porro scribæ velociter scribentis vocatur, quia quidquid dicit ac jubet sta-
Matt. 8. 3. tim efficitur, ut illud: *Volo, mundare, & statim sana-*
Luc. 7. 14. *tus est*: &, *Adolescens tibi dico, surge; & statim sur-*
Esai. 10. 23. juxta 70. *rexit.* Imo etiam illud: *Verbum abbreviatum faciet Deus in toto orbe.*

3. *Speciosus forma præ filiis hominum.* Comparationem boni Spiritus videre est ex iis quę Joannes inquit:
Joan. 1. 17. *Lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Jesum Christum facta est.* Præstans enim quoque Mosis calamus, qui legem nobis in pædagogum descripsit, sed non talis qui nomina nostra scriberet in
F cælis. *Diffusa est gratia in labiis tuis:* Dulciloquus
Joan. 10. 10. namque Dominus noster est, qui ait: *Ego veni ut vi-*
Joan. 6. 41. *tam habeant, & abundantius habeant:* &, *Ego sum panis qui de cælo descendit:* &, *qui dat vitam mundo.*

4. *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime.* Ad pugnam nostri causa committendam excitat Unigenitum. Deinceps quoniam militarem ipsi habitum dedit, postquam gladium dixit, femur insuper commemorat. Ad eum namque, utpote Deum, gladius pertinet, nec extrinsecus adfertur: siquidem potentissimus illa est, id est, potestatum Dominus, quod illi secundum naturam competit. Est autem speciosus iis qui norunt adventum ejus, quique pulcritudinem ejus, mundanam omnem exsuperantem, possunt intelligere. Femori ille suo gladium apposuit, ut minas infidelibus intentaret, necnon manipulis adversariorum. De infidelibus itaque psalmus dicit: *Nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit.* Psal. 7. 13.

5. *Specie tua & pulcritudine tua.* Species & pulcritudo militis illius, est deitas ejus, & præstantia qua omnes exsuperat. *Intende, prospere procede & regna.* Intende, inquit, arcus tuos, prospere procedere facito eos qui a te justificati fuerunt, in quos, ait, regnas, postquam liberasti eos a tyranno. Indicat spiritualem esse victoriam. Postquam enim arma commemoravit, de mansuetudine mentionem facit. Mansueti autem est, illatas sibi injurias dimittere. *Et deducet te mirabiliter dextera tua.* Quando enim gladium memoravit, consequenter etiam de dextera loquitur. Dextera autem ejus sunt, dextera sive genuina consilia, queis usus peccati impetum non excepit.

6. *Sagittæ tuæ acutæ, o potens.* Sagittas vocat sanctos Apostolos, qui etiam lethalia vulnera inflixere in cor inimicorum Regis regum. Hæc porro tela quæ spirituales inimicos in corde vulnerarunt, orbem potuerunt Christi pedibus submittere, & jugo regni ejus subjicere. Ceterum hi versus per hyperbaton dicuntur, ut soneot: sagittæ tuæ acutæ, o potens, in cordibus inimicorum Regis.

7. *Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi.* Qui vocati per Apostolos sunt confitentes Unigeniti deitatem ajunt: *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi. Virga directionis virga regni tui.* Directio in divinis scripturis justitiam significat. Ait igitur, quibus imperat Christus in via justitiæ incedere edíscent.

8. *Dilexisti justitiam & odisti iniquitatem.* Quandoquidem hominum natura, mutationem perpessa, deserendo justitiam dilexit iniquitatem; ideo Uoigeoitus factus homo est, ut in se humanam corrigens naturam, id efficeret ut diligeret justitiam & odio haberet iniquitatem: atque isthæc fuit incarnationis causa. Quamobrem ait: *Propterea unxit te Deus.* Propterea, quare? nisi ut qui tui participes essent exsultarent, utpote qui ex misericordia tua id consequuti sint ut diligerent justitiam & odio haberent iniquitatem. *Propterea unxit te Deus Deus tuus.* Ideo inunxit te Deus, Deus tuus, inquit: illud enim unxit, inunxit interpretatur. Hujus autem loci interpretatio superius ad hæc verba, *Dilexisti justitiam*, adjuncta fuit.

9. *Myrrha & gutta & casia a vestimentis tuis.* Vestimenta Unigeniti probe intelligantur virtutes, magnificentia, gloria, juxta illud: *Dominus regnavit decorem indutus est, indutus est Dominus virtutem & præcinxit se.* Isthæc igitur gloria & magnificentia ejus, boni nobis odoris fuit, & quasi genus omne odoramenti & incensi: juxta illud alibi dictum: *Unguentum effusum nomen tuum:* & illud: *in odorem unguentorum tuorum curram.* * Est autem stacte, sive gutta, myrrhæ genus tenuissimum. Nam contrito aromate, quidquid fluidum in illo habetur in stacten sive guttam dividitur: quod crassius residuum est, myrrha vocatur. Casia autem est cortex tenuissimus, odoratissimus, qui ligneos surculos obtendit. *A domibus eburneis ex quibus delectaverunt te. Domus*, ædes splendidæ & magnifice structę atque templa dicuntur. *Eburneas* autem dicit, ceu affabre elaboratas ac pulcherrimas. Reges vocat sanctos Apostolos qui una cum Christo regnant. Filias autem eorum, animas quæ ipsorum opera ad Dei cognicionem regeneratæ sunt, quæ cor-

Psal. 92. 1.
Cant. 1. 2.
Cant. 1. 3.
* In aliis codicibus hęc Basilio esse dicuntur.

corda sua in templa concinnant ornatissima in Dei honorem, atque delectant ipsum. Perinde igitur est ac si diceret: Delectaberis, o Domine, a domibus eburneis, quas in honorem tuum filiæ regum adornarunt. *Adstitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato*. Regina quidem Ecclesia est, utpote Regi magno desponsata. Collocatio autem a dextris, honorem significat quo fruetur in futuro sæculo. Vestitus autem pretiosus sunt, fides, spes, charitas. Sed & aliud splendidius vestimentum habet, ipsum scilicet Christum. *Qui-*
Gal. 3. 27. *cumque* enim, ait, *in Christum baptizati estis, Christum induistis*.

11. *Audi, filia, & vide*. Rursus ceu ad Ecclesiam sermo est. *Et obliviscere populum tuum & domum patris tui*. Nemo quippe purus ad Christi fidem accedit, nisi præteritorum malorum memoriam omnino aboleat. Populus autem Ecclesiæ olim erant idololatræ. Domus autem patris ejus sapientes sæculi, in quibus quasi in domo inhabitat Satanas. *Et filia Tyri in muneribus*. Ab una Tyriorum gente, gentium vocationem significat. Tyrios autem memoravit, quia ipsi potissimum piæ institutionis inimici essent.

13. *Vultum tuum deprecabuntur divites plebis*. Hoc ait Euangelium regibus prædicans, & optimatibus: Adora Ecclesiam sive ejus Dominum. *Omnis gloria filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis*. Pietatem voce, *ab intus*, significat: spiritualis namque est ornatus Ecclesiæ. Fimbrias autem dicit multiplices specie virtutes.

15. *Adducentur Regi virgines post eam*. Simile
1. Thess. 4. 16. huic: *Rapiemur in nubibus obviam Domino in aera*. Rursum per virginem Ecclesiam indicat: Despondi enim vos virginem puram exhibere Deo. *Proximæ ejus afferentur tibi*. Nam virginitati proxima est continentia. Quotquot igitur animæ se continent a malis actibus, ipsæ quoque una abducentur. Quæ abducuntur autem lætitiam & exsultationem consequuntur. *Adducentur in templum Regis*. Cæleste videlicet.

17. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*. Quoniam dixerat illi, obliviscere patris tui, modo dicit, *pro patribus* quondam tuis, id est, pro magistris erunt tibi filii. Filios porro sanctos Apostolos dicit, juxta illud a Domino dictum:
Luc. 11. 19. *Filii vestri in quo ejiciunt?* Aut etiam eosdem Ecclesiarum duces, qui facti sunt Ecclesiæ filii, & constituti a Domino Jesu sunt principes super omnem terram, juxta id quod dictum est: *E-*
Mat. 28. 19. *untes docete omnes gentes. Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui in omni generatione & generatione*. Per divinas videlicet scripturas: in sacris namque syllabis memoratur nomen Domini.

18. *Propterea populi confitebuntur tibi in æternum*. Per prædicationem scilicet: sermo autem est ceu ad Christum. Eo quod ipsi per Scripturas commemorent mirabilia Dei quæ edidit a generationibus antiquis, & doceant generationes venturas.

In finem, filiis Core, pro arcanis
PSALMUS XLV.

Argumentum.

Gentium vocationem, spiritualium inimicorum depulsionem, eorumque in abyssum detrusionem significat præsens psalmus. Quandoquidem autem isthæc ceu per parabolas dicta sunt; jure *pro arcanis* inscribitur psalmus. Canunt autem illum qui in Christum crediderunt, & maxime omnium Apostoli ejus.

2. DEUS *noster refugium & virtus*. Hoc ait ob insurgentes adversum ipsos spiritualium & sensibilium inimicorum opera persequutiones. *Propterea non timebimus dum turbabitur terra*. Quoniam te adjutorem habemus, inquit, quamcumque adversum nos insurgentem perturbationem despiciemus. Turbabatur namque tota terra, cum prædicatio inchoaretur: dum ii qui in infidelitate perseverabant, adversus eos qui crediderant insurgerent. *Et transferentur montes in cor maris*. Cor maris abyssos vocat: montes autem adversarias potestates. Cum futurum esset ut dæmones dejicerentur in abyssum, excitabant ii adversus fideles bellum. Sed ejusmodi inimicos nequaquam reformidabimus inquit.

4. *Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum*. Aquas hic dicit multitudinem populorum, quos prædicationis novitas perturbavit. *Conturbati sunt montes in fortitudine ejus*. Vis, inquit, ejus qui prædicabatur impuros dæmones commovit, olim superbos & conspicuos, atque ideo montibus similes dictos.

5. *Fluminis impetus lætificant civitatem Dei*. Flumen Euangelicum verbum appellat, quod lætificat Ecclesiam. *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus*. Sanctus enim est qui in sanctis requiescit, habitans in sanctis, id est in Ecclesia.

6. *Deus in medio ejus, & non commovebitur*, in medio Ecclesiæ videlicet. *Adjuvabit eam Deus mane diluculo*. Id ait * quod declinet diluculum ad matutinum. Illud autem: *adjuvabit eam*, personam Ecclesiæ respicit, quam hic repræsentant Apostoli, & qui per successionem ejus sunt præfecti, quos impense roborat, ut possint prædicationi operam navare.

7. *Conturbatæ sunt gentes & inclinata sunt regna*. Pugnaverunt quidem, ait, gentes adversus Ecclesiam; sed tamen earum reges inclinati sunt, id est superati & terga dederunt; verum postremo & ipsi Christo cervicem submisere. Dicit enim Ecclesiam celeriter constructum iri ab iis qui eam diruerant. Nam pulcherrimis eam donis auctam in sublime extulerunt. *Dedit vocem suam Altissimus & mota est terra*. Christus scilicet in cruce. *Vocem suam*, Euangelicum scilicet sermonem. Si namque anima rationalis vocem Domini audierit, commovetur, transitque ab improbitate ad virtutem & ab ignorantia ad Dei notitiam.

8. *Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob*. Victoriam adversus spirituales hostes partam ipsi Domino adscribit. Opportune autem hic Jacobi mentio habetur ob luctam cum eo habitam.

9. *Venite & videte opera Dei, quæ posuit prodigia super terram*. Pacem prædicatione initam significat, cum ait bellum omne in terra finem habuisse. *Prodigia* autem dicit cessationes & compressiones. Cessare fecit enim omne bellum.

10. *Arcum conteret & confringet arma & scuta comburet igni*. Arcum, telum, & scutum, pessimum indicant statum, & perversas cogitationes.

11. *Vacate & videte quoniam ego sum Deus*. Nisi quis enim mundanam omnem curam abjiciat non potest nosse Deum. Vacatione enim opus est ad Dei cognitionem. *Exaltabor in gentibus, exaltabor in terra*. Prædicationis adversus omnes gentes victoriam ipsis pollicetur.

12. *Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob*. Qui in Christum crediderunt gratiarum actiones duplicant.

1. *In finem pro filiis Core.*
PSALMUS XLVI.

Argumentum.

Canitur hic psalmus ex persona sanctorum Apostolorum, qui gentes hortantur ut per bona opera exsultent de parta adversus scelestos dæmones victoria.

2. OMNES *gentes plaudite manibus*. Quasi dicat, opera bona facere studete. *Jubilate* B *Deo in voce exultationis*. Victoriæ carmen hic psalmus est. Itaque utpote lapsis adversariis potestatibus, ad canendum gentes concitat.

3. *Quoniam Dominus excelsus terribilis*. Excelsus propter Ecclesiam, terribilis contra hostes. *Rex magnus super omnem terram*. Non ultra, inquit, improbi, terrenis imperant. Dedit enim eis, (nempe discipulis) potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & ipsam improborum dæmonum turbam pedibus eorum subjecit.

4. *Subjecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris*. C Gaudent de concessa sibi a Domino sorte. 5. *Elegit nobis hæreditatem sibi*. Ecqua fuerit hæreditas Domini nisi ea de qua dicitur
Psal. 2. 8. a Patre: *Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam? Speciem Jacob quam dilexit*. Speciem Jacob vocat ejus de gentibus prophetiam, de
Gen. 49. 10. qua dicit: *Et ipse erit exspectatio gentium*. Ipsa quoque dilecta est. Eccui dilecta est alii, nisi ei qui animam suam pro ea posuit? Hanc itaque dilectam elegit.

6. *Ascendit Deus in jubilo*. Hisce significatur Domini ad cælos ascensus. *Dominus in voce tubæ*. D Laudes ab iis qui una ascendebant ipsi datas vocem tubæ vocat. 7. *Psallite Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro, psallite*. Quoniam Angeli, inquit, adscendentem in cælum hymnis prosequuntur, & vos etiam, o gentes, idem observantes ministerium, psallite Deo terræ imperanti. Eorum enim qui
Jac. 5. 13. læto secundum Deum animo sunt est psallere. *Læto*, inquit, *animo quis est in vobis? psallat*.

8. *Regnabit Deus super gentes*. Fidem namque ejus acceperunt. *Deus sedet super sedem sanctam suam*. Futurum ejus adventum significat quo sedebit ut judicet orbem.

E 9. *Principes populorum congregati sunt cum Deo*
Mat. 19.28. *Abraham*. Simile est illud: *Sedebitis super duodecim thronos judicantes duodecim tribus Israel. Quoniam Dei fortes terræ vehementer elevati sunt*. In terra, inquit, mansuetorum quæ sanctis adsignabitur, fortes Dei vehementer exaltati sunt, & gloria mirum in modum aucti, ut edidicimus ex ea sen-
Ibid. tentia: *Sedebitis super thronos duodecim*.

1. PSALMUS *cantici, filiis Core, secundo Sabbati*. XLVII.

Argumentum.

Hic quoque psalmus ex persona sanctorum Apostolorum canitur, narrantium vexationes ob prædicationem illatas, & victorias de iis partas.

2. MAGNUS *Dominus & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancta ejus*. Non jam in sola, inquit, Judæa, sed in monte sancto. Montem autem hic dicit Ecclesiam, ob sublimem de Deo doctrinam.

3. *Fundatur exultatione universæ terræ*. Extendit, A inquit, exsultationem per omnem terram: nam in omnem terram pervasit exsultatio ejus manifestationis, & gratiam dilatavit. *Montes Sion latera Aquilonis*. Jerusalem ad meridiem sita est: gentes ad Aquilonem. Quoniam autem Judæi, utpote soli montem Sion incolentes magnifice sentiebant, hic ostenditur Sion esse gentes Euangelicum sermonem excipientes. Nam Sionis sedes est boreæ climatus, qui boreæ climatus per latera significatur: nam ubi dicturus erat boreæ climatus, latera Aquilonis dixit. Et prius quidem Paulus fuit latera Aquilonis, a quo universa mala per orbem conflagrarunt; jam vero B factus est montes Sion, habens in sese loquentem Christum, qui venit ex Sion, & avertit impietatem ex Jacob. *Civitas Regis magni*. Hæc latera Aquilonis, ait, sive gentes, civitas jure vocentur, in quibus Deus intelligitur iis patrocinari & eos a tentationibus eripere.

4. *Deus in domibus ejus cognoscitur, cum suscipit eam*. Domus ii fuerint qui magni & præstantiores in civitate Dei sunt.

5. *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt*. Bellum Apostolis ob Christi prædicationem a Regibus gentium illatum, sive ab inaspectabilibus dæ- C monibus qui olim regnabant, compressum & sublatum fuit. 6. *Ipsi videntes sic admirati sunt*. Stupore, inquit, adfecti & perculsi sunt, auxilium cernentes sanctis a Deo præstitum. 7. *Conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos*. Etenim præstantia virtutis ejus qui salutem ipsis parabat, in admirationem & stuporem conjecit eos.

8. *In spiritu vehementi conteres naves Tharsis*. Navibus Tharsis, utpote pretiosis copiosisque mercibus instructis, reges comparat. Spiritus autem vehemens, quo contrivit illos, virtutes quasdam intelligas D quibus adversus inimicos Apostolorum dimicavit.

9. *Sicut audivimus ita & vidimus*. Quam, inquit, promisisti nobis, Domine, salutem, eam per opera vidimus. *In civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri*. Significat quo loco promissionem impletam viderint. Ubinam autem, nisi in Ecclesia quæ est civitas Dei? *Deus fundavit eam in æternum*. Simile illi dicto Domini: *Su-* Matth. 16. 18.
per hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

10. *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui*. Quasi dicat, contemplati sumus, exspectavimus in universa terra nomen Dei glorificatum E iri, conjectantes, ex misericordia Dei non contemnendos eos qui extra Israelem essent, quia & in loco & in templo constituti, misericordiam in universum orbem tuam speravimus: gnari nomen tuum ad omnes pertingere & in omnibus esse.

11. *Secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua*. Hoc ait quia omnibus simpliciter & absque personarum acceptione gratiam largitus est, ut dictum est: *In Christo Jesu non est servus, neque liber*. Galat. 3.28.

12. *Lætetur mons Sion*. Mons Sion, Ecclesia videlicet. *Et exultent filiæ Judææ*. Filias Judææ animas esse dicit Apostolorum, erant enim a Ju- Aliam adfert Dan. Barbarus interpretationem quæ est Didymi.
F dæis prognati. *Propter judicia tua, Domine*. Cum judicasses videlicet gentium causam, depulisti dæmonum bellum adversus eos excitatum.

13. *Circumdate Sion & complectimini eam*. Hæc Spiritus sanctus jubet Apostolis, ut scilicet sint veluti murus Sionis; id est religiosi vitæ instituti. *Narrate in turribus ejus*. Quinam vero fuerint Ecclesiæ turres, nisi ii qui variis temporibus ejus duces fuerint, atque justi, queis Apostoli narrant magnalia Dei?

14. *Ponite corda vestra in virtute ejus*. Virtus Ecclesiæ sunt qui eam confirmant sermones, quos Apostolis jubet ut toto corde inter admonendum usurpent.

pent. *Et distribuite domos ejus*. Singuli, inquit, in aliquam terræ partem imperium obtineant. Nam diviserunt sibi, ait, duodecim, orbem terræ. *Ut enarretis in progenie altera*. Apostoli namque per scripta quæ reliquerunt Christum enarrant generatinnibus subsequentibus.

15. *Quoniam hic est Deus noster in sæculum &c.* Distributinnis causam significat. Propterea, inquit, distribuite & docete, ut generationibus post futuris notum sit, eum qui juste populum pavit (id est Dominum) eumdem ipsum asse qui per futura & infinita sæcula pascet eos.

1. *In finem, filiis Core*. PSALMUS XLVIII.

Argumentum.

Quæ ad divinum tribunal pertinent hoc psalmo omnibus hominibus prædicantur, necnnn dies illa qua Deus condita nmnia ad judicium adducet. Fnrtasse vero filii Core Apostnlorum personam gerant qui mysteriis nrbem initiarunt.

2. AUDITE *hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem*. Sicut ad salutem totum humanum genus vocat, eodem modn ad doctrinam divini judicii, una nmnes sermn evocat.

3. *Quæque terrigenæ & filii hominum*. Terrigenas vocat agrestiores homines barbarosque, qui in desertis habitant, neque legibus cultos: filios hominum dicit eos qui humaninrem ducunt vitæ rationem & legibus parent.

4. *Os meum loquetur sapientiam*, quemadmodum ceu in varios ordines distribuit auditores; ita & doctrinam suam in modos distinguit varios. Chorus autem Apostolicus est qui hæc loquitur, & qui in ore Christum habet, qui est sapientia Patris. Utpote igitur Christum in ore ferentes, & eum semper mente versantes intelligentiam obtinebant. Ita autem mens eorum ad intelligentiam acuta & expedita erat, ut etiam parabolas Salvatnris in Euangeliis descriptas intelligerent. Quamobrem cum diceret Chri-
Mat 13.51. stus: *Intellexistis hæc omnia?* dicebant ei, *etiam*.

5. *Inclinabo in parabolam aurem meam*. Egn quidem, ait, postquam mentem meam acui ad intelligentiam parabolarum Salvatoris, in iis comprehensam sententiam assequi potui. Iis autem qui id agere nb infantiam non valent aperiam ea quæ clausa sunt, & problemata explicabo atque parabolas. Hæc autem per psalterium sive corpus meum efficiam, quod quasi organum resnnat, & quo anima mea ad hymnum vertitur concinendum, per singulos sensus, membra partesque peritissime mota.

6. *Cur timebo in die mala?* Hinc orditur, postquam priorem doctrinæ partem ceu in proœmio expendit. Orditur autem per interrogationem, ut responsinnem accipiat. Hæc autem est interrogatio. *Cur timebo?* nam ad vocem *timebo*, interpungendum, ut isthæc sit sententia. Si quis interrogat, inquit; *Cur timebo?* volens a me causam ediscere ejus qua nccupor afflictionis, cum fiducia audiat, esse aliquam diem malam, qûam egn metu perculsus exhorresco. Exhorresco autem, quoniam in illa die *iniquitas calcanei mei circumdabit me*, id est deflexio a divina via, qua per hujusce vitæ distractionem & fallaciam, divinam legem transgressus sum. Isthæc igitur impietas, inquit, circumdabit me: quasi dicat: circumsistent me mala opera quæ feci, meque nndique conclusum obsidebunt, nec sinent me supplicium effugere. Malam vero judicii diem appellat, ut quæ supplicin adfectis dira & gravis futura sit. Apostnlus autem eam iræ diem vocavit, cum dixit, *The-* Rom. 2. 5.
saurizas tibi iram in die iræ.

7. *Qui confidunt in virtute sua*. Quasi in commune ait illud: Audite hæc nmnes qui in divitiis & in virtute confiditis. Quænam autem audiant oportet, nisi illa, quod scilicet nihil illis utilitatis in illa die divitiæ sint allaturæ? Neque enim redimet eos ab ira & vindicta ob peccatum ipsis infligenda. Itaque ne frater quidem, ut ita dicam, etiamsi religiosus sit, neque alius quispiam hominum in illa dia quemquam poterit redimere. Quod si ne frater quidem possit, atsi religiosus, multo minus poterunt divitiæ.

9. *Et pretium redemtionis animæ suæ*. Postquam docuit nihil profuturas divitias in die judicii, docet quid profuturum sit. Quid autem illud, nisi vitam laboribus plenam ducere? Isti enim promissa vita in futuro sæculo dignabuntur. Qui per actiones laborat, vivet usque in finem per cognitionem, requiescet in sæculum, vivet ad victoriam. *Et laboravit in æternum & vivet adhuc in finem*.

10. *Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes*. Ita longn ab impiis intervalln separabuntur, ut eorum perditioni ne minimum quidem appropinquent. Qui sunt autem illi sapientes morientes, nisi ii de quibus dictum: *Perdam sapien-* 1.Cor. 1.19.
tium sapientiam, & intelligentium intelligentiam despiciam. Docet enim ubique præsens scriptura, quod in die judicii, neque dives seipsum redemturus sit, neque quivis sapiens existimatus. Vitam autem æternam is solus consequetur qui in hac vita se maceraverit. *Simul insipiens & stultus peribunt*. Una, inquit, sapientes & stulti perniciei tradentur: non differunt anim mutun, simili idololatriæ generi dediti. *Et relinquent alienis divitias suas*. Neque enim illas sibi proprias & firmas constituere vnluerunt, beneficiis erga egenos.

12. *Et sepulcra eorum domus illorum in æternum*. Per sepulcra mortalitatem significat qua induerunt animam suam, nihil probum nihil rectum animo versantes circa Deum. *Tabernacula eorum in progenie & progenie*. Tabernacula, in quibus dum vitam agerent habitabant, ab aliis ad alios cnnseqnenter per generationes varias devenient: illud enim superius quoque dixerat, *relinquent alienis divitias suas*. *Vocaverunt nomina sua in terris*. Par erat, ait, ut per fidem & præclaram institutionem id efficerent, ut ipsnrum nomina in cælis describerentur; illi autem in terris vocaverunt, cum cognomines sibi urbes construerent.

13. *Et homo cum in honore esset non intellexit*. Quæ causa fuerit quod ipsi eo lapsi sint ut alte de se sentirent, enuntiat ille, videlicet carnis concupiscentiæ. Hoc autem est honorem proprium non intelligere, quod scilicet ad imaginem Dei facti sint. Ad similitudinem autem jumentorum insipientium, præ cælestibus tabernaculis terram incolere delegerunt, & sepulcra a Deo concedendæ vitę prætulerunt.

14. *Hæc via illorum scandalum ipsis*. Viam divinæ litteræ cujusque hominis vitam appellare consueverunt, & vitę hominum tempus. Hanc ergn, ait, asperam & odiosam vitam paravit illis, quia rectum nihil sentirent. Sed quandn in illa profecerunt tum scandala ne sentiebant quidem. *Postea vero in ore suo complacebunt*, quasi dicat; confitebuntur pœnitentiam agentes, quod in hujusmodi via incesserint; sed quando non erit ultra pœnitentiæ tempus.

15. *Sicut oves in inferno positi sunt*. Quando

no-

noluerunt sub bono pastore agere: sed repulso honore, perinde atque jumenta corpore corrupti sunt; idcirco pecora inferni effecti sunt, ita ut demum pastor eorum ad pascua sua abducat eos, alios quidem in ignem æternum; illos eo ubi fletus & stridor dentium: alios in tenebras exteriores.

Adjicit Daniel Barbarus. Ceterum juxta Symmachum: Hæc via illorum dementiæ ipsis, posteri vero illorum sermonem probabunt. Non enim primis sat fuit uti dementiæ via, nisi etiam perniciosum posteris exemplum facti simile ad sui imitationem studium illis relinquerent, ut & posteri ipsi in morum suorum via sibi placerent, & illos imitatione sequerentur.

Et dominabuntur eorum justi in matutino. Non ulterius, quemadmodum in hac vita cum essent, adversus pios homines insurgunt; verum contra qui matutino tempore dignati sunt & novo lumine, impiis imperabunt. *Et auxilium eorum veterascet in inferno &c.* Omne, inquit, auxilium eorum, scilicet virtus quam obtinebant ex gloria, morte dissolvetur. Illud enim, *veterascet*, pro, solvetur, positum est.

16. *Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me*. Mei, inquit, ita loquentis animam redimet Deus, ut ne una abducatur illa, & deferatur cum ovibus inferni.

17. *Ne timueris cum dives factus fuerit homo*. Cum didiceris, ait, qui finis erit impiorum, ne beatos prædices eos qui in vita divites & opulenti sunt, neu timeas quasi omni spe interclusus, nec ut magnis orbatus præsentis vitæ bonis, animo deficias. Probe nosti quia te expectat redemtio a morte & vita æterna. Qui autem a multis prædicatur ob divitias gloriamque, & ob illam falso nuncupatam sapientiam, nihil plus habebit, nudatus quippe omnibus, a vitæ bonis abripietur.

18. *Quoniam cum interierit non sumet omnia*. Hoc solum lucri, ait, a divitiis accepisse videntur impii, quod anima eorum in hac mortali & temporanea vita ab divitiis celebrata fuerit. Laudati scilicet & felices dicti, ob bona quæ habere videbantur. *Neque descendet cum eo gloria ejus &c.* Quoniam inquit, omnia temporanea, tum gratiam reddet tibi creatori hujusmodi homo, cum ejus facultates auxeris.

19. *Introibit usque in progenies patrum suorum*. Imitabitur, inquit, patrum suorum studium: & cum ex improbis ortum ducat, improbitatem excipiet. *Usque in æternum non videbit lumen*. Omnes enim qui hoc modo sentiunt, animo cæcutiunt, neque in hac mortali vita lumine cognitionis illustrati, neque in futura æterno lumine donandi.

Psalmus *Asaph*. XLIX.

Argumentum.

Psalmum canit Asaph, personam inferens legislatoris, qui antiqua sacrificia evertit, & quæ ad novum Testamentum pertinent dona cum laude conjuncta adfert.

1. DEUS *deorum Dominus loquutus est, & vocavit terram*. Sancti ut dii apud Deum sunt: *Dedi te Pharaoni in Deum*, & *Ego dixi: dii estis*. (Exod. 7. 1. Psal. 46. 6.) Quandonam ita a Deo vocantur, nisi cum incarnatus loquutus est, & totam convocavit terram? Quid vero loquutus est, nisi: *Euntes baptizate omnes gentes*; & illud: *Oportet prædicari Euangelium hoc in universo mundo?* (Matth. 28. 19. Marc. 13. 10.)

2. *Ex Sion species decoris ejus*; Nam ex superna Sion secundo adveniet.

3. *Deus manifeste veniet*. Non enim perinde atque in primo adventu incognito veniet; sed ut ipse ait: sicut fulgur quod omnia implet ab Oriente ad Occidentem. *Deus noster & non silebit*. Non sicut ante silebat, & nihil agebat contra impios, ita tunc erit. *Ignis in conspectu ejus exardescet*. Ignis, ut propter impietatem merentes tradat comburendos: simile autem illud: *In conspectu illius volvebatur fluvius igneus*. Hæc ipsa mirabilia sane vidit Daniel. *Fluvius* enim, inquit, *ignis volvebatur in conspectu ejus: thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis accensus*. (Daniel 7. 10.) Ignis autem, aut lumen ex eo manans significat, nam Christi cognitionem præcedit lumen spirituale; cujus figura est columna ignis quæ Israelem nocte ducebat; aut indicat nos omni peccatorum genere frigidos a Salvatore accensos ad studium omnis boni. Ignis vero ille ceu spiritualis, sancti Spiritus participationem inducit. Ait enim ille: *Ignem veni mittere in terram*. (Luc. 12. 49.) Siquidem spiritu viventes effecti sumus quotquot tali gratia dignati sumus. Quamobrem in omni Spiritus gratia ignis manifestatio una inducitur; baptizamur enim in Christo secundum Joannis vocem in Spiritu sancto & igne. Ait item prophetarum quidam: *Ipse egreditur quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: & descendet conflans & purgans ceu aurum & argentum*. (Malach. 3. 2.) Omnem quippe maculam in nobis tabefacit Spiritus sancti virtus. Sed nihil profuit synagogæ Judæorum quia gratiam non admiserunt, de quibus apud Jeremiam dicit Deus: *Defecit conflator ab igne, defecit plumbum. In vanum argentarius argentum signat: malitiæ eorum non tabefactæ sunt*. (Jerem. 6. 29.)

4. *Advocabit cælum desursum*. Olim qui in terra degebant partes vulpium erant, ut in psalmis dictum est, impuros colentes spiritus, & in singulis locis Deum existimantes esse id quod apparebat. Sed ubi apparuit Salvator, illustravit nos vera Dei cognitionis luce, reduxit quod erraverat, obligavit quod infirmabatur, utpote pastor bonus: feras expulit ab ovili ovium, sanctificavit spiritu, munivit virtutibus Angelicis, constituit omnes qui in terra fuere sanctos mysteriorum initiatores. Advocabit igitur, inquit, Angelos qui in cælis sunt, & eos qui in terra ad apostolatum adlecti sunt, ut discernant populum ipsius. Nam Apostoli eos quidem qui obtemperarunt, Deo obtulere, infideles autem Satanæ transmisere, tantum non dicentes: Abscedite igitur ad lucem ignis vestri, & ad flammam qua combusti estis. Judæis itaque non credentibus ajunt: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes*. (Act. 13. 46.) Quod autem mysteriorum dispensatoribus eorumque discipulis Angeli auxilientur, declarat Paulus dicens: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capturi sunt salutis?* (Heb. 1. 14.) Hoc item indicavit scala quam vidit Jacob a terra ad cælum pertingentem, super qua firmiter consistebat Dominus, Angelis sursum deorsum discurrentibus. Ejusmodi item illud est: *Castrametabitur Dominus in circuitu timentium eum, & eripiet eos*, (Psalm. 33. 8.) dum itaque illi auxiliantur discernunt populum.

Advocabit cælum desursum. Justos scilicet, qui cæleste institutum sectantur congregabit in supernis mansionibus. *Et terram discernere populum suum*. Peccatores jubet omnesque in terra degentes congregare, ad separandum justos a non justis.

Mat. 13. 41. 5. *Congregate illi sanctos ejus.* Quasi ad Angelos est sermo, juxta illud a Domino dictum: *Et mittet Angelos suos, & congregabunt justos ex quatuor ventis terræ. Qui ordinant testamentum ejus super sacrificia.* Sacrificia dicit spiritualia.

6. *Et annuntiabunt cæli justitiam ejus.* Gloriam, inquit, Deo tribuent cæli, quia scilicet homines cælestibus mansionibus dignatus est. Optat ut sancti prioris populi ante futurum judicium finem faciant sacrificii per mactationem brutorum fieri soliti, & illud assumant quod secundum scientiam & cognitionem offertur. Super his cælestes virtutes judicem celebrant, quia a sanctis incepit, & cæli annuntiant justitiam ejus, de eorum salute una lætantes. Terrenum vero domicilium ei ordini relinquetur qui cælesti vocatione dignatus non fuerit. *Quoniam Deus judex est.* Hic manifesta Christum dicit Deum: nam omne judicium dedit Pater Filio. Quod si omne judicium dedit illi: & Deus judex est: ergo Deus est Christus.

7. *Audi populus meus & loquar tibi.* Cum novam legislationem introduceret, ne quis humanum verbum esse, aut a quadam Angelica virtute proficisci existimaret, præmittit illud: *Deus Deus tuus ego sum.* Hæc autem est sententia: Ne putes alium me asse, quod hodie alias sanciam leges: sed idem ipse sum qui apud Mosem de sacrificiis legem tuli. Testificor autem tibi, te non culpatum iri si leges Mosis prætergressus fueris. Ipse enim ego sum qui illas tunc puero meo ad utilitatem ejus tradidi, & jam testificor, tibi non necessum asse legalia de sacrificiis præcepta servare. Etiamsi enim ea non obtuleris, nihilominus sunt oblata: nam *Holocausta tua in conspectu meo sunt semper*, etiamsi non offerantur. Si autem omnino curas, ea ceu pretiosa quædam & necessaria offerre, * cum fiducia audi, me eorum nihil a te accepturum. Superflua enim mihi omnia sunt. Quandoquidem & quæ in agris pascuntur animantia boves, jumenta, volucres cæli, & pulcritudo agri omnia mea sunt, & horum nihil egeo. Quod si quando mihi necessitas foret alimenti, non ita egenus ego sum, ut a te talia postulem: *meus est enim orbis terræ.* Sed quænam grata mihi offeres sacrificia, laudem, canticum, divinum sermonem. Cum autem hæc impleveris, tum ac si legem implesses divinam, mercedem accipies; ut cum invocaveris, exaudiaris. Et declarans quem populum alloquatur, intulit. *Israel & testificabor tibi.* Exinde vero suum ostendit dominium: *Deus Deus tuus ego sum.* Qui te Ægyptiaca servitute liberavi, qui mare in viam dedi, qui in deserto enutrivi, qui eam tibi legem dedi. Nam ne alium me legislatorem existimaveris, cernens legum diversitatem.

8. *Non in sacrificiis tuis arguam te.* Nequaquam te negligentiæ in offerendis sacrificiis arguo: Illa namque offers assidue; sed præcipio ne hisce justitiam circumscribas.

16. *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras justitias meas?* Peccatorem hoc loco promulgatorem divinarum scripturarum dicit. Simile autem est huic dicto: *Non speciosa laus est in ore peccatoris.* Si namque omnia præcepta transgreditur, & omni malitiæ studet, & lingua utitur dolosa; cur postea divinas litteras in ore habet?

21. *Existimasti inique, quod ero tui similis.* Olim quidem, ait, diu toleravi, sed non jam id faciam, in medium enim tui arguendi causa adferam peccata tua, quæ tu quidem existimabas non ultra exsistere, neque in cujuspiam memoriam ventura esse. Ego vero utpote Deus ad lucem producam illa, atque apponentur in conspectum tuum. Neque abscondam quemadmodum tu facis, nec similis tui ero. Producam item illa, ut palam faciens pudore te adficiam. *Arguam te & statuam contra faciem tuam peccata tua.*

22. *Intelligite hæc qui obliviscimini Deum.* Utpote clemens, post increpationem adhortationem adjicit, dans pœnitentiæ locum. Intelligite, me non ideo tamdiu tolerare quod de facinoribus vestris gaudeam, sed ut dem pœnitentiæ locum. Alioquin abripit nos iniquus sive iniquitas nemine liberante. Eripio enim eos qui intelligunt & a malis desistunt, atque dicunt: *Injuste egimus, iniquitatem fecimus, impie egimus.* *2. Paral. 6. 37.* Nam qui adhuc in malis versatur confiteri non potest. *Nequando rapiat & non sit qui eripiat.* Nequando, inquit, auferat mors animam, pœnitentiam agite: nemo anim est qui eripiat eos qui propter peccata in inferno conclusi sunt. Abripitur enim anima, utpote omnino a Deo lapsa.

23. *Sacrificium laudis honorificabit me.* Repetit quæ dicta sunt, jubens iterum ut rationale sacrificium perficiatur. Post gravem & magnam accusationem, peccati remedium scilicet mysteriorum usum & fructum indicat. Illud quippe revera sacrificium laudis est quo Deus honorificatur. Siquidem tunc cum Angelis laudes canimus ac cum creatura stamus. *Et illic iter quo ostendam illi salutare meum.* In sacrificio, inquit, laudis, via est ad salutem a Deo paratam.

1. *In finem* PSALMUS *cantici David.* L.

2. *Cum venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Bersabee.*

Argumentum.

Hunc canit psalmum qui criminum duorum, cædis scilicet Uriæ, & adulterii cum Bersabee confessionem continet. Prophetiam quoque inducit redemtionis a peccatis omnibus per sanctum baptisma futuræ, & spiritualis Dei cultus doctrinam. Passim autem invenies duorum criminum expiationem efflagitantem.

3. MISERERE *mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.* Utpote magno lapsus crimina, magnam Dei misericordiam implorat. * *Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* Nam solis Dei miserationibus competit a crimine cædis abluere manus.

** Hisce quædam adjicit Dan. Barbarus, quæ sunt Hesychii.*

4. *Amplius lava me ab iniquitate mea*, patratæ cædis, ait. *Et a peccato meo munda me*, adulterii videlicet. 5. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.* Id quoque de cæde intelligendum. *Et peccatum meum contra me est semper.* Peccati memoriam ultro citroqua versat, adulterii videlicet, utpote quæ nondum deseruisset eum, neque abscessisset; sed semper adesset atque in angorem animi conjiceret.

6. *Tibi soli peccavi & malum coram te feci.* Quasi dicat, etsi peccando omnium oculos fugi, solos tuos non latui. Ideo dicit: *Et malum coram te feci.* Multis a te adfectus bonis contraria rependi. Non ita porro loquitur quod injuria non adfecisse Uriam existimet; nam quo pacto illud? Sed quia iniquitas maxima in ipsum vertitur Deum, qui eum ex pastore in regem adlegerat: aut quia cum omnium fugeret

geret oculos, Dei conſpectum non effugit, ſed per Prophetam reprehenſus eſt: aut, utpote Rex legi hominum non ſubjacebat; ut autem religioſus, Deo ſoli: aut quoniam nemo redarguebat, ſed ſolus corripiebat Deus. *Tibi*, inquit, *ſoli peccavi. Ut juſtificeris in ſermonibus tuis.* Me inquit, prævaricatum per Prophetam coarguiſti. Et tu quidem juſtus cum ſis, poſtquam me de inimicis ſemper liberaſti, & me regno atque prophetia ornaſti; ego autem prophanus & homicida ſum'. *Et vincas cum judicaris.* Declaratio ſive confeſſio peccatorum.

7. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Quoniam prior Dei ſcopus erat, ut non per matrimonium & corruptionem naſceremur: ſed tranſgreſſio mandati, nuptias induxit ob Adami iniquitatem, id eſt, quod datam ſibi a Deo legem vilipendiſſet. Omnes itaque qui ex Adamo oriuntur in iniquitatibus concipiuntur, proavi ſui damnatione collapſi. Illud autem: *Et in peccatis concepit me mater mea*, ſignificat Evam omnium noſtrum matrem, ceu voluptate turgentem, concepiſſe peccatum. Quapropter nos in matris noſtræ damnationem delapſos, concipi dicimus in iniquitatibus. Declarat quo pacto ab initio natura hominum ſub peccatum conciderit ex Evæ tranſgreſſione, & ſub maledictione ortus ejus fuerit. Sermonem autem altius orditur, dum divini muneris magnitudinem quærit oſtendere.

8. *Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Hæc eſt ſententia: Tu, inquit, Domine qui veritas es & veritatem diligis, cum velis nos in veritate degere purgabis nos a veteri peccato: atque ita nos hyſſopo mundabis ut ſupra nivem candidi efficiamur. Hyſſopo autem Spiritus ſancti efficaciam comparat, tamquam calidam, & ſordes omnes in nobis repurgantem. Illud autem: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi*, indicantis eſt omnia futura quæcumque Deus in propria ſapientia repoſuit ipſi per Spiritum revelata fuiſſe.

9. *Aſperges me hyſſopo & mundabor.* Poſtquam dixit: Leges dediſti divinas & conſtitutiones, jam quod majus eſt dicit: Purificationes quaſdam in lege dediſti & aſperſionem hyſſopo factam: eodem igitur ſcopo & nobis quoque ſimilia conferas, cum ipſe Deus ſis. Aut videtur myſterium quodpiam hic adumbrari. Quandoquidem enim Moſes in Ægypto ſanguinem ovis poſtibus hyſſopo aſpergere juſſus erat, pretioſiore nos ſanguine redemti ſumus. Quoniam igitur ſanguis ille præſidio & tutelæ fuit, ne læderentur ab exterminatore qui in aliqua domo degerent, merito David ſanguinis illius memoriam occulte faciens, *Aſperges me*, inquit, *hyſſopo, &c.* adumbrans purificationem illam omnibus per ſanguinem veri agni Chriſti faciendam & exoptans illam, quæ ſola poteſt perfecte purgare & nive candidiorem efficere.

10. *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam.* Curabis, inquit, ut auditu excipiam per Spiritum illam poſtremis temporibus futuram exſultationem & lætitiam. Quæ autem illa fuerit, niſi cognitio illa Reſurrectionis, quam hiſce verbis docuit: *Exultabunt oſſa humiliata?* Quando autem oſſa noſtra putrida exultabunt, niſi tempore reſurrectionis, quo, ut ait alius propheta, *oſſa*
Eſa. 66. 14. *noſtra quaſi herba germinabunt. Exultabunt oſſa humiliata.* Exultabit robur animæ meæ, quæ prius ſub peccato infirma erat.

11. *Averte faciem tuam a peccatis meis.* Rurſum ad confeſſionem recurrit.

12. *Cor mundum crea in me Deus.* Inveteratam animam, inquit, peccato putridam renovato. *Et ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.* Hoc eſt, firmum, quaſi dicat: Firma & robora mentem meam ut non ulterius facile in peccatum labatur.

13. *Et ſpiritum ſanctum ne auferas a me.* Precatur rurſum ut ſpiritus propheticus in ſe veniat. Ipſum enim propter peccatum reliquerat.

14. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Hoc ad humanum genus omne refertur. Lætitiam quidem ſalutaris, adventum Domini vocat, juxta illud a Symeone dictum: *Quia viderunt oculi mei ſalutare* Luc. 2. 30.
tuum. Rogat autem ut illius particeps efficiatur. *Et ſpiritu principali confirma me.* Quem rectum ſuperius vocavit Spiritum, hic principalem vocat.

15. *Docebo iniquos vias tuas.* Poſtquam, inquit, me a peccato liberaveris, ſtatim mihi concedas Spiritum ſanctum tuum. Tunc autem prævaricatores docebo incedere vias tuas.

16. *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ.* Rurſum pro cæde Uriæ ſupplicationem affert, ut aliquo modo ex ejus pollutione liberetur: vel potius, *de ſanguinibus*, id eſt de ſacrificiis per ſanguinem factis, ut indicant quæ in pſalmo ſubſequuntur ſic: *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique, &c. Et exſultabit lingua mea juſtitiam tuam.* Hoc Symmachus ſic interpretatus eſt. Lectio Symmachi.
Loquetur lingua mea miſericordiam tuam: nequaquam enim tacebo cum veniam ſim conſequutus, ſed laudibus te proſequar, & beneficia tua commemorabo. Siquidem, ait, legalia ſacrificia reſpuiſti, quoniam non poſſunt peccata dimittere: ideo id quod diligis obtuli tibi. Hoc autem eſt quod per pœnitentiam & cor contritum offertur.

20. *Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion.* Sion hic vocat Eccleſiam. Quando enim Deo Patri placuit omnia in Filio ſuo renovare, tunc & bona Eccleſiæ ſuæ pollicitus eſt. *Et ædificentur muri Jeruſalem.* Muros Jeruſalem, ſanctos ait, ſacrorum miniſtros qui muniunt Eccleſiam ejus.

12. *Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ.* Cum, inquit, beneficia Sioni tribues & ædificati fuerint muri Jeruſalem, tunc offerentur ſacrificia, non per ſanguinem, ſed juſtitiæ laudis ſcilicet. *Oblationem & holocauſta*, juſtitiæ ſcilicet & incruenti ſacrificii. *Tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.* Et ipſos (vitulos) juſtitiæ, ut ſint omnia juſtitiæ; ſacrificia, oblationes juſtitiæ, holocauſta juſtitiæ, vituli juſtitiæ.

Hic deſinit Daniel Barbarus.

1. *In finem, intellectus David. Cum venit Doec Idumæus & nuntiavit Sauli: venit David in domum Abimelech.* LI.

Argumentum.

Quando fugit David a facie Saulis in domum Abimelech, ac de panibus ſacerdotum comedit, accepitque Goliæ gladium, abſcedens quiſpiam rem nuntiavit Sauli. Erat autem is Doec Syrus qui ita animum Saulis exaſperavit, ut interfectum miſerit totam ſacerdotum civitatem, ac ne jumentis quidem pepercerit. Hæc igitur cum audiſſet David, iſthæc loquitur Syri perſonam ſpectantia. Referuntur item hæc ad perſonam populi Judæorum, 1. Reg. c. 22.

atque

atque Judæ. Complectitur item futurorum bonorum promissionem, & assiduam sanctorum Dei commorationem in domo ejus, quandoquidem dicit: *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei*. Quamobrem & *intellectus*, & *in finem* psalmus inscribitur. Multa enim opus intelligentia, ut ejus qui secundum carnem David est œconomię mysteriũ cognoscatur.

3. QUID *gloriaris in malitia qui potens es?* Quasi ad ipsum Syrum, aut ad diabolum eum instigantem, sermonem collimat.

4. *Sicut novacula acuta fecisti dolum*. Hoc ait, quod totam sacerdotum civitatem quasi abraserit & internecione deleverit.

5. *Dilexisti malitiam super benignitatem*. Injuste namque agebat cum sacerdotem & reliquos omnes una calumniaretur, ac quæ gesta non fuissent adversus eum deferret: quod enim diceret eum (Abimelechum) Deum circa Davidem interrogasse, id mendacium non veritas erat.

6. *Dilexisti omnia verba præcipitationis, linguam dolosam*. Omnia enim egit ad insidias, invidiam & mortem Sacerdotis reliquorumque omnium qui cum eo cæsi fuere, quare *verba præcipitationis* dicuntur, mendacia Doec. Confertim enim totam sacerdotum civitatem suis verbis quasi in profundum præcipitavit. Hæc autem jure quoque dicantur de principibus Judæorum & de ipso Juda.

7. *Evellat te & transferat te de tabernaculo tuo*. Translati quippe sunt de sacro tabernaculo suo, captivi propter Christi crucem effecti. *Et radicem tuam de terra viventium*. Simile illud: *Deleantur de libro viventium*. Psal. 68.29.

8. *Videbunt justi & timebunt*. Dum cæduntur enim impii, justi reformidant. Et tu quidem, inquit, hæc toleras: justi autem, hoc est, populi tui, conspecta tua pernicie, formidine complebuntur. Nam sufficit supplicium de te sumtum ut illi exterreantur. Etiamsi tuo erga illos beneficio ejusmodi passurus es. 7. *Ecce homo qui non posuit Deum adjutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum*. Maluit enim proditor aurum accipere, quam adjutorem habere Jesum. *Et prævaluit in vanitate sua*, quasi dicat: & vanum cor suum implere potuit, neque pœnitentia ductus finem fecit impietatis.

10. *Ego autem sicut oliva fructifera*. Floret namque semper eorum gloria qui credunt in Christum. *Speravi in misericordia Dei in æternum*. Misericordiam Dei divinæ Scripturæ Dominum vocant, quia per eum nobis misericordia concessa est. Omnia enim in seipso instauravit & reparavit.

11. *Et expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum*. In nomine tuo, inquit, fiduciam habebo, atque eam in conspectu omnium sanctorum tuorum annuntiabo. Erit enim mihi illud jucundum atque bonum.

1. *In finem pro Maeleth, intellectus, Davidi*. LII.

Argumentum.

Hunc canit psalmum in gratiam Apostolorum chori, qui & crediderant in Christum: qui exsultabant & lætabantur. Maeleth vero explicatur chorus sive chorea. Necessario autem ea quæ Christi incarnationem præcesserunt enuntiat, ut declaret quæ sit adventus ejus utilitas. Sciendum autem est totum decimumtertium psalmum eamdem sententiam habere, iisdemque ferme omnibus verbis constare; ita ut ii qui interpretationem hujus perquirunt, ex illo eam aperte mutuentur.

2. DIXIT *insipiens in corde suo: Non est Deus.... Deus de cælo prospexit super filios hominum*. Quia Deum non cogitaverunt, humana inspectantem, judicantem judicio justo, ac nefarium opus quodcumque coercentem; ideo Deus de cælo prospexit. Id enim aperte Domini ad homines transitum significat.

4. *Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum*. Non hyperbolice dicta sunt isthæc; nihil enim hyperbolice sed cum veritate omnia in Scriptura dicuntur. Omnes itaque Judæi declinaverunt a via quæ dicit: *Ego sum via*: unde & inutiles facti sunt, Joan. 14.6. cum eam admittere nollent, quia nemo faceret bonum. In ignorantia enim ejus versabantur omnes a legali scriptura excæcati.

1. *In finem, in carminibus intellectus, David*. 2. *Cum venissent Ziphæi & dixissent ad Saul: Nonne David absconditus est apud nos?* LIII.

Argumentum.

Cum fugeret David a Saule consedit in deserto Ziph. Deinde digressi Ziphæi ad Saul in quem locum profugisset indicarunt. Rogabant autem, ut accederet, atque eum comprehenderet. Ille vero accepta manibus lyra, utpote prophetico spiritu gnarus se nihil mali a Saule passurum, hæc canit. Nam profectus ad capiendum eum Saul, nuntium accepit adventus alienigenarum, & regressus properavit cum manu virorum se comitantium. Hæc autem referri videntur ad personam Apostolici chori, quasi ille narrans irruptiones Judaici populi, ac Regum gentium furorem, Deum supplicet per nomen ejus ab omnibus eripi malis. Prophetice autem edicit, futurum ut mala Deus in caput inimicorum retorqueat, ipse vero in signum partæ victoriæ sacrificia offerat. Propterea intellectus inscribitur, psalmo nos ad supra dictam sententiam deducente. 1. Reg. 26.

3. DEUS *in nomine tuo salvum me fac*. Per nomen ipsius, non per aliud quidpiam, salutem consequi rogat. *Et in virtute tua judicabis me*. Judicans enim eorum causam alios perniciet tradidit; alios salvos fecit ab inimicis.

4. *Deus exaudi orationem meam*. Bono animo meam excipe supplicationem. *Auribus percipe verba oris mei*. Simile illi: *Et nunc, Domine, considera minas eorum*. Act. 4.29.

1. *In finem, in hymnis intellectus, ipsi David*. LIV.

Argumentum.

Spiritu Propheta contemplatus quæ futura essent mala Christo per Judæos illata, ac per ipsum Judam, dolore plenus & anxietate, quam in præsenti *exercitationem* vocat: perturbatus & dubius animi, in considerando hujusmodi facinore moram extrahit, rogatque Deum ut auribus percipiat orationem suam, & id sibi concedat: secundo, ut obsecrationem precibus emissam respiciat: tertio, ut statum pre-

precantis contempletur; atque ita dignetur eum audire, quamobrem adjicit: *Intende mihi, & exaudi me*.

2. EXAUDI *Deus orationem meam &c*. Varias adfert supplicationes, rogans admitti illas. Ne despicias, inquit, me supplicantem, sed benevolo animo intende mihi, & auxilium tribue.

3. *Contristatus sum in exercitatione mea & conturbatus sum*. Anxietate namque plenus erat, videns iniquitatem in Salvatorem admissam, quam exinde docet bis verbis: *A voce inimici & a tribulatione peccatoris*. Totius autem sententiæ mens hæc est. Raspice, quæso, quam contristatus sum, quam turbatus, quam exercitatione repletus sum; hisque admissis exaudi me.

4. *Quoniam declinaverunt in me iniquitates*. Quæcumqua enim adversus Salvatorem acciderunt, ad suam ipse personam refert. 5. *Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me*. Ecce cor meum, inquit, omnia mea interiora evertit: imo etiam *formido mortis cecidit super me*. Nimirum hoc de Salvatoris morte ait, ob quam formidine plenus Propheta erat, humana permotus cogitatione: aut de morte animarum, quas per hæc facinora in exitium ruere futurum erat. 6. Sed etiam *timor & tremor* Prophetam invasit cernentem dilectum Dei hæc ab impiis pati, *contexerunt* autem eum *tenebræ*, quia scilicet tenebris digna essent quæ adversus Salvatorem patrata sunt. 7. Exinde vero quasi relictus in medio eorum qui hæc agerent, nullo relicto effugii loco, nec quo declinaret a tantis malis habens, precatur se sublimem rapi, atque instar avis per aerem avolare.

9. *Exspectabam Deum qui salvum me fecit, a pusillanimitate spiritus & tempestate*. Tempestatem vocat dolorem sibi per passionem oblatum.

10. *Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate*. Causas apponit cur eas preces fuderit.

13. *Quoniam si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique*. Hæc ad personam proditoris jure referantur. 14. *Tu vero homo unanimis, dux meus & notus meus*. Quasi dicat, a me dux constitutus es, Judas scilicet. 15. *Qui simul mecum dulces capiebas cibos*. Perinde est ac si diceret, ajusdem sæpe mensæ consors fuisti. *In domo Dei ambulavimus cum consensu*. Hoc ait quia sæpe cum illo in Templum concesserat.

16. *Veniat mors super illos & descendant in infernum viventes*. Quandoquidem noluerunt te vitam accipere, ideo mors excipiet eos. Illud autem: *Descendant in infernum viventes*. Quia videlicet scientes
Mar. 21.38. ipsum hæredem esse, dixerunt, *Venite occidamus eum*: nam cognitionem pro vita posuit.

17. *Ego autem ad Deum clamavi, & Dominus exaudivit me*. Ego ad Dominum clamavi: Ecquid clamavit? Nisi ut eriperetur anima ejus ab iis qui eam perdere quærebant. Quamobrem exauditus est.

18. *Vespere & mane & meridie narrabo*. Quasi dicat: non finem faciam enarrandi, quod exaudiens me redemeris animam meam.

19. *Quoniam inter multos erant mecum*. Quoniam multi convenerunt contra me, volentes animam auferre mihi.

20. *Non enim est illis commutatio*. Humiliabuntur, inquit, quando non habent commutationem animæ suæ. Nam cum semel pretiosum Christi sanguinem abnegarint, qui acceptus fuit in commutationem pro vita mundi, non ultra suppetit pretium redemptionis.

21. *Extendit manum suam in retribuendo*. Ipse quidem extendit manum suam bonorum largitricem ut ipsi perciperent benedictionem; illi vero non modo non receperunt, sed etiam *contaminaverunt testamentum*, scilicet euangelicum.

22. *Divisi sunt ab ira vultus ejus*. Quoniam, inquit, in benefactorem improbi & maligni fuerunt, ideo dissipavit illos in omnem ventum. *Et appropinquaverunt corda illorum*. Rursum de Juda sermonem instituit: corde, inquit, prodendi Christi consilium admisit. Et quidem lenia & blanda proferebat, sed quæ essent malitia plena. Quæ verba? nisi illud: *Ave Rabbi*, quod in prodendo protulit. Matth. 26. 49.

23. *Jacta super Dominum curam tuam & ipse te enutriet*. Simile illud: *Nolite solliciti esse, quid manducabitis, aut quid bibetis, aut quo operiemini*. Matth. 6. 31. *Non dabit in æternum fluctuationem justo*. Quasi dicat: omni tempore justos extrahet ab omni impetu inimicorum.

24. *Tu vero, Deus deduces eos in puteum interitus*. Eos scilicet qui insurgerent ut crucifigendum traderent. Puteum enim interitus infernum vocat. *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos*. Viros sanguinum dicit eos qui vitæ principem interfecerunt, qui etiam tempus vitæ suæ non perfecerunt, Romanorum gladio traditi.

1. *In finem, pro populo qui a sanctis longe factus est, ipsi David in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth*. LV.

Argumentum.

David Saulem fugiens sexcentos viros habuit 1. Reg. c. 27. sequentes se. Deinde transiens in Geth, cum honore excipitur ab alienigenis, nam ipsi separatim in domicilium tradiderunt Sicelam. Referri item potest psalmus ad personam Ecclesiæ, quæ quidem olim procul a sanctis posita erat, quo tempore erat idololatriæ dedita, & dæmonibus serviebat. Ea antem a spiritualibus inimicis erepta est per eum qui ex semine David secundum carnem prodiit, qui bellum pro nobis gessit, & quasi in cippo victoriam pro nobis partam descripsit. Tunc enim eum alienigenæ honore adsecerunt, id est, qui ex gentium numero crediderunt in eum.

2. MISERERE *mei Deus quoniam conculcavit me homo*. Aut de Saule illud David ait, aut sanctus quilibet, ob ærumnas quæ in hac vita aceidunt. Plerumque autem contingit ut demissus noster homo hoc gravissimum subeat bellum, tota die per satanam impugnatus, atque ab ipso conculcatus. Licet enim hominem psalmus commemoret, attamen ipsum satanam plerumque in divina Scriptura nominatum, aut aliquem ex ejus commilitonibus subindicat. Ceterum hæc ab ipso gentilium populo respondendo cantari consentaneum est, qui diuturno tempore per satanam deceptus ac circumventus fuit, ejusque bellum per dæmonum insidias sustinuit: quos in sequentibus apertius subindicat.

3. *Conculcaverunt me inimici mei tota die*. Sciebat Saulem insidias sibi parare, instigantibus invisibilibus dæmonibus. Aut illud indicat: *Non est nobis pugna cum carne & sanguine, sed cum spiritualibus nequitiæ in cælestibus*. Ephes. 6. 12. *Quoniam multi bellantes adversum me, ab altitudine*. Etiamsi irrumpant, inquit, sed spe tui fretus omnes superabo. Hæc enim spes tantam mihi tribuit fortitudinem, ut eos qui mihi hostes olim erant minime reformidem.

5. *In Deo laudabo sermones meos*. Ab inimicis, inquit, bello appetitus, ut nihil lædar arma sumsi, sermones meos omnes in cantica converti & Deo obtuli, spemque in illum collocavi: quamobrem universæ carnis timorem ejeci.

6. *Tota die verba mea execrabantur*. Ego quidem, ait, tota die verba mea Deo offerebam; illi vero non finem faciebant tota die curandi ut malum mihi infligerent. *Inhabitabunt & abscondent, ipsi calcaneum meum observabunt*. Illud, *inhabitabunt*, pro, *congregabuntur* positum est. Hæc est autem sententia. Ita, inquit, tota die in eo operam ponebant, ut dicta in me commoverent, omnesque eorum cogitationes contra me vertebantur, ut curarent omnes una convenire atque clam in me conspirationem conflare, sed nec hactenus sistere gradum, imo etiam calcaneum meum, id est vitæ meæ rationem curiosius observare, si quomodo possent me deturbare. Atque vestigia mea curiosa considerabant, quocumque loco incederem, ut me comprehenderent. Et hæc quidem ii qui me frustra persequebantur adversum me perpetrabant. Tu autem, Domine, spes mea, me quidem ab ea injusta conspiratione libera, ipsos autem adortus, tua ipsius ira deturba.

7. *Deus vitam meam annuntiavi tibi*. Fiduciam, inquit, habens, nec pudore vitæ meæ adfectus, eam tibi totam renuntiavi. Tu autem eam acceptam habens lacrimas meas non repulisti, sed posuisti ante oculos tuos, tuam confirmans promis-
Esai. 58. 9. sionem quæ ait: *Te adhuc loquente dicam: Ecce adsum*. Quamobrem contigit ut cum me exaudires inimici mei retro cederent: Unde dico: *In quacumque die invocavero te*.

10. *Convertentur inimici mei retrorsum*. Ipsis, inquit, operibus accepi accurateque novi, non vanam esse spem meam; sed Deum me adjutorem habere.

12. *In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationis tibi*. Quandoquidem tua nos œconomia dignatus es, inquit, & salutem nobis tribuisti, quid retribuemus tibi nisi hostias laudis? 13. *Quoniam eripuisti animam meam de morte*. Spirituali, inquit, quæ est ignorantia Dei. *Et pedes meos de lapsu*. Peccati scilicet, ipsum enim conjecit in mortem. *Placebo coram Domino in lumine viventium*. Qui enim a peccato liberatus est, & mundus est effectus, hic in futuro sæculo in regione viventium Domino placebit. Quod autem eripiamur a morte, liberemur a peccato, partem habeamus in terra viventium, id nobis conciliavit Domini adventus. Quamobrem tituli inscriptio ipsi David inscribitur psalmus.

1. *In finem, ne disperdas David, in tituli inscriptionem, cum fugeret a facie Saulis in speluncam*. PSALMUS LVI.

Argumentum.

1. Reg. c. 24. David insequentem Saulem fugiens venit in speluncam cum viris quadringentis, quando vestimenti Saulis oram exscidit. Tunc autem hunc psalmum cecinit, qui refertur etiam ad ea quæ nostrum gratia Christus peregit, cum in novissimis diebus cum carne visus in terra corruptionem abegit a nobis.

2. MISERERE *mei Deus, miserere mei*. Ex persona humanitatis canticum ipsi offert. *Quoniam in te confidit anima mea & in umbra alarum tuarum sperabo*. Mos est divinæ Scripturæ virtutem Dei inspectricem alas nuncupare, juxta dictum illud: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmo-* Mat. 23. 37.
dum gallina congregat pullos suos sub alas. In auxilio, inquit, tuo spem habeo. *Donec transeat iniquitas*. Id est, donec satanas ex medio tollatur, ac quæ cum illo sunt malignæ potestates.

3. *Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui benefecit mihi*. Confitebor, inquit, & gratias tibi benefactori reddam. 4. *Misit de cælo & liberavit me*. Domini adventum aperte prædicat. *Dedit in opprobrium conculcantes me*. Spirituales videlicet & adversarias potestates. *Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam*. Misericordia & veritas Patris, Filius est.

5. *Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum*. Catulorum leonum spiritualium videlicet. *Dormivi conturbatus*. Quoniam, inquit, ereptus sum a spiritualibus catulis leonum, ideo, inquit, requiescam, etiamsi olim ab iis conturbatus sum. *Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ*. Ea significans quæ tempore passionis Domino contigerunt, cum ad
Pilatum clamabant Judæi adversus Christum: *Tol-* Joan. 19. 15.
le tolle, crucifige eum, &, *Si non esset hic malefa-* Joan. 18. 30.
ctor, non tibi tradidissemus eum.

6. *Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua*. Etiamsi, inquit, demisisti teipsum propter nostram salutem ad voluntariam exinanitionem, & factus es obediens usque ad mortem; sed rursum ascendito ad cælos, quia cum ascenderis totam terram gloria tua replebis.

7. *Laqueum paraverunt pedibus meis*. Eos, ait, qui me laqueis dejiciebant, curasti ut in foveam quam fecerunt inciderent. Quamobrem hac re præclare acta super cælos exaltare.

8. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*. Rogat sibi dari Spiritum sanctum, quem missurum se in cælum ascendens Unigenitus pollicitus est, paratum esse cor suum ajens ad eum recipiendum.

9. *Exurge gloria mea*, gloriam suam Spiritum propheticum appellat. *Exurge psalterium & cithara*. Psalterium dicit animam, citharam vocat corpus. *Exurgam diluculo*. Quando, inquit, spiritualem lucem sentiam exurgam ad cantandum.

10. *Confitebor tibi in populis, Domine, psallam tibi in gentibus*. Omnium gentium conversionem annuntiat per confessionem suam, quia nimirum omnes gentes hymnos ejus concinunt. *Quoniam magnificata est usque ad cælos miseri-*
cordia tua. Simile huic: *Quia & ipsa creatura liberabi-* Rom. 8. 21.
tur a corruptione, in libertatem filiorum Dei. *Et usque ad nubes veritas tua*. Veras, inquit, nubium, id est, Prophetarum voces re ipsa comprobasti.

1. *In finem, ne disperdas, Davidi, in tituli inscriptionem*. PSALMUS LVII.

Argumentum.

Eamdem ipsam quam superior hic Psalmus habet inscriptionem, imo potius palam enarrat qui finis eorum fuerit qui adversus Salvatorem insurrexerunt.

2. SI *vere utique justitiam loquimini*. Quia adversus Salvatorem congregabantur, quasi legis ulciscendæ causa, jure illis propheticus Spiritus jubet; ut si quam juris & æqui curam habeant, recta sive justa judicent. At illi nequaquam justa judicabant cum innoxium &

justum

justum vellent interficere. 3. *Etenim in corde iniquitates operamini in terra*. Etsi, inquit, lenes videantur sermones, ex dissimulatione ulciscendæ legis; sed cor plenum acerbitate, & opera similiter iniquitate plena sunt.

4. *Alienati sunt peccatores a vulva*. Ostendit eos nullam omnino habuisse salutis causam. 5. *Furor illis secundum similitudinem serpentis*. Furorem animam dicit, quam similem ait serpenti illi qui in Paradiso versabatur, qui simulatis amicitiæ verbis, mortem induxit. Quando igi- *Joan. 3. 2.* tur & hi quoque, *Rabbi*, &, *magister* dicentes, &, *scimus quoniam a Deo venisti*, & hujusmodi verba proferentes, crucem ipsi machinabantur; idcirco serpenti comparati sunt. *Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas*. Non modo, inquit, serpenti comparari possunt, sed etiam aspidi, venenum in dentibus habenti, quæ nolit audire incantatores ut furorem sedet. Hæc autem ideo dicit, quia illi juxta Esaiæ vocem aures suas aggravarunt ut non audirent sermones Domini.

7. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum*. Dentes hic vocat sycophantias quas adversus Dominum struxerunt, maxime autem eas quæ Resurrectionem spectarent, aut dentes virtutem appellat, quia leonum vis in dentibus est. 8. *Ad nihilum devenient tamquam aqua decurrens*. Despicabiles, inquit, erunt, perinde atque effusa aqua prorsusque inutilis. *Intendet arcum suum donec infirmentur*. Arcum hic vocat sententiam quam in divino tribunali laturus est. Illud autem, *donec*, pro, *&*, jacet; ut sententia sit, *& infirmabuntur*. 9. *Supercecidit ignis & non viderunt solem*. Injecti, inquit, in ignem æternum, solem justi- *Psal. 26. 10. juxta 70.* tiæ non viderunt. Simile autem est illud: *Tollatur impius ut non videat gloriam Domini*.

10. *Prinsquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum*. Rhamnus est spinosa arbor, loquitur autem de spinea corona. Priusquam, ait, augeantur spinæ vestræ, id est peccata vestra, & rhamnus fiant, id est efflorescant & fructum ferant, invadet vos ira divina.

11. *Lætabitur justus cum viderit vindictam*. Justi, inquit, cum e medio sublatos improbos dæmonas tempore justi judicii conspicient, de justo Dei judicin gaudebunt. Quia scilicet innoxii reperti sunt, atque liberi a supplicin pro morte infligendo. Illud enim, *lavabis*, de innocente ac- *Psal. 25. 6.* cipiendum, juxta illud: *Lavabo inter innocentes manus meas*. 12. *Utique est Deus judicans eos in terra*. Illud, *utique*, pro, *revera*, positum est. Utique est Deus judicans eos. Confitentur, vere justum esse judicium Dei in eos latum.

1. *In finem, ne disperdas, Davidi, in tituli inscriptionem, quando misit Saul, & custodivit domum ejus, ut eum interficeret*. PSALMUS LVIII.

Argumentum.

Livore in Davidem ductus Saul, etiamsi beneficus sibi erat, quærebat interficere eum, modo ejaculans in eum hastam, modo nbsidens in domo. Refertur autem ad persnnam Salvatoris, qui ingratum Israelem beneficiis affecit, cujus personam ferebat Saul, insidiis autem ejus appetitus est. Prænuntiat quoque nmnium gentium vocationem, ejecto videlicet ob impietatem Israele, ab eo quod secundum Deum est vitæ instituto.

2. ERIPE *me de inimicis meis Deus meus*. Rogat ab inimicis cum sensibilibus tum spiritualibus eripi. Isti enim iniqua agentes invidebant ipsi.

5. *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine*. Simila illi est: *Quia iniquitatem non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus*. *Esa. 53. 9.*

6. *Intende ad visitandas omnes gentes*. Rngat converti ad Christi fidem idololatras, & ejici Israelem ob iniquitatem suam. 7. *Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem*. *Convertentur ad vesperam*. Causam dicit cur precetur ut non misereatur eis. Causa vero est quia conspiratinnem adversus Salvatorem facturi erant, quo tempore illa in novissimo dierum in mundum cum carne advenit. *Et famem patientur ut canis*, famem quidem patientur quod panem vivificum non accepturi sint. Canes autem vocat illos ob impudentiam animi. Illud autem: *Circuibunt civitatem*. Quia scilicet patria lapsi & Imperatorio decreto ejus accessu prohibiti, extrinsecus circumeunt, vixque procul eam conspicere possunt. *Hadrianus Imperator vetuit Judæos Jerosolymam accedere.*

8. *Ecce loquentur in ore suo*. Quasi dicat, blasphemabunt. *Et gladius in labiis eorum*. Illud scilicet: *Tolle, tolle, crucifige eum*. 9. *Et tu, Domine, deridebis eos*. *Joan. 19. 15.* Blasphemabant, inquit, & usque ad crucem parabant insidias, dicentes non conspicienda a Deo fore verba & npera ipsorum. Sed etiamsi isthæc cogitaverunt, tu Domine, eos derideri curabis. Illi quidem hæc aggredi audent, tu autem audis atque vides, ridesque vanum eorum furorem. *Ad nihilum deduces omnes gentes*. Spirituales videlicet, quæ contra Dominum bellum excitarunt. Superius dixit: *Intende ad visitandas omnes gentes*; hic vero: *Ad nihilum deduces omnes gentes*. Multum accurato usus ordine orationis per ea queis in medio est usus. Ostendens enim se non simpliciter postulare ut supplicin adficiantur, primum rogavit Deum ut ea perpenderet & gesta examinaret. Exinde narravit qualia ipsi fecissent, rati neminem esse qui rebus provideret. Ac tunc de supplicio sumendo hæc subjunxit: His de caussis merito de illis poenas sumes, atque supplicio ad nihilum eos deduces.

10. *Fortitudinem meam ad te custodiam*. Illi quidem, ait, eo pacto adversum te impie egerunt: ego vero Propheta qui isthæc loquor, spiritualem fortitudinem meam, & regnum meum per te conservatum retinebo: quia scilicet patrocinaris mihi, & antequam precarer me misericordia tua circumplexus es, ut etiam ruinam inimicorum meorum conspicerem.

12. *Ne occidas eos, nequando obliviscantur legis tuæ*. Precatur ut non funditus deleatur genus eorum qui insurrexerunt adversus Dominum. Sed rogat magis ut dispergantur, & in captivitate vitam agant, propter *delictum oris eorum*, & propter eorum superbiam.

13. *Et de exsecratione & mendacio annuntiabuntur in consummatione*. Evulgetur, inquit, eorum consummatio, propter maledicta quibus te nnerant, gloriam tuam calumniantes. Consummationem autem, non generis universi exitium, sed eversionem gloriæ eorum appellat. Gloria autem eorum sunt legales cultus atque ritus, divinum templum, Prophetæ, Principes sacerdotum, Doctores legis, apparitin Angelorum, quæ confertim omnia post Domini cædem consummata sunt.

14. *Et scient quia Deus dominatur Jacob, & finium terræ*. Omni gloria spoliati, inquit, re & opere cognoscent, quod tu sis Dominus Jacob, qui in fines terræ extendisti Ecclesiam tuam.

15. *Convertentur ad vesperam*. Resumit ea quæ prius dixerat, ut prophetiam adversus eos datam firmiorem efficiat. 16. *Ipsi dispergentur*

tur ad mandacandum, si vero non fuerint saturati & murmurabuat. Circuibunt quærentes verbum Domini, nec invenient. Quod si quando aliqua percepta Scripturæ divinæ sententia, videantur ea ad satietatem usque frui; ita quoque murmurabunt, utpote qui semper murmuratores sint & adversus Deum loquantur.

17. *Ego autem cantabo fortitudinem tuam*. Illi, inquit, hoc modo: Ego autem populus scilicet ex gentibus conversus, qui tuam novi virtutem, gaudebo de tua misericordia quæ in lumine advenit, in die resurrectionis tuæ. Per eum namque patrocinatus nobis es, & refugium in tribulatione effectus. Quapropter psalmos tibi Deo qui mei misertus es persolvo. *Quia fuisti adjutor meus & refugium meum*. Semper enim tuo potitus sum auxilio, ac per providentiam tuam, occurrentes effugi calamitates. Cujus rei causa te solum agnosco Deum, te misericordiæ & clementiæ fontem voco. Hæc beatus David longe ante propheticis videns oculis Judæorum calamitates prædixit; atque se promisit semper Dominum laudibus celebraturum: ac promissa complet piorum persona canticum offerens.

1. *In finem. Pro his qui immutabaatur; 2. in tituli inscriptionem, ipsi David, in doctriaam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ & Syriam Sobal, & convertit Joab & percussit in valle Salinarum duodecim millia*. PSALMUS LIX.

Argumentum.

Cum perspicua sit historia, quod accurate in secundo Regnorum descripta sit, id dicemus quod in ea utile occurrit. Personam scilicet Davidis referri ad personam Domini, qui & mutationem & novitatem rerum in novissimo temporum dedit, & alienigenas gentes percussit, id est spirituales. Hæc namque scriptura ad doctrinam & institutionem nostram enarrat. Docemur itaque, quo tempore qui ex semine David secundum carnem est inimicos percussit, & gentes sibi proprias effecit Judæorum populus, cum supplicium ob Christum (necatum) sentiret, quodammodo & ipsum converti, postulantem dari sibi gratiam per Christum. Deplorat autem primum illatam sibi ob impietatem in Christum ruinam, quare ait.

3. DEus *repulisti nos & destruxisti nos, iratus es & misertus es nobis*. Supplicium, inquit, de nobis sumsisti ob nostram erga te impietatem. Sed misertus es nobis; illud autem, *misertus, es* pro, *miserere*, positum est, aut alio modo, *misertus es*, miseros effecisti, ita ut propter calamitates jam tempus sit ut nobis misericordia impendatur. 4. *Commovisti terram & conturbasti eam*. Jerusalem dicit, quia obsessa fuit & templum ejus solo æquatum. Aut spiritualem eorum terram dicit, quæ propter aversionem quæ ipsi obvenit commota est. *Sana contritiones ejus quia commota est*. Rursum quæ gesta sunt enarrat.

5. *Ostendisti populo tuo dura*. Multitudine, inquit, calamitatum, quasi vino quodam soporem nobis effecisti, ac dolore animas nostras complevisti. *Potasti nos vino compunctionis*. Ita Aquila est interpretatus: [Lectio Aquilæ.] *Potasti nos vino soporis*. Vinum compunctionis, supplicia in Scripturis memorata vocat, prænuntiata illis ob ipsorum erga Christum impietatem. Dum legunt enim, & quæ prædicta sunt experientia ediscunt, conscientia compunguntur. 6. *Dedisti metuentibus te significationem ut fugiant a facie arcus*. Significatio est illuminatio, qua potest discretio haberi spirituum, necnon boni & mali. Hac enim præditi notitia, fugimus a malis, longeque declinamus ab improbo opere & a maligno spiritu. *Ejusdem*. Nos, inquit, ob nostram impietatem supplicio sumus adfecti: at qui timent te, signum acceperunt (palam autem est illud signum esse quo obsignati sumus) ut omni supplicio liberi sint. Hujus autem signi typus erat sanguis ovium in Ægypto postibus inspersum.

8. *Deus loquutus est in sancto suo*. Simile huic: *In novissimo dierum istorum loquutus est nobis in Filio*. [In Hebr. 1. 1.] Ipse namque est Sanctus Dei & Patris. Quid & cui loquutus est? Postquam in præcedenti psalmo precatus fuerat: *Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua*; ideo respondet, se quidem Sichima divisurum, id est, regiam Israelis quæ in Sichimis erat. Nam dedit eam alienis gentibus, quæ crediderant in ipsum. *Et convallem tabernaculorum metibor*. Convallem divina Scriptura omnium hominum domicilium vocat. Hanc igitur omnem convallem in tabernacula mihi dimetiar; id est ecclesiarum plenissimam efficiam.

9. *Meus est Galaad & meas est Manasses*. Per Galaad & Manassen significat se in adventu suo Judæis primum gratiam prædicaturum. Imo etiam Ephraim & Judas duæ regiæ tribus Israel gratiam similiter accipient. Illud autem: *Fortitudo capitis mei*, positum est pro, fortitudo principatus mei. Imperii enim sui, id est, Israelis fortitudo Ephraim erat; ex eo namque Regnum Israel erat. *Moab olla spei meæ*. Olla est vas. Ait autem Moabitas qui nuper athei erant, spem in eum accepturos esse. *In Idumæam extendam calceamentum meum*. Idumæam quoque, inquit, circuibo. Idumæa item aliena gens erat. His autem nobis declaratur, gentes etiam ejus fidem amplexuras esse: quare ait: *Mihi alienigenæ subditi sunt*.

11. *Quis deducet me in civitatem munitam?* Cum per Spiritum audisset Propheta, gentes gratiam esse accepturas, ait: *Quis deducet me in civitatem munitam?* Civitatem autem munitam vocat Ecclesiam, quæ Dei virtute circumvallata est. Hæc autem Propheta ait quasi ex persona pœnitentis Judæorum populi, & optantis accipere fidem in Christum. *Aut quis deducet me usque in Idumæam?* Declarat quæ sit civitas munita. Quæ igitur est, nisi Idumæa? Per Idumæam enim significat omnes gentes quæ fidem acceperunt. 12. *Nonne tu Deus, qui repulisti nos?* Quis alius, ait, nos in civitatem munitam duxerit, nisi tu ipse qui propter iniquitates nostras, nos a tua familiaritate repulisti?

13. *Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis*. Non per humanam, inquit, belli societatem, ab ingruentibus nobis calamitatibus eripi speramus, sed per tuum solum auxilium. *Et vana salus hominis*. Qui sperat in salutem hominis vanam sibi spem proponit. Apertius Symmachus interpretatus est, adjiciens particulam conjunctivam ac dicens: *Da nobis auxilium de tribulatione. Etenim vana salus hominis*. [Versio Symmachi.]

14. *In Deo faciemus virtutem*. Auxiliare, inquit, iis qui se male habent. Tu namque solus potes calamitatibus liberare. Hominum enim auxilia te non annuente vana sunt. Ejus itaque providentiam invocabimus, & in ejus virtute confidemus. Hæc enim sola sufficit ad gravia quæque solvenda, & ad inimicorum nos impugnantium potentiam opprimendam. Mutuis ceu vocibus

cibus colloquuntur, dicuntque se in solo Deo A spem reposuisse. Quamobrem ait: cum a solo Deo vim futuram nobis speraverimus, tunc nihil esse inimicos nostros reperiemus.

1. *In finem in hymnis David.*

PSALMUS. LX.

Argumentum.

Gratias Deo refert cum pro seipso, tum pro po- B pulo salutem per gratiam adepto. Pollicetur autem se cum in æternis degerit mansionibus incessanter laudes emissurum.

2. EXAUDI *Deus deprecationem meam.* Quoniam potentiam ac tyrannidem dæmonum respiciens, anxietate plenus sum; ideo obsecro, ut ad nostrum conspectum veniens eripias nos de manu eorum qui vim nobis inferunt. Illud autem, *A finibus terræ*, significat eum pro toto orbe terrarum supplicationes offerre. 3. *A finibus terræ ad te clamavi.* Quoniam stationibus multis Babylon a Pa- C læstina distat, extrema orbis inhabitare se putabant, qui in captivitatem deducti eam terram incolere jussi fuerant. *In petra exaltasti me.* Declarat se cito

Esai. 58. 9. exauditum, juxta illud: *Adhuc te loquente dicam: Ecce adsum.* Aperte autem prædicat per quem salus futura sit, exaltatum enim se in petra fuisse ait. Fortiores namque, ac superiores mala inferentibus dæmonibus per Christum effecti sumus, qui a beato Paulo petra appellatus est.

4. *Deduxisti me quia factus es spes mea.* Si enim ipse via est, & ipse porta, palam est eum nos bonam incedere viam edocturum, atque curaturum D ut in eum speremus. *Turris fortitudinis a facie inimici.* Quasi diceret: Turris mihi ac præsidium fuisti ut mala inferentibus inimicis nihil lædar.

5. *Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula.* Per bona quæ jam acceperat, factum ut de futuris speret: quia in supernis tabernaculis constitutus, sub ejus tegumento & præsidio semper deget.

6. *Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.*

Mat. 25. 34. Ecqua hæreditas illa nisi regnum cælorum? *Venite* enim, inquit, *benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*, & cætera; ita ut regnum Dei possideant, & Chri- E stiani in terra dicantur.

7. *Dies super dies Regis adjicies.* Significatur partem hæreditatis esse vitam æternam. Illud enim est, dies super dies annis Regis adjici. Significat enim per dies tempora quædam & sæcula. *Permanet in æternum in conspectu Dei, misericordiam & veritatem ejus quis requiret?* Præpostere sermo positus est, ut hæc sit sententia: Si quis requirat misericordiam & veritatem ejus, hic per infinita sæcula manet in conspectu Dei.

8. *Sic psalmum dicam nomini tuo in sæcula. Sic*, Quomodo? nisi manendo in conspectu tuo in futuro sæculo. Tunc enim beata illa mansione di- F gnatus, sine fine hymnos emittam. Sic & non alio modo, gloriam & laudes proferens homo, non finem faciet in sæculum reddendi Domino vota sua. Fideles namque non cessant quotidie divina celebrare mysteria.

1. *In finem. Ab Idithum*, PSALMUS *ipsi David.* LXI.

Argumentum.

Idithum unus erat ex chori moderatoribus in divino Templo. Hic lapsus in peccatum a Davide psalmum accipit, qui virtutis ipsi redintegrationem paret. Prædicit autem in eo redemtionem per Salvatoris œconomiam toti generi humano futuram, eversionemque spiritualium inimicorum: adhortationemque inducit qua a peccato homines avertantur, subjiciens ea quæ judicium Dei spectant.

2. NONNE *Deo subjecta erit anima mea?* Etiamsi, inquit, commota es, o anima mea, & a statu virtutis lapsa, sed Domino subjecta esto. Quia ipse tibi patrocinabitur, & salvam te faciet ut ne ultra commovearis. 3. *Nam & ipse Deus meus.* Etenim & ipse salutem tribuet ei qui a vobis læsus est & prorsus a vestra improbitate liberabit.

4. *Quousque irruitis in hominem?* Occlamat contra adversarias potestates: quia in hominis naturam ad malum propensam irruunt, quæ ea naturali infirmitate, similis est *parieti inclinato, ruinæ proximo, & maceriæ depulsæ.*

5. *Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere.* Parum enim abfuit quin ipsa vi ratiocinandi nos privarint, cogentes adorare ligna & lapides, ut diceretur de nobis: *Homo cum in honore esset non intellexit. Cu-* Psal. 44 10.
currerunt in siti. Hunc, inquit, cursum emensæ sunt adversariæ potestates, quasi sitientes ut me privarent honoribus. *Ore suo benedicebant & corde suo maledicebant.* Hoc ait quia dulcia & grata nobis subjicientes, per ea nos maledictionis filios efficiunt.

7. *Verumtamen Deo subjecta esto anima mea.* Rursum animam alloquitur, ad subjectionem erga Deum cohortans. Declarat autem magnitudinem tentationum, illudque Apostoli ait: *Quoniam non finet vos* 1. Cor. 7. 13.
tentari super id quod potestis sustinere. 8. *In Deo salutare meum & gloria mea.* In eo spem salutis & gloriæ positam habeo. Id est, ipse me & salvum, & gloriosum, victoremque eorum efficiet.

9. *Sperate in eo omnis congregatio populorum.* Postquam in ipso primo cursum paraverat ad pœnitentiam, ad idipsum alios cohortatur, atque una propheticos omnium gentium vocationem præmuntiat. *Effundite coram illo corda vestra.* Perinde est ac si diceret; Ne accedite ad eum corde duplici. Sed ut scriptum est: *Diliges Dominum Deum tuum* Mat. 22. 37.
ex toto corde tuo & ex tota mente tua.

10. *Verumtamen vani filii hominum &c.* Gnarus omnes Evangelii vocationem accepturos, infelices prædicat eos qui non credituri sunt, maxime vero Judæorum magistros, qui & mendaces erant, utpote qui a veritate repulsi fuissent. Et non modo bilancibus & *stateris* injustitiam exercebant, sed etiam pro vanitate congregabantur. Vanæ quippe fuerunt eorum adversus Salvatorem insidiæ. 11. *Nolite sperare in iniquitate, & rapinam nolite concupiscere.* Hoc ait illis quia avaritiæ caussa insidiati sunt illi, sperantes legis se fructum accepturos ab eo.

12. *Semel loquutus est Deus, duo hæc audivi: quia potestas Dei est &c.* Deus, inquit, declaravit sermonem de judicio, ex quo hæc duo audivi: unum quidem, quod iis qui per peccatorum magnitudinem iram experierint, iram daturus; iis vero qui opera misericordiæ digna perpetrarint, misericordiam præstiturus sit. Illud enim *potestas*, iram significat, atque furorem adversus eos qui fuerint ira digni.

1. *Ipsi David, cum esset in deserto Judææ.*

PSALMUS LXII.

Argumentum.

Et hunc canit psalmum, fuglens a facie Saulis, & per institutum vitæ cum virtute actum Dei implorat auxilium. Refertur etiam ad animam quæ olim omni vacua bono fuerat, & quæ postea per Christi gratiam conversa est.

2. DEUS *Deus meus, ad te de luce vigilo.* His significat assiduitatem. Ad te, inquit, mane surgens respicio, ut hymnos tibi & orationes offeram. *Sitivit in te anima mea.* Non modo, inquit, anima mea divino amore repleta est; sed etiam *multipliciter caro mea.* Non solum enim par est nos pietatem colere, sed etiam corpore placere Deo; videlicet, per jejunium, per frequentem orationem, per chameuniam, per opera manuum, ad eleemosynam erogandam. 3. *In terra deserta & invia.* Nullum ex deserto loco nocumentum sensi, inquit, sed quasi apud sacrum tabernaculum tuum starem, hymnum offero. Illud enim, *in Sancto,* tabernaculum significat. Nondum enim divinum templum exstructum fuerat. *Sic in Sancto apparui tibi. Sic,* Quomodo? nisi sitiens atque exoptans tecum, qui sanctus es, conjungi. Quis vero sanctus ille fuerit nisi Unigenitus?

4. *Quoniam melior est misericordia tua super vitas.* Quoniam qui ad Dei misericordiam accedunt, id est ad Christum, nihil ducunt hujus mundi vitam, ejusmodi vocem proferunt, dicuntque misericordiam sibi per Unigenitum concessam, præstantiorem esse vitæ præsentis diuturnitate. 5. *Sic benedicam te in vita mea.* Hoc per totam vitam agere pergam, lingua scilicet hymnos cantabo, manus extendam, & tuam rogabo clementiam. *In nomine tuo levabo manus meas.* Non ultra, inquit, sicut ante feci, manus extendam ad Deum alienum: sed ad te solum, & tuum in precationibus nomen invocabo.

6. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Ostendit quantum sit lucrum eorum qui in ipsum solum spem posuerint. *Et labiis exultationis laudabit os meum.* Cum, inquit, in memoriam mihi venit nomen tuum, tunc gaudio replentur labia mea.

7. *Si memor fui tui super stratum meum.* Illud: *Si memor fui,* positum pro, *cum memor sum;* ut sit sententia: cum memor tui essem, inquit, insomnes duxi noctes, laudibus tuis vacans, & illustria dona tua accipiens, quæ invocantibus te tribuis. *Quia fuisti adjutor meus, & in velamento alarum tuarum exsultabo.* Quandoquidem, ait, tu mihi custodiæ tuæ auxilium impendis, lætitiam excipio. Velamentum enim alarum vocat custodiæ auxilium. A te, inquit, protectus summopere gaudebo.

9. *Adhæsit anima mea post te.* Ne tantillum quidem possum a cogitatione mea memoriam tui avertere. Sed amoris incentivo adustus, ceu glutino quodam memoriæ, tibi desiderio conjunctus sum. *Me suscepit dextera tua.* Ecqua autem fuerit Patris dextera, nisi unigenitus ejus Filius?

10. *Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam.* Occlamat demum contra adversarias potestates, vim illatam sibi objiciens, rogans æternis ipsas tradi suppliciis. *

* A Corderio alia adferuntur quæ sunt Theodori.

12. *Rex vero lætabitur in Deo.* Postquam finem eorum enarravit qui erga Christum impii fuerunt, & declaravit in partem ipsis & sortem fore inferiora terræ, ad alium hominum statum & ordinem sermonem convertit: id est, eorum qui in Christum crediderunt, qui cum regno cælorum dignati sint, reges jure vocantur, juxta illud dictum Apostoli: *Et utinam regnetis.* Hic autem erat populus qui regnabat, quique lætabatur lætitia spirituali, quam ipsi Deus ipse largitus est. Ego, inquit, qui regnum accepi de auxilio tuo, non de ipsorum morte gaudeo. *Laudabuntur omnes qui jurant in eo.* Ita, inquit, gloria ipsorum Christus erit, eorum videlicet qui regnabunt; ut jure laudentur, quia eum juramenti Deum statuunt. Jurabunt enim per Deum verum, sicut scriptum est. *Quia obstructum est os loquentium iniqua.* Ecquinam sunt illi, nisi qui ausi sunt dicere: *Tolle de terra hujusmodi, non enim expedit eum vivere?* Horum itaque os obstructum est, postquam Dominus mortem conculcasset ac post triduum resurrexisset. Ipsarumque adversariarum potestatum os obstructum fuit, ablato per gratiam peccato, ut alibi dictum est: *Et omnis iniquitas oppilabit os suum. Deus enim est qui judicat, & quis est qui condemnet?*

1. Cor. 4. 8.

Actor. 22. 22.

Psal. 106 42. Rom. 8. 34.

1. *In finem,* PSALMUS *David.* LXIII.

Argumentum.

Hunc canit psalmum ex persona sanctorum Apostolorum, qui rogant liberari se ab inimicis Euangelicæ prædicationis, & dilucide narrant quæ adversum se a principibus populi Judaici gesta sint: quæque ipsi, videlicet populi principes, impietatis erga Christum caussa sint perpessi.

2. EXAUDI *Deus orationem meam cum deprecor.* Accipe, inquit, Domine, supplicationem meam, & mentem confirma meam, ut ne timeam impetus inimicorum. *A timore inimici eripe animam meam.* Simile illi: *Et nunc, Domine, respice in minas eorum, & da servis tuis cum fiducia loqui verbum tuum.* *

Act. 4. 29.

* Hic Corderius alia tribuit Athanasio quæ sunt Theodori.

4. *Quia exacuerunt ut gladium linguas suas.* Hæc ait, quia blasphema in Jesum dicta proferentes, dicebant Apostolis: *Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto. Intenderunt arcum rem amaram.* Arcus missili lethifera linguæ eorum dicta comparat. Quomodo enim non lethifera fuerint, quæ nituntur persuadere Jesum non credi debere Deum? 6. *Subito sagittabunt eum & non timebunt.* Insidiantes, inquit, subito impetum fecerunt, non metuentes inspectorem Deum. *Firmaverunt sibi sermonem nequam,* quod affirmarent Dominum a mortuis non resurrexisse. *Narraverunt ut absconderent laqueos.* Sursum deorsum, inquit, consilium inibant quo pacto euangelicæ doctrinæ præcones clam occiderent. *Dixerunt quis videbit eos?* Hæc, inquit, agebant rati Deum de tanta impietate pœnas non exposcere.

Act. 5. 8.

8. *Accedet homo & cor altum.* Iniqui homines, ait, finem non fecerunt mala contra Dominum machinandi: Id enim significatur per hæc verba: *Scrutati sunt iniquitatem.* At homo Dei, qui prudentia consilia init (illud enim significat, *cor altum*) cum accurate mysterium perpenderit, hymnis usus congruentibus, Deum exaltabit, juxta illud quod alibi dictum est: *Exaltabo te Domine Deus meus, Rex meus. Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum.* Postquam eorum adversus sanctos præcones impetum enarravit, jam eorum ruinam describit.

Psal. 145. 1.

10. *Et timuit omnis homo*. Quis non timeret, inspectionem & perquisitionem a Deo adversus impios factam cernens?

11. *Lætabitur justus in Domino & sperabit in eo*. Qui divinas curant leges, ingenti gaudio perfusi, spem erga Deum firmam efficient. * *Et laudabuntur omnes recti corde*. Gloriæ laudisque fructum apud homines ferent, qui a Deo diriguntur, nec sustinent extra viam rectam incedere.

* Hic alia adfert Corderius, quæ sunt Theodori.

1. *In finem* PSALMUS *David. Canticum Jeremiæ & Ezechielis populo transmigrationis, cum inciperent exire*. LXIV.

Argumentum.

In hoc psalmo personam inducit Gentium, quæ occlamantibus licet hujus sæculi sapientibus, crediderant in Christum, & jam postulant pristinæ impietatis remissionem. Ad hæc pro iis orationem emittit, qui scilicet infructuosi olim eraot, jam vero per Christi fidem frugiferi facti sunt.

2. TE *decet hymnus Deus in Sion*. Non ultra, inquit, iis quos olim deos æstimabamus hymnos canimus, gnari non par esse illos celebrari, qui ligna, lapides & dæmonia sunt. Sed tibi soli hoc officium convenientissimum est. *Et tibi reddetur votum in Jerusalem*. Aut Jerusalem terrenam ait, quæ est Ecclesia, aut cælestem ad quam cum pervenerimus laudes offeremus.

3. *Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet*. His omnium gentium vocationem annuntiat
Joel. 2. 28. juxta id quod dictum est apud Joelem: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*.

4. *Verba iniquorum prævaluerunt super nos*. Verba iniquorum dicit sapientiam sapientum sæculi hujus, qua infirmi fuerunt, a vera lapsi cognitione. *Et impietatibus nostris tu propitiaberis*. Rogant liberari ab impietate in qua olim erraverant.

5. *Beatus quem elegisti & assumsisti*. Eos qui erant virtute perfecti, & ad bravium supernæ vocationis pervenerant, beatos appellant. *Replebimur in bonis domus tuæ*. Bona domus vocat diversa Spi-
1. Cor. 12. 8. ritus dona. *Huic* enim, inquit, *datur per Spiritum sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ* & reliqua dona. *Sanctum est templum tuum*, aut cæ-
1. Cor. 3. 17. leste aut terrenum juxta dictum illud: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*.

6. *Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ*. Exaudi nos itaque & hæc nobis præbeas. In te, inquit, fines terræ sperabunt, & qui procul a mari habitant. His autem significat terminos terræ.

7. *Præparans montes in virtute sua*. Montes hic vocat adversarias potestates. *Præparans* autem ad supplicium, præparavit namque illis abyssum. Hoc autem facies, potens cum sis. *Qui conturbas profundum maris*. Mare dicit, multitudinem immundorum spirituum, quæ Christi adventu conturbatur. Quamobrem
Mat. 8. 21. metuentes ajebant: *Venisti ante tempus torquere nos*.

9. *Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos, a signis tuis*. Quando, inquit, gentes, id est, dæmonum catervæ turbabuntur, tunc qui in terminis terræ versantur homines, turbabuntur, signa magna conspicientes. Signa autem ea sunt, quæ in ejus adventu sunt edita. *Exitus matutini & vespere delectabis*. Cum enim signa magna conspicati homines qui orbem terræ incolunt, bono metu timebunt, tum & ad matutinos & ad vespertinos exitus; hoc est, omni tempore, delectatio erit eis, exsultantibus ob res præclare a te adveniente gestas.

10. *Visitasti terram & inebriasti eam*. Declarat quibus de rebus delectatio fuerit omnibus gentibus. Quibusnam? nisi quia visitatione sua terram totam dignatus est, suisque donis inebriavit eam. *Flumen Dei repletum est aquis*. Flumen hic dicit euangelicum sermonem, & repletum aquis fuisse dicit: quibusnam, nisi divinis promissis, quæ dignis regno cælorum polli- Mat. 5. 3.
citus est. Promissa autem hæc fuerint: *Beati pauperes spiritu*, & reliquæ beatitudines. *Parasti cibum illorum*. Cibum spiritualem dicit. Quoniam ante mundi constitutionem, decretum est mysterium Christi, qui est panis qui de cælo descendit & dat vitam mundo.

11. *Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus*. *Rivos* dicit profunda cordium: *genimina*, pias cogitationes. *In stillicidiis ejus lætabitur germinans*. Quantumvis parva, inquit, dona ipsi collata, eam lætari ac germinare faciunt, spiritualem scilicet fructum. Stillicidia porro ejus intelliges ex eo quod de Chri-
sto dicitur: *Descendet sicut pluvia in vellus, &* Psal. 71. 6.
sicut stillicidia stillantia super terram.

12. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ*. Annum dicit futuri sæculi tempus, & coronam benignitatis vocat, quia multa cum benignitate sancti in ipso corooantur. *Et campi tui replebuntur ubertate*. Campum iterum animas in ipsum credentes vocat. 13. *Pinguescent speciosa deserti*. Montes dicit sanctos Apostolos & Euangelistas, qui spiritualibus donis pingues effecti sunt. Desertum vero gentium ecclesiam vocat, quæ deserta olim erat Dei cognitione. *Et exultatione colles accingentur*. Colles vocat præsides ecclesiarum. 14. *Induti sunt arietes ovium*. Arietes ovium vocat principes populorum. Quo autem induentur? nisi vestimento incorruptibilitatis, & tunica lætitiæ. Arietes ovium, sanctos item Apostolos vocat, utpote qui demisso capite irrumpant, & inimicos cornu petere valeant, quemadmodum ait Do-
minus: *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio lu-* Mat. 10. 16.
porum. *Et valles abundabunt frumento*. Illæ, inquit, olim pauperrimæ ac steriles gentium animæ, spiritualibus fructibus replebuntur. *Clamabunt, etenim hymnum dicent*. Ad meliorem, inquit, deductæ statum, valles, ac repletæ spiritualibus fructibus, hymnos tibi totis viribus offereot.

1. *In finem canticum* PSALMI *Resurrectionis*. LXV.

Argumentum.

Vocationem gentium per hunc psalmum significat, annuntiatque futuram animarum resurre-
ctionem, juxta dictum illud: *Suscitans a terra* Psal. 112. 7.
inopem. Personam item inducit Apostolorum, enarrantium quanta sint pro Euaogelica prædicatione perpessi, & quot ærumnis ad æterna gaudia deducti sint. Insuperque Judaici populi reprobatio hic sigoificatur.

2. JUBILATE *Deo omnis terra, psalmum dicite nomini ejus*. Jubilatio est victoriæ canticum, quod canitur profligatis inimicis. Cæsis itaque per Christi adventum hujus sæculi principibus, jubentur omnes gentes victoriæ cantica modulari. * *Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua Domine*. Cujusmodi opera, nisi divina signa, & quod impurorum dæmonum catervæ profligatæ sint. 3. *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui*. Judæorum hic stuporem coar-

* Quæ habet Corderius ad hunc locum sunt Theodori.

coarguit, qui non sivit eos miraculorum magni- A tudini obtemperare. 4. *Omnis terra adoret te & psallat tibi*. Quoniam, inquit, Judæi, etiamsi ingentia per te edita signa conspexerant, mentiti tamen sunt tibi. At eorum loco te adorabit omnium gentium multitudo.

5. *Venite & videte opera Dei*. Apostolorum hic personam inducit, qui gentes docent, cum qui in suo secundum carnem adventu divina signa edidit, ipsum esse qui Rubrum olim mare exsiccavit, & qui Jordanis fluenta divisit, ut filii Israel pedibus transmitterent.

6. *Qui convertit mare in aridam*. Hujusce rei ar- B gumentum est quod olim gestum fuit eum convertit mare in aridam. Ita Symmachus ait: *Mutavit mare in aridam: flumen pertransierunt pede*. Hic enim, inquit, Deus est qui reditum nobis concessit, & salutem dedit: qui olim mare & flumen divisit, & proavos nostros absque periculo trajicere jussit. *Ibi lætabimur in ipso*. Illud, *ibi*, tempus indicat, Ait igitur: quo tempore ille in novum sæculum regnabit, nos una cum ipso regnabimus & ineffabili gaudio perfundemur.

Lectio Symmachi.

7. *Oculi ejus super gentes respiciunt*. Intentus est C omnibus, omnia gesta inspicit & examinat. *Qui exasperant non exaltentur in semetipsis*. Ecquinam fuerint ii qui exasperant, nisi de quibus dicitur: *Fili hominis, vade ad domum exasperantem me?* Et illud: *Et exacerbaverunt eum in deserto:* & rursum: *Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione*.

Hæc sunt Theodori: — Ezech. 44. 6. — Psal. 77. 40. — Psal. 94. 8.

8. *Benedicite gentes Deum nostrum*. Omnes in unum coacti ipsum laudate ac suspicite.

10. *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti &c.* Ærumnas Apostolis ob prædicationem futuras prænuntiat Spiritus propheticus: atque ex persona eorum recenset laqueos, sive carceres; tenta- D tionesque per ignem & aquam significat. *

13. *Introibo in domum tuam in holocaustis*. Cælestem videlicet: nam se totos Deo ceu holocausta obtulerunt. *Reddam tibi vota mea*. Reddam tibi, inquit, ea quæ vovi dum in calamitate versarer. Vovi autem me, cum præsentibus ærumnis liberatus ero, laudes semper redditurum tibi.

* Hic alia habet Corderius quæ sunt Theodori.

15. *Holocausta medullata offeram tibi*. Quæ offerri tibi jussisti alacriter immolabo. *Medullata* autem, crassa & pinguia vocat; ita enim lex jussit offerri immaculata & perfecta. Exsecratur autem Malachias Propheta eos qui eum talia penes se habe- E ant, mutila offerunt. Hoc ipsum olim Caino fuit malorum exordium. Nos autem edocemur ea quæ pretiosiora sunt numini offerre. *Offeram tibi boves cum hircis*. Spiritualia omnia sunt, ut jam dixi, holocausta, boves, hirci, quos oblaturum se pollicetur.

Malach. 1. 7.

16. *Venite & audite & narrabo*. Ecqua alia narraturus est, nisi ea quæ superius enarravit, nimirum: *Probasti nos Deus &c?*

18. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiat me Dominus*. Sciebam equidem, si ego iniquitati hæream, non exaudiendam a Deo fore de- F precationem meam. Aquila: *Inutile videns in corde meo, non exaudiet Dominus*. Hoc autem sibi vult: Petitiones Deo offerens, ut de probo ac decoro curem necesse est: gnarus nihil mihi utilitatis ex petitione obventurum, nisi quæ decent agam. Gloriatur quodammodo apud Deum, quod extra iniquitatem omnem versetur, quamobrem se exaudiendum fore confidit.

Lectio Aquilæ.

1. *In finem*, PSALMUS *in hymnis*, *ipsi David*. LXVII.

Argumentum.

Rursum hic Apostolorum personam inducit, qui doctrina gentes imbuunt, & rogant liberari ab iis qui doctrinæ suæ contradicunt.

2. DEUS *misereatur nostri & benedicat nobis &c.* Tuam, inquit, miserationem obsecramus, Domine, rogamusque ut exhibeas vultum tuum nobis, ut viam sancti Euangelii tui gentibus omnibus prædicare possimus. *Salutare* enim, ipsius adventum ubique significat.

4. *Confiteantur tibi populi, Deus*. Prædicit Christi confessionem ab omnibus gentibus emittendam fore. *Lætentur & exultent gentes*. Cum propheticus spiritus de salute orbis summopere delectetur, plerumque eadem ipsa repetit, ex frequenti narratione gaudio adfectus.

6. *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes*. * Non sine causa repetit; sed ut alacriores reddat auditores. *Terra dedit fructum suum*. Spiritualis videlicet. Fructus autem sunt ejus in pietate profectus.

* In R. 5. hæc dicuntur Theodoreti.

1. *In finem*, PSALMUS *cantici*, *ipsi David*. LXVII.

Argumentum.

In hoc psalmo adventum Domini significat, necnon spiritualium hostium depulsionem, spiritualisque captivitatis solutionem. Docet insuper se ipsum esse, qui olim filios Israel ex Ægypto eduxerit. Ad hæc omnia iis qui prædicationem acceperint Spiritus sancti donum pollicetur. Apostolos item consolatur, pollicitus omnem prædicationis causa susceptam tribulationem removendam fore. Promittitque multorum ex iis qui ante ad iram concitabant futuram conversionem, necnon eorum qui in profundum voluptatis pelagus demersi essent. Nihilominus autem Apostolorum delectum enarrat, & quinam undeque fuerint. Annuntiat item futuram omnium gentium in Dominum fidem. Ad hæc omnia Domini in cælos ascensum palam edocet. Licet autem hæc omnia cuilibet, versibus singulis insistenti, animadvertere.

2. EXURGAT *Deus & dissipentur inimici ejus*. Dei ad judicandos impuros dæmones motus significatur. Nam ejus adventu a tyrannide qua homines opprimebant expulsi sunt.

5. *Iter facite ei qui ascendit super occasum*. Probe, inquit, parati estote, ut in viis ejus ambuletis, qui in novissimo temporum iis qui in terra degebant visus est in carne. Aut, *ei qui ascendit super occasum*, qui usque ad infernum descenderat. *Turbentur a facie ejus*. Dæmonum scilicet turbæ. 6. *Patris orphanorum & judicis viduarum*. Orphanorum, id est, eorum quibus nullum patrocinium; Viduarum autem, id est, animarum, quibus Verbum sponsus non est. Patronus enim est infirmorum, qui humanum auxilium non habent, quales nos sumus. Quis autem & qualis est hic?

7. *Deus in loco sancto suo*. Postquam dixit ipsum ascendere super occasum, id est usque ad antra inferni: docet iterum, eum cum in cælos ascendisset in propriis locis fuisse. Etiamsi nunquam

quam ab illis remotus fuit natura divinitatis. *Deus* A *inhabitare facit unius moris in domo*. *Unius moris* vocat eos qui ipsi soli vitam suam obtulerunt, & quamlibet mentis duplicitatem & mundanam concupiscentiam abjecerunt. Polliceturque futurum ut ii in domo ipsius, id est in cælesti civitate inhabitent. *Qui* Esai. 49. 9. *educit vinctos in fortitudine*. Simile est huic dicto: *Iis qui vincti sunt, exite: & his qui in tenebris, revelamini*. Vincula autem & tenebras dæmonum cultum vocat. *Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris*. Hoc ait quia in infernum profectus, spiritibus istic versantibus prædicavit qui increduli olim fuerant. Illud enim, *qui exasperant*, B positum est pro, qui exasperaverunt.

8. *Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto*. Declarat, eum qui ad infernum usque descendit, eumdem ipsum esse qui olim per Mosem eduxit Israelem ex Ægypto. Ait igitur: Cum populum tuum ex Ægypto egressum, præcederes, terra mota est, id est, per omnem terram pervasit fama exitus eorum. *9. Terra mota est, etenim cæli distillaverunt*. Distillaverunt cæli spiritualem escam videlicet, id est manna. *A facie Dei Sinai*. Id est, Dei qui in monte Sina legem dedit. *A facie Dei Israel*. Israel est mens C Deum videns.

10. *Pluviam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ*. Pluviam dicit, Euangelicum verbum, juxta il- Psal. 71. 6. lud: *Descendet sicut pluvia in vellus*. *Voluntariam* autem, ad discrimen legalis cultus. Ille enim non voluntarius erat juxta hoc dictum: *Quis enim requisivit* Jerem. 6. 20. *ipsa de manibus vestris?* & illud: *Holocausta vestra non sunt accepta, & sacrificia vestra non placuerunt mihi*. *Et infirmata est, tu vero perfecisti eam*. Infirmata, inquit, est olim cum idola coleret. Perfecisti porro eam per Euangelicum verbum vocando ipsam.

D 11. *Animalia tua habitabunt in ea*. Animalia hic vocat eos qui vivificam escam degustarunt. *In ea*, in qua, nisi in hæreditate ipsius? *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus*. Ecquid paravit, 1. Cor. 2. 9. nisi *quod oculus non vidit, nec auris audivit?* Quis Mat. 5. 3. pauper, nisi de quo dixit: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum?*

12. *Dominus dabit verbum euangelizantibus, virtute multa*. Ipse, inquit, sanctis Apostolis suis *dabit verbum*, ut possint Euangelium prædicare. Simile au- Mat. 10. 19. tem est illud: *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini*. E *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris mei qui loquitur in vobis*. Illud, *virtute multa*, refertur ad hæc verba, *Dominus dabit verbum*, non autem ad illud, *Euangelizantibus*, ut quidam æstimarunt. Significat enim, quod magna virtute Deus verbum daturus sit euangelizantibus, id est, iis qui voluerint bona nostra annuntiare, ipse sermonem præbet, qui euangelizandi occasionem dedit.

13. *Rex virtutum dilecti*. Ipse scilicet Dominus qui dedit verbum initiantibus: ipse namque est rex dilecti populi: ipse item est virtus ejus. *Speciei domus dividere spolia*. Domus sunt F qui in Christum crediderunt: species autem domus, sancti ejus discipuli & Apostoli. Ait igitur, eum Euangelistis daturum esse verbum, ut dividant spolia, id est ut trahant gentes ad fidem, & exspolient Satanam.

14. *Si dormiatis inter medios cleros*. Ad sanctos Apostolos sermo refertur. Si, inquit, vos accipiant cleri. Cleros autem vocat eos qui ex duobus populis credidere: si in ipsis requiem habeatis, dabuntur eis *pennæ columbæ*, cujus *posteriora dorsi deaurata erunt*. Ait autem Spiritum sanctum accepturos esse qui Apostolos receperint. Μετάφρενα vero, sive, posteriora dorsi columbæ, deaurata dicit, quia pretiosas & sapientes φρένας seu mentes eorum qui acceperint efficiunt.

15. *Dum discernit cælestis reges super eam*. Reges vocat Apostolos hæreditati suæ imperantes. *Nive dealbabuntur*, quasi dicat, purgabuntur: *In Selmon* interpretatur, in retributione. Ait igitur eos qui sanctos Apostolos receperint, a cælesti rege retributiones, sive præmia accepturos, scilicet purgationem peccatorum.

16. *Mons Dei mons pinguis*. Montem vocat Ecclesiam: pinguem dicit, quia pingues & opimas reddit animas quæ in illa degunt. *Mons coagulatus, mons pinguis, ut quid suspicamini montes coagulatos?* Coagulatum, est lacte plenum, simpliciore videlicet sermone, juxta illud: *Lacte* 1. Cor. 3. 2. *vos potavi non cibo*. Objurgat itaque eos qui hæreticorum ecclesias coagulatas esse suspicantur. Nihil quippe inest eis quod alere possit ad spiritualem vitam. Heus vos, quid suspicamini alios extra Ecclesiam montes esse coagulatos, & non potius montem illum solum suspicitis, *in quo beneplacitum est Deo habitare in eo?* Quod enim in Ecclesia habitet, palam est ex ejus verbis: *Hic habitabo quoniam elegi eam*. Psal. 131. 14.

18. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium &c.* Currum Dei vocat cælestes ac spirituales virtutes, quibus vehitur Deus. Simile est illi: *Millia millium ministrabant ei, & decies mil-* Dan. 7. 10. *lies dena millia assistebant ei*. Hi sunt qui lætantur utpote a peccato liberati. Qui hoc denorum millium curru vehitur, Dominus est, qui & in monte sancto Sinai legem dedit. Is ipse item est qui in altum, sive in crucem ascendens, captivam duxit captivitatem, id est, animas a diabolo in captivitatem ductas ipse iterum cepit. Id enim ipse pollicitus est quando dixit: *Cum exalta-* Joan. 12. 32. *tus fuero a terra, omnia traham ad meipsum*. *19. Accepisti dona in hominibus*. A quonam accepit dona hominibus præbenda, nisi a Patre qui dixit: *Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem* Psal. 2. 8. *tuam?*

20. *Etenim non credentes inhabitare*. Hi, inquit, homines, quos accepisti in dona, olim erant non credentes. Sed in illis, ait, inhabitasti. Quod per hyperbaton, sive transgressionem verborum, intelligendum. *Accepisti dona in hominibus*, ita ut inhabites in eis, videlicet in eis qui dati sunt. Ii autem ipsi, ait, quos accepisti, olim non credentes erant: palam autem est id tum evenisse, quando creaturam potius quam creatorem colebant.

Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus die quotidie. Ob rem præclare gestam hymnum offert Deo chorus, ut palam est, Apostolorum. *Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum*. Tu, inquit, Domine, aperies verbi januam, ut via prædicationis prospera sit nobis.

21. *Deus noster Deus salvos faciendi, & Domini Domini exitus mortis*. Aperte confidere se indicat, eos qui propter prædicationem ad usque mortem accesserint eductarum se generose. Suos enim ait esse exitus mortis.

22. *Verumtamen Deus confringet capita inimicorum ejus*, id est Apostolici chori. Ipsos enim liberabit, inimicorum scilicet capita confringens. Assumtum autem est dictum illud ex similitudine serpentum, qui cum insurrexerint in aliquem, in capite percussi intereunt. Respicit item sermo principes Judaici populi. *Verticem capilli perambulantium in delictis suis*. Verticem capilli,

pilli, caput vocat, ait porro se capita eorum confractūrum, qui post peccata pœnitentiam non egerint.

23. *Dixit Dominus, ex Basan convertam*. Basan explicatur, amaritudo, sive exacerbatio. Ait igitur: ex domo exacerbantis, id est Israelis, convertar ad meipsum. *Convertam in profundum maris*. Etiam eos qui in profundum voluptatum demersi fuerant, convertam ad meipsum.

24. *Ut intingatur pes tuus in sanguine*. Docet qua ratione convertent. Et quomodo convertent, nisi de medio sublatis malignis potestatibus? Deduxerunt enim sanguinem ipsorum in terram, juxta Esaiæ vocem, ita ut pes ejus intingeretur in sanguine. Hæc autem historiæ more describuntur. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso*. Canes dicit spiritualis ovilis custodes, sanctos prædicatores. Quorum lingua tantum non degustat sanguinem spiritualium inimicorum. Dicit itaque Apostolorum vocem tantum non fore causam mortis malignorum dæmonum.

25. *Visi sunt ingressus tui Deus*. Ingressus Dei ait res in œconomia Christi gestas: qualia sunt, partus per Virginem, signorum operationem, ascensionem in crucem, mortem quæ per dispensationem contigit, resurrectionem a mortuis, ascensum ad cælos. Hos ingressus manifestos fuisse ait: *Ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto*. Vide quam aperte eum qui hos ingressus facit, & Deum, & regem esse suum dicit. Ipsumque prædicat in sancto esse, id est, in monte Sina, juxta id quod antea dictum est: *Dominus in eis, in Sina, in sancto*.

26. *Prævenerunt principes conjuncti psallentibus*. Principes vocat sanctos Apostolos, de quibus di-
Psal. 44. 17. ctum est: *Constitues eos principes super omnem terram*. Psallentes autem, eos qui rationalia sacrificia per laudes offerunt. Ait igitur, *prævenerunt principes*, id est, priores incœperunt adorationem in spiritu & veritate, id est, Euangelicam. *In medio juvencularum tympanistriarum*. Juvenculas dicit credentium animas, quæ per Spiritum sanctum fortes effectæ sunt, quæ sono Euangelicæ prædicationis orbem repleverunt. In quarum medio fuere sancti Apostoli, utpote adorationis principes.

27. *In Ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israel*. Fontes Israel fuerint beati Prophetæ, & ante eos lex. Dicit igitur, nequaquam par esse hymnos aliunde quam ex iis haustos offerre Deo. Hoc autem ait propter heterodoxa hæreticorum scripta. Ex legalibus quippe propheticisque Scripturis Domino benedicitur ab iis qui possunt ex illis, quæ sunt fons salutis, aquam cum lætitia haurire, de
Joh. 4. 14. qua dicit Salvator: *Qui biberit ex aqua quam ego do ei, habebit in seipso fontem vitæ salientis in vitam æternam*. Coarguendi autem sunt qui dividunt veterem Scripturam a nova, quod non possint in Ecclesiis benedicere Deo, cum non habeant fontes Israelis, neque Dominum eorum; utpote qui deitatem dividere audeant.

28. *Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu*. *Ibi*, Ubinam nisi in medio psallentium? Quis est autem Beniamin, nisi beatus Paulus qui ex tribu Beniamin erat? Illud autem, *adolescentulus*, dicitur, quia ipsi post alios Apostolos visus est Dominus. *In excessu* autem dicitur, ob revelationum excellentiam,
2. Cor. 5. 13. juxta illud ab eo dictum. *Sive mente excedimus Deo, sive sapientes sumus vobis*. Jure autem illum prius quam alios memorat, quia abundantius quam alii laboravit. *Principes Juda duces eorum*. Principes Juda, psallentium duces, inquit, & principes constituti sunt. Ex tribu Juda, ex tribu Zabulon & ex tribu Nephthali. Et ex tribu quidem Zabulon & Nephthali erant Petrus, Andreas, Jacobus & Joannes, sicut Euangelium declarat: ex tribu Juda, Levi sive Matthæus, & alii Apostoli.

29. *Manda Deus virtuti tuæ*. Virtutem Patris Filium dicit, juxta illud: *Christus Dei virtus, & Dei sapientia*. 1. Cor. 1. 24. Rogat itaque Patrem Apostolicus chorus ut confirmet in eis, *quod operatus est in eis*. Quid operatus est sive perfecit in eis, nisi corpus? Postulant itaque ut liberet ipsos a corruptione & induat incorruptionem, quod facturus Dominus est cum descendet ex cælo & mortui resurgent incorrupti.

30. *A templo tuo in Jerusalem tibi offerent reges munera*. Templum suum dicit Ecclesiam: reges vero, eos qui crediderunt in Christum: juxta id quod dictum est illis: *Vos autem regale sacerdotium*. 1. Petr. 2. 9. Ait igitur eos qui per fidem vocati sunt a terreno templo, id est Ecclesia, ad supernam Jerusalem, dona ipsi oblaturos esse, nimirum spiritualia.

31. *Increpa feras arundinis*. Quoniam multi sunt ei, quod secundum Deum est, sanctorum instituto inimici, maximeque impuri dæmones; ideo rogat, eos ceu feras increpari arundine. Calamus autem sive arundo, locus est in Palæstina, qua pertransibant qui adscendebant in Jerusalem. Ipsæ autem arundines plenæ leonibus erant, qui latibula in paludibus habebant, qui adscendentibus in Jerusalem insidiabantur. Quemadmodum igitur adscendentibus in Jerusalem leones insidiabantur; ita adscendentibus etiam in spiritualem Jerusalem spirituales leones insidiantur. *Congregatio taurorum in vaccis populorum*. Alios prædicationi adversantes indicat. Quinam illi, nisi principes Judaici populi, qui tauri nuncupati sunt? vaccæ autem plebeji appellantur. Quod autem illi tauri nuncupati fuerint, palam est Psal. 21. 13.
ex dicto illo: *Circumdederunt me vituli multi, Tauri pingues obsederunt me*, qui multitudinem populi ad bellum contra prædicatores excitarunt. *Ut excludant eos qui probati sunt argento*. Argentum divina eloquia sunt. Ait autem: Increpa tum spirituales tum sensibiles inimicos, ut ne præcones Euangelii intercludantur a prædicatione. Aut hoc modo: Hos atque illos, ait, increpa; ne intercludantur præcones a prædicatione. *Dissipa gentes quæ bella volunt*. Spirituales scilicet, *bellum* autem contra sanctos excitatum intelligitur.

32. *Venient legati ex Ægypto, Æthiopia præveniet manus ejus Deo*. Utpote dissipatis atque ligatis inimicis spiritualibus, demum ad prædicationem adcurrunt Ægyptii & Æthiopes. Significat autem per Ægyptios, eos qui idolorum cultui summopere diditi sunt, adversariique instituto Israelitarum; per Æthiopes autem, terminos terræ. Quomodo Æthiopia ad prædicationem adcurrerit, ex Eunucho Æthiope conspicere licet.

33. *Regna terræ cantate Deo*. Declarat alias omnes gentes cum regibus suis in Christum credituras esse.

34. *Psallite Deo qui ascendit super cælum cæli*. Quoniam in superioribus Christi passionem prædicavit, & descensum ad infernum, ideo jam ejus ad cælos adscensum prædicat. Illud autem: *Ad orientem*, parabolicum est. Quemadmodum enim sol ab occidente ad orientem ascendit, ita & Dominus ceu ab inferni recessibus adscendit super cælum cæli. *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis*. Vocem virtutis appellat eam quæ mortuos omnes excitabit. Cum ejus jussu suscitabuntur.

35. De-

35. *Date gloriam Deo*. Ita & Paulus: *Glorificate*, inquit, *Deum in corpore vestro & in spiritu vestro*, quæ sunt ejus. Æquum enim est benefactorem per omnia glorificare. *Super Israel magnificentia ejus & virtus ejus in nubibus. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus*. Quoniam secundi ejus adventus mentio facta est, quo tempore omnes mortuos suscitabit, ideo honores sanctis vario modo concedendos nos edocet, atque diversos sanctorum ordines. 36. Hos autem ordines, per Israelem, per nubes, per sanctos & per populum significat. Honores autem per magnificentiam, per virtutem, per miraculum, & per fortitudinem indicat. Ad hæc autem omnia, benedictum dicit Deum. Manifestum enim est sanctos in cælestibus illis mansionibus constitutos, sine fine benedicturos esse Deum, supernorum spirituum ordinem imitatos. (1 Cor. 6. 20.)

1. *In finem, pro iis qui commutabuntur, ipsi David*. PSALMUS LXVIII.

Argumentum.

Continet psalmus precationem Salvatoris, ex persona humanitatis oblatam, & narrat quæ causæ fuerint quod ei mortem crucis obtulerint. Insuper ipsam passionem clare narrat, necnon calamitates quas post passionem Judæis contingere futurum est. Ad hæc etiam introducendum esse Evangelicum institutum, atque doctrinam cultus qui in spiritu & veritate erit, in cujus rei limitibus psalmum circumscribit. Quod autem orationem totam Salvator ex humanæ naturæ persona obtulerit, id in fine psalmi significat, aitque: *Quoniam exaudivit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit*.

2. SALVUM *me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam*. Quoniam peccata nostra suscepit, pro nobis cruciatur: ac jure rogat eripi se a tentationibus, quæ torrentis instar animam ejus circumdederunt. (Esaiæ 53.)

3. *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia &c*. Hæc enim patiebatur humana natura, deducta per peccatum in mortem, & in ipsum inferni locum, quem limum profundi & maris altitudinem hic vocat.

4. *Laboravi clamans raucæ factæ sunt fauces meæ*. Quænam clamando dixerit & quibus de causis, in sequentibus aperte docet dicendo: *Libera me ab iis qui oderunt me & de profundis aquarum*, &, *non me demergat tempestas aquæ* & cætera. Rogabat siquidem, uti jam dixi, pro hominis natura, ut destrueretur mortis imperium, inferno os suum post ipsum non claudente, quamobrem dicit, *neque claudat super me puteus os suum*.

5. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis*. Multi namque dæmones humanæ naturæ insidiantur, qui nihil a nobis læsi fuerant, & tamen necem moliuntur nobis. *Confortati sunt qui persequuti sunt me inimici mei injuste*. Declarat quam injuste sententia contra eum lata sit.

6. *Deus tu scis insipientiam meam*. Insipientiam dicit, eam quæ talis videtur hominibus, stultitiam dico passionis. Facta enim est juxta sacrum Apostolum Crux Domini Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitia. Tu igitur, o Pater, inquit, nosti œconomiam Crucis. Hoc autem ait quia fuit obediens Patri usque ad mortem, mortem autem Crucis. *Et delicta mea a te non sunt abscondita*. Simile est huic: *Qui non novit peccatum, pecatum pro nobis fecit*, atque hoc est quod dicitur: *A te non sunt abscondita*. (2 Cor. 5. 21.)

7. *Non erubescant in me qui exspectant te Domine, Domine virtutum*. Illud, *in me*, id est, per me, sive per meam pro iis passionem. Illud autem: *Non erubescant*, quasi dicas, ne ultra erubescant sicut olim quando ob corruptionem quam patiebantur pudore adfecti erant. Hæc autem sententia. Quando, inquit, ego id in me suscepi ut pro illis mortem gustarem, aboleatur illa per mortem ipsis olim illata infamia. Nam mors vere infamia erat, in hominem ad imaginem Dei creatum regnum obtinens. Significat itaque per ejus resurrectionem de medio tollendam esse mortem. Huic interpretationi adjungitur versus isti consimilis: *Non confundantur super me qui quærunt te*. Pulcre superius & hoc item loco dixit, *super me*. Quia enim ipse erat qui concitabat; si victus fuisset, pudorem allaturus erat iis qui sibi obtemperassent, utpote qui per fraudem & facilitatem animi pericula adiissent.

8. *Quoniam propter te sustinui opprobrium*. Postulo, inquit, ut mors de medio tollatur, quoniam obediens tibi factus ipsam accepi. 9. *Extraneus factus sum fratribus meis*. Hoc ait quia tempore passionis ab omnibus derelictus est.

10. *Quoniam zelus domus tuæ comedit me*. Me abnegarunt, inquit, quia coarguebam eos quod impii in domum tuam essent. Enarrat autem historiam diserte Joannes: quod flagello ejecerit eos de Templo. *Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me*. Non modo, inquit, extraneus factus sum & peregrinus, sed etiam opprobria sustinebam ab iis qui per mala opera exprobrabant tibi. Nulla autem alia de causa id patiebar, nisi propter zelum domus tuæ. (Psal. 68. 10.)

11. 12. 13. *Et operui in jejunio animam meam &c*. Dolens, inquit, de futura animarum eorum pernicie, hoc atque illud agebam. Illi vero pro quibus ejusmodi res efficiebam, omni tempore & loco me in ore versabant, exprobrantes mihi macerationes illas quas eorum causa sustinebam.

14. *Ego vero orationem meam ad te Domine*. Etiamsi, inquit, retribuerunt mihi mala pro bonis, at ego non finem facio preces pro iis offerendi. Et hoc manifestum est, quod Evangelista eum nobis in Cruce pro crucifigentibus orantem repræsentet. *Tempus beneplaciti Deus*. *Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret*. Qui ad hoc venit ait: *tempus beneplaciti Deus*. (Galat. 4. 4.)

15. *Eripe me de luto ut non infigar*. Hæc clamabat cum pro humana natura precaretur, ita ut diceret: *Raucæ factæ sunt fauces meæ*. Illud autem, *Raucæ factæ sunt*, vehementiam orationis significat.

16. 17. *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum*. Cum decretum & maledictio proposita sint, ut si vel Angelus evangelizet aut doceat nos præter ea quæ Paulus docuit, anathema sit, quis est qui Paulo sive potius Christo in eo loquenti superior esse possit? Ad sese igitur (Christus) hanc precationem refert, ut testificatur Apostolus in epistola ad Hebræos, quod in diebus carnis suæ, hoc est cum ad crucem venisset, obsecrationes & supplicationes, cum valido clamore atque lacrymis offerebat ei qui poterat ipsum liberare a morte, id est Patri, & exauditus est pro sua reverentia: licet filius (Hebr. 5. 7.)

filius esset edidicit ex passione sua obedientiam. Hic Paulus, imo potius qui in ipso loquebatur Christus, quæ in Euangeliis silentio prætermissa sunt, nos edocuit, quando dixit, cum clamore valido & lacrymis emissam fuisse orationem illam: Matth. 26. 35. *Pater, transeat a me calix iste*, non in hypocrisi, non ut Satanam inescaret & deciperet, non quod mundi voluntatem ut propriam efferret; sed ex propria persona Christus, per dispensationem sponte precatur, cum clamore, cum lacrymis, cum sudore & gutta sanguinis, confortante Angelo, & quasi consolante illum, etiamsi vere Filius Dei esset. Luc. 22. 43. Sed etiam *factus in agonia* precabatur, ut ait Euangelista, imo vero *prolixius*, & usque bis terque orationem Patri offert. Paulo itaque, imo potius ipso Christo qui in Paulo loquebatur, eam orationem ad se referente: quis est qui ea adulterare possit quæ ipse Christus de se testificatus est?

18. *Ne avertas faciem tuam a puero tuo.* Quia Deus & Pater propter Adæ transgressionem, humanam naturam aversabatur, ideo rogat ut convertat faciem suam ad eam.

19. *Intende animæ meæ & libera eam*, a morte videlicet occupante. *Propter inimicos meos eripe me.* Ex injuria nobis per inimicos spirituales illata, ad misericordiam nostri Patrem excitat.

20. *Tu scis improperium meum*: Simile est dicto illi: Psal. 68. 8. *Quoniam propter te sustinui opprobrium.* 21. 22. *Improperium exspectavit cor meum & miseriam.* Hinc nobis passionem suam recenset: quam aperte Euangelistæ narraverunt.

23. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.* His significat ea quæ Judæis post passionem obventura erant. Perinde autem est ac si diceret: similia sustineant iis quæ me experiri curarunt. Væ enim improbo, quia mala ipsi secundum opera manuum ejus evenient. 24. *Obscurentur oculi eorum ne videant.* Quomodo enim non tenebris offusi fuerint, cum justitiæ solem non acceperint. *Et dorsum eorum semper incurva.* Non enim temporaria eorum, quemadmodum Babylonica, captivitas fuit.

26. *Fiat habitatio eorum deserta.* Hoc ait propter vastationem quæ Jerosolymæ contigit. *Et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.* Ex ipsis videlicet Judæis: nemo enim eorum jam Jerosolymæ tabernacula inhabitat.

27. *Quoniam quem tu percussisti persequuti sunt.* Causam adfert cur talia passuri sint. Simile autem est Zach. 13. 7. huic: *Percutiam pastorem, & dispergentur oves.* Hunc igitur, ait, qui juxta placitum tuum in passione percussus est, ipsi non recipientes * extra propriam salutem sese expulerunt. *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Hoc ait, quia ipse quidem humiliavit semetipsum, illi vero morti tradiderunt.

28. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum.* Hoc ait quoniam post Crucem & resurrectionem ipsum calumniis impetierunt. * *Et non intrent in justitiam tuam.* Procul erunt remoti a voluptate qua justi donabuntur.

* Hic quædam habet Corderius, quæ sunt Theodori.

29. *Deleantur de libro viventium.* Etsi enim inscripti fuerint, ait, quia ad ipsos promissiones pertinebant: sed quoniam hæc atque illa perpetrarunt merito delebuntur.

30. *Ego sum pauper & dolens, salus tua Deus suscepit me &c.* Hisce Euangelicum institutum prædicatur, cui imperavit ille qui secundum Deum Matth. 5. 3. pauper est, cui dictum est: *Beati pauperes spiritu.* Ingreditur autem ille pauper chorus gratias agens de salute sibi parta ab Unigenito. 31. Ipse namque est facies Patris. 32. Promittit porro se non ulterius cruenta sacrificia oblaturum. Sed potius sacrificium laudis & spiritualis cantici.

33. *Videant pauperes & lætentur &c.* Hæc cum norint ii qui sunt pauperes spiritu, exultabunt. Hæc autem dicunt Apostoli propter eos qui ipsorum opera in Christum crediderunt.

34. *Quoniam exaudivit pauperes Dominus.* Ecquam orationem exaudivit nisi eam quam pro iis offerebat Unigenitus? Quid postulabat autem nisi ut ipsi liberarentur ex vinculis mortis? Quamobrem ait: *Et vinctos suos non despexit.* Diripuit enim omnium vincula cum dixit iis *qui vincti sunt, exite: & iis qui in tenebris, revelamini.* Esai. 49. 9. *Et vinctos suos non despexit.* Et non respuit nos in calamitatibus constitutos, jure autem eos vinctos appellat quod talia paterentur.

35. *Laudent illum cæli & terra.* Si gaudium est in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente, multo magis gaudebunt illi cum totus orbis terrarum liberatus fuerit. Quod si cælum gaudet de hominum salute, & de hac re laudat Deum; multo magis ii ipsi qui salutem consequuntur in terra, laudabunt eum qui salutem dedit: quapropter addit: *Mare & omnia reptilia in eis.* Hoc ait quia futurum erat ut etiam in insulis reciperetur salutare Dei. Illud autem, *in eis*, id est in terra & in mari.

36. *Quoniam Deus salvam faciet Sion, & ædificabuntur civitates Juda.* Quam esse ait Sion, nisi sanctam Ecclesiam, cujus civitates ædificatæ sunt, excitatæ scilicet hominum animæ? Ceciderant enim quando ignorabant Dominum. Ipsæ porro per confessionem excitatæ sunt. Judæa namque confessio interpretatur.

37. *Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.* Captivi, inquit, qui nunc reditum obtinuerunt, proprias urbes ædificabunt & inhabitabunt eas. Nec ipsi soli, sed & eorum filii & nepotes: id enim subjungit.

Et semen servorum ejus possidebit eam, & qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea. Servi ejus sunt sancti Apostoli, ut, Paulus servus Jesu Christi: semen autem eorum sunt ii qui per ipsos in Christum crediderunt.

In finem, PSALMUS *David*. LXIX.

1. *In rememorationem quod salvum fecerit me Dominus.*

Argumentum.

Hunc canit psalmum ex persona humanæ naturæ, rogantis Deum ut exsurgat ad auxilium ipsi. Ita enim contigit pudore adfici adversarios ejus dæmones ad bellum instructos, lætari autem eos qui gaudent de salute ipsius.

2. DEUS *in adjutorium meum intende, &c.*
3. *Confundantur & revereantur.* Qui meam necem exoptant proposito labantur, atque hinc pudorem consequantur.

4. *Avertantur retrorsum & erubescant &c.* Rursum in præsentibus versiculis exsecratur eos qui insidias ipsi parant, & volunt eum malis adfici: & ait illis: qui de malis meis gaudent vertantur in fugam cum pudore, cernentes immutationem meam. *Avertantur statim erubescentes.* Qui de mea olim pernicie & de maledicto mortis gaudebant.

6. Ega

6. *Ego autem mendicus sum & pauper*. Quasi dicat: Justitia eorum qui prius memorati sunt privatus sum, ac in paupertate vivens, divitiarum justitiæ expers sum: quapropter tuum imploro auxilium. *Adjutor meus & liberator meus es tu, Domine, ne moreris*. Tuam enim providentiam consequutus sum. Exaudi quam citissime, & ne differas postulatum concedere.

1. PSALMUS *Davidi, in finem, filiorum Jonadab & priorum captivorum. Caret inscriptione apud Hebræos*. LXX.

Argumentum.

Filii Jonadab viri fuere pii & justi, qui patris præcepta accurate servabant, atque ita religiosi & moribus mansueti, ut eorum virtutis testis ipse Deus, prophetam Jeremiam alloquens, fuerit. Eorum tempore prior captivitas Jerusalem sub Chaldæis fuit. Hi fortasse personam gerant Apostolorum chori, qui naviter cælestis patris præcepta servavit, & laudibus celebratus est per beatitudines quas audierunt. Similiter & Apostolorum tempore prior Jerosolymæ captivitas sub Romanis accidit. Introducuntur itaque ipsi religiosi viri, scilicet Apostolorum chorus, qui præsentem psalmum orationem & gratiarum actionem pro seipsis Deo offerunt, quod se oppressos, cum a persequutoribus ob Euangelicam prædicationem, tum a spiritualibus insidiatoribus dæmonibus, liberarit. Insuperque promittunt se sacrificia laudis solum oblaturos, legali videlicet cultu liberatos.

2. IN *te, Domine, speravi, non confundar in æternum*. Ingentem fiduciam exhibet nempe spem in Deum. *In justitia tua libera me*. Justitia Patris est Filius, per quem liberati sumus a peccato, quo in corruptione detinebamur.

3. *Esto mihi in Deum protectorem*. Gnarus Apostolicus chorus pollicitum esse Deum, quod ipse in murum ignis in circuitu futurus sit iis qui crediderint in ipsum, rogat eam promissionem re jam in se compleri. *Quoniam firmamentum meum & refugium meum es tu*. Ipse namque est petra supra quam ædificati fundamentum habemus: & ipse murus est qui continet nos, ut nihil ex incursu malorum lædamur. Libera me, inquit, ab iis hominibus qui imperium obtinent, & ceu manu quadam nos in servitutem agunt, viris scilicet peccatorum plenis, iniquis, injustis.

4. *Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui*. Peccatoris nomine Judæos intelligit, ipsi enim erant & contra legem agentes & iniqui; contra legem agentes, quia innoxios damnabant; iniqui autem, quia nullam haberent adversus illos rationi consentaneam occasionem.

5. *Quoniam tu es patientia mea, Domine, Domine spes mea a juventute mea*. Libera me, inquit, a populo isto legis transgressore, quia propter te, & propter spem quam in te habui ab initio, & a mea per
Joan. 1. 12. te generatione, illa sustineo, juxta illud: *Quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri*.

6. *In te confirmatus sum ex utero*. Declarat Christum propter quem illa sustinebant, ipsum esse qui adhuc eos in utero gestatos virtute sua creatrice in lucem eduxit. *De ventre matris meæ tu es protector meus*. Quandoquidem, ait, tu ipse Dominus, me dum adhuc in ventre matris essem protegebas divina tua virtute, & liberasti me ex populo contra legem

A agente; ideo ego, utpote qui tam frequenter tua senserim beneficia, numquam cesso hymnos tibi offerre.

7. *In te cantatio mea semper*. In hymnis & laudibus tuis proferendis persevero, & per providentiam tuam præclarus evasi. *Tamquam prodigium factus sum multis*. Prodigium, obstupescendum & magnum aliquid significat. Hujusmodi autem est quod ait: Etiamsi in sublime elevatus sum, inquit, & magnus præclarusque, apud multas gentes fiducia plenus sum: sed non propria mea virtute tantum boni adeptus sum. Tu enim eras qui me tuo auxilio
B & fortissimum & generosum efficiebas.

8. *Repleatur os meum laude ut cantem gloriam tuam*. Quoniam tantis beneficiis adfectus, homo cum sim, non possum dignas retributiones rependere; ideo ex tua sapientia rogo os meum laude repleri, atque ita vix potero gloriam celebrare tuam. *Tota die magnificentiam tuam*. Postquam, ore meo laude repleto, tuam celebrare gloriam incepero, tota die magnificentiam quoque tuam decantabo: gloriam autem vocat, œconomiam quam exhibuit in terra, qua terram gloria sua replevit. Magnificentiam autem vocat deitatem, per quam omnia illa va-
C riis modis effecit.

9. *Ne projicias me in tempore senectutis*. Senectutem hic vocat infirmitatem. Ait igitur: Absit, Domine, tempus illud quo infirmus appaream. Rogat igitur ut numquam sua in Christum spe labatur. Ipse namque est virtus nostra. *Cum defecerit virtus mea ne derelinquas me*. Etiamsi contigerit mihi ut, homo cum sim, in peccatum cadam, ne me propter peccatum deseras, Domine, sed me iterum revoca clemens cum sis.

10. *Quia dixerunt inimici mei mihi*. Illud: *Quia*
D *dixerunt*, positum pro: Ne forte dicant inimici mei: Irrumpamus in eum, erit quippe nobis in prædam, Deo non opitulante.

12. *Deus meus ne elongeris a me*. Quoniam igitur id illi dicunt, ne diutius differas auxilium. *Deus meus in auxilium meum respice*.

13. *Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ*. Quandoquidem ipsi, inquit, impetum in me fecerunt, rati me a te derelictum; si auxilium adferas præ pudore ipsi discedent, cum vanas deprehenderint calumnias in animam meam structas. Quæ autem illæ calumniæ sunt, nisi quæ dicebant
E illi: *Deus dereliquit eum?*

14. *Ego autem semper sperabo in te*. Non cessant enim per scripta sua spem erga Christum suam confiteri. *Et adjiciam super omnem laudem tuam*. Per hymnos eorum qui ipsorum opera salutem consequuti sunt.

15. *Os meum annuntiabit justitiam tuam*. Non cesso, inquit, Domine, semper justitiam tuam in ore versare. Etenim justitia Patris est Unigenitus ejus. Nam genita nobis est justitia a Deo juxta sacrum Apostolum. *Tota die salutare tuum*. Semper, inquit, memor ero œconomiæ qua nobis sa-
F lutem elargitus es. *Quoniam non cognovi litteraturam*. Per litteraturam aut vanas & implicatas vitæ distractiones intelligit, aut varia quæ lex offerre jubebat sacrificia. Quando, inquit, eas omnes abjeci, in supernas introibo mansiones; Domino virtutem mihi ad eam rem præbente. Simile autem est dicto huic: *Ecce nos reliquimus omnia, & se-* Matth. 19.
quuti sumus te, quid ergo erit nobis? Cum hujusce 27.
rei causa promissionem regni cælorum acceperunt.

16. *Introibo in potentias Domini*. Tua virtute & auxilio ingressum inveniam ad terram promissionis. *Domine memorabor justitiæ*

tua solius. Prædictis omnibus dimissis, inquit, solius justitiæ tuæ memor ero, qua nos a peccato liberasti.

17. *Deus meus quæ docuisti me a juventute mea*. A prima, ut ita dicam, die qua ipsos elegit, dedit illis ea quæ regnum cælorum spectant. *Et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua*. Non immemor, inquit, factus sum eorum quæ doctus sui: sed etiam ea quæ didici, aliis annuntiavi.

18. *Et usque in senectam & senium*. Quoniam ipse Christus postquam resurrexit a mortuis pro- [Mat. 28. 20.] misit eis dicens: *Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*, ideo rogat eam promissionem erga se impleri. *Deus meus ne derelinquas me, donec annuntiem brachium tuum*. Si me, inquit, juxta promissionem tuam non derelinquas, Domine, tunc futurum est ut annuntiem robustum brachium tuum fideli generationi ex gentibus futuræ. Quod autem sit brachium subinfert his verbis. 19. *Potentiam tuam & justitiam tuam*. Potentiam dicit quia ligavit fortem illum & diripuit vasa ejus; justitiam vero, quia nos captivitate injuste detentos redemit. *Deus usque in altissima*. Annuntiabo, inquit, quod nnn modo terrena, sed etiam cælestia per proprium sanguinem redemeris. Simile [Rom. 28. 21.] autem est illi: *Quoniam & ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis*. *Deus quis similis tibi?* Gratias agit, quod etiamsi olim merito peccati causa morte damnatus sit, non in morte remanserit; sed Dei clementia per Christum liberatus sit a corruptione.

20. *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas?* Qualium me quantorumque malorum experimentum sumere fecisti? 21. *Et conversus vivificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam, & conversus consolatus es me*. Repetitin videtur significare, pœnitentiam de peccatis post baptismum admissis, acceptam ei esse, qui, ut dictum est, multiplicavit super nos bonitatem & justitiam suam. Quapropter prius, *vivificasti me*, quasi de regeneratione dictum est: secundo autem, *consolatus es me*, quasi de eo dictum est qui admissi peccati tristitia laborat. Possunt etiam priora de liberatione ex Ægypto intelligi, & secunda de Domini adventu explicari, quando nobis plena consolatio fuit. Qui enim ex Ægypto egressi sunt, etsi liberati fuerunt a temporanea morte, at inciderunt in æternam, cum nondum resurrectionis gratia data esset.

22. *Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus*. Me, inquit, per confessionem ita adornabo, ut aptus sim qui vas hymnologiæ appeller. Quod si dictus est vas electionis, dictus est etiam vas hymnologiæ. *Psallam tibi in cithara*. Animæ inquit concentu. Cum enim illa nihil sibi contrarium, sive secundum vitam, sive secundum doctrioam fecerit aut passa fuerit, tunc sane spiritualis cithara jure appelletur.

23. *Exultabunt labia mea cum cantavero tibi*. Hoc ait ad discrimen legis, quia ejus quidem præcepta onerosa erant & observatu difficilia. Hæc autem mansueta ac levia sunt, ita ut eos qui illis dignati sunt voluptate repleant. *Et anima mea quam redemisti*, a peccato corruptionis, a servitute Satanæ, ab ipsa morte.

24. *Sed & lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam, cum confusi & reveriti fuerint qui quærunt mala mihi:* Cum spirituales inimici mei, inqnit de medio sublati, & qui in abysso habitant infamia & pudore affecti fuerint: tune, utpote nemine ultra præpediente, numquam cessabo, Domine, te hymnis celebrare.

1. *In finem*, PSALMUS *David in Salomonem*. LXXI.

Argumentum.

Adventus Christi hisce significatur, nectnon gentium vocatio. In Salomonem autem inscribitur psalmus. Hic enim verus est Salomon pacificus, quia fecit utraque unum, & medium [Ephes. 2. 14.] parietem maceriæ solvit.

2. DEUS *judicium tuum regi da*. Decrevisti, inquit, o Pater, ut Unigenitus tuus illustret eos qui sunt in terra. Id igitur jam olim a te judicatum, nunc exsequere. *Et justitiam tuam filio regis*. Cum ipse sit justitia Patris, propter humanam naturam dicitur justitiam accepisse. Ipse autem est Christus, Rex, & filius regis. *Judicare populum tuum in justitia*. Hæc est causa Incarnationis ad judicandam scilicet Satanæ adversum nos arrogantiam, quare cum propediem crucifigendus esset, ajebat: *Nunc judicium est hujus mundi, nunc prin-* [Joan. 12. 31.] *ceps hujus mundi ejicietur foras*.

3. *Suscipiant montes pacem populo, & colles justitiam*. Montes & colles hic euangelicas virtutes vocat, quæ olim ob effusam impietatem, terram non incolebant, nunc autem jussæ sunt pacem cum hominibus recnnciliare.

4. *Judicabit pauperes populi*. Pauperes dicit eos qui idololatrarum filii erant, & erant omni bono egeni. Aut universum hominum genus. Nam nmnes declinaverunt juxta psalmi vocem. 5. *Et humiliabit calumniatorem*. Diabolum dicit. *Et permanebit cum sole*. Io omnia sæcula, inquit, regnum ejus extendetur. *Et ante lunam in generationem & generationem*. Iste, inquit, qui in adventu suo in terrena regnum obtinuit, ipse est ante sæcula creator omnium. 6. *Descendet sicut pluvia in vellus*. Sine strepitu ait: sic autem loquitur ob clandestinum adventum ejus.

7. *Orietur in diebus ejus justitia*. Tempore namque adventus ejus, omne gentium bellum sublatum est. *Et abundantia pacis donec auferatur luna*. Tanta erit, inquit, in adventu ejus plenitudo pacis, ut etiam ad futura usque protendatur tempora, quibus *sol obscurabitur, & luna* [Mat. 24. 29.] *non dabit lucem suam*.

8. *Et dominabitur a mari usque ad mare*. Hoc ait quia omnes gentes Christi fidem receperunt: quasi dicat: omnibus terræ finibus imperabit. Quia enim ultra fines terræ magna & immensa maria sunt, quæ Atlantica quidam vocant, Oceanum, Occidentale & Orientale; jure orbis imperium ambiente pelago circumscribit: quod apertius subsequenti versiculo explicatur.

9. *Et inimici ejus terram lingent*. Subjecti penitus ei erunt inimici, ut nihil pugnæ adversus eum videatur, ex metaphora eorum qui in terram procidunt in obsequentiæ signum.

12. *Quia liberabit pauperem a potente*. Ab extremis ad extremos usque fines terræ adorabunt eum gentes atque reges, gratias agentes, quod eos a tyrannide Satanæ liberaverit. 14. *Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum*. Delens chirographum adversus eos scriptum, & gratis debitum remittens ei qui quingenta atqne ei qui quinquaginta debebat. *Et honorabile nomen eorum coram illo*. Venerandus, inquit, & gloriosus apud omnes erit.

15. *Et vivet & dabitur ei de auro Arabiæ*. Hæc ait propter Herodem qui misit occisum infantes. Ait igitur eum non una cum pueris ene-

enecandia comprehendendum fore. Illud antem: Et dabitur ei aurum Arabicum, declarat manifeste quæ Magi dona obtulerunt. *Et adorabunt de ipso semper*. Ipsum compellantes in orationibus, & per eum a Patre dari sibi bonorum munera rogantes.

16. *Erit firmamentum in terra*. Ecclesiæ & orbis: *in summis montium*, Apostolorum & Prophetarum. *Superextolletur super Libanum fructus ejus*. Libanus est Jerusalem: fructus autem ejus, est Euangelicum verbum. Ait igitur prædicationem Euangelicam superiorem fore legali cultu. *Et florebunt de civitate sicut fœnum terræ*. Per civitatem designat Ecclesiam, de qua scriptum est: *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei*. Psal. 86. 3.

17. *Ante solem permanet nomen ejus*. Declarat eum qui non una cum infantibus interfectus est, eumdem esse qui ante mundi constitutionem cum Patre exsistit.

18. *Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus*. Postquam recensuit omnia quæ tempore œconomiæ beneficia terrigenis conferet, hymnum offert Deo, ajens eum esse Deum Israel, qui solus potuit hæc mirabilia facere. Quæ mirabilia? nisi destruere imperium Satanæ, & liberare eos qui insidiis appetuntur a dæmonum tyrannide. Animadverte porro nihil eorum quæ in psalmo dicuntur Salomoni uxoris Uriæ filio convenire: neque illud, *Ante solem permanet nomen ejus*: neque illud: *Omnes gentes servient ei*; neque, *Ante lunam in generationem & generationem*. Ex his itaque omnibus palam est de Domino nostro Jesu Christo dictum fuisse psalmum.

Et benedictum nomen gloriæ. Quamobrem par est eum super omnia hymnis celebrare. Etiamsi enim ejus naturam, utpote inaccessibilem ignoramus, at salutare ejus nomen edocti sumus.

1. *Defecerunt laudes David filii Jessæ*.
PSALMUS *Asaph*. LXXII.

Argumentum.

In hoc psalmo narrat quam sint impares homines ad capienda Dei judicia. Ipsa enim profunda sunt, inscrutabilis ac prorsus incomprehensibilia. Qui porro ignorant cujusque œconomiæ rationes, in absurdas cogitationes incidunt. Quamobrem propositis primo ejusmodi cogitationibus, quæ propter improborum hominum felicitatem acciderant: Nam, *Ecce ipsi peccatores & abundantes*; docet postea, qualis ipsorum impiorum finis futurus sit; ut ea perspicue edocti, non moleste feramus, neque anxii simus ob inæqualitatem rerum hujus vitæ. Vide Onomast. in voce οἰκονομία.

2. QUAM *bonus Israel Deus his qui recto sunt corde!* Narraturus prosperitatem hominum in impietate degentium, & acerbum ipsis postea paratum supplicium; præmittit illud, rectis corde bonum esse Deum: ut cognoscant qui pietatis sibi partes assumunt, solis rectis corde Deum futurum esse bonum, sed non iis qui improbe peccant. Itaque etiamsi videantur prospere agere, inquit, nemo turbetur, secum reputans quantum illos paulo postea supplicium exspectet.

3. *Quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns &c.* Enarrat ea quæ ipsi mentis perturbationem excitant. Hæc autem sunt; primum, quod in alta pace impii degant: 4. secundo quod per totam vitam prospere agant; ita ut ad mortem usque felicitas extendatur, & tale genus mortis impii subeant, quale nemo subire abnuat si quis eum roget, an velit hujusmodi mortem obire. Ad hæc, quod si qua ipsis propter peccatum punitio infligatur, qua ad conversionem revocentur, ea non sit gravis, sed levis & tolerabilis. 5. Super his omnibus, quod non humano labores experiantur, nec diurno quæstu egeant pro parandis alimentis. Hic enim labor manuum, flagelli & punitionis loco hominibus imponitur.

6. *Ideo tenuit eos superbia*, & cetera. Quia omnibus fruuntur bonis, nullo adfecti malo, ideo intolerantissime superbiunt, atque ita iniqui & impii evadunt, ut impietas eorum ceu pinguis & obesa sit.

7. *Transierunt in affectum cordis*. Iniqua illa felicitas, inquit, malum ipsis habitum in anima peperit. Et undenam id manifestum erit, nisi quis cogitant & loquuntur iniquitatem?

8. *Iniquitatem in excelso loquuti sunt*. Augmentum iniquitatia eorum significat: ita ut vel in ipsum Deum blasphema dicta proferre audeant. 9. *Posuerunt in cælum os suum &c.* Blasphema, inquit, verba in Deum proferebant, licet viles essent & linguam in terra haberent.

10. *Ideo convertetur populus meus hic*. Ideo eos superbia elatos dejici continget. Sensus autem hic est. Utilitatem quamdam & conversionem populo meo adferet eorum supplicium. Cum viderint enim qui finis excipiet impios, numquam ad quid simile agendum accesserint, gnari Deum humana omnia conspicere. *Et dies pleni invenientur in eis*. Cum tali erunt, inquit, mente instructi, tunc vitæ suæ tempus probe conficient, juxta illud dictum: *Dormivit plenus dierum*; id est, omnes eorum dies omni bono pleni fuere. Gen. 25 8.

11. *Et dixerunt: quomodo scit Deus?* Populus meus, inquit, cum dejecti & deturbati fuerint impii, hinc utilitatem accipiet. Illi autem supradicti impii & athei tanta impietate fuerunt, ut videntibus eorum vitam offendiculo essent, ita ut hi dicerent anxii & dubii: Num Deus respicit humana? Illud enim, *Quomodo scit*, id est, cur dicitur ea quæ nos spectant cognoscere & administrare, & quo pacto rerum nostrarum scientiam habet?

12. *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt divitias*. Causam declarat offendiculi videntium impios in abundantia esse. Hoc autem ita dicitur, quia diuturnam hanc vitam cum felicitate ducunt. 13. *Et dixi: Ergo sine causa justificavi cor meum &c.* Ego, inquit, his conspectis, mente perturbatus eram, mecum reputans ne pro virtute susceptus labor inutilis esset mihi. 14. Erat autem labor hujusmodi, justitiam exercere, omni iniquo opere purum esse, pro præteritis peccatis sese flagellare in confessione, & ad eam rem lecto surgere mane, ad sese peccati causa macerandum.

15. *Si dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobavi*. Hæc, inquit, mecum cogitabam, si eas cogitationes me invadentes aliis renuntiasvero, (erant autem illæ: *Ergo sine causa justificavi cor meum*,) offendiculi ipsis causa ero. Hoc autem agens pacta filiorum tuorum prætergressus sum, justorum videlicet virorum. Hæc autem erant pacta Sanctorum, ut non sibi mutuo offendiculi causa essent.

16. *Existimabam ut cognoscerem hoc, labor est ante me*. Cum existimarem, inquit, tam profunda judicia me cognoscere, in laborem me conjeci, cum ea sint profunda & inscrutabilia. Ceterum opportunum mihi ad eam cognitionem tempus assignavi: est autem illud, tempus divini tribunalis, quando reddes unicuique secundum opera sua.

18. *Ve-*

18. *Verumtamen propter dolos posuisti eis mala &c.* Ego, inquit, opportunum mihi ad accuratam earum rerum cognitionem assignavi futurum videlicet tempus; ac prophetico spiritu futura praenoscens dico, dolosos mores gravissimorum ipsis suppliciorum in causa futuros. 19. Erit namque illis exaltatio in ruinam. Atque hujus vitae divitiae perinde illis judicabuntur, atque somniantium visa, inania & umbra ipsa infirmiora.

20. *Et in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Civitas Domini superna est Jerusalem, *imaginem ipsorum*, id est, terreni. Hæc est autem sententia. Quandoquidem, ait, terreni imaginem gestarunt, & non cælestis, ideo ad nihilum redigen-
Mat. 25.12. tur, audient enim eo tempore: *Nescio vos*; utpote qui non gerant cælestis imaginem.

21. *Quia inflammatum est cor meum & renes mei commutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum, &*
3. Reg. 19. 10. *nescivi &c.* 22. Quoniam *zelo zelatus sum pro Domino*, ita ut renes mei implerentur zelo ignis, ideo dignus habitus sum qui illuminarer, & cognoscerem quæ in civitate tua geruntur, & quæ imaginem impiorum spectant. 23. Sed antea ut jumentum insipiens vixi, cum non possem divinæ providentiæ rationes adtingere. Attamen non a te Deus meus derelictus sum, neque excidi spe erga te mea, sed *semper tecum* eram. Idque non mea virtute, sed ex tua gratia effeci. 24. Tu enim ipse ex clementia tua meam dexteram apprehendens, tenuisti ne moveantur vestigia mea, neque pedes mei nutent, nec amplius tecum consistere possint.

25. *Quid enim mihi est in cælo, & a te quid volui super terram? &c.* Quoniam, inquit, nihil mihi in cælo est præter te solum, hinc consequenter nolui quidpiam terrenorum accipere, utpote quæ corruptibilia omnia sint, & temporanea. 26. Unum solum consequi opto, cujus desiderio memetipsum macerabam in terra: illud autem est, ut tu solus portio mea sis.

28. *Quia ecce qui elongant se a te peribunt &c.* Tibi assidue conjungimur, o Domine, idque jure ac merito, gnari scilicet eos qui extra te consistunt, in perniciem ituros in fine. Qui autem tecum sunt bonam portionem consequentur. Continget enim illis in cælesti Jerusalem pulcram portionem obtinere. Hæc autem est, ut tuis canendis hymnis semper delectentur.

1. *Intellectus Asaph.* LXXIII.

Argumentum.

Supplicationem hisce canit Propheta, cernens postremam Israelis captivitatem: ne prorsus eos a sua protectione rejiciat, sed relinquat ipsis aliquam salutis viam. Describit porro excidium urbis ac divini Templi.

UT *quid Deus repulisti in finem?* Simile est illi: Pervenit ad eos ira jam usque in finem. Non enim amplius requiem habebunt a malis.

2. *Memor esto congregationis tuæ quam possedisti ab initio.* Per Abraham, Isaac & Jacob. *Redemisti virgam hæreditatis tuam.* In commune ponitur illud: memor esto hæreditatis tuę, quam virga redemisti; id est, hęreditatis ad regnum adornatę, ut dictum est il-
1. Petr. 2. 9. lis: Eritis mihi ex omnibus gentibus genus electum, regale sacerdotium. *Mons Sion in quo habitasti in eo.* Quia Deus in divino Templo apparuit.

3. *Leva manus tuas in superbias eorum in finem.* Eorum qui contra divinum templum bellum gesserunt.

4. *Et gloriati sunt qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ.* Quia in solemnitate Paschæ bellum contra Dominum excitarunt, ideo eo ipso tempore inimicis suis traditi sunt. Nam in Paschate congregatis secundum legem Judæis omnibus, obsidio posita est, & jure quidem, eo ipso tempore quo Salvatorem cruci affixerunt.

5. *Posuerunt signa sua signa.* Belli symbola dicit, quæ in exercitibus signa vocantur, quæ posuerunt in via civitatis. Neque hic constiterunt, sed insilierunt, id est in ipsum divinum Templum irruperunt, ignari Deum esse qui traderet illis urbem ob impietatem civium. Utpote hæc ignorantes propriam virtutem mirabantur, & infirmitatis arguebant Deum qui in divino templo adorabatur. Quare ultra progressus, ait: *Usquequo, Domine, improperabit inimicus?* Quod autem repetat vocem, signa, mirantis esse videtur, quod divinum Templum inimicorum manibus traditum fuerit.

6. *Quasi in sylva lignorum securibus exciderunt januas ejus &c.* Describit in præsentibus urbis ac Templi excidium. Fabrilibus instrumentis usi, & septa diruerunt, & ædium januas confregerunt, quæ pulcre & affabre elaborata erant, quasi sylvam excidentes.

7. *Incenderunt igni sanctuarium tuum &c.* Cum magna calamitate nostra irrumpentes, unum scopum habebant, legem scilicet a te datam abrogare. 8. Nam per *dies festos* cultum legalem significavit. Hæc autem perpetrare, ait, ausi sunt quia nec mirabilia tempore patrum nostrorum edita viderant, neque prophetica gratia tedarguti sunt. Horum namque omnium subito experies fuere. Siquidem olim etiam post reditum ex captivitate, Prophetas habuere, Aggæum, Zachariam, Malachiam. Et qui istis antiquiores erant Prophetæ, populo atque regibus futura prænuntiabant, & inimicorum insidias palam faciebant. Quod ex historia ediscere in promtu est.

9. *Signa nostra non vidimus.* Illi quidem se mutuo concitabant, ut quiescere facerent festos Domini, qui adhuc celebrabantur. Et vero verba in opus deducebant. Nos autem dum hæc agerentur, non vidimus signa illa quorum plerumque in prioribus bellis testes oculati fuimus. Ista autem signa in auxilium nobis erant adversus instantes calamitates. Quamobrem utpote qui ea non viderimus dicimus. *Ut quid Deus repulisti in finem? Jam non est propheta & nos non cognoscet amplius.* Et hoc maxime in causa est quod de salute desperemus, quod non amplius prophetam videamus in gente nostra, qui possit nobis placare Deum.

10. *Usquequo Deus improperabit inimicus?* Postquam absolvit excidii descriptionem a facie inimicorum, Deum vocat ad misericordiam, & rogat animadvertere, hæc omnia ad Dei contumeliam spectare. Cum dicit, *In medio solemnitatis tuæ*, &, *sanctuarium tuum*, &, *tabernaculum nominis tui*, &, *dies festos Domini*, &, *nomen tuum in finem*.

11. *Ut quid avertis manum tuam &c.* Ut quid præscindis, inquit, bonorum dona, quæ olim quasi ex sinu tuo largiebaris nobis.

12. *Deus autem rex noster ante sæcula.* Nunc, ait, nobis bonorum copiam præscindis: olim vero cum & Deus noster & rex noster vocari dignareris, talem nobis salutem operatus es, ut nemini lateret in terra. *Operatus est salutem in medio terræ.* Hinc occasione accepta, quidam existimarunt Jerosolymam esse terræ oculum.

13. *Tu confirmasti in virtute tua mare, contrivisti capita draconum in aquis.*

De-

Describit his verbis quo pacto olim eorum salutem operatus est. Et primo quidem quod consolidatæ sint aquæ maris quasi murus, quando ex Ægypto egressi sunt. Et hoc significat illud; confirmasti mare. Secundo, quod contrita sint capita Ægyptiorum io aquis, quos ob malignitatem linguæ dracones vocat. Ac cum illia regia ipsis imperantis caput, quem regem similiter draconem appellat.

14. *Dedisti eum escam populis Æthiopum*. Ipsum Pharaonem, & quidem post bellicam expeditioaem. Populos autem dicit avium catervas quæ apud Indos suot: quæ Ægyptiorum corpora per maris fluctus ad littus rejecta vorarunt.

15. *Tu dirupisti fontes & torrentes*. Loquitur de gestis in deserto, quando populum ex petra potavit. *Tu siccasti fluvies Etham*. Etham interpretatur auster, nam ad austrum Judæorum regionis Jordanis situs est.

16. *Tuus est dies & tua est nox*. Non solum inquit, in mari Rubro & in deserto bona largitus es nobis; sed etiam toti hominum generi bona tribuis: sive diem atque noctem; sive solem & lunam condens; sive æstatem, & vernum tempus; sive terminos in terra constituens. 17. Hoc autem nunc ait ad præsens auxilium evocans. Quare ait: Memor esto hujusce creaturæ tuæ. Si propter homines, inquit, creaturas condidisti, præbe auxilium iis quorum causa creaturæ conditæ sunt.

18. *Memor esto hujus, inimicus improperavit tibi, Domine*. Postquam per creaturæ statum ad miserationem populi Deum evocavit, alio rursum modo ad misericordiam vocat. Hic autem modua est quod inimicus magnifice sentiat. *Et populus insipiens incitavit nomen tuum*. Vide rursum aliam commiserationis rationem, quia scilicet inimici incitarunt nomen ejus.

19. *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi*. Extendit commiserationis causam, inimicos vocans bestias. Quia qui peccarunt per confessionem veniam consequuntur. Rogat autem ut ne pari modo omnis Israel pereat, quod etiam factum est. Multæ namque myriades eorum qui Christum crucifixerunt, postea crediderunt & salutem consequutæ sunt.

20. *Respice in testamentum tuum*. Alius iterum commiserationis modus adfertur, quod enim Deus erga illos bonus & clemens fuerit, testamentum dans illis, hioc misericordiam sibi attrahere conantur. *Quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum*. Quod ait ejusmodi est. Etiamsi multæ domus ob iniquitatem erga te ipsarum, tenebris plenæ fuerunt; at quæso ne omnis populus abjiciatur, & infamiæ tradatur. Habuerunt enim quidam in seipsis spem salutis, qui etiam Apostolorum opera salutem nacti sunt: maxime vero prioribus Petri concionibus, ubi modo ter mille, modo quinquies mille, modo etiam myriades accessere ad fidem.

22. *Exurge Deus judica causam tuam*. Hac supplicatione Deum excitat ad supplicium de iis sumendum qui populum deceperunt. *Memor esto improperii tui*. Rursum quia ipse improperatus fuit ad misericordiam Deum vocat.

1. *In finem, ne corrumpas.* PSALMUS *Asaph*. LXXIV.

Argumentum.

In hoc psalmo persona Apostolorum inducitur, cohortans homines ut impietatis finem faciant, ac repræseotans ipsis horrendum illud ac divinum tribunal.

2. CONFITEBIMUR *tibi Deus* ...... 3. *Narrabo omnia mirabilia tua*. Dei mirabilia enarraturum se pollicetur Apostolicus chorus a persequentibus liberatus. *Ego justitias judicabo*. Hæc ait Salvator respondens eorum promissioni.

4. *Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea*. Cum justa judicares, inquit, liquefecisti terram, videlicet Jerosolymam, *& omnes qui habitant in ea*. Potest autem illud duplici modo intelligi, atque in bonam partem, scilicet *liquefacta est*, id est, malitiæ condonavit; & in malam, ut declaret supplicium de iis sumtum. *Ego confirmavi columnas ejus*. Columnæ Jerusalem sunt sancti Apostoli, juxta id quod dictum est: *Columna & firmamentum veritatis*. 1. Tim. 3. 15.

5. *Dixi iniquis: nolite inique agere*. Hic Apostolorum persona effertur, quæ homines hortatur ut quiescant ab impietate. 6. *Nolite extollere in altum cornu vestrum*. Nam cornuta animalia multum de cornibus gloriantur. Jubetur autem iniquis, ut ne arrogantia iniquitatem augeant, neque moveant linguam adversus Deum.

7. *Quia neque ab exitibus, neque ab occidente, neque a desertis montibus*. Hisce totum orbem terrarum significat. Exitus autem dicit Orieotem, a quo sol exit. Occidentem autem vesperias partes: desertos montes, septentrionem & meridiem; quæ partes ob vehementiam frigoris & æstus habitari nequeunt. Ne, inquit, inique agatis, quia nemo in toto orbe Deum latuerit si impium quid proferat in eum. 8. *Hunc humiliat & hunc exaltat*. Cum sit bonus judex, ait, impios humiliat, exaltat autem humiles corde. Hæc porro accipienda sunt de duobus populis, Judæorum scilicet & gentium. Ille namque humiliatus fuit propter arrogantiam, hic exaltatus propter humilitatem. Ipse namque constituit reges, & deturbat, suscitat de terra inopem & de stercore erigit pauperem. Imo etiam postquam humiliavit eos qui ex circumcisione suot, geotes exaltavit.

9. *Quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto*. Calix, ioquit, est io manu Domini, io quem fructus hominis sive bonos sive malos quasi exprimens & bona malis commiscens, ipsum plenum efficit. Exinde vero quorum fæx non effunditur, id est, ii in quibus peccata remanent, ipsum bibunt, id est, propriis inebriabuntur malis; sicut contra sancti bibent calicem vitæ in regno cælorum cum Domino Jesu, secundum ipsius Domini vocem: *Donec bibam illum vobiscum in regno cælorum*. Mat. 26. 29.

10. *Ego autem exultabo in sæculum, cantabo Deo Jacob*. Cum calici vitæ participavero, tunc mihi lætitia hinc eveniet.

11. *Et omnia cornua peccatorum confringam*. Si humiliatis sanctis, peccatorum cornu in altum extollitur, sane exaltatis sanctis confringentur cornua peccatorum. Quinam fuerint peccatores, nisi maligni dæmones, hominibus Dei oppositi? *Et exaltabitur cornu justi*. Cornu dicit regnum, sive potentiam. Postquam igitur, ait, justi fortitudinem acceperint, sublatis videlicet malignis potestatibus; tunc Dei mirabilia ostendentur. Quare initio psalmi dixit: *Narrabo mirabilia tua cum accepero tempus*.

1. *In finem, in laudibus*, PSALMUS *Asaph, canticum ad Assyrium*. LXXV.

Argumentum.

Hic quoque Psalmus in eodem versatur argumento quo superior; nam quæ divinum tribunal spectaot enarrat.

2. NOTUS *in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus*. Judæam hic & Israel vo-

vocat animam quæ Deum novit; ipſa namque eſt vera Judæa & verus Iſrael.

3. *Factus eſt in pace locus ejus*. Si enim de ſuperna Judæa dictum eſt: hinc effugit dolor, triſtitia & gemitus; ſane pacis locus erit. *Et habitatio ejus in Sion*. In ſpirituali videlicet, ſive ſuperna, aut in ſanctorum anima.

4. *Ibi confregit potentias arcuum*. His ſignificat adverſarias poteſtates, quæ confringuntur poſtquam ſancti id conſequuti ſunt, ut in illis manſionibus habitent.

5. *Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis*. Montes æternos dicit cælos. Illuminat autem nos Dominus, quando mittit Spiritum de cælis. *Illuminatio tu es perquam maxima, a montibus venationis. Illuminas tu mirabiliter a montibus venationis. Terribilis es mirabiliter a montibus fructuoſis*. [Variæ interpretationes.]

6. *Turbati ſunt omnes inſipientes corde*. Qui non receperunt illuminationem quæ per Spiritum datur, in perturbatione & agitatione verſabuntur, cum divinum tribunal apparebit. *Dormierunt ſomnum ſuum & nihil invenerunt*. Negligentiæ & ſegnitiei dediti in vita, tempore divini judicii nihil invenerunt manibus ſuis retinentes, qui olim in mortali vita divites erant: quomodo enim invenire poſſent quæ non operati ſunt? *Omnes viri divitiarum in manibus ſuis*. Symmachus ſic habet: *Omnes viri fortes manibus ſuis*. Nihil, inquit, profuit illis fortitudo manuum, quibus ſe omnium divitias direpturos ſperabant. Et docens quæ cauſa fuerit quod nihil lucri habuerint, ſubjungit. [Lectio Symmachi.]

7. *Ab increpatione tua, Deus Jacob, dormitaverunt qui aſcenderunt equos*. Lato, inquit, adverſus eos juſto judicio, quaſi ſomno, & veterno traditi ſunt, id eſt excitare ſe non potuerunt. Quinam autem illi ſunt, niſi qui aſcenderunt equos? Equos autem divina Scriptura pro more vocat eos qui effrenate ad voluptates declinant; juxta illud? *Equi effeminati facti ſunt. Unuſquiſque ad uxorem proximi ſui hinniebat*. [Jerem. 5. 8.]

8. *Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi?* Si enim, inquit, clauſerit contra hominem, quis aperiet? juxta Eſaiæ vocem. [Eſai. 22.22.]

9. *De cælo auditum feciſti judicium*. Nullus, inquit, erit eis defenſionis locus cum punientur: prænuntiavit enim illis quæ divinum tribunal ſpectant. *Terra tremuit, & quievit*. Terram hic vocat totam hominum naturam, quæ tunc reformidabit. Nemo enim tunc erit quin pertimeſcat, illa inſtante die.

10. *Cum exurgeret in judicium Deus, ut ſalvos faceret omnes manſuetos terræ*. Divinum, inquit, tribunal manſuetis ſalutem tribuet: quemadmodum revera ſupplicia dabit peccatoribus.

11. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi*. Siſtemur ante horrendum illud tribunal non ſolum de iis quæ fecimus ſed etiam de iis quæ cogitavimus rationem daturi. *Et reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi*. Reliquiæ cogitationis ſunt purificata cogitatio, in eo quod reſiduum erit per electionem gratiæ. Si igitur illo tempore pura deprehendatur cogitatio eſſe, tunc feſtivitatis tuæ particeps erit.

12. *Vovete & reddite Domino Deo veſtro*. Ad cohortationem ſermo convertitur. Quoniam, inquit, ea quæ ſupra diximus in divino tribunali contingent, ideo dum in præſenti vita eſtis vovete Domino, vos de bonis operibus deinceps edendis curaturos, & ne tardetis ea vota implere. Adferent autem munera, perterriti de mirabilibus editis.

13. *Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum*. Promittite, inquit, vos bona opera edituros, gnari oportere vos in illo loco conſtitutos, quaſi dona opera veſtra offerre Deo. Hic autem Deus terribilis eſt. Itaque ab iis qui olim imperarunt & improbi fuerunt ſpiritus auferetur. In divino namque ac terribili illo tribunali a ſingulis peccatoribus auferetur ſpiritus per baptiſmum datus. Et illud eſt quod Dominus dicebat: Exſcindet ſervum improbum Dominus ejus quando venerit, & portionem ejus poſt infidelem ponet. [Luc. 12. 46.]

1. *In finem, pro Idithun*, PSALMUS *Aſaph*. LXXVI.

Argumentum.

Cum audiſſet Idithun quæ dicebantur de populo Hebræorum, quæ iſthæc erant: *Ut quid Deus repuliſti in finem?* ſummopere dolebat & turbabatur, lugens quod omnino abjecti fugiſſent. Tum in ejus gratiam Aſaph pſalmum edit, docens illum, in ejuſmodi negotiis ad Deum eſſe confugiendum, atque inde conſolationem mutuari oportere: quare ſic orditur.

2. VOCE *mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Deum, & intendit mihi*. Pſalmum ordiens docet Idithun, quod prope ſit Dominus invocantibus eum.

3. *In die tribulationis meæ Deum exquiſivi manibus meis nocte contra eum, & non ſum deceptus*. Tanta inquit tribulatio demerſit animam meam, ut non ſolum die ſupplicationes offerrem, ſed & ipſum noctium tempus in precibus inſumerem. Verum hæc agens non cucurri in vanum, non fruſtra laboravi: atque id ſibi vult illud: *Non ſum deceptus*.

4. *Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei & delectatus ſum*. Nullas, inquit, hominum conſolationes admittebam: ſed ſola Dei memoria lætitia cordis erat mihi. *Exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus*. Cum humanis, inquit, utebar ratiociniis, id enim ſignificat illud: *Exercitatus ſum*, tunc in defectionem animi dejectus ſum.

5. *Anticipaverunt vigilias oculi mei, turbatus ſum & non ſum loquutus*. Hoc nos, inquit, in perturbationem conjicit, quod inimici, cuſtodiarum noſtrarum loca occupent, id eſt, murorum propugnacula.

a 6. ad 11. *Cogitavi dies antiquos*. Illa, inquit, mecum cogitabam, & turbabar perpendens quo pacto Deus olim populo auxiliaretur; nunc autem repulerit. Et hoc me in anxietatem animi conjiciebat: ne forte in perpetuum deſerti forent. Reminiſcebar illorum dierum antiquorum.

11. *Hæc mutatio dexteræ excelſi*. Dum mecum verſarem inquit cogitationes illas de populi abjectione, ſero tandem intellexi, mutationem illam a bonis ad mala, quæ populo contigit, ob nihil aliud eveniſſe niſi propter Altiſſimi dexteram. Quaſi apertius diceret; propter ea quæ contra Salvatorem Chriſtum, qui eſt dextera Patris, facta ſunt.

12. *Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum*. Cogitavi, inquit, quanta ipſis bona tribuerit, & qualia viciſſim intulerint ei mala.

13. *Et meditabor in omnibus operibus tuis*. Etſi enim illi ita ſe geſſerint, at ego ea quæ ab initio nobis contuliſti beneficia ad finem uſque recenſebo: id eſt, nullum ex nobis collatis bonis oblivioni tradam.

14. *Deus in ſancto via tua*. Sanctum vocat aut ſanctificatum Apoſtolorum chorum, quicum ſtupenda illa & divina ſigna edebat; aut quia nemo

poteſt

potest venire ad Patrem nisi per Christum, qui revera sanctus est, utpote Deus. *Quis Deus magnus sicut Deus noster?* Omnibus antecellis, o Domine, solus enim quæ vis *mirabilia* operaris.

16. *Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob & Joseph.* Ipsis enim primis prædicavit Euangelium regni cælorum. Brachium Domini, id est Christus.

17. *Viderunt te aquæ Deus, & timuerunt.* Et quandonam aquæ videntes timuerunt, nisi quando mare increpavit & obmutuit?

18. *Vocem dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ transeunt.* Nubes hic vocat sanctos Apostolos, qui cælestem & euangelicum sermonem administrant. Sagittas autem vocat operationes sancti Spiritus. Perinde igitur est ac si diceret: Operationes in Discipulis tuis editæ, per totum orbem auditæ sunt. Sciendum autem, ipsum Christum sagittam electam apud Esaiam prophetam nuncupatum fuisse. (*Esai. 49. 2.*) *Vox tonitrui tui in rota.* Tonitru dicit euangelicum sermonem, qui per totum orbem vehementer insonuit. Quamobrem Euangelistam, filium tonitrui appellavit. Rotam autem dicit hominum vitam, ut ex Ezechiele ediscere est. Perinde itaque est ac si diceret: sermo tuus Euangelicus, toti hominum generi traditus est. *Illuxerunt fulgura tua orbi terræ.* Ecquænam fulgura fuerint, nisi ea quæ spirituali nos lumine illustrant, sancti scilicet Apostoli & Euangelistæ, quibus Salvator dixit: *Vos estis lux mundi.* (*Matth. 5. 14.*) *Commota est & contremuit terra.* Quasi dicat, Audita est ab omnibus orbem incolentibus salutaris prædicatio, per quam castus timor omnes occupavit, juxta illud: *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* (*Psal. 2. 11.*)

20. *In mari via tua & semitæ tuæ in aquis multis.* Mare vocat mundum, aquas autem multas, diversa in eo hominum genera. Quoniam autem Christus præcepit Apostolis dicens: *Euntes docete omnes gentes*: &, *Ecce vobiscum sum omnibus diebus*; (*Matth. 28. 19. & 20.*) ipsi vero totum orbem percurrerunt, & prædicaverunt omnibus gentibus, Domino invisibiliter, secundum veraces suas promissiones, ipsis assistente; ideo intulit. *Et vestigia tua non cognoscentur*, ob invisibilem Domini progressum cum eis. Ceterum ipse solus, utpote Deus, viam fecit in mari sensibili ut ait Euangelista.

21. *Deduxisti sicut oves populum tuum.* Quemadmodum oves quæ nesciunt quo vadant & ubi incedant, sic nos ipse deduxisti, administris ad hæc usus Moyse & Aarone. Omnia itaque ab his verbis: *Memor fui operum Domini*, refert ad illud: *Memor fui Dei, & delectatus sum.* Horum, inquit, recordatus, consolatio mihi & lætitia fuit. Cum enim mecum reputarem quanta & qualia nobis per auxilium tuum obvenerint, confidebam numquam futurum esse, ut postquam pro nostra salute & pro liberatione eorum qui olim detinebantur tanta effecisti, nunc feras ut despicias nos in servitute, captivitate & calamitate consistentes. *In manu Moysi & Aaron.* Tu ipse, inquit, Domine, qui una cum sanctis Apostolis es, olim per Moysen eduxisti populum tuum ex Ægypto, ducibus Moyse & Aarone.

Intellectus Asaph. PSALMUS LXXVII.

Argumentum.

Hunc canit psalmum Asaph, novum populum admonens, ut Euangelicæ legi attendat; populumque illum antiquum Judaicum accusat, quod multis acceptis beneficiis, nullius memores fuerint, sed contra loco gratiarum actionis, ingratitudine beneficum remunerarint.

ATTENDITE *popule meus legem meam.* Ecquem populum cohortatur, nisi qui ex gentibus est? Eccui legi attendere jubet nisi Euangelicæ? Quod autem gentes sint populus ejus, id ait propheta Zacharias: *Et confugient gentes multæ ad Dominum, & erunt ipsi in populum.* (*Zach. 2. 11.*) *Inclinate aurem vestram in verba oris mei.* Alacriter, inquit, verba mea audite.

2. *Aperiam in parabolis os meum.* (*Mat. 13. 35.*) Hoc aperte Euangelista explicavit ut impletum, quando multas parabolas dixit Dominus in euangeliis.

3. *Et Patres nostri narraverunt nobis.* Quotquot, inquit, a patribus edidicimus, hæc omnia per opera & per ejus adventum novimus.

4. *Non sunt occultata a filiis eorum in generatione altera.* Non pro altera, inquit, generatione, sed pro filiis eorum omnia Salvatoris mirabilia opera patrata sunt: quare non cessarunt ipsis *narrantes laudes Domini & virtutes ejus.*

5. *Et legem posuit in Israel.* Legem, inquit, dedit patribus eorum, & tabernaculum testimonii, instituens eos ut per legem cognoscerent Salvatorem, qui in tempore ad genus hominum advenit.

6. *Filii qui nascentur.* His significat sanctos Salvatoris discipulos, qui mirabilia per Christum edita filiis suis annuntiant; id est, iis qui ipsorum opera ad fidem accedunt.

7. *Et non obliviscantur operum Dei.* Hæc ipsis enarrabunt, ex quibus solis poterunt Deum sibi spem adscribere.

8. *Ne fiant sicut patres eorum.* Annuntiabunt, inquit, Apostoli laudes Dei, iis qui per ipsum instituti sunt: ut exquirant Dei mandata, & ne patrum suorum infelicitatem imitentur. Illa namque generatio cor rectum non habuit erga Deum, neque fidem habuit cum Deo spiritus ejus. *Generatio quæ non direxit cor suum.* Illi namque spem in Deo firmam non habuerunt, quia noluerunt rectam ingredi viam; sed sententiam habuere divinis adversantem legibus.

9. *Filii Ephraim intendentes & mittentes arcubus.* Per solam tribum Ephraim totum populum Israel a Juda segregatum & divisum significavit. Ipsi enim & vitulos erexerunt, & a legali cultu desciverunt. Postquam ante tetigerat patrum malignitatem, jam eorum improbitatem ex integro recenset, atque bonorum copiam a Deo illis concessam; eorum erga Deum infidelitatem, denique perniciem quæ his de causis illos excepit. Ut iis instituti, malum zelum effugerent. Dicit autem filios Ephraim, id est totum Israelem, qui didicerunt cum malignis dæmonibus pugnare, atque ad eam rem, in modum arcus adornati erant, ipso pugnæ tempore mutasse sententiam, atque Dominum negasse, ut voluntate ad Barabbam, id est ad Satanam, declinarent.

10. *Non custodierunt testamentum Dei.* Novam Euangelii traditionem dicit, atque illud: *Ecce dies venit, & disponam cum eis Testamentum novum.* (*Baruch. 2. 15.*) Causa autem hic redditur, quia illud non custodientes, quod est nova lex Dei, *conversi sunt in die belli.* Non enim credebant ei dicenti: *Ego ex Patre exivi & venio.* (*Joan. 16. 27.*) Cum enim par fuisset adversus eos pugnare qui contra Deum bellum gererent: illi adversus Deum bellum moverunt.

11. *Et obliti sunt benefactorum ejus.* Licet enim multa beneficia acceperint, omnia a memoria sua abjecerunt. Et ejusce rei argumentum illud est, quod eum tradiderint Pilato.

Obli-

Obliti sunt quomodo pertransierit beneficiis eos cumulans, & sanans eos qui sub potestate diaboli essent.

12. *Coram patribus eorum fecit mirabilia*. Ita beneficiorum & mirabilium Christi obliti sunt, sicut patres eorum qui in Ægypto fuere quando liberavit eos Dominus. Simile enim quidpiam videtur sigoificare illud: *Coram patribus eorum*; ae si apertius diceret. Similes patribus suis in malis studiis fuere: & sicut illi obliti sunt Deum, ita & isti.

13. *Interrupit mare & perduxit eos*. Non solum hoc, inquit, sed etiam mare dividens omnes pertransire fecit. 15. Hinc incipit ea quæ in priori liberatione edita sunt miracula recensere. Diviso enim in multas divisiones Rubro mari, ac separatis aquis & ex utraque parte in sublime elatis, *quasi in utre* quodam divina virtute conclusit eas, ne effusæ multitudinem demergerent.

21. *Ideo audivit Dominus & distulit*: Quasi diceret: supersedit parum & operatricem manum quasi cohibuit.

24. *Et panem cæli dedit eis*. Noo solum, inquit, manna corpora nutriebat, sed & rationabili quadam & cælesti virtute alebat eorum animas, sicut revera etiam alit Angelos. Atque illud potest ex conjunctione animadverti, quę quasi in quadam additione jacet cum dicitur. *Et panem cæli dedit eis*. Nihilominus autem possumus id ex Apostolo ediscere, qui de illis dicit quod spiritualem cibum comederent. Illud autem erat quod hic panis Angelorum vocatur.

27. *Et sicut arenam maris volatilia pennata*. De coturnice hic loquitur.

30. *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum*. Versus est illis cibus in iracundiam, utpote qui omnino ad saturitatem carnium declinarint.

39. *Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens & non rediens*. Miserabatur, inquit, illos, etsi videret eos omnino declinasse ad carnes, id est, ut ea quæ carnis sunt saperent, ac spiritum habere ad concupiscentiam carnis semper vadentem, nec convertentem se ad pœnitentiam, ut quæreret Deum ex tota anima. Nulla igitur alia de causa miseratus est & salvum fecit illum, oisi propter suam solum clementiam. Quare prius dixit: *Ipse enim est miserator & misericors*.

42. & seqq. *Non sunt recordati manus ejus, die qua redemit eos de manu tribulantis*. Postquam enumeravit bona io mari & in deserto ipsis collata, alium recenset beneficiorum modum. Hęc autem sunt mala inimicis illata, scilicet mutatio fluminis io sanguinem, cynomyia, ranę, erugo, locusta, grando, pruina, ignis, immissio angelorum malorum: & reliqua usque ad primogenitorum exitium.

50. *Viam fecit semitæ iræ suæ*. Cum dedisset, inquit, mysterium Agni, exitum dedit iræ, ut populum suum prætergrederetur, & ne attingeret eos qui ejus mysterium celebrarent. Sed cum custodiret eos dando semitam iræ suæ, animabus eorum scilicet Ægyptiorum *non pepercit a morte*: tradidit enim exterminatori.

54. *Et induxit eos in montem sanctificationis suæ*. Jerusalem ait & templum postea in illa excitatum. *Montem hunc quem acquisivit dextera ejus*. Ipse namque Christus est, dextera Patris, qui olim ante populum incedebat, & sorte dedit eis terram promissionis. *Et ejecit a facie eorum gentes*. Amorrhæum, Chettæum, & qui consequenter enumerantur. *Et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis*. Expulsis ac deletis septem gentibus. Nam pulsorum urbes domosque possederunt.

56. *Et tentaverunt & exacerbaverunt Deum excelsum*. Idololatriam quæ judicum & regum tempore inducta fuit enarrat. *Et testimonia ejus non custodierunt*.

57. *Et averterunt se, non servaverunt pactum, quemadmodum patres eorum*.... Quemadmodum patres eorum, ait, in deserto, redemtore abnegato, vitulum fecerunt; ita & isti erectis vitulis sacrificabant, Deo derelicto.

58. *In iram concitaverunt eum in collibus suis*. In omnibus enim montium cacuminibus immolabant dæmonibus; ut ait Oseas propheta. *Osee 11. 12.*

59. *Audivit Deus & sprevit, & ad nihilum redegit valde Israel*. Traditi enim sunt variis captivitatibus.

60. *Et repulit tabernaculum Silom*. In Silom enim erat prius tabernaculum, quo tempore sacerdotium exercebant Heli & Samuel. *Tabernaculum ubi habitavit in hominibus*. Tabernaculum dicit Arcam, quæ hominibus illis erepta est, a quinque Satrapiis quæ abstulerunt illam.

61. *Et tradidit in captivitatem virtutem eorum, & pulcritudinem eorum*. Virtus & pulcritudo eorum erat Arca, quæ tradita est in manus Azotiorum.

62. *Et conclusit in gladio populum suum*. Cum ducereotur enim in captivitatem moriebantur, nemine auxiliante, quia familiares eorum igne absumti fuerant.

64. *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt*. Filios Heli sacerdotis dicit. *Et viduæ eorum non plorabuntur*. Perierunt enim eodem exitio, atque viris in morte conjunctæ sunt, neque lacrimis ut solet in mortuis fieri deploratæ sunt.

66. *Et percussit inimicos suos in posteriora*. Hoc ait quia Azotios & Ascalonitas in podicibus percussit, donec remittereot Arcam.

67. *Et repulit tabernaculum Joseph*. Hoc ait quia Silom erat in portione Joseph: Ephraim autem filius erat Joseph.

68. *Sed elegit tribum Juda*. Ex ea enim reges constituit, quorum primus fuit David. Sciendum autem tribum pro tribu elegisse Deum, tribum Juda pro tribu Josephi; & locum pro loco, montem Sion pro Silom.

69. *Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum*. Sanctificium dicit, divinum in Jerusalem excitatum templum. Unicornis autem, fera est inexpugnabilis, quia acutum in fronte cornu habet, atque illo belluas omnes ioterficit. Ait igitur, cum extructum fuit templum illud, omnes gentes virtute in illo contenta inferiores fuisse visas.

70. *De post fœtantes accepit illum*. Fœtantes dicit natas & recens emissas. Davidem, quod esset pastoritiæ artis peritus, & quia sciret fœtas oves custodire, merito assumsit, & rationabilium ovium pastorem constituit. 71. *Pascere Jacob servum suum*. Id est, doctor ipsis proborum morum fuit, per ea quæ fecit erudiens eos.

72. *Et intellectibus manuum suarum deduxit eos*. Intellectum manuum, omnes actus convenienti tempore editos dicit.

1. PSALMUS *Asaph*. LXXVIII.

Argumentum.

Hunc canit psalmum pro iis qui in tempore Antiochi dire cæsi sunt. Rogans supplicatione sua ultionem cædis in populo factæ, conversis scilicet calamitatibus in eos qui ipsas intulissent.

DEUS *venerunt gentes in hæreditatem tuam*. Multas enim adducens gentes Antiochus, ingressus est

est Jerosolymam & divinum templum incendit. A *Polluerunt templum sanctum tuum*. Ecce, inquit, tua alii occuparunt, & quæ tua sunt ab alienigenis detinentur. *Posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam*. Lapidibus electis constructus est locus, ubi tabernaculum habet qui poma custodit.

2. 3. *Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cæli*. Ob inhumanitatis vehementiam, ne concedebant quidem cognatis ut mortuos humarent. *Carnes sanctorum tuorum bestiis terræ*. Quomodo enim sancti non fuerint quorum sanguis effusus est pro legis observantia, ex quorum erant numero Machabæi.

5. 6. *Exardescet sicut ignis zelus tuus*. B Zelo accendere, inquit, propter nomen tuum ab inimicis blasphematum.

8. *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum*. Peccata dicit antiqua quæ in Ægypto admissa sunt.

10. *Ne forte dicant in gentibus; Ubi est Deus eorum?* Etiamsi, inquit, multitudo peccatorum nostrorum impedimentum est nostræ salutis: sed propter nomen tuum adjuva nos, propter convitium quod proferunt in te, propter sanguinem servorum tuorum qui effusus est, propter gemitum compeditorum.

11. *Secundum magnitudinem brachii tui posside* C *filios mortificatorum*. Virtute brachii tui, ait, salvos fac eos qui a cæde residui sunt.

1. *In finem, pro iis qui commutabuntur, testimonium Asaph*, PSALMUS *pro Assyriis* LXIX.

Argumentum.

Ex prima verborum sententia rogat misericordiam assequi eos qui ab Assyrio in servitutem redacti erant. Sed sublimiore sententia, rogat pro iis qui spiritualem captivitatem passi sunt, postquam in crucem actus est Dominus a spiritualibus Assyriis, & ab eorum principe, videlicet Satana. Supplicationem ergo effundit, rogans adventum Salvatoris nostri, & liberationem totius generis Israelitici.

2. QUI *regis Israel intende*. Te, Domine, qui pastoris instar populi sollicitudinem geris, rogo admittas deprecationem meam.

3. *Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim, Benjamin & Manasse*. Dum incederet ta- E bernaculum, una gradiebantur tres tribus, Judas nempe, Isachar & Zabulon. Subsequebantur ad meridiem tres aliæ, Ephraim, Benjamin, & Manasse. Erat autem in Cherubim aureis supra arcam positis gloria Dei, qui ipsos præcedebat cum incederent. Tu itaque qui sedes super Cherubim, & præcedis arcam, ita ut sis ante Ephraim, Benjamin & Manasse, (Nam *coram* significat in conspectu) per tuam potentiam salutem dato.

9. *Vineam de Ægypto transtulisti*. Israelem dicit. *Ejecisti gentes, & plantasti eam*. Nam cum præcederes eos ejecisti a facie eorum gentes. F

11. *Operuit montes umbra ejus*. Umbra vineæ est legalis cultus, quia lex umbram futurorum bonorum continet. Montes dicit Silom & Sion. In iis namque duobus locis tabernaculum constitutum fuit. Nihil ergo aliud significat, nisi quod legalia, quæ futurorum bonorum umbra erant, in duobus hisce montibus celebrata fuerint. *Et arbusta ejus cedros Dei*. Cedri sunt cælestes virtutes; arbusta autem vineæ, Prophetæ in populo qui in sublime efferebantur, & quiescebant in supernis & rationalibus potestatibus.

12. *Extendit palmites suos usque ad mare*. Palmites & propagines vineæ dicit omnem populi multitudinem, qui pertingebat a flumine Euphrate ad usque mare Indicum.

13. *Ut quid destruxisti maceriam ejus?* Maceria ejus erat Angelorum custodia, quam amovit ab eis Deus.

14. *Et vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam*. Data quippe fuit in pabulum impuris dæmonibus, qui etiam depascunt eorum animas, & spirituali fructuum copia exspoliant.

15. *Deus virtutum convertere*. Deprecor te igitur potentem Dominum, ut respicias de cælo vineæ perniciem, & remedium vulneri applices. Tua enim ipsa providentia priorem illam optimam conditionem dederat.

16. *Et perfice eam quam plantavit dextera tua*. Quoniam tu, inquit, plantasti illam, ac deinde fuit 17. *incensa igni & suffossa* atque periit, te illam corripiente, *perfice eam* & paratam redde ad salutem; præpara autem illam per filium hominis: Illud enim: *super filium hominis*, per filium hominis significat. Quis autem est filius hominis, nisi ipse Dominus noster, ut ipse de se in Euangeliis dicit?

18. *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ*. Hæc, inquit, est operatio salutis populi, quæ per manum indicatur, *super virum dexteræ tuæ fiat*, id est, per virum qui est dextera tua. Ecquis ille est nisi filius hominis, qui est dextera Patris, etiamsi factus sit homo? 19. Cum autem hoc factum fuerit & salvos nos fecerit dextera tua, qui vocaris vir & filius Dei, numquam discedemus a te, utpote qui vitæ tuæ participes simus, & tuo nomine appellemur, id est Christiani.

20. *Domine Deus virtutum converte nos*. Assidue sup- D plicationem emittit gestiens, ut Unigenitus appareat, per quem salutem ipsi consequentur.

1. *In finem, pro torcularibus* PSALMUS *ipsi Asaph*. LXXX.

Argumentum.

Jam cum octavum interpretaremur diximus torcularia Ecclesias esse. Videre igitur est ex hoc quoque psalmo ipsum vocare gentes ad fidem in Dominum. Eam doctrinam præbens illis ut nunquam discedant ab ipso, prioris populi impietatis causa abjectionem significans.

2. EXULTATE *Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob*. Jubilatio est victoriæ carmen. Cohortatur itaque gentes ut Deo auxilianti, qui a dæmonum potestate ipsos liberaverat, hymnos victoriæ canant.

3. *Sumite psalmum & date tympanum*. Psalmum hic vocat, divinam doctrinam, Tympanum autem est instrumentum pellibus confectum. Ait igitur: obsequentes divinis eloquiis: *Exhibete corpora vestra hostiam viventem, Deo placentem*. *Psalterium jucundum cum cithara*. Psalterium rursum corpus dicit, ob consensum & coaptationem animæ cum illo; ut Dei homines perfecti sint, & animas Deo dicantes & corpus: non mundo, sed Domino. Rom. 12. 1.

4. 5. *Buccinate in neomenia tuba*. Sicut olim Israel sensibiles sumens tubas in neomenia buccinabat, quia hoc præceptum dederat Deus in testimonium quod liberati fuissent ex Ægyptiaca servitute; ita & novus populus euangelica usus tuba, cujus sonus in omnem terram exi-

exivit, jubet in neomeniis tuba canere, id est in renovatione mentis ejus: confitens ipse atque testificans, quod illum ex spirituali Ægypto liberarit, id est, ex potestate tenebrarum.

6. *Linguam quam non noverat audivit*. Populus, inquit, egressus ex Ægypto, audivit linguam quam olim non norat. Ecqua illa fuit nisi vox Dei in monte ad populum emissa?

7. *Divertit ab oneribus dorsum ejus*. Quasi dicat, ex oneribus. Dicit porro quod illos a sarcinis liberaverit, quas deferebant cum exstruerent urbes Pharaonis. *Manus ejus in cophino servierunt*. Hoc ait quia lutum & paleas in cophinis ad opus deferebant.

8. *In tribulatione invocasti me, & liberavi te*. Simile
Exod. 2. 24. est illi: *Quia audivi gemitus eorum & vocem eorum audivi, & descendi ad liberandum eos. Exaudivi te in abscondito tempestatis*. Quasi dicat, ex magna & vehementissima te angustia liberavi. *Probavi te apud aquam contradictionis*. Quando sitibundus populus ad
Exod. 17. 2. Moysen diceret: *Da nobis aquam ut bibamus*; respondit, *quid me conviciis oneratis & tentatis Dominum?*

9. 10. 11. *Audi populus meus*. Populum cohortatur, ut curet esse obsequens illi. Nam si hoc faciat, nequaquam serviet alii Deo: neque erit ipsi Dominus in Deum recentem. Ipse namque est qui olim eos ex Ægypto redemit. *Dilata os tuum, & implebo illud*. Promittit obsequentibus carnales & spirituales cibos.

12. 13. 14. 15. *Et non audivit populus meus vocem meam &c*. Quia me hoc pollicente, ipsi surdi fuerunt; ideo repudiavi eos, dignasque de facinoribus eorum pœnas sumsi.

16. *Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula*. Quasi apertius diceret: quia populus mentitus est Domino, erit ei tempus supplicii, id est, tempus futuri sæculi.

17. *Et cibavit eos ex adipe frumenti*. Illi, inquit, mentiti sunt ei: ipse vero, utpote bonus, replevit eos spirituali cibo: qui est ipse Dominus, panis vivus qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. *Et de petra melle saturavit eos*. Petra est ipse Dominus; mel, ejus divina eloquia. Ait igitur, quod eos sanctis eloquiis suis repleverit.

PSALMUS *Asaph*. LXXXI.

Argumentum.

Postquam in præcedenti psalmo de populi abjectione loquutus est, hic quæ causæ sint quod a Deo abjectus fuerit clarius recenset.

1. DEUS *stetit in synagoga deorum*. Deos vocat principes Judæorum, qui filii Dei vocabantur. Stetit igitur in medio eorum Deus, in salutari suo adventu, ut judicaret eos, facinorum eorum convictionem adferens.

2. 3. *Usquequo judicatis iniquitatem? &c*. Iniquitatem, qua erga populum usi sunt, in medium adducit.

5. *Moveantur omnia fundamenta terræ*. Fundamenta terræ dicit principes sæculi hujus: qui ante Judæorum populum pœnas dederunt, a tyrannide qua nos opprimebant expulsi, per illud dictum:
Joan. 12. 31. *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras*. Exacti sunt a loco quod prius occupabant. Cum itaque prius illi compressi fuissent per crucem ejus: ac deinde abjectus sit Israel postquam Evangelium per totam terram prædicatum fuit, subjunxit: 6. 7. *Ego dixi dii estis. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis*. Et
A quibus principibus, nisi iis quos paulo ante significavit per commota fundamenta terræ?

1. *Canticum* PSALMI *Asaph*. LXXXII.

Argumentum.

Precationem hic effundit ad Deum, rogans ut de arrogantia gentium, quæ cum Assyriis bellum gesserant adversus Jerusalem, sumat pœnas. Hæ autem gentes inferius in psalmo indicantur.
B

2. DEUS *quis similis erit tibi? ne taceas neque compescaris Deus*. Nemo, inquit, tibi similis erit, immemor videlicet injuriarum, & æquanimiter tolerans iniquitates. Ego autem precor ut non taceas, super iniquis incursionibus inimicorum, quibus nos adoriuntur.

3. *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt*. Publicata, inquit, fuit eorum adversum nos iniquitas.

9. *Facti sunt in adjutorium filiis Lot*. Qui superius memorati sunt auxilium & opem adtulerunt
C filiis Lot. Filii autem Lot sunt Moabitæ & Ammonitæ. Hinc autem cognoscimus, dæmones sese mutuo provocare ad perniciem animæ, ut nos funditus perdant, & famosum illum Israelem in oblivionem ducant. Deinde finitimos enumerat, a quibus evocati alii convenerunt.

10. *Fac illis sicut Madian & Sisaræ &c*. Sicut olim Madian, Sisara & Jabin insurgentes contra Israelem disperierunt, alii in torrente Cisson, alii in Endor; eodem modo qui cum Assur nos adoriuntur easdem pœnas luant. Sisara dux exercitus erat: Jabin autem Rex Chanaan. qui in fu-
D gam vertuntur in torrente Cisson: de qua re in libro Judicum manu Barac & Deboræ mulieris Israelitæ.

11. *Disperierunt in Endor*. In indecenti loco. Endor enim, indecentiam significat. *Facti sunt ut stercus terræ*. Insepulti enim jacentes dissoluti sunt, & quasi stercus, terræ admixti.

12. *Pone principes eorum sicut Oreb*. Paria Idumæis, Ismaelitis, Moabitis, Agarenis & memoratis eorum sociis immitte mala in Oreb & in reliquos. Ipsi enim mali male perierunt.

14. 15. *Deus meus pone illos ut rotam*. Id est, ne
E maneant in eodem statu, sed in contrarium revolvantur. *Sicut stipulam ante faciem venti*. Id est versatiles fient, ut est revera stipula spicæ. *Sicut ignis qui comburit sylvam*. Fruantur, inquit, igne quem ipsi accenderunt, atque ipse ignis eos consumat: sicut & sensibilis ignis comburit sylvam. Simile est autem huic dicto: *Ecce vos omnes ignem accenditis, eatis* Esai. 50. 11.
ad lumen ignis vestri, & flammæ quam accendistis. 16. *Sicut flamma comburens montes*. Parabolicus est sermo. Quemadmodum, inquit, ignis decidens comburit montes; ita comburentur illi per supplicium a te inflictum, quod ob vehementiam &
F gravitatem, tempestati comparavit.

17. *Imple facies eorum ignominia*. Lapsi enim optatis suis, & pudore repleti, agnoscent tuam potestatem. *Et quærent nomen tuum, Domine*. Id ait, quia ex datis pœnis utilitatem percepturi sunt. Illud, *quærent*, positum est pro, cognoscent.

1. *In finem, pro torcularibus, filiis Core,* PSALMUS LXXXIII.

Argumentum.

Rursum pro Ecclesiis in hoc psalmo verba facit, & palam est ex eo quod pro torcularibus inscribatur.

2. QUAM *dilecta tabernacula tua, Domine virtutum.* Tabernacula dicit sanctas ecclesias Dei, per diversa loca constructas, erga quas studio fertur religiosa anima. 3. *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Perinde est ac si diceret: & corpore & anima me obtuli ad serviendum Deo viventi & vero. Illud autem, Deo viventi, ad discrimen idolorum dictum est: quæ mortua sunt & ex materia sensu carente fabrefacta.

4. *Etenim passer invenit sibi domum & turtur nidum sibi ubi ponat pullos suos. Altaria tua Domine.* Passer hominum animam adumbrat, cui venando insidiatur spiritualis venator, juxta id quod dictum est: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.* Turturem autem vocat animam quæ in castitate & temperantia versatur. Ait igitur nmuem animam hoc inventuram perfuginm, ingressum scilicet in altaria.

Psalm. 123. 7.

5. *Beati qui habitant in domo tua,* Spirituali videlicet.

6. *Beatus vir cujus est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit.* Qui sibi, inquit, adjutorem adscripsit, bonas sibi cogitationes quotidie instituit, quas nunc ascensiones dixit, quia in ipsis est quasi ascensus a terrenis ad cælestia. 7. *In valle lacrimarum.* Vallem lacrimarum mortalem vitam dicit. Ait igitur, in mortali vita replebis eos bonis cogitationibus, quotidie instituens illos. * quæ sibi ex tuo patrocinio advenisse bona senserunt.

* Locus mutilus.

8. *Etenim benedictionem dabit Legislator: ibunt de virtute in virtutem.* Retributiones, inquit, bonarum cogitatinnum dabit illis legislator, id est, qui legem novi Testamenti dedit illis. Quæ autem fuerint illæ benedictiones, nisi quod de virtute in virtutem eant? Id est ab hoc vitæ instituto secundum Deum acto, ad supernam Jerusalem, quo cum pervenerint videbunt Deum sicuti est.

10. *Respice in faciem Christi tui.* Christum hic appellat populum vocatum ad regale sacerdotium.

11. *Quia melior est dies una in atriis tuis super millia.* Dies una in atriis Domini, id est in Ecclesiis, diem resurrectinnis Salvatoris significat. Millia vero, sive mille, ita enim legitur in Hebræorum scriptura, legalem cultum vocat, qui per mille annos perseveravit nrsus a temporibus Salomonis, a quo fundatum est divinum templum usque ad adventum Salvatoris. Declarat igitur longe præstantiorem esse euangelicum quam legalem cultum. *Elegi abjectus esse in domo Dei mei &c.* Ac si diceret: Maln pusillus & vilis esse in Ecclesia, quam præpotens in populn peccatore. Hæc iis qui in Babylone erant utilia, & nobis congruentia sunt. Nam & illos edocebat gratia Spiritus, ut divinæ domus vastitatem ne despicerent: & nos erudimur ut Deo sacra templa semper exoptemus, & diligamus.

12. 13. *Dominus non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia.* Nam qui hujusmodi affectum habent, his omnibus bonis fruuntur. Misericordia enim ex divinis templis oritur, atque largiter exhinc veritas suppeditatur. Istinc enim sanorum dogmatum doctrinam accipimus, & divinam gratiam ex sanctissimi Spiritus fontibus haurimus. Imo exinde præclari evadimus, & valde illustres: & ut uno verbo dicam, omni bonorum copia fruimur, & a malitia improbitateque liberamur: vitam eligentes in simplicitate & veritate agere.

1. *In finem, filiis Core.* PSALM. LXXXIV.

Argumentum.

Per hunc psalmum vocationem gentium significat, & remissionem ob suam ad Deum cnnversionem ipsis concessam. Ad hæc inducit Judaicum populum qui post vocationem gentium peccata sua confitetur, & rogat ipse quoque ut per Christum misericordiam consequatur.

2. BENEDIXISTI, *Domine, terram tuam.* Et revera Deus & Pater benedixit, sive placuit ipsi omnia in Christo instaurare. *Avertisti captivitatem Jacob.* Nam cum Judæis primum prædicaverit, multos redemit a spirituali captivitate in quam abducti fuerant. * Hæc significavit Dominus post prophetiam Esaiæ, quæ sic habet: *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem & cæcis restitutionem visus:* dicens: *Hodie impleta est prophetia hæc in auribus vestris.* Ipse enim est, qui nos a multorum deorum erroneo cultu & a dæmonum servitute liberavit, & catenas peccatorum snlvit.

* Hæc dubia sunt. Esai. 61. 1. Luc. 4. 21.

Utrumque hic Propheta prædicit; filiorum Israel ex Babylone reditum, & salutem mundi: ac duplici modo tntum enarrat. Sensus autem est: Deo acceptum est cor bonum ac studiosum, quod ipsius terra est, quia recipit ejus semen, ac reddit fructum centuplum.

3. *Remisisti iniquitatem plebis tuæ.* Quæ per fidem ad ipsum accessit, ait autem populum ex gentibus coactum, juxta illud a Zacharia propheta dictum: *In illa die confugient ad Dominum gentes multæ, & erunt ipsi in populum.*

Zach. 2. 11.

5. *Converte nos Deus salutaris noster.* Deprecationem offert ex persona populi Judæorum, rogantium ut & ipsi gratiam consequantur.

8. *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.* Cum Cyrus Persarum rex, juxta Esaiæ prophetiam, redeundi potestatem dedisset, festinant patriam repetere suam, & propterea Deum precantur, ut promtam ipsis pro clementia sua, salutem conferat. Citissime inquit, o Domine, tuam nobis bonitatem ostende, ut tuam salutem consequamur, & ex his locis commigrare possimus. Cum sic Propheta supplicatinnem quasi ex illorum persona offerat, Dei responsum accipit & ait: 9. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Cum finem supplicandi fecisset Propheta, responsum a Spiritu cum silentin excipit.

10. *Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius.* Excipiens Propheta responsum quod auditurus erat a Deo de genere sun; illud norat, quod paratus sit omnibus prope adesse, si ejus timorem amplexi fuerint: continget autem iis qui Dei timorem amplexi fuerint, quod in glnria inhabitent. *Ut inhabitet gloria in terra nostra.* His significat œconomiam Unigeniti cum carne. Facta quippe nobis est a Deo & Patre justiria & pax & misericordia & veritas. Nnsque miseratus docuit veritatem; imo & justos reddidit nos, *pacificans omnia in seipso quæ in cæln & quæ in terra.*

Coloss. 1. 20.

11. *Mi-*

11. *Misericordia & veritas obviaverunt sibi*. Veritatem A quæ per Deiparam, & semper Virginem mundo exorta est aperte prædicat. Ipse namque est veritas, etiamsi ex muliere natus sit. *Justitia* enim *& pax* vere *osculatæ sunt*, per veritatem illam ex semper Virgine Deipara mundo orientem.

Luc. 1. 34. 12. *Et justitia de cælo prospexit*. Simile est id quod ad Virginem dictum fuit: *Spiritus sanctus superveniet in te &c.*

13. *Etenim Dominus dabit benignitatem*. Cum, inquit, oh summam benignitatem, eos qui in terra sunt illaminaverit Dominus; tunc & nos qui terra sumus spiritualis, spirituales justitiæ fructus B dabimus.

14. *Justitia ante eum ambulabit*. Cum dixisset spiritualem terram daturam esse fructum suum, jam docet quo pacto datura sit. Quomodo dabit, nisi cum justitia præambulans, gressus ejus qui operatur bonum & incedit in via quæ sursum tendit, in ipsa via direxerit?

Oratio ipsi David. PSALMUS LXXXV.

Argumentum.

Cum per Spiritum illuminatus nosset beatus David quæ adventum Unigeniti spectabant, atque futuram omnibus qui ad eum confugerent peccatorum remissionem, jure orationem offert, rogans ut ipse unus esse deprehendatur eorum qui per gratiam salutem consequuntur.

℣. INCLINA, *Domine, aurem tuam & exaudi me*. Opportuna sane via ut quis exaudiatur, est humilitas. *Quoniam inops & pauper sum ego*. * Humilitatis est procemium in oratione. D Nam justitiæ ambo divitias possidentes David atque Ezechias, ad eas non respiciebant, sed naturæ inopiam spectabant, & Deo supplicabant ut eam paupertate affectam misereretur. Illud autem: *Inclina Domine aurem tuam*, ex metaphora positum est, quasi ex infirmitate non possit altius clamare, & medicum cogat ut aures ori admoveat.

* Locus suspectus, est [illegible] codice [illegible] Athanasii.

2. *Custodi animam meam quoniam sanctus sum*. Ob bona opera quæ edidit postulat exaudiri se. *Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te*. Postquam se sanctum esse dixit, ad humilitatem rursum E sermonem convertit, servum sese Domino adscribens, atque spem salutis in illum tantum habere se testificatus.

3. *Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamabo*. Docemur hisce, cum qui a Deo quidpiam boni accipere voluerit, debere incessanter in precibus versari.

5. *Quoniam tu, Domine, suavis & mitis*. Docet eos qui ad Deum accedunt, ut ne anxii sint, si dona tantisper differat. Erit quippe illis propitius, utpote qui mansuetus sit & dives in misericordia.

8. *Non est similis tui in diis, Domine*. Deos vocat sanctos Prophetas ad quos sermo Domini fa- F ctus. Ait autem neminem Prophetarum potuisse liberare homines a peccato, nisi solum Dominum, juxta id quod alibi dictum est: *Non legatus, non Angelus, sed ipse Dominus salvavit nos*.

11. *Lætetur cor meum ut timeat nomen tuum*. Qui pietate erga Deum instructus est, legitimum vitæ institutum amplectitur. Hujusmodi autem vita mater est lætitiæ. Merito itaque Propheta divino timore cor suum lætificari posse putavit. Ita
Psal. 104. 3. enim alibi quoque ait: *Lætetur cor quærentium Dominum*, & iterum: *Memor fui Dei & delectatus sum*.
Psal. 76. 2.

12. *Confitebor tibi, Domine Deus meus in toto corde meo*, Mutata repente oratione in confessionem, eo quod liberatus fuerit ab inferno; causam enuntiat cur peccaverit, insidias multorum atque potentium commemorans, iisque adumbrans invisibiles potestates, quæ Deum ante oculos non constituunt. Tu autem, Domine, ait, concessisti ea quæ minime illi exspectabant, tua clementia liberans animam meam ex inferno inferiori. Hæc autem dicit Christus, adstantibus regibus terræ, & principibus coactis in unum contra ipsum.

13. *Quia misericordia tua magna est super me*. Quasi jam consequutus quod precibus postulavit, magnam Dei misericordiam se in sæcula laudaturum ait: quia eorum animas de manu inferi liberavit.

14. *Deus iniqui insurrexerunt super me*. His ostendit se in peccatum illud delapsum fuisse. Quomodo autem, nisi quia Synagoga quædam malignorum spirituum insurrexit, & supplantavit eum ne virtutis cursum teneret?

15. *Et tu, Domine Deus meus, miserator & misericors &c.* Etiamsi, inquit, insurgentibus in me malignis spiritibus, in peccatum dejectus sum, C ac per illud in infernum illum inferiorem. 16. Sed tu ipse, Domine, tuas illas miserationes in me effundens liberasti animam meam; quare rursum misericordiam postulo. Veniet autem mihi misericordia, cum me respicias.

17. *Fac mecum signum in bonum*. Sicut olim in Ægypto filiis Israel signum dedit Dominus, ut non læderentur ab exterminatore; ita & sibi signum dari rogat, ut per illud servetur, & inimicos confundat.

1. *Filiis Core* PSALM. *Cantici* LXXXVI.

Argumentum.

Hunc rursus psalmum canunt filii Core in Ecclesiæ gratiam, vocationem gentium prædicantes, & illustrationem Unigeniti in Ecclesia futuram per œconomiam carnis.

FUNDAMENTA *ejus in montibus sanctis*. Ejus scilicet populi qui per fidem vocatus est. Ait autem ex gentibus ædificatum fuisse populum super fundamentum Apostolorum & Prophetarum.

2. *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob*. Portas Sion initialem & elementarem Ecclesiæ doctrinam dicit. Tabernacula autem Jacob legalem cultum. Ait igitur optabilius apud Deum esse Euangelicum institutum legali cultu.

3. *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei*. Civitas est Ecclesia. Quænam gloriosa dicta sunt de illa, nisi quod in ea habitet Unigenitus, juxta dictum illud: *Hic habitabo quoniam elegi eam?* Psal. 131. 14.

4. *Memor ero Rahab & Babylonis*. Eorum qui ad me convertuntur, ait, memoriam ad bonum conservabo: aut eorum qui indecenter ad voluptatem declinarunt, sive eorum qui idololatriæ valde addicti fuere. Hæc enim nobis significavit per Rahab & Babylonem. *Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum*. Palam his verbis edocemur ex omnibus gentibus Ecclesiam constare.

5. *Mater Sion dicet: Homo & homo natus est in ea*. Matrem dicit, manifestum autem est nos qui credimus in Sioni sive Ecclesiæ adscripturos, in qua est homo, sive is ipse qui fundavit eam. Hic autem est qui pro nobis homo factus est, & qui pollicitus est se supra petram ædificaturum Ecclesiam.

6. De-

6. *Dominus narrabit in scripturis populorum & principum*. Populorum, inqnit, & principum qui io ipsa Ecclesia erunt scripturam Dominus enarrabit. Et qua ratione illud, nisi quia descriptionem illam in cælis factam, illis ipsa
Luc. 10. 20. narrabit dicens: *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælis?*

7. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*. Quando, ait, omnium qui in Ecclesiis sunt habitatio in te fuerit, tunc lætitia pleni erunt.

Vulgata cum Hebræo, Ethan Ezrahitæ.

1. *Canticum* PSALMI. *In finem pro Maheleth ad respondendum, intellectus Etham Israelita*. LXXXVII.

Argumentum.

In hoc psalmo Christi mors, quam pro nobis suscepit, memoratur: ut postquam spiritibus qui in inferno erant prædicasset, daret resurrectionem. Deflet autem Jerusalem, utpote quæ excidisset a spe in ipsum. Ipsa autem Jerusalem sive populus, olim ceu quidam chorus erat, secundum quod portio & sors ejus nuncupabatur; quamobrem pro Maheleth inscriptus est psalmus, q. d. choreæ sive chori. Quoniam autem profundum est Christi mysterium, valde subtili & spirituali mente opus est ad illud iotelligendum; quare, *intellectus*, inscribitur. Dicitur autem psalmus Æman esse, in Ægypto a Moyse factus. Hic autem Æman nepos erat Israelis, otpote qui descenderet ex Zara, qui erat filius Judæ filii Israelis.

1. DOMINE *Deus salutis meæ in die clamavi*. Utpote bonus, cum videret populi lapsum & discipuli perniciem, preces pro iis effundit ad Patrem; ut improbitatis minime participes, salutem & ipsi per eum nanciscerentur.

4. *Quia repleta est malis anima mea*. Tametsi ipse peccata nostra pertulit, & pro nobis dolet, jure se malis repletum ait. *Et vita mea inferno appropinquavit*. Hoc ait quia per gratiam Dei pro universo mundo gustavit mortem.

5. *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber*. Solus Jesus & mortuus est pro iniquitatibus populi ductus ad mortem, juxta Esaiæ vocem: & mortuus cum esset solus erat liber. Neque enim peccatum habebat quod ipsum morti faceret obnoxi-
Joan. 10. 18. um. Quapropter dixit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum potestatem habeo sumendi eam*.

6. *Sicut vulnerati dormientes in sepulcris*. Similia, inquit, factus sum hominibus vulneratis & jacentibus in sepulcris, qui cum tuum auxilium non accepissent, non acceperuot resurrectionem. Ego autem vulneratus sum, inquit, propter peccata populi, & in sepulcris fui, sed non ibi remansi, quia & post vulnerationem, & post depositionem in sepulcro, mei meministi. Resurrexi enim calcata morte.

8. *Super me confirmatus est furor tuus*. Furorem Dei vocat maledictionem mortis, hominum generi illatam. Quia igitur maledictio pro nobis factus est, ideo furorem Dei super se confirmatum dicit.

Et omnes fluctus tuos induxisti super me. Fluctus sive elationes vocat, vehementem pœnam hominibus prævaricationia causa inflictam. Significat item mortem.

9. *Longe fecisti notos meos a me*. Hoc ait quia tempore passionia omnes reliquerunt eum. *Posuerunt me abominationem sibi*. Vide quomodo etiamnum Judæi Christi nomen exsecrentur. *Traditus sum & non egrediebar*. Hoc ait qoia conclusus fuit in domo principis Synagogæ.

10. *Oculi mei languerunt præ inopia*. Flebam, inquit, pro populo cernens eos a divitiis, quæ secundum Deum sunt, ad extremam paupertatem delapsoa.

11. *Clamavi ad te, Domine, tota die*. Unum nobis exitum ut a malis liberemur præbeto, tuam, Domine, providentiam. Nam semper manus extendens te deprecor. Hic porro habitus acerbum animi dolorem indicat. Necessitate quippe coactus quilibet homo, ferventius ei supplicat qui id tribuerepotest.

12. *Numquid mortuis facies mirabilia? Medici suscitabunt*. Nos edocet quæ causa sit quod mortis tempore descenderit, tantum non ita loquens: quoniam, inquit, neque mortui possunt mirabilia facere, neque medici suscitare ut confiteantur tibi: neque ii qui in pernicie erant nosse poterant veritatem tuam. Hujus rei gratia, o Pater, reputatus sum cum iis qui sunt in ioferno; ut suscitati ii qui sunt io terra oblivionis, mirabilium tuorum experimentum accipiant, & qui olim in tenebris erant enarrent veritatem tuam.

13. *Numquid enarrabit aliquis in sepulcra misericordiam tuam?* Num potest, inquit, fieri, ut mortui in pulverem redacti qui in umbra mortis degunt, & oblivioni traditi sunt, tuæ sint clementiæ participes, & tuorum mirabilium speculatores.

14. *Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua?* Quemadmodum apud eos qui perierunt non est veritas; ita apud eos qui in tenebris sunt, non sunt mirabilia. Terra oblivionis, est anima rationalis fructibus Spiritus sancti privata.

15. *Ut quid, Domine, repellis orationem meam, avertis faciem tuam a me*. Ille quidem pro populo precabatur, ipsi vero ob ingentem malitiam sese salute indignos reddunt; ita ut ejus orationem pro ipsis oblatam quasi inutilem efficiant.

16. *Pauper sum ego & in laboribus a juventute mea*. Pauper quidem quia servi formam accepit; in laboribus autem a juventute, quia ab ipsis incunabulis, Herodis & similium ipsi hominum insidiis appetitus est: *Exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus*. Exaltationem dicit sive adscensum ad crucem, juxta id quod ab illo dictum est: Cum exalta- Joan. 8. 28.
veritis filium hominis. Illud autem, *humiliatus sum*, de suo in infernum descensu ait.

17. 18. *In me transierunt iræ tuæ &c*. Omnem iram, inquit, adversum me excitasti; & terribilissimis me suppliciis conturbasti, iisque ceu aquis me demersisti.

19. *Elongasti a me amicum & proximum, & notos meos a miseria*. Miseriam vocat passionis tempus. Ait igitur tempore passionis, amicos & notos reliquisse ipsum. Ac quoniam factus est Patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; in cruce autem relictus est a Discipulis, ideo Patrem suum elongasse amicos & notos dicit.

1. PSALMUS *intellectus Æthan Israelitæ*. LXXXVIII.

Vulgata cum Hebræo, Ethan Ezrahitæ.

Argumentum.

In præsentibus Christi ex semine David generationem, & ejus regnum, vaticinatur, insuperque salutarem passionem quam pro nobis sustiouit. Intellectus autem ioscriptus est, quia spirituali mente opus est maxime ad intelligendam mysteriorum ejus profunditatem. De Æman autem, quod & ipse Pro-

Propheta fuerit, in præcedentibus jam enarratum est.

2. MISERICORDIAS *tuas, Domine, in æternum cantabo*. Et quas misericordias Domini? quasnam erga nos effecit, quas cantare debeamus? nimirum quod principatus & potestates de medin sustulerit, & ipsum diaboli imperium: nosque liberaverit a peccato & morte. *In generationem & generationem annuntiaba veritatem tuam in ore meo*. Veritas Patris est Filius, quem sancti in generationem & generationem in ore gestant: sermo enim quasi ab Apostolico choro procedit.

3. *Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur*. Tu, inquit, o Domine, dignatus es polliceri, in æternum misericordiam magnam & mirabilem assidue ædificandam in cælis, id est, præparandam, sive excitandam. Nam quod ædificatur quodam modo excitatur & erigitur. Est autem illud salus & gratia per Christum data. Misericordia quidem Dei homines ædificat; veritas autem præparat sanctas virtutes. *Præparabitur veritas tua*. Quemadmodum salus Christi misericordia & gratia vocatur, ita quoque vocatur veritas, quæ usque ad cælos, ait, excitata est per sanguinem; sive in terra sive in cælo.

4. *Disposui testamentum electis meis*; Abrahamo, inquit, & Jacobo: iis enim promissiones de Christo dedit, juxta id quod dictum est: (Gen. 22. 18.) *Et benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ. Juravi David servo meo*. Et ubinam juravit, nisi cum diceret illi: (Paral. 17. 11.) *Et erit postquam impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis; exsurges de semine tuo alius, qui erit ex ventre tuo. Et præparabo in æternum regnum ejus. Ipse ædificabit domum nomini meo. Et erigam regnum ejus in sæculum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium*.

5. *Confitebuntur cæli mirabilia tua*. Hoc ait ob Christum natum, & quod Angeli pastoribus annuntiaverint dicentes: (Luc. 2. 11.) *Quia natus est nobis hodie Christus Dominus in civitate David*. Et quod alterius cælestis exercitus multitudo visa fuerit dicentium: (Luc. 2. 14.) *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax*.

7. *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino?* Etiamsi, inquit, Unigenitus factus sit homo, & demisit se ad voluntariam evacuationem, atque accepit servi formam: atqui etiam sic est incomparabilis, & omnes etiam cælestes virtutes antecellit. Illæ namque domesticum & ministerialem habent ordinem; Dominus autem, universorum est dominator. Imo vero neque *in filiis Dei* quispiam similis ei est. Et hoc ipsi testificantur dicentes: (Joan. 1. 16.) *Ex plenitudine ejus nos omnes accepimus*. Et ille quidem dat utpote Deus, hi vero ejus donis divites sunt.

8. *Deus qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus & terribilis*. Quemadmodum imprudentes scandalizantur videntes eum in servi forma, audientesque tamen eum dicentem: (Joan. 14. 6.) *Ego sum veritas*: &, (Joan. 8. 58.) *Antequam Abraham fieret ego sum*; contra sancti glorificant eum, magnumque ac terribilem vocant. Quod hinc palam est, quod Petrus ceu ex omnium ore clamet: (Mat. 16. 16.) *Tu es Christus filius Dei vivi*. Omnesque rursum: *Vere filius Dei es*. Quando mare & ventos increpavit.

9. 10. *Potens es Domine & veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris*. Declaratur eum qui in forma servi est, eumdem ipsum esse qui humidam substantiam produxit; atque eumdem ipsum esse qui posuit (Job. 38. 11.) arenam in terminum maris, & dixit ei: *Hucusque venies, nec pertransibis*. Hoc autem verum esse commonstravit quando increpavit mare & ventos, cum navigaret una cum Discipulis. *Motum autem fluctuum ejus tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum*. Ipse namque est qui ligavit fortem & superbum, & suis *dedit potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici*. (Luc. 10. 19.)

12. *Tui sunt cæli & tua est terra*. Sicut maris est Dominus, ita & cælorum & universæ terræ conditor. *Orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundasti*. 13. *Aquilonem & mare tu creasti. Thabor & Hermon*. Hisce verbis quatuor terræ partes significat, per aquilonem, septentrionales regiones: per mare, Occidentales. Mare namque scriptura vocat occidentem: per montem Hermon, meridiem; per Thabor, Orientem.

14. *Tuum brachium cum potentia &c.* Tuum, inquit, Domine, brachium omnibus ostendatur cum potentia. Etiamsi enim homo factus sit, & similis nobis apparuerit; at perspicua fuit magnitudinis ejus præstantia. Atque id sibi vult illud: *Firmetur manus tua, exaltetur dextera tua*.

16. *Beatus populus qui scit jubilationem*. Postquam prædicavit incarnationem Unigeniti, jure beatos prædicat eos qui hoc mysterium edidicerint. Hoc autem est victoriæ carmina ipsi canere. Jubilatio enim est canticum de prostratis inimicis editum. Pro nobis enim pugnam commisit ac devicit adversarias potestates. 16. *Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exsultabunt*. Sanctos Apostolos suos beatos prædicat, quia nomine & virtute ejus stupenda illa opera edebant.

18. *Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum*. Cornu dicit gloriam. Dicit igitur quasi Patrem alloquens: Quoniam tibi placuit mittere Unigenitum; ideo gloria nostra excitata est. *Glorificati enim sumus conresuscitati cum Christo, & regnantes cum illo*. (Ephes. 2. 6.)

20. *Tunc loquutus es in visione filiis tuis*. Tunc, sive, olim, ait, per visiones propheticas, filiis tuis, iis scilicet qui ad filiorum Dei adoptionem & dignitatem vocati sunt, loquutus es. Quid autem loquutus es nisi illud: *Posui adjutorium in potente?* Perinde autem est ac si diceret: Dedi auxilium in potente infirmis & a Satanæ tyrannide oppressis, ut consugerent ad potentem. Potens autem ille, quem dedit nobis Pater ad auxilium, Christus omnino est: nam est Dominus virtutum. *Exaltavi electum de plebe mea. Inveni David servum meum*. Intelliga Christum ex semine David, qui electus vocatus est, *propter quod & Deus exaltavit illum*. (Philip. 2. 9.) Iterumque vocat illum Davidem quatenus ex semine David erat; servum item, quia in forma servi apparuit. *Olea sancta mea unxi eum*. Cum Verbum esset Deus, natus est secundum carnem ex muliere & homo prodiit, manens Deus ut erat: tunc judicium per te accipiens, nuncupatus est Christus. Nam cum Verbum esset Deus & rex ante sæcula, quæ nostra erant sibi propria effecit, ut nos iis quæ ipsi propria erant divites essemus.

22. *Manus enim mea auxiliabitur ei*. Ait Salvator: *Opera quæ dedit mihi Pater ut faciam, ipsa opera testificantur de me, quia ipse misit me*. (Joan. 5. 36.) Et iterum: *A meipso nihil loquor. Pater autem in me manens ipse facit opera*. (Joan. 14. 10.) Et hoc ipsum est quod nunc Pater de illo dicit: *Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum*.

23. *Nihil proficiet inimicus in eo*. Etiamsi dixerint: *Venite, occidamus eum, & habeamus nobis hæreditatem ejus*. (Mat. 21. 38.) Sed hujusmodi consilium tam Satanæ quam Judæis inutile erat, & frustra cessit illis facinus. Resurrexit quippe Salvator tertia die, postquam mortem conculcasset & spoliasset infernum: & ascen-

ascendit ad Patrem & Deum qui est in cælis: estque in dextera throni magnitudinis in excelsis, omnibus imperans cum genitore suo. Verum itaque est quod dicitur: *Nihil proficiet inimicus in eo.*

24. *Et concidam a facie ipsius inimicos ejus.* Traditi namque sunt Romanorum exercitui, & funditus perierunt.

25. *Et veritas mea & misericordia mea cum ipso.* Veritatem dicit cultum in spiritu & veritate, quem induxit nobis Christus, juxta id quod dictum est ad Samaritanam mulierem: *Spiritus est Deus, & qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare.* [*Joan. 4. 24.*] Misericordiam vero non per alium nobis contulit Deus quam per unigenitum filium suum. Per ipsum enim solum & adorationem in spiritu & veritate edidicimus, & misericordiam consequuti sumus, deleta morte & corruptione de medio sublata. *Et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.* Nominibus enim quæ maxime Patri conveniunt, ipse quoque Filius ornatur: exempli causa dico: Deus verus est Pater; idipsum est Filius: ipse namque est veritas: & vita secundum naturam Pater est & vocatur, illud item est Filius: ipse namque ait: *Ego sum resurrectio & vita.* Hoc dicebat ille ad Patrem; *omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.*

[*Filius iisdem quibus Pater nominibus ornatur.*]

[*Hic deficit contextus.*]

26. *Et ponam in mari manum ejus.* Mare, uti supra diximus, occidentalem regionem vocat: flumina vero Mesopotamiam sive orientem nuncupat. Ait itaque per omnem terram ejus opus extensum iri. *Et in fluminibus dexteram ejus.* In mari ponitur manus Christi, in fluminibus autem dextera ejus. Verum si velit, mare efficitur flumen: & contra flumen si alvei sui aquam retineat, aquæ vivæ mare efficitur.

27. *Ipse invocabit me: Pater meus es tu, Deus meus.* Hoc loco qui incarnatus est per œconomiam Deum vocat Patrem suum dicens: *Vado ad Patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.* [*Joan. 20. 17.*] Nam propheta de illo loquitur, cum de puero nato prænuntians, Deum fortem vocavit illum, patrem futuri sæculi.

29. *In æternum servabo illi misericordiam meam & testamentum meum.* Ipsi scilicet populo qui per eum credidit. Misericordiam autem vocat remissionem quæ per fidem obtinetur. Testamentum vero novum ait, quod fidele dicit, scilicet firmum securum & manens. Nam primum illud testamentum ob infirmitatem & inutilitatem suam desiit. Nihil enim ad perfectum deduxit lex.

30. *Et ponam in sæculum sæculi semen ejus.* Numquam cessabit enim Christianorum nomen, & virtus Euangelici cultus; imo potius perpetua erit & interminabilis.

36. *Semel juravi in sancto meo si David mentiar.* Simile est ei quod alio loco dicitur: *Juravit Dominus David veritatem & non frustrabitur.* [*Psal. 131. 11.*] 37. *Semen ejus in æternum manebit.* Semen Davidis Christum dicit, qui secundum carnem ex semine David natus est. Qui & in æternum manebit. Non potest quippe fieri eum qui Deus sit, & vere Dei Filius, non omni modo ac ratione æternum esse.

38. *Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo.* Thronum Christi intellige Ecclesiam: in illa quippe requiescit. Erit igitur, inquit, Ecclesia Christi fulgens & illuminans orbem, manensque in æternum sicut sol & luna. Nam dictum illud ita se habet: *Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum & testis in cælo fidelis.*

39. *Tu vero repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum.* Quæ in veneranda cruce contigerunt, beati Prophetæ annuntiant. Dicunt itaque Patri & Deo: promisisti in æternum permansurum semen David, & thronum ejus sicut solem & lunam futurum: Sed *repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum.* Illud autem, *repulisti & despexisti*, significat, repelli & despici concessisti. Neque enim Pater repulit & despexit proprium filium; sed Judæi potius illud egerunt: at secundum permissionem Dei & Patris. Atque illud est quod dicitur: *Qui proprio filio non pepercit; sed pro nobis tradidit illum.* [*Rom. 8. 32.*]

40. *Evertisti testamentum servi tui.* Distulisti, inquit, implere promissiones quæ illum spectabant: interea enim ille passus est. Quo pacto autem distulerit, ita declarat: *Evertisti*, inquit, *testamentum servi tui.* Promiseras enim eum in æternum mansurum. Et hoc ipsum fuit testamentum tuum de illo. Verum Judæi crucifixerunt eum, & reputatus est cum mortuis. Passus est inquit, & crucifixus est. Itaque *evertisti testamentum servi tui. Profanasti in terra sanctuarium ejus.* Projecisti, ait, in terram gloriam ejus; nam ubi venit ad passionem, vilis homo ab iniquis Judæis æstimatus est. Sed non remansit mortuus, qui inter mortuos liber fuit, juxta Prophetæ vocem: neque infamiam ullam conspersit ipsi passio ejus; imo vero gloriam potius accepit, quia prostravit eum qui imperium habebat mortis, id est, diabolum, & liberavit hominum genus. Cæterum ea quæ tunc acciderunt annuntiant prophetæ.

41. *Destruxisti omnes sepes ejus.* Sepes & præsidia sanctos Apostolos dicit, qui illo derelicto, fugerunt omnes metu perculsi; ac propterea dicit: *Posuisti præsidia ejus formidinem.*

42. 43. *Diripuerunt eum ..... Lætificasti omnes inimicos ejus.* Gaudebant enim & movebant capita sua, videntes eum in ligno pendentem.

44. *Avertisti adjutorium gladii ejus.* Quoniam eos qui unigenitum Dei & Patris filium crucifixerunt, extremo supplicio dignos, non statim ultus est; sed per summam clementiam tempus pœnitentiæ per baptismum dedit illis; ideo dicit avertisse adjutorium gladii ejus: illud autem, *avertisti*, accipitur pro, retinuisti.

45. *Destruxisti eum ab emundatione.* Illud, *destruxisti*, pro, dejecisti positum est, id est, providisti ut crederetur purus. Nam putabant malum esse, & quasi peccator damnatus est, *& inter iniquos reputatus.* [*Esai. 53. 12.*] *Thronum ejus in terram collisisti.* Quia carnaliter passus est, & factus est inter mortuos liber, rati qui crucifixerunt eum, oppressum fuisse per passionem, ac omnino finem existendi fecisse nec ultra nominandum fore; ideo Propheta, eorum qui crucifixerunt existimationem interpretatur dicens: *Thronum ejus in terram collisisti.*

47. *Usquequo, Domine, avertis in finem, exardescet sicut ignis ira tua?* Id est: usquequo Judæorum ausus prævalebunt, qui curant ut unigenitus & Salvator noster crucifigatur. Symmachus autem: *Usquequo, Domine, absconderis in finem, exardescet ut ignis furor tuus.* [*Lectio Symmachi.*] Usquequo, inquit, Domine, non vis respicere dolores nostros, neque appares & eruis nos a calamitatibus; sed quasi ignis iram tuam per peccatorum nostrorum memoriam accendis.

48. *Memorare quæ mea substantia.* In incorruptione, inquit, hominem fecisti, & ad imaginem tuam formasti eum; sed fraude circumventus in corruptionem decidit. Itaque dato illi incorruptionem, ut salutem consequatur, in quem finem opus illud effectum est.

49. *Quis est homo qui vivet & non videbit mortem?* Nemo; inquit, aut morte superior erit, aut

redi-

redimet animam suam de manu inferi, nisi tu, inquit, Domine, resurrectionem concesseris.

50. *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine?* Antiquas Dei misericordias vocat, renovationem illam in incorruptionem, ante mundi constitutionem definitam.

51. *Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum.* Quia mihi, Domine, *exprobraverunt inimici tui*, dicentes falsas esse promissiones gentibus datas quæ me spectabant, Erant autem illæ hujusmodi, quod scilicet salutem consequuturæ essent, & liberandæ a morte & a peccato. Exprobraverunt autem, mortem meam respicientes: & vanas esse promissiones illas declara- B runt. Ideo rogo te, nt memor sis: nam, inquit, *exprobraverunt commutationem Christi tui*. Commutatio autem ejus, videtur esse mors & sanguis ipsius, qui datus est in pretium pro mundi salute. Ejusmodi pretium illi exprobraverunt, suspicati eum sub mortis imperio fuisse. Sed noo remaosit in ea qui est inter mortuos liber: sed potius tertia die resurrexit. Quare totum obsignat psalmum in hęc verba desinendo: 53. *Benedictus Dominus in æternum, fiat, fiat.* Quasi videlicet ille jam resurrexerit & ascenderit in cælos, & benedictus fuerit, id est, confessione celebratus fuerit in sæcula cum Patre suo.

1. *Oratio Moysis hominis Dei.* LXXXIX.

Argumentum.

Hanc, ait, orationem in arcanis descripsisse Moysen: ut qui coosequentibus temporibus futuri erant nosseot, quomodo oporteret confiteri delapsos in calamitates, quæ ipsis in extremis temporibus acciderunt, postquam Domino inobsequentes fue- D runt illumque occiderunt. Ut ne autem per temporis diuturnitatem oblivioni traderetur, psalmis inserta fuit, & jure post psalmum octogesimum octavum qui passionem Domini significat.

1. DOMINE *refugium factus es nobis, a generatione in generationem.* Imploraturus Dei misericordiam, jure prooemium ducit a beneficiia jam sæpe sibi collatis. Quæ autem beneficia generatione contulerit, advertere licet ex iis quæ sub Pharaone, quæ sub Jesu, & ex iis quæ in Babylone contigerunt.

2. *Priusquam montes fierent, & formaretur terra.* Quia carnem Domini spectantes, merum ho- E
Luc. 8. 57. minem esse putabant, dicebantque: *Triginta annos nondum habes & Abraham vidisti?* Et hoc maxime ruinæ causa fuit illis, quod ignorarent deitatem. Quspropter jam confitentes dicunt eum ante omnia opificia Patri coeaistere.

3. *Ne avertas hominem in humilitatem.* Ab hinc confessionis exordium ducitur. Rogat autem ut quando gentes omnes ad cognitionem veritatis vocavit, ipse quoque convertatur. Tu dixisti, inquit, Domine;
Jerem. 3. 14. *Convertimini filii convertentes, & sanabo contritiones vestras.* Quia igitur conversi sumus, ne convertas nos in humilitatem seu abjectionem.

4. *Quoniam mille anni ante oculos tuos, Domine &c.* Tempus legalis cultus indicat, per cujus spatium absoluto maxime templo floruit. A Salomonis enim qui domum excitavit tempore, ad usque obsidionem, quæ post venerabilem crucem contigit, computantur anni mille. Sed isti, inquit, mille anni, ut una dies in conspectu tuo computari possunt, imo vero modica diei pars. Merito autem nocti comparat, tempus præcedens Salvatoris adventum; eo quod in tenebria & in A confusione omnes homines essent, quia nondum ipsis exortus erat sol justitiæ.

5. *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt mane.* Quasi apertius diceret: Anni eorum qui te abnegaverunt, io contemtum magnum venient. Fuerunt enim in conculcationem & hominibus & dæmonibus, utpote qui eum qui ipsos redimeret & salvos faceret abnegaverint.

6. *Mane floreat & transeat.* Per vocem, mane, significant tempus quo apparuit illis Dominus io monte Sina. *Herba* autem significat legalem cultum, utpote qui haud multo post reiocere debeat. *Vespere decidat, induret & arescat.* Vesperam vocat tempus in fine sæculi futurum, quo apparuit Unigenitus: io quo pertransiit flos legalis cultus, fallacia inobsequentiæ induratus.

7. *Quia defecimus in ira tua.* Aperte narrant calamitates ipsis ob propria peccata illatas. Et hæc cum Judæis, tum omnibus hominibus conveniunt. Hominum quippe natura, poenas dans iniquitatis suæ, calamitatibus subjecta est & decumanis fluctibus demergitur. Judæi vero ob mentis malitiam a libertate lapsi sunt.

C 8. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo.* Non prætermisisti, inquit, iniquitates nostras, quippe cum nos ipsi eas in capita nostra revocaverimus, quia diximus: *Sanguis ejus super nos & super filios nostros.* Mat. 27. 25. *Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.* Ac si diceret: vita nostra & ejus opera, mala videntur in conspectu tuo. Nihil quippe ignoras eorum quę in nobis acta sunt ab initio usque ad finem.

9. *Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.* Peccatum, inquit, iram tuam adversum nos concitavit; ira vero supplicium intulit; supplicium dolores induxit. Io doloribus quippe modicum vitæ nostræ tempus transegimus. *Anni nostri sicut aranea meditabantur.* Nihil firmum, inquit, nihil stabile naturæ nostræ inest: instar araneæ facile discerpitur.

10. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, &c.* Isthæc similia sunt iis quæ dixit Patriarcha Jacob: *Dies mei pauci & mali, non pervenerunt ad dies patrum meorum.* Sunt itaque qui ultra prædictum tempus vitam extrahunt; sed id paucia contingit. Hic autem significat quod vulgo evenit, & in pluribus contingere solet. Quemadmodum enim mentionem non fecit eorum qui præmatura morte tolluntur; sic eos qui ad extremam senectutem veniunt, utpote grandævos prætermisit. Attamen, inquit, perbreve illud tempus, doloris & laborum plenum est. *Quoniam supervenit mansuetudo, & corripiemur.* Quoniam ceu mortua & admodum vilis est vita nostra, & ignoramus quid nobis post hæc ab imperio tuo futurum sit; ideo, inquit, cum mansuetudine corripe nos. Nam illud, *supervenit*, pro, superveniat, ait. Postulant autem correptionem accipere per Christum, qui est dextera Patris, quamobrem ait:

12. 13. *Dexteram tuam sic notam fac, &c.* In communi positum est illud, *notam fac:* ita ut sensus sit: F Notam fac nobis dexteram tuam, id est, Christum: notos fac nobis eos qui in corde sapientiam habent: illi autem esse videntur Apostoli & Euangelistæ, quorum opera conversionis modos edidicimus.

14. 15. *Repleti sumus mane misericordia tua.* Hæc ajunt quasi jam orationis finem & scopum invenerint. Orietur namque illis sol justitiæ in consummatione sæculi hujus.

16. *Respice in servos tuos, & in opera tua.* Illud, *respice*, rursus positum pro, respexisti, id est, inspexisti

xisti

xisti servos tuos & opera manuum tuarum. Per quam visitationem, splendorem ac lumen Dei nostri videntes, ac conversi, rectam viam incedamus, cum conversionis opera impleverimus.

17. *Et sit splendor Domini Dei nostri super nos*. Nos splendidos ac illustres effecit lumen cognitionis Dei; & Judæi post reditum conspicui item fuerunt. *Et opera manuum nostrarum dirige*. Opera sunt legis; opus autem, est illud quod in nova lege perficitur. Nam in veteri lege varia erant sacrificia: in nova autem solus Filius immolatur. *Et opus manuum nostrarum dirige*. Opera manuum sunt singulæ actiones: opus manuum, est cognitio quæ ex his evenit.

Laus Cantici David, caret inscriptione apud Hebræos. XC.

Argumentum.

Postquam in octogesimo nono psalmo Judaici populi aversionem declaravit, consequenter in hoc psalmo personam inducit eorum qui per Christum consummati sunt, & per eum spirituales hostes superant, principatus videlicet & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum, & spiritualia nequitiæ, ipsumque nefarium Satanam; qui variis modis in præsenti psalmo significantur. Timor scilicet nocturnus, sagitta volans in die, negotium perambulans in tenebris, ruina & dæmonium meridianum, mille & decem millia, aspis, basiliscus, leo & draco. Adversus hosce omnes homini Dei victoriam adscribit.

1. QUI *habitat in adjutorio Altissimi*. Propheticus spiritus, hominem qui auxilium & opem tulit, id est Christum, qui est etiam altissimus, beatum prædicat. Quomodo non beatus qui, ut Deum cæli protectorem haberet dignus habitus est. *In protectione Dei cæli commorabitur*. Qui manet in hoc adjutorio protegitur & custoditur.

2. *Dicet Domino: susceptor meus es tu*. Ecquis est qui hoc Domino dicit, nisi homo qui confidit in ipso, & saluti ejus innixus est?

3. *Quoniam ipse liberabit te de laqueo, &c.* Jam docuit adversarias potestates hisce significari.

4. *Scapulis suis obumbrabit tibi, &c.* Postquam dixisset homo Dei, quod Deus ipse liberaturus sit de laqueo venantium, & a verbis turbulentis, respondet spiritus propheticus dans ipsi fiduciam, & ad fortitudinem concitans spiritualem. 5. *Scapulis suis obumbrabit tibi*, quasi clarius diceret, sub umbra alarum suarum proteget te, atque ettiam scuto operiet te. Quo facto nulla ex adversariis potestatibus lædet te.

6. *A sagitta volante in die, &c.* Impuram qusmdam potestatem nunc sagittam vocat. *A ruina & dæmonio meridiano* ...... Nam meridianum dæmonem ait pigritiæ esse.

7. *Cadent a latere tuo mille &c.* Latus sinistrum significatur, merito quidem. Huic vero lateri millia insidiari ait: dextris autem decem millia. Dexteras quippe actiones nostras, & virtutum gesta fortia ac mirabiliora, multitudo malignarum potestatum evertere conantur.

8. *Verumtamen oculis tuis considerabis*. Nihil, inquit, lædent te insidiatores. Contingent autem tibi ut lapsos videas inimicos tuos.

9. *Altissimum posuisti refugium tuum*. Spiritus propheticus vicissim alloquitur spiritum hominis Dei, docens quantum sit spei erga Deum lucrum.

10. *Non accedent ad te mala*. Nam mali natura extrinsecus advenit, cum contra virtus intrinsecam habeat causam. Nam Deus fecit hominem rectum, qui quærens cogitationes malas, extrinsecus sibi malitiam attraxit. *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*. Confidere jubet eos, quod nihil ingratum accidat, utpote qui credat missum Angelum fuisse auxiliatorem eorum qui in Deum credunt.

11. *Quoniam Angelis suis mandabit de te*. Idipsum in trigesimo tertio psalmo ait. *Castrametabitur Angelus Domini in circuitu timentium eum*. (Psal. 33. 8.) Audiamus autem Patriarcham Jacob dicentem: (Gen. 48. 16) *Angelus qui eripuit me ex omnibus malis meis*. Et magnus Abraham domestico suo fiduciam addens ajebat: *Deus mittet Angelum suum ante faciem tuam, & accipies uxorem Isaac filio meo exinde*. (Gen. 24. 7.) Ex omni parte igitur ediscimus, quod universorum Deus eos qui credunt in ipsum per Angelos custodiat. *Ut custodiant te in omnibus viis tuis*. Qui in nullo delinquit, is custoditur in omnibus viis suis.

12. *Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*. Pes animam significat, lapis peccatum.

13. *Super aspidem & basiliscum ambulabis*. Non solum, inquit, o homo Dei, nihil mali patieris; sed etiam ipsam spirituum multitudinem ad pedes tuos dejectam videbis; ita ut cum omni confidentia eorum capita calces.

14. *Quoniam in me speravit liberabo eum*. Inducit personam Dei promittentem præmium fidei, videlicet salutem. Hæc demum ait universorum Deus, docens qui sit spei fructus. Liberabo enim eum, inquit, ex prædictis cum visibilibus tum invisibilibus insidiatoribus, eum spe vallabo, custodiam eum, loquentem audiam & supplicationem excipiam. *Protegam eum quoniam cognovit nomen meum*. Non solum ab insidiatoribus meos liberabo, sed etiam interminabilem ipsis vitam concedam, & meo salutari dignos habebo. Est autem salutare Jesus Christus, qui nos ad novum certamen inducit, & efficit ut cum illo regnemus.

15. *Clamabit ad me & ego exaudiam*. Cum magna mentis voce clamaverit ad me, me exaudientem & annuentem ipsi reperiet. Semper enim adsum illi, in quavis occasione versetur.

16. *Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum*. Salutare illud est ipse Dominus noster Jesus Christus, qui nos in novum sæculum induxit, & effecit ut cum illo regnaremus.

1. PSALMUS *cantici David in die Sabbati*. XCI.

Argumentum.

Sabbatismus, sive sabbatum, videtur esse futura hæreditas, quia labores hujusce vitæ requies excipiet, nobis præmia nostra accipientibus. Laudat igitur futuram illam requiem.

2. BONUM *est confiteri Domino*. Laudes enuntiat, & iis celebrandis die nocteque indesinenter vacaturum se promittit, pro gestis scilicet Unigeniti. Ecquid fecit aliud quam quod resurrectionem nobis paravit?

3. *Ad annuntiandum mane misericardiam tuam.* Ad annuntiandum diluculo misericordiam tuam, & firmitatem tuam in nocte.

4. *In decachordo psalterio, cum cantico in cithara.* Decachordum psalterium dicit corpus, quod habet quinque sensus, & quinque animæ operationes; per singulos nimirum sensus singulæ sunt animæ operationes.

5. *Quia delectasti me, Domine, in factura tua.* Cernens tua opificia & ineffabilem œconomiam tuam exsulto & gaudeo; atque ex mentis voluptate, linguam ad hymnos canendos moveo.

6. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine &c.!* Ego quidem, ait, opera tua celebrans, profunditatem cogitationum tuarum summopere miror, videns ea quæ in mundo fecisti. Sed insipientes non intelligunt profunditatem mysterii.

7. *Vir insipiens non cognoscet &c.* Variis modis hoc enuntiat, quoniam qui mente ægrotus est, & intelligentia vacuus, nihil horum cognoscit, neque quidpiam de his audiet.

8. *Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum.* Qui non intelligunt mysterium, ait, quasi fœnum erunt, non habentes profunditatem, ac cito cadent, & arescent.

11. *Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum.* Quando, inquit, peribunt inimici & dispergentur, tunc cornu meum, videlicet regnum præparatum, præclarum erit. Nos autem, qui tua sumus cognitione instructi, cum ruinam inimicorum tuorum viderimus, gloriabimur & altum sapiemus in te; utpote a deorum multorum errore liberati, & te qui vere Deus es adorantes. Nam unicornu hic iterum proposuit, ut per unum cornu, unum significaret Deum. Quemadmodum enim illud animal, unum a natura cornu accepit; sic alumni pietatis unam adorabunt Deitatem. *Et senectus mea in olea pingui.* Post labores quos sustinui, inquit, tunc ceu oleo utar ad regale sacerdotium; & hoc erit mihi in diuturnorum laborum præmium.

12. *Et respexit oculus meus inimicos meos.* Id mihi inter alia bona computabitur, quod cadentibus insidiatoribus animæ meæ, hujusce rei spectator ego fuerim.

13. 14. *Plantati in domo Domini.* Hi, inquit, qui cedris illis similes sunt, cultorem habent Deum; paradisum vero, divinum templum. *In atriis Dei nostri florebunt.* In supernis scilicet mansionibus, quas atria esse Domini dicit.

15. *Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi, & bene patientes erunt.* Bene patientes, quasi dicas, bene tolerantes. Dabuntur enim illis *quæ oculus*
1. Cor. 2. 9. *non vidit, nec auris audivit.*

16. *Quoniam rectus Dominus Deus noster.* Postquam in supernis mansionibus constituti parata bona nacti fuerint, hanc annuntiabunt vocem, quod justus & rectus sit Dominus, qui iniquos & impios ceu fœnum arescere fecit; justos autem & pios, quasi cedros & palmas, in supernis tabernaculis plantavit. *Et non est iniquitas* in Deo, quia malitiæ capax non est.

In die ante Sabbatum quando fundata est terra, laus Cantici ipsi David, XCII.

Argumentum.

In præcedenti psalmo per hæc verba: *In die Sabbati*, declaratur secundus Salvatoris adventus, quando regnabit in novum sæculum cum sanctis suis. Palam autem est illud, *ante Sabbatum*, designare priorem ejus adventum, quando terra habitata est, id est, quando Ecclesia in toto orbe fundata est, sanctis Apostolis & Euangelistis, de Christo sermonem per totum orbem renuntiantibus.

1. DOMINUS *regnavit decorem indutus est.* Quoniam humanum genus abscedens a regno Dei, sub tyrannide satanæ fuit, ideo advenit Unigenitus, ut illud rursum proprio sceptro subjiceret. Dei autem decorem, ipsius generis salutem esse dicit. Nisi enim incarnatus fuisset, assumta præter peccatum natura nostra, nulla sane nobis salus fuisset. Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. *Indutus est Dominus fortitudinem & præcinxit se.* Hisce reportatam de adversariis potestatibus victoriam nobis significat, quam ceu militaribus armis instructus retulit. *Etenim firmavit orbem terræ qui non commovebitur.* Postquam illos, adversarios scilicet dæmones, profligasset, Ecclesiam constituit supra petram, cui ne ipsæ quidem portæ inferi prævalebunt.

2. *Paratus thronus tuus ex tunc.* Hoc ait quia a constitutione mundi futuram definierat hominum generis salutem. Thronum quippe ait potestatem judicandi adversarios nostros dæmones. Resurrectionem autem significat Unigeniti. Tu igitur ipse ait, Domine, qui nunc ad eam rem quasi in juridiciali throno sedes, ut judicium scilicet feras & nos vindices, ante sæcula Deus.

3. *Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina vocem suam.* Flumina hic sanctos Apostolos & Euangelistas dicit, qui Dei Ecclesiam spiritualibus fluentis lætificarunt. Dictum namque fuit illis: *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Joan. 7. 38.

4. *Mirabiles elationes maris.* Multæ, inquit, mystagogiæ, sententiæ Apostolorum, & Euangelistarum fluenta, mirabiles effecerunt elationes maris. Mare autem vocat, gentilium qui crediderunt multitudinem, quorum elationes, id est sublimitates sensus, mirabiles fuere. Non enim ultra parva & humilia de Deo sentiunt, sed magna & mirabilia.

5. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Testimonia dicit promissa per sanctos prophetas gentibus facta, quæ fidelia & firma esse in novissimis diebus ostendit, sua præsentia promissa complens. *Domum tuam decet sanctitudo Domine.* Domus ejus Ecclesia est, cui convenit quod sit sancta, quippe quæ eum inhabitantem habeat qui solus sanctus est: cum autem id factum fuerit, nacta perpetuitatem sanctificatione fruetur.

PSALMUS *David, quarta Sabbatorum.* XCIII.

Argumentum.

De providentia hic sermonem habet, docens ut ne anxii simus, neque animum despondeamus, etiamsi ad quoddam temporis spatium peccantibus prosperitas, piis persecutio eveniat. Nihil eorum quippe eadem conditione manet, sed mutatur. His quidem angustia in perpetuam bonorum possessionem; illis autem pro bonis quæ videbantur habere supplicium in infinita sæcula. Quarta autem sabbatorum inscriptus est psalmus, quia quarto mense contigit, (die scilicet pro mense posito) ut civitati Dei initium calamitatum veniret, obsidentibus Babyloniis ut narrat Jeremias.

1. DEUS *ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit.* Quemadmodum est Deus miserationum,

& Deus

& Deus consolationum, ita & Deus ultionum. Hoc autem in prooemio positum magnam iis consolationem adfert qui vi calamitatum in angorem conjiciuntur. Illud autem: *Libere egit*, sententiam in divino tribunali contra impios postea ferendam significat, qua ait: *Discedite a me maledicti*.
Mat. 25. 41.

2. *Redde retributionem superbis*. Pro afflictis precatur, rogans auxilium a Deo qui solus valet opem ferre.

3. *Usquequo peccatores gloriabuntur?* Hisce ingentem Dei clementiam & injuriarum oblivionem significat.

5. *Populum tuum, Domine, humiliaverunt*. Ad iram adversus inimicos Deum concitat, dum ait populum & hæreditatem ejus esse quæ affligitur ab inimicis.

6. *Viduam & advenam interfecerunt*. Horum interpretatio allata est in superiori versu, attamen etiam nunc dabitur. Viduam animam & advenam mentem interficit, qui prave divinas Scripturas interpretatur. Pupillus autem est animus cælesti patre privatus.

11. *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt*. Quomodo autem non sunt vanitate plenæ cogitationes illæ, quæ providentiæ utilitatem repudiare student a sermone?

12. *Beatus homo quem tu erudieris, Domine*. Illi, inquit, miseri & abjecti, qui tuam institutionem non admittunt. Beati autem sunt qui a te erudiuntur, & ex tua lege edocentur. Illi enim in ærumnis mansuetiores effecti, levabuntur molestiis, gnari tribulationes illas tandem in bonum cessuras. Dies malos dicit dies judicii.

13. *Donec fodiatur peccatori fovea*. Hucusque, inquit, qui erudiuntur cum fiducia ærumnas tolerant, *donec fodiatur peccatori fovea*, id est, donec ad deputatum ipsi supplicium peccator accedat. Peccatorem autem dicit satanam, sive omnem adversariam potestatem.

14. *Quia non repellet Dominus plebem suam*. Hoc donum erit ejus de quo in superioribus dictum est: *Populum tuum, Domine, humiliaverunt & hæreditatem tuam vexaverunt. Et hæreditatem suam non derelinquet*. Hoc ex superiore versu pendet: *Quia non repellet Dominus plebem suam*. Quasi diceret: Custodiet populum suum omni tribulationis tempore. Et eo usque gubernabit & deducet, donec divinum constituatur tribunal. Quando autem in hoc justitia sive Christus sedebit, omnes recti corde prope ipsum
Mat. 5. 8. accedent, juxta illud: *Quoniam ipsi Deum videbunt*, ita enim rem declarant quæ subsequuntur.

15. *Quoadusque justitia convertatur in judicium*. Donec Christus judicet mundum. Ipse namque factus est nobis sapientia a Deo, justitia, sanctificatio, redemptio: & judicium omne dedit illi pater.

16. *Quis consurget mihi adversus malignantes*. Hæc est afflictorum vox. Ait autem: quis mihi auxiliator fuerit adversus eos qui male in me agunt. Deinceps ubi derepente sensit quis auxiliator sit, ait, jam olim animam ejus in infernum dejiciendam fuisse, nisi Dei adjutorium nactus esset.

18. *Si dicebam, motus est pes meus*. Dum afflictus, inquit, conspicerem me labi, dicebam; Quando pes meus motus est? id est, excidam a statu illo qui secundum Deum est; statim patrocinium & misericordiam tuam sentiebam mihi auxiliantem.

19. *Consolationes tuæ lætificaverunt animam meam*. Non me reliquisti ait sine consolatione: sed quot habui tribulationes, totidem consolationes a te accepi. Quæ mihi dolores in gaudium commutarunt.

20. *Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis qui fingis laborem in præcepto?* Ideo, inquit, consolatus es cor meum in tribulationibus. Igitur non adhærebit ribi thronus iniquitatis, id est, quia utpote Deus justus judex es & nulla in judiciis tuis iniquitas erit, nam thronus judicium significat. Secus autem ille se habet qui fingit laborem in præcepto, videlicet adversarius dæmon, qui præcepta Dei quæ levia sunt gravia efficit, laboresque hominibus præbet in iis agendis, thronum iniquitatis diabolum vocavit; quia thronus justitiæ Christus est qui est diabolo oppositus. Sic, augurando locum vitiosum vertimus.

21. *Et sanguinem innocentem condemnabunt*. Illi, inquit, maligni & adversarii dæmones, omni ratione conabuntur justi animam quasi venatu capere. Sed ea de causa, inquit, condemnabuntur. Id enim significat: *& sanguinem innocentem condemnabunt*. Ait enim pro innocente sanguine ab ipsis effuso, in judicium & supplicium tradendos fore.

22. *Et factus est mihi Dominus in refugium*. Ego autem Domini providentiæ fructum percepi, & ipse mihi est in vallum munitum.

Laus cantici ipsi David, caret inscriptione apud Hebræos. PSALMUS XCIV.

Argumentum.

Hic sanctorum chorus eos qui increduli erant in Israele cohortatur ut ad salutem per Christum allatam accedant, declarans eum exauditurum esse si procidant ante illum, quia ipse est opifex, suumque amat opificium. Post illam autem a sanctis datam hortationem, inducitur ipsa sancti Spiritus persona: quæ non obtemperantibus præcipit, ut ne patrum suorum incredulitatem imitentur.

1. VENITE *exultemus Domino*. Quasi ad festum accedere cohortantur eos qui non obtemperarent, ad lætitiam vocantes eos, ut ita persuadeant. *Jubilemus Deo salutari nostro*. Probe dicit, jubilemus, videlicet venientes canamus victoriæ cantica. Jubilatio enim, est hymnus ob devictos hostes editus. His autem significat Christum, bello adversariis potestatibus pro nobis illato, ipsas de medio sustulisse.

2. *Præoccupemus faciem ejus in confessione*. Ac si diceret: Priusquam sedeat, faciem ejus qui est filius confessione præoccupemus, & propitiam nobis reddamus. Ita enim continget vobis ut in bonum desinatis: nam confessio bonum habet terminum, & hoc palam facit illud in psalmis, *jubilemus ei*.

3. *Et rex magnus super omnes Deos*. Scilicet eos qui credunt, qui in mercedem hoc consequuti sunt ut dii appellentur, juxta dictum illud: *Dedi te Deum Pharaonis*. Si confessionem offera- Exod. 7. 1.
mus, inquit, non spe labemur: nam nos ut proprium ipsi populum miserabitur.

5. *Quoniam ipsius est mare*. Ostendit eum cum sit opifex totius creaturæ visibilis atque invisibilis, numquam despecturum esse opus suum, si quis confitendo procidat ante eum.

6. *Venite adoremus & procidamus ante illum*. Se ex adorantium & plorantium numero esse dicunt, ut auditores ad confessionem promtiores efficiant.

8. *Hodie si vocem ejus audieritis*. His ab ipso Domino monentur ut obtemperantes sint, neque tales quales patres eorum in deserto fuerant.

9. *Secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri*. Tentaverunt enim Deum alias in aliam incedentes viam, sed non illam rectam viam Domini.

11. Sicut

11. *Sicut juravi in ira mea, introibunt in requiem meam*. Tres nobis requiei species significantur: carnalis una quæ est Sabbati; altera est ingressus in terram promissionis, qua illos quiescere fecit Jesus Nave; tertia cælestis, quæ hic jam denotatur, non alterius enim hic mentio est, si tamen illa vera requies sit. Ostenditur itaque vere requiem esse recessum ex hoc mundo & habitationem in supernis mansionibus.

1. PSALMUS XCV. *Canticum ipsi David. Quando domus ædificabatur post captivitatem*.

Argumentum.

In præcedenti psalmo Judæorum abjectionem vaticinatus si in infidelitate perseverarent, in hoc gentium vocationem inducit, quæ post solutionem spiritualis illorum captivitatis facta est, quando per totum orbem Ecclesia fundata fuit.

2. CANTATE *Domino canticum novum*. Apostolis jubet Spiritus sanctus, ut canticum novum, id est novum Testamentum gentibus per totum orbem enarrent. *Cantate Domino omnis terra ... 3. Annuntiate de die in diem salutare ejus*. Numquam enim finem facient ad usque consummationem mundi novi Testamenti mysteria nobis enuntiandi.

4. *Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis*. Docete, inquit, gentes, nam si audiant, agnoscent ejus qui prædicatur deitatem & magnitudinem; si agnoscant, laudabunt eum. *Terribilis est super omnes deos*. Illud est maximum gentibus ad Domini timorem incitamentum, quod viderint eorum deos, ut vocabant, incendio traditos. Noverunt enim illos omnes non esse deos, sed dæmonia. Solus autem Dominus cælestium opifex est.

5. *Quoniam omnes dii gentium dæmonia*. Qui enim dii vocabantur, maligni dæmones fuisse comperti sunt: at *Dominus noster cælos fecit*.

6. *Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus*. Sanctificatio ejus est Ecclesia, quæ & sancta & magnifica est. Excelsus namque est Ecclesiæ ornatus.

7. *Afferte Domino patria gentium &c*. Patrias vocat Ecclesiarum præfectos, id est, Sacerdotes & præsides. 8. Et sane convenit operibus bonis Deum glorificare, & justis laboribus honorare illum, atque insuper spiritualia illi sacrificia offerre. Offerre nimirum in atriis sanctis ejus, scilicet in ecclesiis. *9. Commoveatur a facie ejus universa terra*. Futurum enim erat ut per omnem terram audiretur prædicatio, & ut terra quasi a priore suo statu commoveretur.

10. *Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur*. Fundavit enim Ecclesiam supra petram, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. *Judicabit populos in æquitate*. Venit enim & judicavit causam nostram, & improbos tyrannos exegit, impuros scilicet dæmones.

11. *Lætentur cæli & exultet terra*. Cum totius orbis bonum ageretur cælestes virtutes cum gaudio dicebant: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax*. *Commoveatur mare & plenitudo ejus*. Mare hic significat gentium plenitudinem, quæ commota est; id est ad recipiendam prædicationem deducta. *Gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum*. Per campos & ligna, sanctas animas significat, quæ de salute mundi exsultaverunt.

Luc. 2. 14.

1. PSALMUS *David quando terra ejus constituta est*. XCVI.

Argumentum.

Hic rursum salutem mundi significat, & fidem omnium gentium in ipsum.

DOMINUS *regnavit exultet terra, lætentur insulæ multæ*. Insulas vocat Ecclesias, utpote omni vento agitatas, & salsis asperisque amarum fluctibus circumfusas.

2. *Nubes & caligo in circuitu ejus*. Latentem ejus ad homines descensum significat, quando in servi forma apparuit. *Justitia & judicium correctio throni ejus*. Hæc, inquit, remissionis causa fuit quod juste judicaverit causam nostram quam habemus videlicet adversus malignas & adversarias potestates.

3. *Ignis ante ipsum præcedet*. Divina sua virtute malam omnem atque adversariam operationem combussit.

4. *Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ*. Fulgura sua dicit esse sanctos Apostolos & Euangelistas, qui luminis instar illuminaverunt orbem.

5. *Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini*. Montes vocat adversarias potestates, quæ sicut cera fluxerunt prædicti ignis opera. Quod aquilo coagulat, id auster liquefacit, quamobrem pulcre sponsa in canticis canticorum ait: Exurge aquilo, & veni auster, persla hortum meum & fluant aromata mea.

7. *Confundantur omnes qui adorant sculptilia*. Videntes scilicet quos olim deos putabant instar ceræ liquefactos Domini opera. *Adorate eum omnes angeli ejus*. Gratias agite, ait, de iis quæ in terra præclare gessit.

8. *Audivit & lætata est Sion*. Sion est Ecclesia. Ecquid audivit, nisi euangelicam prædicationem, quæ lætitiæ ipsi causa fuit. *Et exultaverunt filiæ Judææ*. Filias Judææ sanctas animas dicit, quæ Deo per confessionem conjunctæ sunt, quæque exultabant propter judicia Domini, videntes scilicet ejectos tyrannos, eos autem qui in servitute detinebantur in libertatem vindicatos.

10. *Qui diligitis Dominum odite mala*. Adhortatio inducitur iis qui in libertatem vindicati sunt, docens ut ab omni specie mala avertantur. *Custodit Dominus animas sanctorum suorum*. Qui a maligno aversi estis sancti effecti estis. Tunc enim continget vobis ut Dominus vos custodiat a maligno, qui proprie peccator est.

11. *Lux orta est justo*. Euangelica videlicet. *Justo* autem, huic populo scilicet qui per fidem justus est. *Et rectis corde lætitia*; in hæc verba *rectis* interpungendum, ita ut iis qui recti fuerint in corde oriatur lætitia. In communi autem illud, *orta est*, accipiendum.

PSALMUS *ipsi David*. XCVII.

Argumentum.

Hic quoque psalmus priorem Domini adventum significat, & fidem omnium gentium erga illum, quam dedit eis ut patribus suis pollicitus fuerat. Ea de causa hic concitantur gentes, ut cum jubilatione victoriæ carmen canant, quod eorum causa editum fuit.

1. CANTATE *Domino canticum novum, quia mirabilia fecit*. Mirabile prorsus

ſus eſt quod mors deſtructa ſit, & quod humanum A genus revixerit. *Salvavit ſibi dextera ejus.* Mundum enim Patri obtulit Chriſtus, qui eſt dextera Patris. Non enim humano egebat auxilio.

2. *Notum fecit Dominus ſalutare ſuum.* Carnalem ejus adventum ſalutarem ſcilicet ſignificat.
Luc. 2. 30. Juxta illud dictum a Simeone: *Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. In conſpectu gentium revelavit juſtitiam ſuam.* Ejecto ſcilicet hujus ſæculi principe, nobis autem qui olim ſub tyrannide eramus juſtificatis.

3. *Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ.* Erga Jacob, B promiſit enim ei futurum eſſe ut omnes gentes in ſemine ejus benedicerentur. *Viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri.* Nullum enim regnum non particeps eſt regni Chriſti.

5. *Pſallite Deo noſtro in cithara.* Citharam dicit harmoniam & conſenſum animæ cum corpore. *6. In tubis ductilibus & voce tubæ corneæ.* Ardens atque vehemens ſtudium euangelicæ prædicationis per tubas ductiles ſignificat: per corneam autem regiam dignitatem, quia ex cornu ungebant reges. Neque id tantum ſed quia cornea regni proclamationem faciebant.

C 7. *Moveatur mare & plenitudo ejus.* Mare vocat præſentem vitam, ob ſalſedinem & moleſtiam ſolicitudinum ejus. Mota itaque eſt a priori ſtatu, id eſt ab idololatria.

8. *Flumina plaudent manu ſimul.* Flumina dicit ſanctos myſteriorum initiatores, quorum prædicandi ſtudium indicat eo quod plaudant ſimul. *Montes exultabunt a conſpectu Domini, quoniam venit judicare terram.* Angelicæ nimirum virtutes. Nam gaudium eſt ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

Psalmus *ipſi David.* XCVIII.

Argumentum.

Et hic quoque pſalmus Chriſti regnum ſignificat, atque principum ſacerdotum arrogantiam.

1. DOMINUS *regnavit iraſcantur populi.* Chriſtus eſt cujus regnum Judæi irati non accipiunt. *Qui ſedet ſuper Cherubim moveatur terra.* Is enim ipſe eſt qui in noviſſimis temporibus regnabit in terra, qui ſuper Cherubim vehitur, & E ſub quo mota eſt terra. Ait igitur: Tu es ſuper Cherubim, qui & malum terræ ſtatum commutaſti, cum ad noſtram ſimilitudinem factus es. De ſtatu idololatriæ loquitur.

2. *Dominus in Sion magnus.* Sion eſt Eccleſia, in qua glorificatur & exaltatur Chriſtus, juxta di-
Pſal. 144. 1. ctum illud: *Exaltabo te Deus meus, rex meus.*

3. *Confiteantur nomini tuo magno &c.* Magnum eſt nomen ejus illud, Jeſus, quia ſalus populi ſignificat. Magnum rurſus nomen illud quod eſt ſuper omne nomen, cui curvabitur omne genu, & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Jeſus Chriſtus F &c. *Quoniam terribile & ſanctum eſt.* Terribile adverſus gentes iratas quæ non receperunt ejus regnum; ſanctum autem credentibus in eum. 4. *Et honor regis judicium diligit.* Quoniam honor ſeu gloria regis juſtitiam diligit, quæ per judicium intelligitur; ideo inobſequentibus mandatum ejus terribile eſt, ſanctum autem credentibus in eum. *Tu paraſti directiones.* In juſtitia enim judicaturus eſt orbem.

5. *Exaltate Dominum Deum noſtrum.* Qui excelſus eſt utpote Deus, & ſub pedes habet omnem creaturam, ſine mutatione factus eſt homo. Hunc itaque, ait, qui A ſine mutatione factus eſt homo, exaltate, adorantes eum una adoratione cum ſua carne.

6. *Moyſes & Aaron in ſacerdotibus ejus.* Hic, inquit, qui nunc quatenus homo factus eſt regnavit in terrena, is ipſe erat quem olim Moyſes & Aaron invocabant. Poſtquam dixit itaque: *adorate ſcabellum pedum ejus,* atque incarnationem œconomiamque prædicavit; rurſum nos confirmans, divinitatem per montem illum ſignificat: remanſit quippe Deus, etiamſi propter noſtram ſalutem carnem adſumſerit. Hæc pertinent ad verſum 9.

8. *Domine Deus noſter tu exaudiebas eos.* Etiamſi in aliquo peccare viſi ſunt utpote homines, tu tamen non contempſiſti eos. Peccati itaque arguebatur Aaron ob vitulum, & Moyſes propter aquam contradictionis.

9. *Et adorate in monte ſancto ejus.* Aut terrenam, aut cæleſtem Jeruſalem dicit: aut rurſum montem intelligere poſſumus Unigenitum, juxta illud: *Exciſus eſt lapis de monte ſine manibus.* Dan. 2. 34.

1. Psalmus *in confeſſionem* XCIX.

Argumentum.

In hoc pſalmo eos qui jam acceſſerant ad fidem adhortatio alloquitur, ut gratiarum actiones de iis quæ geſta ſunt offerant. Confeſſio enim hoc in loco, gratiarum actionem cum laude conjunctam ſignificat.

2. JUBILATE *Deo omnis terra.* Redemtos jubet victoriæ carmen canere. Redemti quippe erant omnes homines. Terram autem vocat habitantes in ea. *Servite Domino in lætitia.* Hominum ſervitus noxium timorem efficit, Domini autem ſer- D vitus timorem caſtum, ex quo animæ oboritur lætitia. *Introite in conſpectu ejus in exultatione.* Qui jam jubilationis lætitiam mente percepit, hic quaſi ſtans in conſpectu Chriſti gaudio gaudet & hoc eſt exſultatio.

3. *Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus noſter.* Hic Dominus, inquit, qui proprio ſanguine totam redemit terram, ipſe eſt noſtræ facturæ opifex. Non enim ex nobis ipſis exſtitimus, ſed opus manuum ejus ſumus. Quapropter & populus ejus & oves ejus ſumus: ita ut ille quidem populus ſit, qui rationabilior eſt; oves autem, qui in ordine irrationabi- E liorum conſiſtunt, neque experimentum quodpiam divini eloquii habent, juxta dictum illud: *Erravi ſicut ovis quæ periit.* Pſal. 118. 176.

4. *Nos autem populus ejus & oves paſcuæ ejus.* Alii ſunt ut populus ejus, qui ſcilicet præſtantiores ſunt; alii ut oves paſcuæ ejus, qui in inferiore gradu incedunt. Ceterum cum omnium Deus & factor ſit, omnes vocat & proprios ſibi efficit. Nam ho- Pſal. 35. 7. mines & jumenta ſalvat Dominus; illos quidem ut populum ſuum, hos vero ut oves paſcuæ ſuæ. *Introite portas ejus in confeſſione.* Portas Domini Eccleſiam quæ in terra eſt vocat, in qua confiteri o- F portet, ac denuntiatis antea peccatis, beneficia nobis collata enarrare.

Ipſi David. Psalmus C.

Argumentum.

In hoc pſalmo perfectum nobis hominem deſcribit, qui ſecundum Deum vitam inſtituit, docetque nos quod vitæ genus amplecti debeant ii, qui regnum cælorum adipiſci exoptant.

1. MISERICORDIAM *& judicium cantabo tibi, Domine.* Cum ea quæ ſcio te nobis con-

contulisse beneficia semper *in* ore feram, dabitur judicium, & sane judicium justum. Justificavit enim causam nostram adversus inimicos nostros.

2. *Psallam & intelligam in via immaculata.* Psallam, inquit, hymnum, ac si diceret apertius: Non finem faciam hymnos canendi, & viam meam semper immaculatam conservabo, tuum, o Domine, adventum exspectans. Oportet enim paratos nos esse ad Domini accessum. Tantam autem hic vir mirabilis puritatem obtinebat, ut cum fiducia clamaret ad Deum: *Quando venies ad me?* ac si diceret: regiam tibi exornatam ac decentem paravi, tuam exopto præsentiam, o Domine, tuum adventum expeto, optatum concede. 3. *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ &c.* Nullam, inquit, injustam cogitationem mecum habitare concedebam, sed cum puritate ambulabam. *Facientes prævaricationes odivi.* Oportet enim non solum abstinere a malis, sed etiam aversari eos qui illa agunt.

4. *Non adhæsit mihi cor pravum.* Diaboli consilia, utpote quæ recti nihil habeant prava sunt & perversa, quæ numquam in corde admisi. *Declinantem a me malignum non cognoscebam.* Ita, inquit, nihili faciebam malignos, ut eorum sive præsentiam sive absentiam ignorarem. Quare abscedentibus illis non cognoscebam, ac similiter etiamsi præsentes essent id ignorabam. Mentis autem in Deo consistentis argumentum est, terrenas res nihil curare, ob studium cælestium.

5. *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.* Accusationes occulte factas non admittebam, imo vero eos qui huic rei dabant operam expellebam. *Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam.* Nequaquam eos qui arrogantia & superbia tumebant convivas admittebam.

6. *Oculi mei ad fideles terræ ut sedeant mecum.* Consessus atque consilii mecum participes erant qui fide erant ornati, & divina magni faciebant. Eos autem qui non ita adsecti erant, sed contraria sentientes superbiæ, injustitiæ & humiliationi dabant operam, longe a me exigebam, ita ut ne respicerem quidem illos.

8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Peccatores vocat malas cogitationes, quas cum matutinis orationibus, tum in Dei præsentia consistendo castigabat. *Ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Civitatem Domini sanctam dicit animam, juxta dictum illud: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.* (Psal. 86. 3.)

1. *Oratio pauperis cum anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam.* CI.

Argumentum.

Qui pauper secundum Deum est, id est prophetarum chorus, repletus dolore ob prioris populi excidium, ad Dominum accedit, pro ipso populo preces effundens cum jejunio & lacrymis, ut ipse populus misericorditer excipiatur. Prædicat item hic psalmus vocationem gentium, in adventu Salvatoris nostri Jesu Christi futuram.

2. DOMINE *exaudi orationem meam.* Quæ populo contigerunt sibi quasi propria adscribit propheticus chorus.

4. *Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt.* Horum jam multo ante interpretatio data est, at rursum dicetur. Tota virtus eorum per quam consistebat cultus legalis, fracta est & periit. Erant autem illa, sacerdotium, templum, sacrificia armentorum, libertas populi suis legibus vivendi.

7. *Factus sum sicut nycticorax in domicilio.* Hoc dicit ob tenebras quæ populum interceperunt, ignorabat enim Deum. Quid autem proprium nycticoraci, nisi ut clamet nocte, quamobrem hujusmodi vocabulum sortitus est. Quoniam igitur totam noctem precando transigebat, sese jure nycticoraci confert.

8. *Vigilavi & factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Ego, inquit, qui tempore peccati captus non fui, usque adeo derelictus sum, ut passeri uni similis sim. Tantæ sunt enim myriades peccatorum, ut etiamsi plurimi salutem consequantur, unus tamen, tot myriadibus comparati, videantur.

9. *Tota die exprobrabant mihi inimici mei.* Ridiculus fui inimicis meis: & qui olim mihi invidebant, adversus meas calamitates jurant, rogantes ne sibi paria contingant. Illud autem: *cum cinere*, consimile est septuagesimo nono psalmo: *Cibabis nos pane lacrimarum.* Quod si cibi sumendi tempus dolore plenum fuit, vix aliud quodpiam tempus malis vacuum erit. *Et qui laudabant me adversum me jurabant.* Et amici, inquit, qui olim laudabant me, meas calamitates in jusjurandum adhibebant dicentes: Absit ut talia patiar qualia Israel. (Vide onom in Sauna...)

10. *Quia cinerem tamquam panem manducabam.* Aut calamitates captivitatis significat, aut afflictionem qua se macerabant, ut populus misericordiam consequeretur.

11. *Quia elevans allisisti me.* Solus Israel enim ex omnibus gentibus excelsus erat, quippe qui solus notitiam veri Dei haberet.

12. *Dies mei sicut umbra declinaverunt.* Dies suos ait transactos in legali cultu, qui vocatur umbra futurorum bonorum. *Et ego sicut fœnum arui.* Illud, *ego*, positum est pro, *populus*: nam, ut dixi, omnia quę ad populum pertinent quasi propria sibi adtribuit.

15. *Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, & terræ ejus miserebuntur.* Lapides vocat eos qui post resurrectionem crediderunt in Christum, & facti sunt lapides sancti, secundum Zachariæ vocem: servos autem vocat sanctos Apostolos, quorum opera qui crediderunt in Christum salvi facti sunt. Terram autem, populos, qui adhuc terreno more vivunt, & adhuc non credunt, quos commiseratione dignos ait. Servantur autem reliquiæ ad novissimum usque diem, ipsi enim per Heliam prophetam salutem consequentur.

16. *Et timebunt gentes nomen Domini.* Merito dum placent lapides prioris populi subjungit gentium vocationem. *Et omnes reges terræ gloriam tuam.* Reges positum pro regna. Non est quippe regnum neque gens quæ non adoret gloriam Domini.

17. *Quia ædificabit Dominus Sion.* Id est, Ecclesiam.

18. *Respexit in orationem humilium.* Dicebant quippe prophetæ dum orando sese humiliarent. *Et tu, Domine Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes.* (Psal. 58. 6.)

19. *Scribatur hæc in generatione altera.* Oratio scilicet quæ in psalmo effunditur, & promissio gentibus prophetice facta, quasi in cippo insculpta tradita est Judæis, ut servaretur novo Israeli & Christianæ generationi. *Et populus qui creabitur laudabit Dominum.*

20. *Quia prospexit de excelso sancto suo.* Causam nobis apponit vocationis gentium. Hæc est autem adventus Salvatoris nostri Christi, quando inclinavit cælos.

21. *Ut audiret gemitum compeditorum.* Ecquinam compediti, nisi quos catenis peccati constringit bonorum

osor

osor dæmon? *Ut solveret filios interemtorum*. Filii interemtorum fuerint gentiles, quorum patres in propriis peccatis idololatræ obierunt.

22. *Ut annuntient in Sion nomen ejus*. Et illud quoque ait est descensus causa, ut Ecclesia edisceret hymnis celebrare nomen ejus. Ipsa quippe est Sion.

23. *In conveniendo populos in unum*. Cum prophetæ per spiritum viderent cnngregationem gentium ad Christum, rogarunt ut & ipsi hoc felici spectaculo fruerentur, & rerum exitu.

24. *Respondit ei in via virtutis suæ*. Propheticus chorus est qui respondet, idem ipse qui ioterrogat Deum. Viam virtutis suæ, suum in terra adventum vocat. Venit quippe ut ligaret fortem. *Paucitatem dierum meorum nuntia mihi*. Qualis sit, inquit, vita nostra annuntia mihi. Precabatur autem ut indicaretur sibi, num ad eas dies perventura vita ejus esset, quibus futurum erat ut Unigenitus homo factus appareret in terra.

25. *Ne revoces me in dimidio dierum meorum*. Dimidium dierum ejus sive vitæ ejus, vocat illud quod intercedebat tempus donec adventum videret. Rogat igitur ut impleatur totum tempus suum: & si fieri possit producatur vita sua, ut ipsum rerum exitum videre dignus habeatur. Ita enim futurum erat ut impleretur tota vita ejus. *In generationem & generationem anni tui*. Gnarus propheticus chorus per spiritum, non perventurum se ad harumce rerum finem; ait: Ego vero obdormiam utpote mortalis; tu autem solus, o Domine, usque ad illas generationes permanes, utpote Deus qui cælos ab initio fecisti.

26. 27. *Ipsi peribunt, tu autem permanes*. Tu solus, inquit, o Domine, æternitatem utpote Deus habes: cæli vero etsi magnum & eximium sint opificium, attamen & ipsi corruptioni subjicientur. Corruptio autem hæc erit illis in renovationem: volventur enim in meliorem formam commutati.

28. 29. *Filii servorum tuorum habitabunt*. Nam cum cæli mutati fuerint, & renovata fuerit creatura, tunc in æternis tabernaculis constituti erunt filii servorum tuorum, ii autem sunt qui per sanctos Apostolos crediderunt. *Et semen eorum in sæculum dirigetur*. Semen sanctorum Apostolorum est euangelica & salutaris prædicatio, quæ manet in sæculum.

PSALMUS *ipsi David*. CII.

Argumentum.

Novus populus ex gentibus coactus, docetur in hoc psalmo Deum hymnis celebrare, qui magna ipsi beneficia contulit. Sunt autem ea, peccati destructio & resurrectionis gloria.

1. BENEDIC *anima mea Domino*. Ipse sese ad hymnum excitat, optimum sibi ad salutem remedium esse proponens, benedicere Deum. Ex eo antem quod Deus miseraturus populum esset, de justitia sua in judicando laudatur; utpote qui a corruptione liberet & regnum cælorum det; ita ut præsens hymnus omoibus conveniat. *Et omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus*. Per ea quæ intra suot, significat Deum ex toto corde, ex tota virtute, & ex tota mente invocandum esse.

2. *Benedic anima mea Dominum*. Perseverat sese exhortando ad canendum hymnos, probe sciens id esse officii sui pro magnis acceptis beneficiis. Nam qui divinorum beneficiorum recordatur, numquam finem faciet hujus hymni concinendi. *Et noli oblivisci omnes retributiones ejus*. Pro magnis enim peccatis nostris, retribuit nobis mansuetudinem, misericordiam, miserationes. Quæ oblivisci non oportet.

3. 4. *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis &c.* Hæ sunt retributiones Dei nobis collatæ; primo quod propitiatus sit peccatis nostris; secundo, quod infirmitates nostras sanaverit; tertio, quod de interitu redemerit vitam nostram, cum peccatum de medio sustulit; quarto, quod propria usus clementia, misericordia & miserationibus, nos coronaverit adoptionis gratia; quinto, quod spiritualibus nos bonis repleverit, sese nobis donans panem vitæ.

5. *Renovabitur ut aquilæ juventus tua*. Deo per regeneratinnem juventutem nostram quasi aquilæ renovante. Resurrectionis gratiam nobis significat. Aquilæ autem eos qui renovati sunt comparat, avi omnium maxime altivolanti, regiæ, & quæ sola potest radios solis firmiter conspicere.

6. *Faciens misericordias Dominus, & judicium omnibus injuriam patientibus*. Hic Dominus, inquit, qui sua misericordia quæ dicta sunt dedit nobis, ipse est qui olim justum judicium tulit, & redemit ex Ægypto filios Israel, ac Moysi omnique populo dedit notitiam mandatorum suorum.

7. 8. *Miserator & misericors Dominus &c.* Hæc hujusmodi beneficii & olim & nunc causa fuere, dicente Moyse: *Dominus longanimis, multæ miseri-* Exod. 34.6.
cordiæ & verax: faciens misericordiam in millia. Has igitur misericordias suas notas fecit Moysi, quæ vocantur viæ, & virtutes quibus omoia administrabat. *Non in perpetuum irascetur*. Etiamsi, inquit, iratus est ob Adami prævaricationem, & genus nostrum morte damnavit; sed nnn usque in finem extendet iram suam: illuxit enim in novissimis temporibus ad destructionem corruptionis.

14. *Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum*. Ut figmentum suum & opera manuum suarum nos miseratus est.

17. *Misericordia autem Domini ab æterno*. Simile est illud: *Et faciens misericordiam in millia timentibus me*.

18. *Et justitia illius in filios filiorum, his qui servant testamentum ejus*. Sanctus enim cum sit, in sanctis requiescit, in angelicis videlicet virtutibus.

19. *Dominus in cælo paravit sedem suam*. Requiescit, inquit, in cælestibus spiritibus: oeque tamen terrena ab ejus regno sunt avulsa. Ipse enim est qui utpote Deus omnium dominatur. *Et regnum ipsius omnibus dominabitur*. Dominari omnibus, at non regnare, dictum est, quandoquidem onn omnes regno ejus digni sunt. Quapropter iis qui euangelicam agunt vitam, regnum cælorum Salvator pollicitus est. Imperat autem Dominus iis qui digni sunt.

20. *Benedicite Domino omnes angeli ejus*. Docet populum qui accedit ad fidem, eum qui hymnis vacat, eamdem quam Angeli dignitatem habiturum. Nam si hoc eorum ministerium est, laudare & celebrare Deum: & hoc ipsum anima facere jubetur; cum illa glorificare semper Deum dicatur, manifestum est eamdem consequi dignitatem. Nam quorum idem officium, eadem & dignitas.

21. *Benedicite Domino omnes virtutes ejus*. Non solum Angeli ad laudem vocantur; verum si quis alius est cælestis ordo, sive throni, sive principatus, sive potestates, sive dominationes. Hos nimirum ordines omnes per virtutes nobis significavit.

1. *Da-*

1. *Davidis de mundi ortu. Caret inscriptione apud Hebræos*; CIII.

Argumentum.

Postquam in præcedenti psalmo populum qui accedit ad fidem docuit hymnos offerre Deo; his docet & declarat quanta sit res ejus erga omnes providentia. Quia non modo cælestium & aeriorum providentiam gerit, sed etiam terrenorum vel tenuissimorum; ita ut ne vilissima quidem animalia negligat, sed etiam eorum curam gerat.

BENEDIC *anima mea Domino*. Docet animam Deo ob magnam providentiam ejus benedicere, sicut in præcedenti de liberatione a peccatis. *Domine Deus meus magnificatus es vehementer*. Ad tuam providentiam respicientes, o Domine, ejusdem providentiæ tuæ præstantiam magnificamus stupore perculsi. Ita enim nostram confessionem & decorem, id est, laudem cum glorificatione induit ceu quoddam vestimentum.

2. *Amictus lumine sicut vestimento*. A spirituali lumine hymnum orditur ipsi. Ut autem alio loco dicitur lucem habitare inaccessibilem, hic eodem lumine amictus dicitur.

3. *Extendens cælum sicut pellem*. Secundum hoc providentiæ opus proponitur, quod manu artificis cælum quasi quoddam expansum extendatur. Una quoque formam declarat atque facilitatem opificis. Quemadmodum enim homini facile est pellem extendere; ita & Deo cælum nondum exsistens condere. Simul aliud adumbravit sublime cogitatum, quod ad aliam vitam iter instituamus, & præsentia sint umbra futurorum, ac nondum ad adyta penetraverimus, sed adhuc in præsenti vita ceu in scena simus. Nam scena eorum est quæ solvuntur. *Et post pauca*. Ita in cælo commutato aliud erit vitæ & sortis genus præsenti melius. Erit enim cælum novum & terra nova. Sed audiamus quænam de cælo prophetæ dicant, ut ora obturemus eorum qui magnam in barba confidentiam habent, qui quæ sese ultro offerunt menti loquentes, dicunt etiam sub terra cælum esse, contra quos stans propheta dicebat: *extendens cælum sicut pellem*. Pellis non est sphæra quædam, ut nugantur ipsi; sed solum hemisphærio cuidam similis est. Quod alius propheta dicebat: *Qui statuit ut fornicem cælum, & extendit ut tabernaculum ad habitandum in terra*. Et rursum: *Non nutat sed stat fixus*. Ita dicit propheta: *qui fixit cælum*. Tenuitatemque ejus ad summum usque declarans ait: *Cælum sicut fumus firmatum est*. *Qui tegit aquis superiora ejus*. Ostendit non temere aquarum frequentiam in aere circumferri, sed ipsum rem agere providentia quadam, ita ut nubium concinnitate & positione videantur tegi cælorum partes.

Hæc non videntur Athanasii esse.

Esai. 40. 22.

Esai. 51. 6.

4. *Qui ponit nubem ascensum suum*. Quasi apertius diceret: qui ad ipsas usque nubes providentiam extendit, ascensum enim pro providentia posuit. *Qui ambulat super pennas ventorum*. Declarat non temere ferri ventorum impetum; sed ipsum esse quasi aurigam quemdam, quod ascendat super pennas ejus.

5. *Qui facit Angelos suos spiritus*. Qui Angelos, inquit, leves & sublimes facit. *Et ministros suos ignem urentem*. Ita vidit Moyses in flamma ignis, angelum sibi loquentem.

A 5. *Qui fundavit terram super stabilitatem suam*. Postquam ostendit conditoris in cælo providentiam, progreditur ad providentiam ejus erga terrena. Quod firma illa & gravis cum sit, in humida substantia fundata fuerit.

6. *Abyssus sicut vestimentum amictus ejus*, elementi scilicet terreni. Ait igitur, abysso ceu vestimento circumdedisse terram, totam exterius aquis ambiens. 7. *Super montes stabunt aquæ &c.* Abyssi aquæ, ait, instar montium sublimes insurgunt, & quasi minitantur submergere terram, sed nutu & potestate tua, quæ per tonitru significatur, recedunt: B aut fortasse ideo tonitrua fieri ait, ut ex gestis rebus timore quodam adficiantur aquæ abyssi. Quod si id illis eveniat, multo magis simile nobis contingere necesse est.

8. *Ascendunt montes & descendunt campi*. Exaltatæ, ait, aquæ jure montibus comparentur, sed sedatæ, inquit, per timorem tuum, quasi campus & terræ planities efficiuntur. Fundasti quippe ipsis locum, quem prætergredi non possunt. Atque illud est quod dicitur: 9. *Terminum posuisti quem non transgredientur*. Quare inundare terram non possunt. Simile autem illud est quod mari dicit Propheta: *Hactenus stabis, neque* Job. 38. 11. C *transilies. Sed in te ipso conterentur fluctus tui*.

10. *Inter medium montium pertransibunt aquæ*. Providentiam celebrat minutatim gesta ejus persequens, scilicet bonitatem ejus cum sapientia conjunctam miratur, necnon perseverantiam Dei in curandis brutis animantibus: nam postquam ipsa condidit, eadem nutrit & potat. Quare montes scindens, aquis transitum fabricatus est.

11. *Potabunt omnes bestiæ agri*. Ita brutis animantibus tam reptilibus quam feris providet, ut ipsi necessaria ad vitam suppeditet. *Expectabunt onagri in siti* D *sua*. Et illud quoque providentiæ tuæ opus est, ut non solum ad decorem circum torrentes atque in vallibus ac virentibus locis aquæ darentur; verum etiam inter medium montium, quo agrestium animantium mansuetiora confugiant & in speciosо loco quiescant.

13. *Rigans montes de superioribus suis*. Rigat enim montes & campos, non ex fontibus qui in convallibus sunt, aut ex fluminibus in terra manantibus, sed desuper abundantes suppeditans pluvias. *De fructu operum tuorum satiabitur terra*. Sicut aquarum copiam dedit, ita & alimentum ex terra paravit.

14. *Producens fœnum jumentis, & herbam* E *servituti hominum*. Servitutem hominum vocat mansueta animalia, ut sunt bos, asinus & similia. 15. *Ut educas panem de terra*. Ideo, inquit, jumentorum curam habuisti, ut arantibus illis necessaria ad victum inveniamus. Nostri enim gratia omnia illa beneficia confert.

16. *Saturabuntur ligna campi*. Declarat ea quæ in sylvis vegetant ligna, verbi gratia, cedros, & cetera, ejus nutu augenda fore. Facta sunt autem illa & propter alia quædam, quorum experimentum habemus, & ad nidos passerum. 17. *Erodii domus dux est eorum*. Ipsorum passerum ait ducem F esse seu præstare ipsis erodii nidum. Quia electis arborum celsissimis, in abietibus omnium editissimis ut plurimum nidificant.

18. *Montes excelsi cervis*. Cervis quoque, ait, in refugium montes dedit, ut eo confugerent a ferocioribus animantibus. *Petra refugium herinaciis*. Quemadmodum cervis montes dedit ad salutem; ita & recessus petrarum herinaciis sive cuniculis dedit. Quare incolumitatem nacti illi, ut superius dictum est: *De medio petrarum dabunt voces*. Laudem videlicet dantes servanti ipsos.

19. Fe-

19. *Fecit lunam in tempora*. Recurrit iterum ad providentiam quæ in cælis apparet. Et ob nullam aliam causam factam esse lunam dicit, nisi ad numerum & distinctionem mensium atque dierum. *Sol cognovit occasum suum*. Divino & ipse mandato obtemperans.

20. *Posuisti tenebras & facta est nox*. Hoc ait, ut ne alium diei, alium noctis opificem esse arbitremur.

23. *Exibit homo ad opus suum*. Homines nocte impediebantur quominus per vias ad colendam terram pergerent. Sed jam eunt, quæsitum escam: quoniam non illis terra producit fœnum aut herbam.

24. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine*. Postquam sermonem de providentia complevit, ad celebrandum eum qui ista condidit jam convertitur: hinc auribus requiem parans. 25. Deinde ad aliam providentię partem progreditur, humidę naturę transitum enarrans: quæ numquam hujusmodi fuisset, nisi Dei providentia gubernata fuisset. *Omnia in sapientia fecisti*. Mirabile hoc est, ut & sapientia qua hoc effecit; est enim Christus Dei virtus & Dei sapientia.

26. *Draco iste quem formasti ad illudendum ei*. Postquam de mari verba fecit draconis injecit memoriam. Eum nulla alia de causa productum ajens quam ut illuderetur. Et jure quidem de mari loquens hujus meminit: quia tota vita nostra ceu quædam salsugo est, undique agitata, & immanibus commota fluctibus.

27. 28. *Omnia a te expectant*. Nam sive homines sive agrestium animalium, sive jumentorum sive reptilium greges, ali nequaquam possunt nisi ad victum necessaria ipse suppeditet.

29. *Auferes spiritum eorum & deficient*. His ostendit, ipsum esse mortis ac vitæ dominum.

31. *Lætabitur Dominus in operibus suis*. Ecquod ejus opus? Quod fecit renovans naturam. His enim significat notitiam Dei hominibus futuram, quando Deus lætabitur, non tantum quod ipse adoretur, sed quod salutem nactos videat.

32. *Qui respicit terram & facit eam tremere*. Universale judicium subjungit, quod terrenis omnibus terrorem incutiet. Nemo enim est quin timeat horrendum illud ac divinum tribunal. *Qui tangit montes & fumigant*. Montes adversarias dicit potestates, quas tempore judicii comburet, cujus symbolum est fumus.

34. *Jucundum sit ei eloquium meum*. Eloquium, id est, electio mea. Ait autem quid illud sit quod elegerit, videlicet solum Deum hymnis celebrare, quod ipsi qui celebratur acceptum erit.

35. *Deficiant peccatores a terra*. In illo scilicet tempore. Audient enim illud: *Discedite a me maledicti in ignem æternum, paratum diabolo & Angelis ejus*. *Et iniqui ita ut non sint*. In partibus scilicet eorum qui Deo benedicunt non erunt. *Benedic anima mea Domino*. Ipse enim & a malignorum sorte amovebit illos, & sanctorum partibus adscribere dignabitur.

Alleluja. CIV.

Argumentum.

Alleluja significat, laus invisibili. Dicuntur autem Angeli hac voce laudare Deum, veluti Cherubim illud: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Quod a sanctis patribus qui hæc ipsi audierant traditum est, ut Esaias Seraphim audivit. Alleluja autem sic dividitur, *al*, Deus, *el*, fortis, *uia*, robustus.

1. 2. CONFITEMINI *Domino & invocate nomen ejus, annuntiate inter gentes opera ejus*. In hoc psalmo jubet Apostolis Spiritus sanctus ut gentium populo manifestent mirabilia opera omnia quæ edidit Dominus in adventu suo.

3. *Laudamini in nomine sancto ejus*. Laus enim & gloria iis qui virtutem Dei enarrant. 4. *Lætetur cor quærentium Dominum*. Docet quanta ex confessione utilitas accedat. Nam si, inquit, quæratis eum, continget vobis lætitia in mente, & ut roboretur ac glorificetur caput nostrum.

5. *Memento mirabilium ejus quæ fecit*. Signorum nempe quæ in adventu suo edidit, sive in novo Testamento, sive in veteri apud Moysen & priscis illis sanctis. Multa quippe & illi per Filium Dei mirabilia fecerunt. Hæc gentibus tradi jubet ab eorum præconibus, una cum iis quæ in novo Testamento a Salvatore facta sunt: & simul quæcumque os illius judicavit, cum per veterem tum per novam Scripturam. Jubete, inquit, hæc ceu regias leges custodiri. *Prodigia ejus & judicia oris ejus*. Prodigia, miracula scilicet ab ipso edita, ut ambulare supra mare, mortuum suscitare & cetera. judicia autem oris ejus, verba quæ diceret cum impuros dæmones pelleret ab hominibus; aut novi Testamenti mandata.

6. *Semen Abraham servi ejus, filii Jacob electi ejus*. Quasi ad Apostolos adhuc sermo dirigitur, ut hæc sit sententia: Quasi semen Abrahæ & servi ejus, & filii Jacob & electi ejus: (ipse namque elegit illos,) annuntiate in gentibus, quod ipse sit Dominus Deus noster.

13. *Et pertransierunt de gente in gentem*. A gente Babyloniorum ad Palæstinos.

14. *Et corripuit pro eis reges*. Abimelechum ob ejus erga Saram intemperantiam.

15. *Nolite tangere Christos meos*. Christi vocantur Abraham cum suis, quia in visionibus, filii Dei conspectu digni habiti sunt.

16. *Et vocavit famem super terram*. Per œconomiam famem induxit, ut ejus causa descendentes in Ægyptum atque aucti terram promissionis acciperent. *Omne firmamentum panis contrivit*. Id ex ira Dei tempore famis contingere solet, ut comedentes homines non firmentur cibo.

18. *Donec veniret verbum ejus*. Id est, prædictiones somniorum. Ait igitur hactenus mala perpessum esse, atque capitis periculum deflevisse, donec tempus accessit, ut visa per somnum implerentur.

22. *Ut erudiret principes ejus sicut semetipsum*. Simile est illud: *Nonne per Deum venit explicatio eorum?* Non enim somnia Pharaonis explicasset, nisi Deus dedisset ipsi eorum intelligentiam.

23. *Et intravit Israel in Ægyptum & Jacob accola fuit in terra Cham*. Filii Noe, Sem, Cham & Japhet. Chami autem filius erat Chanaan. Cujus filius Mesraim interpretatur Ægyptus, a quo nomen regio accepit. Quando igitur intravit Jacob in Ægyptum verisimile est Cham avum Mesraimi habitasse in Ægypto, Chanaano in Palæstina habitante. Per Israelem autem & Jacobum, qui intravit in Ægyptum, ejus etiam filii indicantur. Nam cum septuaginta animabus descendit Israel in Ægyptum, ait Scriptura. *Et Jacob accola fuit in terra Cham*. Cham genuit Chanaan, Chanaan autem Mesraim, qui interpretatur Ægyptus. Quare Ægyptum Cham vocat, utpote quæ pertineret ad virum ex Chamo prognatum.

24. *Et auxit populum suum vehementer*. Ita ut Pharao diceret: ille scilicet qui non cognoscebat Josephum: *Ecce nunc magna est multitudo & fortior nobis est*. Exod. 1. 9. Numquam enim aucti & prævalidi facti essent, nisi Josephi patrocinium & Pharaonis gratiam nacti essent.

25. *Convertit cor ejus ut odiret populum ejus*.

Quoniam in honore habiti apud Ægyptins, in similem atque illi idololatriam delapsi fuerant; ideo curavit ut odirent eos & gravia ipsis opera imponerent, ut afflicti ad Deum confugerent, & locus esset implendæ promissionis ad Abrahamum factæ.

26. 27. *Misit Moysen servum suum &c.* Solis quippe Moysi & Aaron verbo revelabit signum mutationis aquarum in sanguinem, atque alia signa.

28. *Misit tenebras & obscuravit.* Quia Ægyptii relicto creatore creaturæ serviebant; ideo per ipsam creaturam puniebat eos, per aerem scilicet, ignem, terram & aquam.

29. *Convertit aquas eorum in sanguinem.* Non enim solum aquarum colorem, sed ipsam saporis qualitatem mutavit; ita ut omnia piscium genera in aqua exstinguerentur.

Alleluia. CV.

Argumentum.

In hoc psalmo recenset peccata prioris populi, docens quo pacto repudiatus ille fuerit. Sunt autem illa, primo quod exacerbaverint eum in mari Rubro, dicentes: *An quia non erant sepulcra in Ægypto eduxit nos huc ut nos perderet:* secundo, quod tentaverint Deum in deserto: tertio, quod irritaverint Moysen in castris: quarto, quod fecerint vitulum in Choreb: quinto, quod pro nihilo habuerint terram desiderabilem: sexto, quod initiati sint Beelphegor: septimo, quod irritaverint eum ad aquas contradictionis: octavo, quod non disperdiderint gentes quas dixit Dominus illis, sed adoraverint idola, ita ut filios suos in sacrificium ipsis offerrent.

1. 2. CONFITEMINI *Domino quoniam bonus....*

3. *Beati qui custodiunt judicium &c.* Ii enim soli digni sunt qui enarrent potentias Domini, qui ea quæ in Scripturis a Deo decreta sunt faciunt, atque omnia cum judicio & ratione exsequuntur, & semper ob oculos habent judicium Dei. Hi namque sunt qui *faciunt justitiam*, qui quod justum est opere exsequuntur.

4. *Memento nostri Domine, in beneplacito populi tui.* Ab hinc inducitur persona Judæorum, precantium ut consortes sint salutis gentibus datæ.

11. *Operuit aqua tribulantes eos.* Tribulantes scilicet, nam promiscua turba quæ cum ipsis egrediebatur, non tribulantium sed credentium erat.

12. *Et crediderunt verbo ejus, & laudaverunt laudem ejus.* Nam cum propter bonitatem Domini additi fuissent fluctus in mari Rubro, statim credentes canticum cecinerunt in Exodo positum. Deinceps vero omnia oblivioni tradiderunt. 13. *Et laudaverunt laudem ejus.* Quando exibant choreutriæ cum Maria dicentes: *Cantemus Domino gloriose enim magnificatus est.* (Exod. 32. 32.)

14. *Et tentaverunt Deum in inaquoso.* Illud, *tentaverunt Deum in inaquoso*, significat: irritaverunt eum statim post transitum maris Rubri.

20. *Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.* Gloria ipsis erat Deus, quo dimisso, adoraverunt vitulum.

23. *Si non Moyses electus ejus stetisset in confractione.* Quando dixit: *Si dimittis peccatum, dimitte: si non dimittis, dele me de libro tuo hoc quem scripsisti.* (Exod. 15. 1.)

24. *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Quinta accusatio hæc est, post alias, de mari Rubro scilicet, de deserto, de Mose ad iram concitato, de vitulo in Choreb. Reversi namque exploratores, male loquentes de terra, alios secum abduxerunt excepto Jesu filio Nave, & Chaleb filio Iephone.

25. *Et murmuraverunt in tabernaculis suis.* Quando reversi exploratores mentem populi averterunt.

28. *Et initiati sunt Beelphegor.* Hoc idolum est Ammanitarum, quod vocatur a Græcis Saturnus.

30. *Et stetit Phinees & placavit.* Quando Madianitidem cum mœcho occidit. Docemur autem his quanti sit apud Deum vel unius viri pietas.

39. *Et fornicati sunt in adinventionibus suis.* Hæc docent Judicum & Regnorum libri, quod traditi sint alias aliis populis, Ammanitis, Amalecitis, Madianitis, alienigenis, eo modo scilicet castigati.

41. *Et dominati sunt eorum qui oderunt eos.* Babylonii & Assyrii dominati sunt Israelitis ob ipsorum impietates.

42. *Sæpe liberavit eos. Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo.* Ille pro innata sua erga homines clementia mansuetus illis erat, illi vero compellebant eum ut acerbus esset ipsis. Et rursum, salvavit eum utpote Salvator. Illi autem perierunt, sese operibus perniciosis complicantes: donec cum ea sæpius repetiissent penitus interirent. Illud autem, *sæpe*, simile est illi: *Quoties volui congregare filios tuos?* (Luc. 13. 34.) Illud autem: *& humiliati sunt in iniquitatibus suis*, illi: *& noluistis.* Cum enim castigationem immisisset, rursum misericorditer cum illis agebat, ipsi vero adversa retribuebant.

46. *Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.* Hoc ait propter Cyrum, qui dimisit eos ex captivitate, & Darium & Artaxerxem qui pecunias erogarunt ad constructionem Templi.

Alleluia. CVI.

1. 2. CONFITEMINI *Domino quoniam bonus.* Post abjectionem Judaici populi, opportune vocationem gentium per Apostolos factam declarat. Quare jubet laudare Deum & confiteri illi ob magnam ipsius misericordiam.

3. *A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari.* Ecquinam ex quatuor terræ lateribus congregati sunt, nisi omnes gentes, quæ olim pietate & religione vacuæ erant, & ne stillam quidem divinam accipientes, sed ingenti siti afflictæ?

4. *Viam civitatis habitaculi non invenerunt.* Non erat eis honestum institutum vitæ, sed magno in errore versabantur.

5. *Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit.* Neque enim habebant panem confirmantem cor hominis: neque aquam vivam de qua dictum est: *Qui bibit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* (Joan. 4. 13.)

7. *Et deduxit eos in viam rectam.* Fidem scilicet in ipsum. Ipse namque dixit: *Ego sum via.* (Joan. 14. 6.) *Ut irent in civitatem habitationis.* Ecclesiam dicit, aut cælestem Jerusalem.

8. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus...... Quia satiavit animam inanem.* Quænam illa anima, nisi eorum de quibus dictum est: *Esurientes & sitientes anima eorum in ipsis defecit?* 9. *Et animam esurientem satiavit bonis.* Spirituali videlicet pane.

10. *Sedentes in tenebris & umbra mortis.* Umbram mortis si dicas esse idololatriam & impietatis opera, nequaquam a vero aberraveris. Ipsæ namque sunt quæ nos separant a vera vita. In hisce versabamur prius, quia exacerbabamus Deum, & consilium Altissimi irritabamus. Oportet

enim

enim ex magnitudine & pulchritudine creaturarum, universorum opificem contemplari, & sempiternam ejus virtutem ac divinitatem a creatura mundi intelligere. Nos utpote cæci, in tenebris & umbra mortis degentes, & facultatibus animæ rationalibus præpediti & obdurati, immutavimus gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis hominis corruptibilis & volatilium, & quadrupedum. *Vinctos in mendicitate & ferro*. Catenis propriorum peccatorum unusquisque constringitur, inops omnis boni & honesti.

11. *Quia exacerbaverunt eloquia Dei*. Divinam legem nullatenus admittentes, sed sapientibus hujus sæculi sese instituendos tradentes. *Et consilium Altissimi irritaverunt*. Quodnam erat consilium Altissimi, nisi quod velit ipse *omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire?*

12. *Infirmati sunt nec fuit qui adjuvaret*. Nemo enim poterat peccatum destruere.

13. *Et de necessitatibus eorum liberavit eos*. Ecquænam major necessitas, quam ut quis malignorum spirituum servus sit, in ignorantia mentis, animi mendicitate, & paupertate per malitiam induĉta.

14. *Et vincula eorum disrupit*. Illud, *disrupit*, repentinam peccati destructionem indicat.

15. 16. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus*. Eadem ipsa de beneficiis ejus repetit. *Quia contrivit portas æreas*. Descensum Salvatoris ad infernum significat, quo cum pervenisset portas inferni aperuit, olim vinculis insolubilibus, omnibus clausas. Non enim facultas erat volentibus re-

Esai. 49. 9. trogredi; sed ipse dixit *iis qui vincti sunt: Exite, & iis qui in tenebris: Revelamini*.

18. *Omnem escam abominata est anima eorum*. Non enim aderat verbum quod posset eos enutrire. Portæ autem mortis sunt peccata quæ ad mortem ducunt.

22. *Et sacrificent ei sacrificium laudis*. Ad sanctos Apostolos sermonem convertit: ipsi namque sunt qui mysteria novi Testamenti nobis tradiderunt.

33. *Posuit flumina in desertum*. Judæorum volubile ac improbum genus dicit. Nam eos qui olim fame tabescebant, & spirituali cibo egentes erant, propter ea flumina collocavit.

34. *Terram fructiferam in salsuginem*. Judæorum synagogam inquit. Erant dæmones habitatores terrenæ civitatis, quam fructum impietas ferebat. Eam autem exsiccarunt ipsi Apostoli sale

Matt. 5. 13. doctrinæ, de quibus ait: *Vos estis sal terræ*.

35. *Posuit desertum in stagna aquarum*. Populum gentilem significat, nam commixta est prophetia, duorum populorum ferens personam. Illius scilicet abjectionem, hujus introductionem.

36. *Et constituerunt civitates habitationis*. Bonam videlicet & cælestem vitæ rationem.

37. *Et seminavit agros & plantavit vineas*. A-

Matt. 13. 3. gros intelliges ab hujusmodi dicto: *Exiit qui seminat seminare semen suum*: vineas autem Eccle-

Cant. 2. 13. sias, ut dictum est; *Vineæ floruerunt, odorem dederunt*.

38. *Et jumenta eorum non minoravit*. Jumenta vocat eos qui irrationabiliores sunt in Ecclesia,

Psal. 72. 23. juxta dictum illud: *Ut jumentum factus sum apud*

Psal. 35. 7. *te*; &, *homines & jumenta salvabis, Domine*.

39. *Et pauci facti sunt*, Qui in priori scilicet populo erant.

40. *Effusa est contemtio super principes eorum*. Scribas & Pharisæos dicit. *Et errare fecit eos in invio & non in via*. Errant enim, inquit, quia

Joan. 14. 6. ignorant eum qui dixit: *Ego sum via*.

41. *Et adjuvit pauperem in inopia*. Ecquis pauper,

A nisi de quo dictum est: *Beati pauperes spiritu?* Matt. 5. 3.
Et posuit sicut oves familias. Proprios, inquit, sibi esse existimavit greges ex omnibus familiis coactos.

42. *Videbunt recti & lætabuntur*. Ecquinam recti nisi de quibus dictum est: *Vestri autem oculi* Matt. 13. 16.
beati quia vident. *Et omnis iniquitas oppilabit os suum*. *Deus qui justificat, quis est qui condemnet?* Rom. 8. 33

1. *Canticum* PSALMI *ipsi David*. CVII.

Argumentum.

B In hoc quoque psalmo adventus Domini ad gentes prædicatur. Cum autem versus omnes hujus psalmi in præcedentibus explicati fuerint, supervacaneum esset iisdem ipsis uti ad horum interpretationem.

2. PARATUM *cor meum Deus*. In hoc quoque psalmo adventus Domini ad gentes prædicatur, horum vero explicationem in quinquagesimo nono psalmo adtulimus.

C 3. *Exurge gloria mea*. Gloria autem ejus est habitus contemplandi & agendi, secundum quem ad moralem & administratoriam virtutem est propensus.

5. *Quia magna est super cælos misericordia tua*. Tanta est misericordia tua, ut cælorum altitudinem exsuperet, & ubique transiliunt veritatis tuæ radii, Prophetis, Apostolis & magistris terram per ejus stillas irrigantibus.

6. *Exaltare super cælos Deus*. Ab initio ad hunc versum usque idem est hic psalmus atque quinquagesimus sextus; ab hoc autem versu ad finem, idem atque quinquagesimus nonus. Et

D jam quæ competebant dicta sunt.

8. *Exaltabor & dividam Sichima*. Promittit se Judæorum præstantissima & pretiosissima gentibus divisurum & in hæreditatem distributurum. Nam utpote bonus pater, filios multos cum gaudio suscipit & possidet. Hæc porro figurate, & per ænigma atque obscure loquitur. In valle namque gentium, locus hic, Sichem aut Sichima situs erat: in quo Jacob cum ex Mesopotamia ascendisset cum filiis suis habitavit. Ubi Dinam Jacobi filiam Emor filius Sichem, puellæ pulcritudine captus, rapuit & vitiavit. Tum filii Jacob eum cum omni populo suo obtruncarunt. Ita Sichima, convallis tabernaculorum, ad possessionem Patriarchæ

E devoluta est. Hunc itaque locum Jacob cum terram filiis suis divideret, quasi præcipuam sortem Josepho dedit: quia juvenis cum esset, ejusmodi facinoris consors cum fratribus non fuisset. Ideoque se divisurum & distributurum; ut præstantiorem illam novi Joseph Christi hæreditatem figurate intelligas gentibus dividendam esse.

1. *In finem*, PSALMUS *David*. CVIII.

Argumentum.

F Præsens psalmus passiones Christi significat, necnon supplicia de Juda & de populo Judaico sumenda. Quæcumque porro in hoc psalmo optando dicuntur, prophetice omnia dicta fuisse sciendum est. Ut cum dicit: *Diabolus stet a dextris ejus*, perinde est ac si diceret: *Stabit*. Non enim optat ut id eveniat; sed quæ ejus improbitatis causa eventura sint ipse prænuntiat: quod etiam de aliis similiter dicendum. Habeant illi, inquit, calumniatores, qui non abscedant ab eis. Si porro judicentur, ab illis

illis damnentur. Imo etiam si te in tempore angustiæ invocaverint, id illis in peccatum computetur, revocata peccatorum ipsorum memoria. Dies eorum abbrevia: ut ipsis adhue viventibus ac videntibus, dignitatem illam qua numquam vere potiti sunt alter rapiat. Deinde ipsos tolle de medio, ita ut ipsorum calamitas ad eorum posteros devolvatur: & filii eorum sint orphani, & uxor eorum viduitate affligatur; ac filii vi pertracti atque raptati, de patrum sceleribus pœnas luant.

2. DEUS *laudem meam ne tacueris*. In Ecclesiis Christi quantumcumque per orbem multiplicentur & exoriantur, laudat Deus Filium suum. Ait igitur Patri suo Christus. Etiamsi Judas cum me tradidit visus sibi fuerit impedire laudem meam; at tu me laudato, deitatique meæ præbe testimonium, quam quia non credidit Judas, me tradidit. *Quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est*. Peccatoris, scilicet diaboli; ipse namque peccator adversus veritatem: dolosi autem, Judæ nempe: ambo enim contra Christum loquuti sunt.

4. 5. *Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi ..... & posuerunt adversum me mala pro bonis &c.* Verba alia amoris sunt, alia odii; alia ad neutrum pertinent. Adulabatur namque ille ceu magistrum, atque dolis id contendebat ut magistrum proderet.

6. *Constitue super eum peccatorem*. Peccator est ipse peccati inventor Satanas. Illud autem, *constitue*, positum est pro, futurum est ut constituatur. *Super eum*, super quem nisi proditorem Judam? *Et diabolus stet a dextris ejus*. In Zacharia quoque scriptum est: (Zach. 3. 1.) *Et ostendit mihi Dominus Jesum sacerdotem magnum, stantem ante faciem Angeli Domini, & diabolus stabat a dextris ejus, ut adversaretur ipsi*. Non adversatur autem Judæ.

7. *Cum judicatur exeat condemnatus*. In futuro, inquit, tribunali nullam habebit defensionis rationem. *Et oratio ejus fiat in peccatum*. Quidam sunt quorum vel ipsa oratio in peccatum evadit, ut exempli causa, gentilium, qui idolis vel creaturæ preces fundunt: & Judæorum qui Deum quidem orant, sed non per Jesum Christum; necnon hæreticorum qui Deum non vere exsistantem orant: item eorum qui cum ira & cogitationibus alienis, vel animo duplici precantur, oratio fit in peccatum.

8. *Fiant dies ejus pauci*. Nam statim a proditione, laqueo se præfocans interiit, nec ultra visus est. *Et episcopatum ejus accipiat alter*. De Matthia loquitur, qui ad Apostolorum clerum justitiæ causa adlectus est.

9. *Fiant filii ejus orphani &c.* Filii fuat ejus cogitationes: orphani namque gratia Christi fuere. Uxor autem, ejus est anima, nam & ipsa vidua fuit lapsa a Christo per iniquitatem suam. 10. *Nutantes transferantur filii ejus & mendicent*. Cogitationes enim ejus, quas esse filios ejus diximus, a Christo remotæ, præ avaritia ad pecuniam manum extenderunt, ut egeni & mendici.

14. *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini*. Populi ipsius videlicet: proditori namque prævaricatorem populum adjungit. Iniquitatem autem patrum dicit, quod occiderint Prophetas, juxta illud Domini dictum: (Mat. 23. 35.) quod scilicet omnis sanguinis justi effusi ab Abele usque ad Zachariam prophetam pœna sumenda sit ab hac generatione. *Et peccatum matris ejus non deleatur*. Matrem impii populi, improbam illam Synagogam intelligas, quæ plerumque Deum exasperavit.

15. *Fiat contra Dominum semper & dispereat de terra memoria eorum*. Cum, inquit, Deus omnia ejus facinora semper viderit, nullatenus miserabitur eum, perinde atque omnes qui non crediderunt. Neque enim de solo Juda loquitur, cum pluraliter, *memoria eorum*, dicatur. Alio modo dici potest, Patres Judæ indicari, qui ad proditionem genuerunt illum. Hi autem fuerint, qui per argenteos perpulerunt illum. Et primus eorum Satanas est, qui immisit in cor ejus, necnon principes sapientia præditi hujusce mundi, de quibus ait Paulus: (1. Cor. 2. 8.) *Nam si cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent*. *Et dispereat de terra memoria eorum*. Memoria Judæ scilicet; aut alio modo, principum eorum qui adversus Christum una steterunt. Neque enim semen eorum remansit ad memoriam eorum.

16. *Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam*. Noluit, inquit, misericordiam accipere, quam dedit Pater hominibus, & ipsis ovibus quæ perierant ex Israel. Nam, facere, hic positum est pro, accipere.

17. *Et persequutus est hominem inopem & mendicum*. Ipsum ait Dominum, (2. Cor. 2. 9.) *qui factus est pauper cum dives esset, ut nos ejus inopia ditesceremus*. *Et compunctum corde mortificare*. Id est, dolentem: dolebat enim videns eorum perniciem. Hunc igitur qui propter eos dolebat ad mortem quærebant.

18. *Et dilexit maledictionem .... & induit maledictionem sicut vestimentum*. Quando, inquit, finem facientes me benedicendi, maledicunt mihi quotidie: id namque ad hunc usque diem Judæi agunt; ideo omnia superius memorata evenient ipsis. *Et intravit sicut aqua in interiora ejus*. Non modo enim exterius sed etiam interius circumsistunt nos mala inundantia. *Et sicut oleum in ossibus ejus*. Oleum enim habet stabilem humiditatem. Malorum porro colluviem dicit. Siquidem aqua vehementiam denotat; oleum autem stabilitatem. 19. Quibus inquit malis quasi vestimento operiatur, & quasi zona præcingatur.

20. *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum, & qui loquuntur mala adversus animam meam*. Hos percipient fructus qui odium adversum me susceperunt, & proditor qui eorum administer fuit. Cum enim eum Deo adversarium ac prævaricatorem vocarent, jure ait: *Qui detrahunt mihi apud Dominum*.

21. *Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum*. Hæc item Dominus Christus secundum humanitatem loquitur. Humana enim omnia præter peccatum implevit. Natus enim est secundum naturæ legem. Nasci enim ex muliere, id humanæ naturæ est; supra humanam autem naturam est nasci ex Virgine. Admisit pannos & circumcisionem, necnon lactis alimentum: hostias obtulit, jejunavit, esurivit, sitivit, lassus fuit: ita diu orasse illum in sacris Euangeliis scriptum est. Pariterque nunc humano more divinum implorat auxilium.

22. *Libera me quia egenus & pauper ego sum*. Hoc ab ipso in sacris Euangeliis dictum invenimus. Accessurus enim ad passionem ait: (Joan. 12. 27.) *Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater salva me ex hac hora. Abba, propterea veni in hanc horam*.

23. *Sicut umbra cum declinat ablatus sum*. Perinde atque umbra declinans, finem vitæ inveni: sed & instar locustarum a vento circumquaque raptarum, vitam egi, non urbem, non vicum, non domum habens, alias ad alia loca & ad montes commigrans, interdum ad desertum accurrens.

25. *Viderunt me & moverunt capita sua*. Hoc

ait

ait quia dum in cruce esset, movebant capita A
Mat. 27. 40. sua, & dicebant: qui templum solvis, salvum fac temetipsum.

27. *Et sciant quia manus tua hæc*. Manus vocat opus illud quo sese ex mortuis excitavit.

28. *Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me confundantur*. Nam pudore adfecti sunt omnes, quod non esset ipsis sacerdos, nec sacrificium, nec altare, nec sacerdotium, neque Rationale, juxta Prophetæ vocem. *Servus autem tuus lætabitur*. Neque hoc dictum ad aliud argumentum transferre necesse nobis est; cum Paulus dicat: *Sed*
Philipp. 2. 7. *semetipsum exinanivit formam servi accipiens:* & E- B
Esai. 49. 5. saias: *Sic dicit Dominus qui formavit me ex utero*
Mat. 20. 28. *servum sibi:* & ipse in Euangeliis ait: *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare*.

29. *Induantur qui detrahunt mihi pudore*. Ecquod non est Judæis pudoris genus? Sancta sua vident a fundamentis diruta: sepulcrum autem ejus qui ab ipsis despectui habitus ac crucifixus est adorari: ecclesiasque ejus ubique terrarum tantum numero & gloria augeri.

30. *Confitebor Domino nimis in ore meo*. Confessio gratiarum actionem significat, quam per gentes Filius reddit. *Et in medio multorum laudabo eum*. Per Ecclesiam namque Patrem laudat. C

Psalmus CIX.

1. DIXIT *Dominus Domino meo: sede a dextris meis*. Hisce verbis generationem Domini secundum carnem significat, & euangelicum ejus verbum, quod omnibus gentibus dominatur: & ejus ascensum in cælos, quem enarrat psalmus dicendo: *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis*.

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. D
Quinam hostes sint declarat Apostolus cum clamat:
1. Cor. 15. 26. *Cum evacuaverit principatus & potestates & rectores mundi, novissima omnium inimica mors destruetur*.

2. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion &c.* Euangelicum dicit verbum, quod emissum inimicis omnibus dominatum est.

3. *Tecum principium in die virtutis tuæ*. His significat aut judicii tempus, quo virtute divina omnes judicabit veniens cum sanctis angelis suis; aut tempus generationis illius, quæ etiam dies virtutis appellatur. Tecum enim erit principium. E
Nam dominatur universis etiamsi factus sit homo. *In splendoribus sanctorum tuorum*. Illud: *In splendoribus sanctorum tuorum*, nihil aliud significat quam choreas illas sanctorum angelorum, cla-
Luc. 2. 14. mantes qua nocte natus Christus est: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax. Ex utero ante luciferum genui te*. Vide quo pacto Pater Unigeniti generationem secundum carnem sibi propriam efficit. Ait enim Pater ad Filium. Ante mundum hunc visibilem, & splendidum lumen ego te genui. Non quod ventrem Deus habeat; sed quia germana, & non spuria, ex ven- F
tre primogenituræ oriri solent.

4. *Juravit Dominus & non pœnitebit eum*. Juramentum Dei, est verbum ejus, quod auditores certiores facit, & fidem cuique dat, quæ ipse promittit ac loquitur omnino futura esse. Non enim perinde atque homo Deus jurat; sed verbum ejus nobis instar juramenti est ad veritatem: nimirum omne verbum ejus tale est ut numquam pœniteat ipsum, quippe cum promissi juramento firmati fidem habeat. *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec*. Quia non oleo Melchisedec ad sacerdotium unctus est, quemadmodum Aaron: quia non cruentas obtulit hostias: quia gentium pontifex erat, & quia per panem & vinum benedixit Abrahamo.

5. *Dominus a dextris tuis confregit in die iræ suæ reges*. Diem iræ, judicii tempus esse dicit, quo homines qui olim ex fallacia dæmonum regnabant, confringet, intra abyssum concludens ipsos.

6. *Judicabit in nationibus implebit ruinas*. Nationes, inquit, impurorum dæmonum puniens in tempore judicii, ruinis plenas ostendet, id est, pœnis in inferioribus partibus terræ infligendis. *Conquassabit capita in terra multorum*. Simile il-
lud est dicto Domini per Esaiam: *Et dejeci san-* Esai. 34. 7.
guinem ipsorum in terram.

7. *De torrente in via bibet*. Torrentem vocat Scriptura tentationem. Viam autem dicit, descensum ejus in terram, in qua passus est qui per torrentem descendit. *Propterea exaltabit caput*. Propterea, quare? nisi quia passus est in carne. Simile autem est dictum illud: *Humiliavit semeti-* Philipp. 2. 8.
psum factus obediens usque ad mortem.

Psalmus CX. *Alleluia*.

1. CONFITEBOR *tibi, Domine, in toto corde meo*. Ex persona Apostolorum præsens psalmus inducitur, enarrantium quanta & qualia fuere in œconomia Salvatoris opera. Hæc autem docent novum populum, simul gratias agentem de salute sua, quamobrem Alleluia inscriptus est. *In consilio rectorum & congregatione*. Consilium rectorum dicit novæ synagogæ populum, ad differentiam populi veteris synagogæ. Illa quippe recta non est, utpote quæ semper corde erraverit.

2. *Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates ejus*. In synagoga rectorum omnes voluntates Domini exquisitæ sunt. Nullum enim ejus præceptorum est quod non requirat & impleat synagoga rectorum: semper scilicet studens ejus voluntatem implere.

3. *Confessio & magnificentia opus ejus*. Opera dicit ea quæ in œconomia sua perfecit. Laudentur illa utpote quæ magnifica sint. *Et justitia ejus manet in sæculum*. Justitiam dicit euangelicum verbum: quia omnibus æqualiter hominibus salutem proposuit.

4. *Misericors & miserator Dominus*. Olim promisit per Prophetas suos, se in tempore œconomiæ mirabilia facturum, eademque ipsa implere
voluit. Quænam vero promisit, nisi ea: *Tunc a-* Esai. 35. 5.
perientur oculi cæcorum, & reliqua signa? imo vero ipsam gentium omnium vocationem, quam verbo & opere implevit. *Escam dedit timentibus se*. Spiritualem panem dicit, qui de cælis descendit.

5. *Memor erit in sæculum testamenti sui*. Testa-
menti scilicet cum Abrahamo pacti: *In te bene-* Gen. 22. 3.
dicentur omnes gentes. *Virtutem operum suorum*. Apostolicus chorus, inquit, populo ad fidem vocato, virtutem operum Christi annuntiavit, scilicet, ea ipsa opera quæ propria virtute semper operatur.

Alleluia. Reversionis Aggæi & Zachariæ. Psalmus CXI.

1. BEATUS *vir qui timet Dominum, in mandatis ejus volet nimis*. In hoc docetur apostolicus chorus, mandatorum observationem, beatos eos efficere qui illa opere complent, & bonam spem ad futurum sæculum præbere.

2. *Potens in terra erit semen ejus*. Semen dicit bona opera, quæ virtutem habebunt spiritua-

ritualem in illa mansuetorum terra, ita ut mercedem istic operum accipiant.

3. *Gloria & divitiæ in domo ejus*. Gloria & divitiæ illæ ne existimentur fluxæ & transitoriæ esse: nihil quippe simile in sanctis reperitur.

4. *Exortum est in tenebris lumen rectis*. Per cognitionem & per doctrinam. Quod autem lumen, nisi apostolicus chorus, qui per euangelicam prædicationem ignorantiam a gentibus eliminavit?

5. *Disponet sermones suos in judicio*. Non par est enim temere & inconsiderate omnibus mysteriorum verba proponere. Et hoc erat quod dicebat illis Dominus: *Nolite projicere sancta canibus*. (Matth. 7. 6.)

7. *Ab auditione mala non timebit*. Sanctis nullus inest timor supplicia videntibus.

9. *Dispersit dedit pauperibus*. Pauperes etiam hic intelligas egenos divini verbi, scilicet gentes: quæ agricolarum more spirituale verbum seminarunt. Nihil enim vetat, quominus hæc historice intelligantur. *Justitia ejus manet in sæculum sæculi &c.* Ejus scilicet qui euangelicum sermonem dispensat.

10. *Peccator videbit & irascetur*. Peccatorem hic diabolum vocat, qui gentibus salutem consequentibus irascetur, utpote qui omnium perniciem sitiat.

PSALMUS CXII. *Alleluia*.

Argumentum.

In hoc docetur novus populus, hymnum incessanter liberatori proferre: atque una significatur omnium gentium vocatio.

1. LAUDATE *pueri Dominum, laudate nomen Domini*. Docetur novus populus, etiamsi Dominus noster assumtus sit in dextera Patris, attamen etiam nunc plenam esse omnem terram & frui visitatione ejus.

7. *Suscitans a terra inopem*. Videlicet gentium populum.

9. *Qui habitare facit sterilem in domo*. Sterilis fuit gentium multitudo, quæ domus fuit spiritualis, utpote quæ Dominum inhabitantem habuerit. Fuit etiam multorum filiorum mater cum lætitia. Nam filii ejus per fidem in Christum salutem nacti sunt. Hoc autem discrimen est inter eam & synagogam, quod synagoga de filiis lætata non fuerit, utpote perniciei traditis.

PSALMUS CXIII. *Alleluia*.

Argumentum.

In hoc item psalmo gentium vocatio significatur. Ad hæc, doctrina ad eos qui salutem consequuntur; quod vetus testamentum, Dei esse cognoscant, & pristinam illam salutem populi ex circumcisione, per Dominum factam esse.

1. IN *exitu Israel de Ægypto* .... 2. *Facta est Judæa sanctificatio eius*. Cum, inquit, liberatus est populus a servitute Ægyptiorum; tunc Judæa facta est sanctificatio ejus. Non in solum autem Israelem imperavit, sed jam, ait, omnibus gentibus gratia datur.

4. *Montes exultaverunt ut arietes*. Cum Deus in ipsis montibus appareret, quasi exultabant de Israelis salute.

5. *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Jordanis quia conversus es retrorsum?* Quoniam illa irrationabilia & inanimata erant, ipse eorum vice respondet. 7. *A facie Domini mota est terra &c.* Hæc singula,

A ait, ob advenientem Dominum facta sunt. Hac de causa fuit terræ commotio & divisio maris. Ipse namque sterilem petram, ac humiditate omni vacuam, quæ ne incisionem quidem ob duritiem admittebat, aquarum copia inundavit, jussitque ut hinc copiosæ aquarum scaturigines emanarent. Nihil igitur, ait, mirum evenit: jussit enim opifex & divisum est mare, ac prærupta petra scaturivit aquam: cælum manna suppeditavit, venti ortygometram congregaverunt, & reliqua omnia ipso annuente facta sunt.

1. *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo* B *da gloriam*. Videtur adumbrare lapsum populi ex circumcisione: orationemque ipsis tradere ad confessionem, utpote qui divinam virtutem inspectricem ac providentem ultra non habeant. Docet autem eos dicere: Nos quidem indigni gratia sumus qua gentes omnes dignæ habitæ sunt. Verum propter nomen tuum, quod ab initio invocatum est super nos, illud agas. Sed ne nobis justitiæ tuæ retributionem dederis, tu qui vere Deus es, & non sicut idola, quapropter subjungit.

4. & seqq. *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum*. In quibusdam exemplaribus, C hæc sunt initium alterius psalmi, ita ut hic sit centesimus decimus quartus. Nos autem Hebraicum sequentes, hæc partem esse statuimus psalmi centesimi decimi tertii. Docentur enim pueri quibus dixit: *Laudate pueri Dominum*; id est, novus populus. (Psal. 112. 1.) Ecquem Dominum laudare convenit? Ipsum sane, qui in Ægyptios tanta prodigia edidit, postquam didicerunt quales fuerint olim illorum dii. Idola enim nedum quidquam simile Deo prodigia operanti haberent, ne infimis quidem animalibus quibus sensus est quidpiam, paria erant. Nam illa D quidem sunt Dei opera, hæc autem idola, artis humanæ: Doceatur autem dicere: *Similes illis fiant*. Non quod hominibus mala precentur. Edicimus autem qui finis idololatriæ deputatus sit. Qui enim quasi sensu carerent idolis animum adhibent, nihil ab eis secundum mentem differunt. Tantum scilicet ipsis nocumenti adferunt dæmonum illæ habitantes insidiæ.

8. *Similes illis fiant qui faciunt ea*. Perinde in perniciem ibunt, atque divitiæ & ii qui recondunt illas.

9. *Domus Israel speravit in Domino &c.* Hæc dicuat gentes: quod scilicet quemadmodum olim cre- E dentem Israel salvum fecit; ita & nunc gentibus salutem tribuet. Nam *qui timent Dominum*, ii gentes fuerint. Sublata quippe domo Israel, id est omni multitudine, & domo Aaron atque Levi; qui alii esse possint qui timent Dominum, nisi gentilis populus.

14. *Adjiciat Dominus super nos, super nos & super filios nostros*. Ipse namque est cujus leges observamus. Ne cogitet enim quispiam alius esse legem Moysis; ante leges, mundi creationem tradidit: per quam docet unum esse Deum, reliqua vero facta.

17. *Non mortui laudabunt te, Domine*. Mortuos vocat dæmonum cultores, qui non habent in se vi- F tam, id est, solius Dei cognitionem.

Alleluia. PSALMUS CXIV.

Argumentum.

In hoc significat certamen eorum qui Euangelicum vitæ institutum ingressi sunt, eorumque victoriam Dei nutu reportatam, & futuram pro laboribus coronam.

1. DILEXI *quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ*. Ecquem dilexit? Do-

Dominum Deum ex toto corde & ex tota mente, & ex tota virtute; & in dilectionis præmium exaudivit illum Deus.

2. *Et in diebus meis invocabo*. Et in quibus diebus; nisi in diebus certaminis cum ejus anima in periculo versabatur?

3. *Circumdederunt me dolores mortis*. Vehementiam significat afflictionum, quæ ipsi pietatis causa acciderunt, quam calamitatem & dolores mortis, & pericula inferni, & afflictionem & dolorem vocat. Sed eo quod invocaverit Deum iis omnibus superior evasit. Quare in prœmiis dicebat: *Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ*.

4. *O Domine libera animam meam*. Singulariter superius: *Et in diebus meis invocavi*. Jam vero docet quæ sit invocatio. Ecquænam illa est, nisi illa: *o Domine libera animam meam?* Hæc autem dixit gnarus eum, utpote misericordem, exauditurum esse. *Et Deus noster miseretur*. * Misericordia est passio eorum qui commiseratione permoti sunt erga eos qui amissa pristina dignitate humiliati sunt. Quia igitur nos ex nobilibus ignobiles evasimus, amissa paradisi commoratione; videns Deus quales ex qualibus evasimus, miseratur nos. Nam vox misericordiæ Adamum compellavit dicens: *ubi es?* videlicet: unde & quo delapsus es?

* In Reg. 3. hæc dicuntur Didymo.

6. *Custodiens parvulos Dominus*. Parvulos dicit eos qui per Spiritum sanctum in Christo regenerati sunt: qui secundum Jesu Christi præceptum, parvuli sunt, quia scilicet conversi sunt & effecti sunt sicut parvuli. Eos Dominus custodit; neque permittit ab inimicis oppugnari, quia nondum tempus certaminis. (*Alius codex*.) Parvulos enim vocat eos qui per Spiritum sanctum in Christo Jesu regenerati sunt. Et juxta simplicem sermonis usum, in utero ipse infantes custodit: ac in eo loco tam angusto, tantaque humiditate pleno, ubi nec movendi nec respirandi facultas, impedit ne præfocentur, atque motum & escam tribuit, prohibetque ne ex frigore exstinguantur, quando ex calore vulvæ in locum aere & vento circumfusum transeunt. Aut sic: quoniam humiliatus sum sicut parvulus, & quasi infans suscepi regnum cælorum, qui custodit parvulos Dominus salvavit me. Alio item modo: eos qui juxta præceptum Jesu Christi conversi efficiuntur ut parvuli, ipse Dominus custodit: & quia nondum tempus belli est, tentari non sinit. Sed me, utpote qui pueris longe fortior essem, magnis certaminibus humilians, inexpugnabilem tamen conservavit.

7. *Convertere anima mea in requiem tuam*. Requiem ejus dicit supernas mansiones, quas in certaminum præmium nanciscetur. Requies item animæ est temperantia a peccatis.

8. *Quia eripuit animam meam de morte &c.* De morte peccati, inquit, in quam metuens ne decideret, collacrymandi finem non faciebat, rogans ut ipsam effugere liceret. Quamobrem ejus pedes, id est, gressus animæ, apud Deum firmi steterunt, omni lapsu liberi & superiores. 9. Regionem autem vivorum vocat cælestem Jerusalem, in qua qui secundum Deum pugnaverunt, utpote fortissimi victores, audient illud: *Euge serve bone & fidelis*. [Mat. 25. 21.]

PSALMUS XCV. *Alleluia*.

10. CREDIDI *propter quod loquutus sum*. Postquam dixit: Credidi propter quod loquutus sum, cum Domino placuisset, in supernis mansionibus constitutus, ait: se numquam isthæc prolaturum fuisse, nisi Dei promissionibus confidisset: erant autem illæ misericordia plenæ, scilicet: *Beati qui nunc flent quoniam ipsi gaudebunt*. [Mat. 5. 5.] Quod si oculi lacrymis fuere pleni, gaudium sane in illis mansionibus percepturi sunt. Hoc porro dictum Corinthiis profert Paulus: *Habentes*, ait, *eumdem spiritum fidei: secundum illud: Credidi, propter quod loquutus sum*. [2. Cor. 4. 13.] *Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem; & nos credimus, propter quod & loquimur*. [Rom. 10. 10.] Cum autem spiritum fidei dicit, aut ejusdem fidei habitum intelligit, aut spiritum ex Deo ei qui fidem habet, datum. Concinit autem huic dicto: *Credidi propter quod loquutus sum*, illud quoque dictum: Nisi credideritis, non intelligetis. Primum quis credit, postea intelligit, ac deinde loquitur. Cum autem, inquit, postquam credidi, magna loquutus sum, tunc videns me nihil esse *humiliatus sum nimis*. Simile est illud Joannis de Jesu loquentis: *Illum oportet crescere, me autem minui*. [Joan. 3. 30.] Minuebatur enim non quod vel tantillum magnitudinis suæ amitteret: sed in comparatione excellentissimæ Christi doctrinæ ac conversationis. Ita quoque nunc illud: *humiliatus sum*, non secundum quamdam celsitudinis suæ detractionem intelligit, sed ex majori quam pro facultate ejus speculatione.

11. *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax*. Supra hominem effectus, inquit, omnia humana vilia & abjecta esse duxi. Nam excessus, immutationem significat. Postquam dixeram, inquit: *Placebo Domino*, deinde videns omnem hominem mendacem esse: nam cogitationes hominum dolosæ sunt; ideo memetipsum humiliabam, & me macerationibus affligebam, ne ab illo statu dilaberer.

15. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus*. Alia, inquit, retributio, nobis non erit pro bonis quæ accepimus a Deo, nisi quod pro illo mortem sustineamus, atque ita Dominum nostrum imitemur. Hæc autem mors valde pretiosa erit apud Deum.

16. *O Domine, ego servus tuus & filius ancillæ tuæ*. Cum fiducia sese servum dicit, secundum Apostolum: Ancillæ autem filium, loquens de priore initiatione per legem facta.

17. *Dirupisti vincula mea*. Et quæ vincula, nisi peccati, juxta dictum illud: *Vinculis enim peccatorum suorum unusquisque constringitur? Tibi sacrificabo hostiam laudis*. [Prov. 5. 22.] Quasi in profectu & majore perfectione, sacrificia per sanguinem recusat, sacrificia vero laudis oblaturum se promittit.

17. *Vota mea Domino reddam*. Vota id est promissiones. Quid autem promisit, nisi quod accepto calice Domini, invocaturus esset nomen ejus? Quod faciam, inquit, cum in divinis aulis ero; id est, in ecclesia Christi, vel in superna Jerusalem.

Alleluia. PSALMUS. CXVI.

1. LAUDATE *Dominum omnes gentes*......
2. *quoniam confirmata est super nos misericordia ejus*. Numquam gentiles talem mutationem experti fuissent, inquit, nisi peccatis nostris validior fuisset misericordia Dei. *Et veritas Domini manet in æternum*. Salutem enim dedit quam per sanctos prophetas promiserat. Id & beatus Paulus, ordiens litteras ad Romanos, ait: *Paulus servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis*. [Rom. 1. 1.] Et iterum: *Dico Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes* [Rom. 15. 8.]

autem

ritualem in illa mansuetorum terra, ita ut mercedem istic operum accipiant.

3. *Gloria & divitiæ in domo ejus*. Gloria & divitiæ illæ ne existimentur fluxæ & transitoriæ esse: nihil quippe simile in sanctis reperitur.

4. *Exortum est in tenebris lumen rectis*. Per cognitionem & per doctrinam. Quod autem lumen, nisi apostolicus chorus, qui per euangelicam prædicationem ignorantiam a gentibus eliminavit?

5. *Dispones sermones suos in judicio*. Non par est enim temere & inconsiderate omnibus mysteriorum verba proponere. Et hoc erat quod dicebat illis Do-
Matth. 7. 6. minus: *Nolite projicere sancta canibus*.

7. *Ab auditione mala non timebit*. Sanctis nullus inest timor supplicia videntibus.

9. *Dispersit dedit pauperibus*. Pauperes etiam hic intelligas egenos divini verbi, scilicet gentes: quæ agricolarum more spirituale verbum seminarunt. Nihil enim vetat, quominus hæc historice intelligantur. *Justitia ejus manet in sæculum sæculi &c.* Ejus scilicet qui euangelicum sermonem dispensat.

10. *Peccator videbit & irascetur*. Peccatorem hic diabolum vocat, qui gentibus salutem consequentibus irascetur, utpote qui omnium perniciem sitiat.

PSALMUS CXII. *Alleluia*.

Argumentum.

In hoc docetur novus populus, hymnum incessanter liberatori proferre: atque una significatur omnium gentium vocatio.

1. LAUDATE *pueri Dominum, laudate nomen Domini*. Docetur novus populus, etiamsi Dominus noster assumtus sit in dextera Patris, attamen etiam nunc plenam esse omnem terram & frui visitatione ejus.

7. *Suscitans a terra inopem*. Videlicet gentium populum.

9. *Qui habitare facit sterilem in domo*. Sterilis fuit gentium multitudo, quæ domus fuit spiritualis, utpote quæ Dominum inhabitantem habuerit. Fuit etiam multorum filiorum mater cum lætitia. Nam filii ejus per fidem in Christum salutem nacti sunt. Hoc autem discrimen est inter eam & synagogam, quod synagoga de filiis lætata non fuerit, utpote perniciei traditis.

PSALMUS CXIII. *Alleluia*.

Argumentum.

In hoc item psalmo gentium vocatio significatur. Ad hæc, doctrina ad eos qui salutem consequuntur; quod vetus testamentum, Dei esse cognoscant, & pristinam illam salutem populi ex circumcisione, per Dominum factam esse.

1. IN *exitu Israel de Ægypto*.... 2. *Facta est Judæa sanctificatio ejus*. Cum, inquit, liberatus est populus a servitute Ægyptiorum; tunc Judæa facta est sanctificatio ejus. Non in solum autem Israelem imperavit, sed jam, ait, omnibus gentibus gratia datur.

4. *Montes exultaverunt ut arietes*. Cum Deus in ipsis montibus appareret, quasi exultabant de Israelis salute.

5. *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Jordanis quia conversus es retrorsum?* Quoniam illa irrationabilia & inanimata erant, ipse eorum vice respondet. 7. *A facie Domini mota est terra &c.* Hæc singula, ait, ob advenientem Dominum facta sunt. Hac de causa fuit terræ commotio & divisio maris. Ipse namque sterilem petram, ac humiditate omni vacuam, quæ ne incisionem quidem ob duritiem admittebat, aquarum copia inundavit, jussitque ut hinc copiosæ aquarum scaturigines emanarent. Nihil igitur, ait, mirum evenit: jussit enim opifex & divisum est mare, ac prærupta petra scaturivit aquam: cælum manna suppeditavit, venti ortygometram congregaverunt, & reliqua omnia ipso annuente facta sunt.

1. *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*. Videtur adumbrare lapsum populi ex circumcisione: orationemque ipsis tradere ad confessionem, utpote qui divinam virtutem inspectricem ac providentem ultra non habeant. Docet autem eos dicere: Nos quidem indigni gratia sumus qua gentes omnes dignæ habitæ sunt. Verum propter nomen tuum, quod ab initio invocatum est super nos, illud agas. Sed ne nobis justitiæ tuæ retributionem dederis, tu qui vere Deus es, & non sicut idola, quapropter subjungit.

4. & seqq. *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum*. In quibusdam exemplaribus, hæc sunt initium alterius psalmi, ita ut hic sit centesimus decimus quartus. Nos autem Hebraicum sequentes, hæc partem esse statuimus psalmi centesimi decimi tertii. Docentur enim pueri quibus di-
xit: *Laudate pueri Dominum*; id est, novus popu- Psal. 112. 1.
lus. Ecquem Dominum laudare convenit? Ipsum sane, qui in Ægyptios tanta prodigia edidit, postquam didicerunt quales fuerint olim illorum dii. Idola enim nedum quidquam simile Deo prodigia operanti haberent, ne infimis quidem animalibus quibus sensus est quidpiam, paria erant. Nam illa quidem sunt Dei opera, hæc autem idola, artis humanæ: Docentur autem dicere: *Similes illis fiant*. Non quod hominibus mala precentur. Edíscimus autem qui finis idololatriæ deputatus sit. Qui enim quasi sensu carerent idolis animum adhibent, nihil ab eis secundum mentem differunt. Tantum scilicet ipsis nocumenti adferunt dæmonum illæ latitantes insidiæ.

8. *Similes illis fiant qui faciunt ea*. Perinde in perniciem ibunt, atque divitiæ & ii qui recondunt illas.

9. *Domus Israel speravit in Domino &c.* Hæc dicunt gentes: quod scilicet quemadmodum olim credentem Israel salvum fecit; ita & nunc gentibus salutem tribuet. Nam *qui timent Dominum*, ii gentes fuerint. Sublata quippe domo Israel, id est omni multitudine, & domo Aaron atque Levi; qui alii esse possint qui timent Dominum, nisi gentilis populus.

14. *Adjiciat Dominus super nos, super nos & super filios nostros*. Ipse namque est cujus leges observamus. Ne cogitet enim quispiam alius esse legem Moysis; ante leges, mundi creationem tradidit: per quam docet unum esse Deum, reliqua vero facta.

17. *Non mortui laudabunt te, Domine*. Mortuos vocat dæmonum cultores, qui non habent in se vitam, id est, solius Dei cognitionem.

Alleluia. PSALMUS CXIV.

Argumentum.

In hoc significat certamen eorum qui Euangelicum vitæ institutum ingressi sunt, eorumque victoriam Dei nutu reportatam, & futuram pro laboribus coronam.

1. DILEXI *quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ*. Ecquem dilexit? Do-

Dominum Deum ex toto corde & ex tota mente, & ex tota virtute; & in dilectionis præmium exaudivit illum Deus.

2. *Et in diebus meis invocabo*. Et in quibus diebus; nisi in diebus certaminis cum ejus anima in periculo versabatur?

3. *Circumdederunt me dolores mortis*. Vehementiam significat afflictionum, quæ ipsi pietatis causa acciderunt, quam calamitatem & dolores mortis, & pericula inferni, & afflictionem & dolorem vocat. Sed eo quod invocaverit Deum iis omnibus superior evasit. Quare in prooemiis dicebat: *Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ*.

4. *O Domine libera animam meam*. Singulariter superius: *Et in diebus meis invocavi*. Jam vero docet quæ sit invocatio. Ecquænam illa est, nisi illa: *o Domine libera animam meam?* Hæc autem dixit gnarus eum, utpote misericordem, exauditurum esse. *Et Deus noster miseretur*. * Misericordia est passio eorum qui commiseratione permoti sunt erga eos qui amissa pristina dignitate humiliati sunt. Quia igitur nos ex nobilibus ignobiles evasimus, amissa paradisi commoratione; videns Deus quales ex qualibus evasimus, miseratur nos. Nam vox misericordiæ Adamum compellavit dicens: *ubi es?* videlicet: unde & quo delapsus es?

* In Reg. 2. hæc dicuntur Didymi.

6. *Custodiens parvulos Dominus*. Parvulos dicit eos qui per Spiritum sanctum in Christo regenerati sunt: qui secundum Jesu Christi præceptum, parvuli sunt, quia scilicet conversi sunt & effecti sunt sicut parvuli. Eos Dominus custodit; neque permittit ab inimicis oppugnari, quia nondum tempus certaminis. (*Alius codex*.) Parvulos enim vocat eos qui per Spiritum sanctum in Christo Jesu regenerati sunt. Et juxta simplicem sermonis usum, in utero ipse infantes custodit: ac in eo loco tam angusto, tantaque humiditate pleno, ubi nec movendi nec respirandi facultas, impedit ne præfocentur, atque motum & escam tribuit, prohibetque ne ex frigore exstinguantur, quando ex calore vulvæ in locum aere & vento circumfusum transeunt. Aut sic: quoniam humiliatus sum sicut parvulus, & quasi infans suscepi regnum cælorum, qui custodit parvulos Dominus salvavit me. Alio item modo: eos qui juxta præceptum Jesu Christi conversi efficiuntur ut parvuli, ipse Dominus custodit: & quia nondum tempus belli est, tentari non sinit. Sed me, utpote qui pueris longe fortior essem, magnis certaminibus humilians, inexpugnabilem tamen conservavit.

7. *Convertere anima mea in requiem tuam*. Requiem ejus dicit supernas mansiones, quas in certaminum præmium nancifcetur. Requies item animæ est temperantia a peccatis.

8. *Quia eripuit animam meam de morte &c.* De morte peccati, inquit, in quam metuens ne decideret, collacrymandi finem non faciebat, rogans ut ipsam effugere liceret. Quamobrem ejus pedes, id est, gressus animæ, apud Deum firmi steterunt, omni lapsu liberi & superiores. 9. Regionem autem vivorum vocat cælestem Jerusalem, in qua qui secundum Deum pugnaverunt, utpote fortissimi victores, audient illud: *Euge serve bone & fidelis*. (Mat. 25. 21.)

Psalmus XCV. *Alleluia*.

10. Credidi *propter quod loquutus sum*. Postquam dixit: Credidi propter quod loquutus sum, cum Domino placuisset, in supernis mansionibus constitutus, ait: se numquam isthæc prolaturum fuisse, nisi Dei promissionibus confidisset: erant autem illæ misericordia plenæ, scilicet: *Beati qui nunc flent quoniam ipsi gaudebunt*. (Mat. 5. 5.) Quod si oculi lacrymis fuere pleni, gaudium sane in illis mansionibus percepturi sunt. Hoc porro dictum Corinthiis profert Paulus: *Habentes*, ait, *eumdem spiritum fidei: secundum illud: Credidi, propter quod loquutus sum*. (2. Cor. 4. 13.) *Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem; & nos credimus, propter quod & loquimur*. (Rom. 10. 10.) Cum autem spiritum fidei dicit, aut ejusdem fidei habitum intelligit, aut spiritum ex Deo ei qui fidem habet, datum. Concinit autem huic dicto: *Credidi propter quod loquutus sum*, illud quoque dictum: Nisi credideritis, non intelligetis. Primum quis credit, postea intelligit, ac deinde loquitur. Cum autem, inquit, postquam credidi, magna loquutus sum, tunc videns me nihil esse *humiliatus sum nimis*. Simile est illud Joannis de Jesu loquentis: *Illum oportet crescere, me autem minui*. (Joan. 3. 30.) Minuebatur enim non quod vel tantillum magnitudinis suæ amitteret: sed in comparatione excellentissimæ Christi doctrinæ ac conversationis. Ita quoque nunc illud: *humiliatus sum*, non secundum quamdam celsitudinis suæ detractionem intelligit, sed ex majori quam pro facultate ejus speculatione.

11. *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax*. Supra hominem effectus, inquit, omnia humana vilia & abjecta esse duxi. Nam excessus, immutationem significat. Postquam dixeram, inquit: *Placebo Domino*, deinde videns omnem hominem mendacem esse: nam cogitationes hominum dolosæ sunt; ideo memetipsum humiliabam, & me macerationibus affligebam, ne ab illo statu dilaberer.

15. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus*. Alia, inquit, retributio, nobis non erit pro bonis quæ accepimus a Deo, nisi quod pro illo mortem sustineamus, atque ita Dominum nostrum imitemur. Hæc autem mors valde pretiosa erit apud Deum.

16. *O Domine, ego servus tuus & filius ancillæ tuæ*. Cum fiducia sese servum dicit, secundum Apostolum: Ancillæ autem filium, loquens de priore initiatione per legem facta.

17. *Dirupisti vincula mea*. Et quæ vincula, nisi peccati, juxta dictum illud: *Vinculis enim peccatorum suorum unusquisque constringitur?* (Prov. 5. 22.) *Tibi sacrificabo hostiam laudis*. Quasi in profectu & majore perfectione, sacrificia per sanguinem recusat, sacrificia vero laudis oblaturum se promittit.

17. *Vota mea Domino reddam*. Vota id est promissiones. Quid autem promisit, nisi quod accepto calice Domini, invocaturus esset nomen ejus? Quod faciam, inquit, cum in divinis aulis ero; id est, in ecclesia Christi, vel in superna Jerusalem.

Alleluia. Psalmus. CXVI.

1. Laudate *Dominum omnes gentes*......
2. *quoniam confirmata est super nos misericordia ejus*. Numquam gentiles talem mutationem experti fuissent, inquit, nisi peccatis nostris validior fuisset misericordia Dei. *Et veritas Domini manet in æternum*. Salutem enim dedit quam per sanctos prophetas promiserat. Id & beatus Paulus, ordiens litteras ad Romanos, ait: *Paulus servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis*. (Rom. 1. 1.) Et iterum: *Dico Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes* (Rom. 15. 8.)

autem

autem super misericordia honorare Deum. Quando igitur universorum Deus implevit promissiones, & salutem quam pollicitus est dedit, ac misericordiæ fontes aperuit omnibus; & vos qui ex Judæis processistis, & vos qui ex gentibus credidistis, concordes hymnos commiscentes, benefico vicem reddite.

Alleluia. PSALMUS. CXVII.

Argumentum.

B Docetur novus populus compositus ex Judæis & gentibus, unum solum oportere auxiliatorem invocare, ipsum scilicet quod humanam assumsit naturam Dei Verbum, atque ex ipso in tempore persequutionis auxilium omne quærere, scilicet opem ex cælo missam: ipsique referre gratiarum actiones pro victoria, atque ab ipso vias virtutis petere: & ad hæc omnia, confiteri Domino qui nominatur lapis: reprobatus quidem ab ædificantibus, sed factus in caput anguli.

1. & seqq. CONFITEMINI *Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Dicat nunc domus Israel*. Ipsos priores confessionem inire jubet, utpote qui primi vocati fuerint per euangelicam prædicationem.

5. & seqq. *De tribulatione invocavi Dominum, & exaudivit me in latitudine.* Duo docet hic versus, quod tribulationes habere debeant qui accedunt ad fidem: juxta
Eccli. 2. 1. illud: *Accedis ad serviendum Domino, præpara animam tuam ad tentationem*. Et quod is qui in ærumnis versatur, non alium debeat adjutorem invocare quam ipsum Dominum, qui tribulationem nostram in latitudinem magnam deducit. Pro parvis namque laboribus magnas accipiemus mercedes.

10. & seqq. *Omnes gentes circuierunt me ... Circumdederunt me sicut apes favum, & in nomine Domini ultus sum eos*. Dei namque populus solum vocabat Deum, & nomen ejus memorans, hostes visibiles & invisibiles ulciscebatur: homines autem his insidiantes, solis confidunt principatibus & potestatibus hominum. Illud autem, *omnes gentes*, hyperbolice dictum: nam Judæam omnem circumdabant omnes gentes. Ac simile est dicto illi: *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*; id est cogitationes & adfectus per dæmones immissos, & subdola verba ab iis inducta. Hæc enim gentes profligabunt. Contingit autem aliquando ut eas per invocationem Dei de medio tollat; passionum impetum exscindens, & dolosa verba profligans. Vespæ autem quæ apibus ita similes sunt, ut qui eas probe non norint facile decipi possint, spiculum non habent, neque mel operantur; sed cum crassiore sint quam apes mole, opus comedunt: quos * unum post
* Locus vitiatus. alium interimunt apes una coactæ. Apis est Ecclesia: mel autem operatur, quæ Dei sapientiam plurimi facit. Cujus labores tam reges quam privati ad sanitatem adferunt, etiamsi infirma sit: secundum
1. Cor. 2. 4. illud: *non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis* prædicatio efficitur. Attamen spiculum habet in offensionem spiritus & virtutis Dei, cum fidei sermonem habeat; ita ut hæreses, ceu vespas de medio tollat, dissecans illas argumento veritatis. Sola apis est quæ sapientiam Dei honorat. Multæ autem a Dei sapientia defecerunt, non apes quidem, sed vespæ ad similitudinem apum. Quæ vespæ ubi volunt unius apis mel absumere, quasi *ignis in spinis* comburuntur. Nam hæretici turpem cupiditatum ignem accendunt: quemadmodum
Ephes. 5. 12. Paulus ait: *quæ enim in occulto fiunt ab* A *ipsis, turpe est & dicere*. Spinas autem voluptates esse sanctum Euangelium interpretatum est quorum verba evertit qui Deum vocat. Arma autem ejus non carnalia, *sed potentia Deo ad destruendam omnem* 2. Cor. 10. 5. *altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei*.

15. *Vox exsultationis & salutis in tabernaculis justorum*. Utpote jam de medio sublatis spiritualibus inimicis, qui variis temporibus Dei populum persequuti fuerant, jure deinceps audiuntur voces exultationis, non alio in loco quam in tabernaculis justorum.

16. *Dextera Domini fecit virtutem &c.* Hæc est vox exsultationis edita in Ecclesia, qua confitetur ipsam solam Domini virtutem concertantes salvos fecisse, ac inimicis excelsiores exhibuisse.

19. *Aperite mihi portas justitiæ &c.* Portas justitiæ intelligas profectum in virtutibus, quem obtinent qui afflictionum tempora sustinent. 20. *Hæc porta Domini justi intrabunt in eam*. Qui per virtutes incedunt, ad illam pervenient portam, quæ ducit ad ipsam Domini contemplationem. Ecquænam illa est, nisi cordis puritas? *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Mat. 5. 8.

C 22. *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli*. Te ipsum qui propter nos factus es lapis abjectus, reprobaverunt quidem ædificantes; sed post gentium mutationem, alterius anguli caput effectus es: & quodnam illud? *Copulavit duos populos in unum novum hominem*. Ephes. 2. 15.

24. *Hæc dies quam fecit Dominus &c.* Ecquænam dies fuerit nisi resurrectionis Domini? Quænam hæc dies, nisi ea quæ gentibus omnibus salutaris est, qua lapis ille rejectus factus est in caput anguli? Significatur autem dies resurrectio- D nis Salvatoris nostri, quæ ipsi cognominis est, scilicet Dominica.

25. 26. *O Domine salvum me fac, o Domine bene prosperare: benedictus qui venis in nomine Domini*. Doxologia (id est cantus in honorem Trinitatis) Jerosolymitana docet de quonam id dictum sit. Illud autem: 27. *Benediximus vobis de domo Domini*, prophetæ dicunt iis qui credunt in Christum: Beatos, inquiunt, vos prædicabimus, quia fuistis domus spiritualis: inhabitat quippe Dominus in vobis. *Constituite diem solemnem in condensis usque ad cornu altaris. Constituite diem solemnem*. Intelligendum dat, eos qui E ad fidem accedent, ita impleturos divinum tabernaculum, ut præ multitudine usque ad cornua altaris pertingant. Condensa autem vocat Cherubim, quæ propitiatorium adumbrabant: id enim significat illud: *Condensis*. Nam condensum esse idem est quod tegere. Cherubim vero alis suis propitiatorium tegebant.

28. *Deus meus es tu & confitebor tibi*. Hanc vocem salvatori Christo referre edocentur.

Alleluia. CXVIII.

Argumentum.

F In hoc psalmo describit sanctorum institutum vitæ, certamina, ærumnas: fraudes, & irruptiones dæmonum, sexcentas cogitationes immissas, laqueos, venabula, necnon ea quibus isthæc superant, legem, eloquia divina, patientiam, supernum & cæleste commilitium: deinde post labores, bravia, coronas, præmia.

1. BEATI *immaculati in via &c.* Qui nullatenus peccat, is immaculatus & beatus est.

2. *Beati*

2. *Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirent eum*. Non oportet enim modo legem implere, modo prævaricari. Quid enim lucri erit, si simpliciter exquirant testimonia ejus, & ex toto corde Deum non quærant?

3. *Non enim qui operantur iniquitatem in viis ejus ambulaverunt*. Igitur divinam legem ignorat qui peccat: nam cognoscere idem est ac observare illam.

4. 5. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas justificationes tuas*. Gnarus, sine cælesti auxilio non posse quempiam legis esse observatorem, id oratione sibi comparat. Illud, *utinam*, positum est pro, fiat.

7. *Confitebor tibi in directione cordis*. Post orationem explicat qua sit inclinatione voluntatis. Principium autem salutis, est confessio.

8. *Non me derelinquas usquequaque*. Rursum superius memoratum postulat auxilium.

9. *In quo corrigit adolescentior viam suam*. Multis, inquit, offendiculis plena est juventus. Quo pacto igitur illa quis superaverit, nisi conservando semper memoriam verborum Dei? Nam cogitatio divinæ legis, una mundat atque custodit.

10. *In toto corde meo exquisivi te*. Si Dei memoria, inquit, ad Satanicos laqueos vitandos juvat; ego vero totam cogitationem meam tibi Deo obtuli; dignus sum qui non maneam extra mandata tua. Quæ ait, ne in desperationem incidamus nos qui erga legem desiderio tenemur. Sunt enim quos Deus permittat in imprudentiam labi; sive etiam multis studium in contrarium convertit; ita ut in quibus se recte agere putant hallucinentur, juxta illud a Salomone dictum: *Est via quæ videtur apud homines recta esse, cujus extrema veniunt ad profundum inferni*. * Igitur quisquis ex media cordis parte Deum quærit, & modo ipsi mox mundo vacare cupit; hunc ille a suis mandatis abjicit ut militem ignavum.

Locum vitiosum augurando vertimus.

Prov. 16. 25.

In Reg. 2. hæc dicuntur Hesychii.

11. *In corde meo abscondi eloquia tua*. Nisi enim quilibet Dei mandata in corde ceu thesauros recondat, venit malignus ille & rapit ea. (*Alius codex*.) In Deum peccat qui dignus habetur secretiora accipere verba, quæ par erat abscondere multis, neque tamen abscondit iis quos ea ignorare oportebat. Periculosum namque est, non modo falsa loqui, sed etiam vera, quando quispiam ea quæ non oportet renuntiat: *Non oportet enim margaritas projicere ante porcos, neque dare sancta canibus*.

Mat. 7. 6.

12. *Benedictus es, Domine, doce me justificationes tuas*. Cum senserit profectum suum, quem fecerat exquirendo Deum in toto corde suo, ipsum benedicit, gratias agens de collatis bonis: & rogat ab ipso doceri, quam mentem habeant justificationes ejus.

13. *In labiis meis pronuntiavi omnia judicia oris tui*. Quæ abscondi oportabat, inquit, abscondebam; quæ renuntiare, renuntiabam; quia ante tribunal tuum omnes adfuturi sumus; ut accipiamus secundum opera nostra.

14. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis*. Edocetur quænam sunt secundum Deum divitiæ; quamobrem ait: Nihil me cepit in præsenti vita, non aurum, non dignitas, non potentia: sed vice omnium mihi sunt testimonia tua: hæc gaudia, hę divitię meæ.

16. *In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos*. Non verborum tantum tenus meditatio illa: sed ita ut qui intelligit ea exsequatur. Non enim auditores justificationum, justi sunt apud Deum, sed factores earum. Ita enim nemo umquam earum oblivіscetur.

17. *Retribue servo tuo vivifica me*. Ecquid vult dari sibi pro iis quæ adtulit, nisi ut ejus mens illustretur, nisi ut cognoscat mirabilia opera Dei?

18. *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua*. Vanitatem, inquit, hujusce vitæ non mihi propriam effeci, quare divinorum cognitionem mandatorum expeto, quorum alia nota, alia ignota sunt. Nota quidem sunt: *Non occides* & quæ sequuntur; ignota sunt alia, verbi gratia, quare pueri octavo die circumciduntur: & qua de causa pro recens natis offeruntur sacrificia.

Exod. 20. 13.

21. *Increpasti superbos*. Qui superbis resistit, hic increpat superbos: atqui Dominus resistit superbis, Dominus igitur increpat superbos.

22. *Aufer a me opprobrium & contemtum*. Impii in tempore persequutionis exprobrantes, me nihili facient. Rogo itaque ut vana sint opprobria eorum mihi illata. Si quando, inquit, contra carnem sensi; sed conversus rogo divinis verbis vivificari. Si quidem ita ad extremum angustiæ redactus sum, inquit, rogo liberari me ab iniquis juxta promissionem tuam.

23. 24. *Etenim sederunt principes & adversum me loquebantur &c.* Ideo, inquit, rogavi ut auferretur opprobrium, quia adversum me loquebantur assidue. Ceterum id agentibus principibus iniquitatis, servus Dei non abscedit a justificationibus ejus: Dei verbis, quæ justificationes vocat, consiliariorum loco ad eam rem usus. Hujusmodi autem homo nullum malum admittit consiliarium. Sed principes hujus sæculi, velut contra Christum *convenerunt in unum adversus Dominum & adversus Christum ejus*. Ad quos pertinet sapientia hujus sæculi.

Psal. 2. 2.

25. *Adhæsit pavimento anima mea*. Ad ultimum angustiæ deductus sum, inquit, compulsus a sceleratis, & rogo salutem mihi tribui secundum promissionem tuam qua dixisti: *Et torrentes non concludent te*.

26. 27. *Vias meas enuntiavi & exaudisti me ... Viam justificationum tuarum intelligere me fac*. Accepta enim intelligentia mysteriorum ejus, potero circa mirabilia ejus versari & de iis sermonem habere.

28. *Dormitavit anima mea præ tædio*. Docet non posse alio modo segnitiei spiritum expelli, quam per meditationem divinorum eloquiorum. Sobrie itaque agere & vigilare convenit propter eum qui dicit: *Vigilate & orate*.

Mat. 26. 41.

29. 30. *Viam iniquitatis amove a me, & de lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi*. Illud quidem a Deo postulat, hoc se sibi adscribere confitetur.

37. *Averte oculos meos ne videant vanitatem*. Vanitas est spectaculorum insanus amor, illicita rerum speculatio, absurda phantasia in mente recepta, quam significat Paulus his verbis: *In vanitate mentis suæ, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei*. Animadverte vanitatem mentis dici, cum quis mente pollens, ea non utitur ad veritatis contemplationem; sed præbet eam Satanæ colliganti. Hoc igitur precando ait: *Averte oculos meos ne videant vanitates*. Nam & illud gratia Dei est. *Ejusdem*. Corporea quæ speciosa sunt, & oculis carnis pulcra videntur, vanitatem appellat.

Ephes. 4. 17.

38. *Statue servo tuo eloquium tuum in timore tuo*. Quoniam in omnibus præceptis timor Dei pædagogi instar necessarius est; ideo rogat Deum ut statuat sibi illum. Illud autem: *Amputa opprobrium meum*, dicit postquam quemdam ceu custodem divinarum legum constituit. Et jam iterum confitetur opprobria de quibus prius se sibi conscium esse dixerat.

Statue servo tuo eloquium tuum. Quia servus

tuus cum sim timeo te, voloque rationabiliter & secundum verbum timorem habere, statue eloquium tuum in timorem tuum: qui revera tuus est, non quod tu timeas, sed quia ego timeo te. Ut autem nec sine verbo timorem, nec sine timore verbum habeamus; statuit sane Deus eloquium suum in timorem suum, per certa argumenta firmans illud apud pios homines. Quemadmodum enim quidam sunt zelum habentes, sed non secundum scientiam; ita sunt quidam habentes timorem Dei, sed non secundum scientiam. *Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum*. Cum propheta peccasset ut homo, orat & deprecatur opprobrium quod futurum videt post resurrectionem in divino tribunali, & recitat hunc versum. Neque dixeris hoc modo: Amputa opprobrium tuum. Nam cum opprobriis adficior propter Christum, illud opprobrium non est meum, sed Christi est: cum autem opprobriis adficior propter peccata mea, neque pœnitentiam ago, non oportet me dicere: *Amputa opprobrium meum a me, quod suspicatus sum, quia judicia tua jucunda*.

40. *Ecce concupivi mandata tua, in æquitate tua vivifica me*. Probam & in virtute actam vitam in præmium postulat: non solum quia præcepta servavit, sed quia amoris affectu illa complectitur, nec alterius rei causa, sed illa solum quærens & propter illa agens. Et quia Filius est justitia Patris, illud ait qui in Filio vitam agere vult.

41. *Et veniat super me misericordia tua, Domine*. Si misericordiam tuam, ait, consequar, quæ misericordia per salutare tuum ad me accedet, fiduciam habebo adversus eos qui mihi opprobria dicunt, & adversum me insurgunt.

42. *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis*. Respondebo enim non æquum esse conviciis onerari eum qui ea tenet dogmata: quæ irrident impuri illi homines a fide alieni. Ego vero ostendam illa prudentiæ atque sapientiæ plena esse. Respondebo autem verbum, *quia in verbis tuis supersperavi*.

43. *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque, quia in judiciis tuis supersperavi*. Usque ad extremum, inquit, halitum; si indigne vivamus iis quæ recte loquimur, Deus auferet verbum veritatis de ore nostro.

44. *Et custodiam legem tuam semper*. * Custos, inquit, ero legis tuæ: neque modo recte me geram, modo secus; sed & in præsenti & in futuro vitæ meæ tempore legem implebo.

* Alius codex hæc Eusebio tribuit.

45. *Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum*. Talis fuit Paulus, talis Petrus, talis Apostolorum & Martyrum chorus. Hæc Martyri conveniunt qui propter Christum ad reges & præsides adducitur; convenit item iis qui os aperiunt in conspectu sanctorum animo regio præditorum. Dedecore namque dignus qui verbum accipiens a Deo, non eo utitur ad Euangelium annuntiandum virtute multa. Proba namque vita fiduciam parit.

47. *Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi valde. Et levavi manus meas ad mandata tua*. Manus hic vocat operandi virtutes. Operatio enim, est finis meditationis mandatorum. Nam post assumtionem Verbi mandatorum, operæ pretium est manus extendere ad mandatorum operationem; non ex tristitia aut ex necessitate, sed ex affectu. Ac postea frequenter super iis meditari, ac de iis loqui oportet.

49. *Memor esto verbi tui servo tuo*. Et cujusnam verbi memorem esse rogat, nisi, ut sit cum illis juxta promissionem suam, quæ consolatio ipsis fuit in persequutionibus?

50. *Hæc me consolata est in humilitate mea*. Septuaginta: *Reviviscere facies me*. Hæc spes per verbum tuum oblata mihi, consolata est me & solatio mihi fuit. Nam si quando casus, aut periculum, aut mortis exspectatio, gravis morbus, aut opum jactura, aut persequutio quælibet, aut aliorum quidpiam, quæ vulgo gravia existimantur, evenit mihi, spes erga te mea consolationi mihi erat. *Quia eloquium tuum vivificavit me*. Nihil æque animam rationalem vivere facit, vita scilicet ipsi propria, atque eloquium Dei. Nam dum augetur eloquium Dei sive conceptum sive comprehensum in hominis animа; tantumdem augentur quæ vitam spectant. Illa autem sunt, cum virtute in hac vita agere: post hæc autem & vitam largitur æternam.

51. *Superbi inique agebant usquequaque, a lege autem tua non declinavi*. In illa enim vitam agebam observans vim animæ principalem, ne fieret in corde meo verbum absconditum illegitimum. Illis enim iniquissime agentibus, ne tantillum quidem ego legem tuam transgressus sum.

52. *Memor fui judiciorum tuorum a sæculo, Domine, & consolatus sum*. Memor enim eorum quæ a sæculo usque in sæculum singulia danda sunt, consolationem justus accipit, nec in tristitia agit dicens: *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis*. (*Alius codex*.) Memor judiciorum quæ olim tulisti adversus eos qui injuriam facerent Israeli, consolatus sum: gnarus, neque me in persequutionibus comprehendendum fore, atque omnia secundum Dei judicium omnibus contingere. Rom. 8. 18.

53. *Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam*. Peccatores, alii absque lege peccant qui numquam leges vel tantillum experti sunt; alii in lege peccant, cum transgrediuntur illam. *Et post pauca*. Si quid enim patitur membrum unum, una patiuntur omnia membra. Et si laudetur unum membrum, congaudent omnia membra. Par est ergo de fratribus etiam nostris qui peccant dolere, quia scilicet tales sunt: & pari modo adfectos nos esse, quo sanctus ille.

54. *Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ*. Locum peregrinationis præsentem vitam dicit: juxta illud: *Scientes quia peregrini & hospites erant super terram*. In quo modulate lætabar narrans justificationes tuas. Sive contemplans sive operans illas. Hebr. 11. 13.

59. *Cogitavi vias tuas, & converti pedes meos in testimonia tua*. Quoniam, inquit, totam mentem meam, tuis præceptis addixi; ideo in via testimoniorum tuorum incessi.

60. *Paratus sum & non sum turbatus*. Cum sciam illud: *Fili, si accedis ad serviendum Domino, præpara animam tuam ad tentationem*: hæc semper meditans in incursibus inimicorum, non sum turbatus, utpote meditatione paratus ad ea fortiter ferenda. Eccli. 2. 1.

61. *Funes peccatorum circumplexi sunt me*. Et quinam funes, nisi malæ cogitationes, quibus me a Dei gratia deturbare conabantur?

62. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi*. Non enim die tantum, sed etiam noctu, & sub ipsum noctis dimidium, quo majore voluptate somnus homines occupat, hymnis ad tui laudem canendia vacabam, & justa judicia tua decantabam. Hoc divinus etiam Apostolus cum Sila fecit, & alligatus pede, vulneribus & flagris oneratus, orationem hymnorum cantu temperavit, & optimarum vigiliarum fructum percepit. Divinæ namque munificentiæ donis auctus est.

63. *Particeps ego sum omnium timentium te*. Perfectus homo, particeps Christi fuerit, juxta dictum illud: *Nam Christi participes facti sumus*. Hic autem quasi initia-

initiatus, se timentium Dominum participem esse dicit: neque tantum timentium, sed etiam eorum qui propter timorem Dei ejus præcepta servant. Argumentum autem timoris Dei est observatio præceptorum.

64. *Misericordia tua Domine plena est terra. Justificationes tuas doce me.* Prophetice quæ futura sunt enuntiat, plenam scilicet fore universam terram timentium Dominum. Et hoc, inquit, non ex alio usu quam ex tua misericordia: nam tu ipse id misericorditer facis, teipsum dans hominibus doctorem.

65. *Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine.* Docetur qui divinis eloquiis eruditus est, ne ingratus sit in Deum beneficia conferentem. Numquam enim a peccatis liberatus fuisset, & annumeratus servis Dei, nisi divina quædam gratia eorum ipsis in causa fuisset.

67. *Priusquam humiliarer ego deliqui.* Traditus, inquit, ob pristina peccata mea, humiliatus sum, hoc ex justo Dei judicio passus. Ideoque castigationi traditus, rogo mihi doctrinam immitti, ut cognoscam, humiliationem illam, mihi per bonitatem & ad castigationem evenisse.

68. *Bonus es tu, Domine.* Qui justus est in omnibus, quantumvis molesta sint quæ accidunt, dicit Deo: *Bonus es tu.* Simile est illud: *Benedicam Dominum in omni tempore. Et in bonitate tua doce me justificationes tuas.* Et rogat a bonitate Dei edoceri, quia bonæ sunt justificationes Dei, ad cujusque meritum accommodatæ: de quibus apte dicatur: Et justificata sunt judicia tua Deus. [Psal. 33. 2.]

69. *Multiplicata est super me iniquitas superborum.* Eo usque, ait, superbiæ processerunt, ut cordi eorum id quod sequitur acciderit. 70. *Coagulatum est sicut lac cor eorum.* Tentationibus malis gravibusque traderis, quibus in vita humiliaberis. Et docebunt te corpus tuum castigare & in servitutem redigere, nec incedere in lata & spatiosa via superborum, sed in angusta & arcta. Nam tenue est cor sanctorum, cor autem superborum pingue.

71. *Bonum mihi quia humiliasti me.* Ac si diceret: Mihi placeo in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustiis; ut dignus videar justificationibus tuis, quærens ea quæ alias edisci non possunt.

[Ex Cath. 3.] 72. *Bonum mihi lex oris tui, super millia auri & argenti.* Ediscit initiatus homo quanto sit honore donatus.

73. *Manus tuæ fecerunt me.* Altera dignitas, quod sit capax talis intelligentiæ. *Da mihi intellectum ut discam mandata tua.* Post gratiarum actiones de creatione sua, valde consequenter anectuntur gratiarum actiones, pro data cogitandi facultate, quæ mandata intelligere facit.

74. *Qui timent te videbunt te & lætabuntur.* Docet non se solum eam gratiam consequuturum, sed eam omnibus timentibus Deum obventuram. Nam piis solum hominibus dulcis est; ita ut etiam sensibiliter videatur, & secundum verbum, & secundum cogitationes sapientiæ quam habet; aliis autem gravis & durus est, etiamsi videatur. Quia aliis dissimilis est vita ejus & diversæ viæ ejus, ideo dicit: *Lætabuntur, quia in verbis tuis supersperavi.*

75. *Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua.* Docemur Deum nobis omnia juste conferre; ita ut consultum sit, nos non animo concidere in castigationibus, sed eas potius amplecti, atque ex legis custodia misericordiam postulare.

76. *Fiat misericordia tua ut consoletur me.* Misericordia Patris Filius, qui consolatus est corda nostra Satanæ tyrannide oppressa. Vel etiam sic: Obsecro te, per Verbum tuum, ut mihi servo tuo ad consolationem misericordia tua accedat. Multi namque qui consolationes accipiunt decipiuntur, quasi ex sua prudentia id nacti fuerint. Ne itaque pari ego modo aberrem, mihi servo tuo fiat misericordia tua, secundum eloquium tuum.

77. *Veniant mihi miserationes tuæ & vivam.* Quemadmodum, inquit, consolationem promisisti, ita promissum imple, ac miserare domesticos tuos.

78. *Confundantur superbi quia injuste iniquitatem fecerunt in me.* Si tuum, inquit, auxilium consequar, tunc maligni dæmones & homines veritatis inimici confundentur. Ego autem iis pudore adfectis, non extollar. Sed *in mandatis tuis exercebor.*

79. *Convertantur mihi timentes te.* Domesticorum tuorum doctrina imbuar. quæ talis erit, ut sciat animas convertere, quia timore tuo dives est.

80. *Fiat cor meum immaculatum.* * Etiamsi cor purum habeat, ait: *Fiat cor meum immaculatum.* Huic simile est: *Cor mundum crea in me Deus.* (Alius codex.) Tunc, inquit, non confundar, quando immaculate Dei præcepta servabo. [* Locus vitiatus.] [Psal. 50. 12.]

81. *Deficit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum supersperavi.* Docet nos Propheta desiderare verbum, & vehementi amore salutare Dei prosequi. Ecquid aliud fuerit salutare Dei, nisi adventus Domini? *In verbum tuum supersperavi*, intellige, in promissionem. Eloquium autem vocatur etiam Scriptura divinitus inspirata. Deficit ergo non solum qui divinam promissionem exspectat, nec non instantium malorum solutionem; sed etiam qui divina legit eloquia, & qui eorum mentem accurate ediscere exoptat, & consolationem oblectationemque animi habet cum invenerit.

82. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum.* In Dominum videlicet nostrum Jesum Christum. Ipsum namque habemus advocatum apud Patrem, *& ipse est propitiatio pro peccatis nostris*, juxta Apostoli vocem. *Dicentes, quando consolaberis me?* Cum verbum adveniet mihi, tunc consolationem accipiam. [1. Joan. 2. 2.]

83. *Quia factus sum sicut uter in pruina.* Justi etsi viventes sint, quasi mortui ex ærumnis efficiuntur; ita ut utribus magis quam hominibus similes sint, refrigescentes quasi pruina congelata, qui ardorem practicæ vitæ delegerunt. *Ejusdem.* Uter in pruina efficitur, qui carnem suam exsiccat, & nihil in ea ardoris & concupiscentiæ relinquit, sed eam quasi refrigerat.

84. *Quot sunt dies servi tui.* Pauci enim sunt dies hominum super terram, in quibus rogat statim conteri Satanam sub pedibus ejus, ut anima subjiciatur, divino Verbo in eam immisso.

85. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes.* Aut aniles fabulas vocat Judæorum doctrinam, aut præcepta hominum, & nugas sapientium hujus sæculi.

86. *Omnia mandata tua veritas, inique persequuti sunt me, adjuva me.* Gnarus se in divino tribunali mercedem accepturum, pro iis quæ injuste passus est gestit illud tempus videre.

87. *Paulominus consummaverunt me in terra.* Parum abfuit quin ex sua persequutione me consummarent.

88. *Secundum misericordiam tuam vivifica me, & custodiam testimonia oris tui.* Os Dei sunt Prophetæ qui administrant testimonia, præcepta, justificationes ejus.

In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cælo. In profectu versatur, & sublimiora dogmata attingit, atque æternum Patris Verbum meminit,

Joan. 1. 1. minit, & tantum non illud: *In principio erat Verbum* dicit; deque universi ornatn loquitur, & clare naturam rerum omnem servam ejus vocat.

89. *In generationem & generationem veritas tua.* Duæ sunt generationes quæ Dei veritatem capiunt; Judæorum populus qui habet legem & Prophetas; & Ecclesiæ. Non in generationes itaque veritas Dei, sed in generationem primam & in generationem secundam. Aliæ autem gentes in errore versantur. Cum autem prior illa generatio rejecit veritatem, & dixit: *Tolle, tolle de terra hujusmodi*, transivit veritas ab illa in hanc generationem. *Fundasti terram & permanet.* Hac veritate terra fundata est. In hoc enim angulari lapide in fundamentum posito, ædificantur omnes terrigenæ qui salutem nacti sunt. Quamobrem remanet terra, infractam & inconcussam basin ac fundamentum habens. Imo etiam ipsa veritas terram illustrans diem effecit, Deo illam emittente.

91. *Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi.* Non mutata neque finem accipiens, sicut illuminatio illa quæ in veteri scriptura memoratur. Quandoquidem usque ad correctionis tempus posita est. Hæc autem nmnia Deo subjecta sunt. Nam cum creator provisorque sit, omnia ipsi famulantur.

92. *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea.* Irrumpentibus, inquit, malis cogitationibus, & adversariis potestatibus me oppugnantibus, futurum erat ut in perniciem irem, nisi lex tua in fulcrum mihi fuisset.

93. *In æternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me.* Tuas, inquit, leges respiciam: in ipsis enim vita fruar, quemadmodum tu ipse dixisti mihi, *quia qui fecerit ea homo vi-*
Levit. 18.5. *vet in illis.* Solus itaque justus vivit, etiamsi mortuus esse videatur: injusti autem mortui sunt etiamsi vivere videantur. Illi namque vitæ constitutionem in se habent, justitiam scilicet: hi contra cum illam non habeant, rebus inanimatis, non a se, sed extrinsecus vitam habentibus, similes sunt.

94. *Tuus sum ego salvum me fac.* Subauditur, servus tuus sum, filius tuus per gratiam, famulus tuus.

95. *Me expectaverunt peccatores ut perderent me: testimonia tua intellexi.* Id est, meditatus sum, & per meditationem hujusmodi, insidias eorum vanas effeci.

96. *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.* Consummationem dicit insidias dæmonum. Harum finem vidi ad nihilum evadere, cum latum mibi factum est mandatum tuum. Hoc autem ad eum pertinet, qui omni profectu ad finem virtutis pervenit, & ad perfectum bonum accessit, qui multa initia & multos fines posuit. Nam prioris profectus circumscriptio, initium est subsequentis, juxta illud: *Cum consummatur homo, tunc incipit.*

Eccli. 18. 6. 97. *Quomodo dilexi legem tuam, Domine? tota die meditatio mea est.* Qui omnia secundum legem dicit & perficit, is meditatur legem Dei. In primo autem psalmo, ad meditationem diei noctem adjicit, iis qui beati futuri sunt. Dicebamus enim hic permixtam esse hominum vitam. Quamobrem nunc habemus diem ac noctem: postquam autem sancti evasimus nulla subsequitur nox. Qui igitur proficit diem agit dum secundum legem vivit: noctem autem, cum non meditatur eam ex toto corde..... *Hic deficit textus.*

101. *Ab omni via mala prohibui pedes meos.* Hoc est enim custodire divinam legem, operibus eam implere.

102. *A judiciis tuis non declinavi.* Semper memini divini tribunalis.

103. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.* Dulcia ob rationabilem in illis positam voluptatem: imo *super mel*, per quod omnia dulcia apud homines significantur.

105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Nam qui in lumine divinæ legis ambulat, rectum & inoffensum vitæ cursum conficit.

102. *Humiliatus sum usquequaque.* Aut spiritualium inimicorum irruptionibus, aut macerationibus ex propria voluntate susceptis.

113. *Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.* Sapientes hujus sæculi ait & hæreticorum principes.

115. *Declinate a me maligni.* Aut malas cogitationes ait, aut prædictos magistros.

117. *Adjuva me & salvus ero.* Etiamsi, inquit, adjutor meus & susceptor meus es tu, at indefinenti auxilio est opus. Quanto enim tempore hic sumus, nondum perfectum est illud; *salvus ero.* Sed ubi cum Angelis Dei vivemus, tunc meditatio justificationum erit facie ad faciem, non in umbra, sed in veritate.

118. *Sprevisti omnes discedentes a judiciis tuis.* Hic finis expectat eos qui Dei legem contemnunt.

119. *Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ, ideo dilexi testimonia tua.* (Prævaricantes scilicet) quia divinam legem conculcare vellent.

120. *Confige timore tuo carnes meas.* Illud, confige, positum pro, obdura. Obdura igitur ad castitatem carnes meas. Hoc enim solum modo dicere Christo potero: *confixus sum cruci. A judiciis* Gatat. 2.19.
enim tuis timui. Divinam scilicet legem timui. Non enim peccatum quis admittit, nisi sese ante extra Dei timorem collocaverit.

123. *Oculi mei defecerunt in salutare tuum.* In divinum adventum, inquit, quo sperabat & se & totum humanum genus salutem consequuturum. *Et in eloquium justitiæ tuæ.* Etiamsi quidam inique agentes, neque timorem tuum ante oculos habentes, legem tuam de medio sustulerint; at ego omni tempore hanc unam legem exsequebar, quod in meditatione perpetuo versarer.

125. *Servus tuus sum ego, da mihi intellectum & sciam testimonia tua.* Qui nullatenus servus est peccati, dicat: *Servus tuus sum ego.* Mercedem autem servitutis, intelligentiam nempe postulat, quæ datur a Deo; & apud eum quasi in thesauri theca reconditur. Nam Spiritus sapientiæ & intellectus & reliqua sunt bonorum munera. Inter enim hanc & aliam sapientiam differentiam constituens, ait in Proverbio: *Intelligentia autem bona dat gratiam.* Prov. 13. 15.
Nam si omnis intelligentia bona esset, nequaquam posuisset bona.

126. *Tempus faciendi Domino, dissipaverunt legem tuam.* Ego quidem feci judicium & justitiam: erit autem tibi quoque Deo tempus faciendi judicium & justitiam, contra eos qui dissipaverunt legem tuam.

127. *Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion.* Hæc concinunt illi dicto: *Bonum mibi lex oris tui super millia auri & argenti:* & huic: *Ac-* Prov. 2. 10.
cipite eruditionem & non argentum, & cognitionem super aurum probatum. Nam melior est sapientia variis lapidibus: & omne pretiosum non est illa dignum.

128. *Propterea ad omnia mandata tua dirigebar.* Propterea, quare; nisi quia semper meditabar legem?

130. *Et intellectum dat parvulis.* Parvulos intelliges eos qui in ignorantia detinentur, & infantibus similes sunt. Hos enim, inquit, verbum tuum, tuo illustratos lumine intelligentia replet.

131. *Os meum aperui & attraxi spiritum*. Apertione indigent eloquia. Quare Salvator aperuit discipulorum mentem ut intelligerent Scripturas. Et fraudem quæ aut per voluptatem aut per gloriam paratur, intelligentia quæ per verba datur impedit.

132. *Respice in me, & miserere mei, &c.* Quemadmodum, ait, decrevisti me respicere, & magna providentia tua dignari eos qui diligunt nomen tuum; ita me eadem providentia eadem misericordia digneris.

133. *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum*. Secundum eloquium suum Deus gressus dirigit ejus qui a malitia & ignorantia, ad veritatem & ad scientiam transiit. Rectus enim sermo ejusmodi rebus anteit. Qui non faciunt peccatum non sunt servi peccati.

134. *Redime me a calumnia hominum*. Calumniam hominum vocat hæreticorum, necnon sapientium hujus sæculi, doctrinam. Hoc bonum sensibili modo nactus est Joseph & Susanna. Tropice autem homines vocat, malignas potestates, a quarum calumnia liberare solius Dei est.

135. *Faciem tuam illumina super servum tuum*. Domini adventum videre exoptat. Ipse namque est character Patris. *Et doce me justificationes tuas*. Novum testamentum dicit, quo Deus & Pater eos qui super terram erant justificavit.

136. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei*. Lacrymarum vim emittebam, deplorans eos qui transgrederentur legem tuam.

137. 138. *Justus es, Domine, & rectum judicium tuum*. Causam reddit, cur deploraret eos qui transgrederentur legem Dei; quia scilicet eam transgredientibus pœnas se in divino illo tribunali inflicturum comminatus, & jam ipsas adfuturas esse testificatus sit. *Mandasti justitiam testimonia tua, &c.* Quænam alia, testibus cælo & terra, mandasti testimonia, quæ sint justitia & veritas apertissima? Sed non occultasti ea: scilicet rectissimæ sunt judiciorum tuorum regulæ, quæ tuam justitiam significant. Itaque testimonia tua sunt sacræ Scripturæ, quæ sunt justitia quidem secundum moralia præcepta; veritas autem secundum speculationem verborum.

139. *Tabescere me fecit zelus tuus, quia obliti sunt verba tua inimici mei*. Qualem suscepi aelum, si quem viderem aliquando verborum tuorum immemorem. Neque simpliciter zelum, sed talem ut tabescerem ab hujusmodi zelo pro te suscepto, si quos viderem sermonum tuorum immemores. Hujus zeli recordati sunt discipuli, de quo ex persona Domini in psalmo dicitur. *Quoniam zelus domus tuæ comedit me*. [*Psal. 68. 10.*]

140. *Ignitum eloquium tuum vehementer*. Eloquium Domini ignitum est vehementer, sublime, omni probatione superius. Et si quis hoc ignitum eloquium habeat, is omnia judicat & a nemine judicatur.

141. *Adolescentulus sum ego & contemtus*. Adolescentulus quidem est qui divinis eloquiis ceu elementis initiatur; contemtus autem quia sese humiliat.

142. *Justitia tua justitia in æternum*. Nam justitia hominum qui juste judicant, ad breve tempus judicium fert; justitia autem Dei judicium reddit æternum.

143. *Tribulationes & angustiæ invenerunt me*. In quibuslibet occasionibus, ait, legis tuæ meditationem non neglexerunt.

144. *Æquitas testimonia tua in æternum*. Quæ dedisti mihi testimonia, inquit, non ad breve tempus utilia, justitia sunt in æternum, nam justificant eum qui affectu ad ipsa accedit. *Intellectum da mihi & vivam*. Nam justitia quam in præsenti tempore exercemus, retribuitur nobis, non ad paucos dies, sed in æternum. Sed vivam, ioquit, si intellectum dederis mihi. In illam enim beatam vitam insipiens non ingreditur. Postulanda igitur intelligentia est ab eo qui dat omnibus toto animo postulantibus.

145. 146. *Clamavi in toto corde meo*. Primo: *Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine: justificationes tuas requiram*. Secundo: *Clamavi ad te salvum me fac*. Nam quod loquebar secundum præcipuam animi partem, nihil aliud erat quam Deus. Magna igitur voce te invocans, magna voce promitto me tua præcepta observaturum.

147. *Præveni in maturitate & clamavi*. Maturitatem hic vocat tenebras, sive rerum confusionem. Hæc autem ait: Etiamsi improbi cum confusione omnia agerent, multa in tua lege incedens peragebam.

150. *Appropinquaverunt persequentes me iniquitati*. Qui mihi bellum inferebant, inquit, iniquitati addicti erant. Nemo enim justum persequitur, nisi iniquitati hærere velit.

151. *Prope es tu, Domine*. Deus alibi ait: *Deus appropinquans ego sum, & non Deus a longe, dicit Dominus*. Nam Dei virtus ubique est, juxta creationis & providentiæ rationem. [In R. 9. hæc dicuntur Origenis esse. *Jerem.* 23. 23.]

154. *Judica judicium tuum & redime me, propter verbum tuum vivifica me*. Verbum dicit promissionem. Nam promisit se venturum, & salutem allaturum nobis.

155. *Longe a peccatoribus salus*. Contra quam salutem superbe egerunt principes sæculi hujus. *Quia justificationes tuas non exquisierunt*. Hæc causa est cur justum persequuti sunt, quod longe abscesserint a divina lege.

156. *Misericordiæ tuæ multæ, Domine*. Novi, inquit, te testificatum esse, præcepta tua firma & immota esse. Hoc enim significat in superiore versu: *Initio cognovi de testimoniis tuis*.

158. *Vidi prævaricantes & tabescebam*. Si quem videbam non intelligentem, ejus causa ex zelo pietatis ego tabescebam.

159. *Vide quoniam mandata tua dilexi, Domine*. Videbis in me bonorum operum vestigia. Non tantum enim observavi, sed etiam dilexi, nulla vi ad ea impulsus. Verum nihilominus rogo te miseratorem ut vivifices me.

160. *Principium verborum tuorum veritas*. Hoc primum est præceptorum tuorum, ut veraces simus in omnibus, opere, verbo, mente.

161. *Principes persequuti sunt me gratis*. Me, inquit, affligebant, qui variis temporibus principes fuere, utpote veritatis inimici. At eorum persequutiones non reformido, sed solum verbum tuum. Quodnam illud est, nisi: *Nolite timere ab iis qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam?* [*Matth.* 10. 28.]

162. *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa*. Non timore tantum se ad obsequendum divinis verbis adduci ait, sed etiam gaudio, quod de acceptis divitiis permagnum est. Firmior autem est observatio ex gaudio parta. Cum autem persequentes inimicos memoraverit, jure spoliorum mentionem fecit. Nam si omnes, inquit, de medio sustulissem ac spoliassem, non tanti id facerem, quanti verba tua. (*Corderius*.) Quæ verba, nisi de quibus Paulus: *Primi enim credidimus eloquia Dei*, de Judæis loquens. [*Rom.* 3. 2.]

163. *Iniquitatem odio habui &c.* Non enim perinde atque illi, mortuum ultus sum, & raptis spoliis, ipsum abominatus sum. Nam iniquitatem solam abominari utile est. Quare tuam legem intelligens, uti par erat dilexi, nullatenus eam trahens ad terrena. Nos enim ut-

pote una cum Christo resuscitati, superna quærimus, non terrena.

164. *Septies in die laudem dixi tibi*. Per totam vitam suam illuminatus qui justus est, in perfecta die versabitur, non interrupta per noctem, & supra mundum elevatus Deum septies laudat, eo quod supra mundum sex diebus conditum insurrexerit; nimirum in paradiso Dei constitutus, creationis & providentiæ Dei rationem contemplatus, ipsum laudat super judicia justitiæ Dei. Secundum ea vero judicia, singulorum multiplicem providentiam gessit. (*Alius codex*.) His significat laudem numquam desinentem. Semper, ait, memor fui judiciorum tuorum, quæ juste tulisti; principibus qui superbe agebant ejectis, iis vero qui injuria adficiebantur liberatis.

170. *Appropinquet deprecatio mea .... Intret dignitas mea in conspectu tuo, Domine*. Vide rectum divinorum verborum ordinem. Primum enim ponitur *Appropinquet*; deinde, quod majus est, *intret postulatio mea*: ante ingressum enim appropinquandum. Nam ubi appropinquavit quispiam domum, si sit amicus patrisfamilias, ingreditur. Quam autem deprecationem vocavit, nunc dicit dignitatem, a dignando. Num forte quia sunt mundanæ dignitates, ita animæ etiam dignitates sunt? Dignitas quippe est Apostolum esse: digoitates item sunt ordines Ecclesiastici. Dignitas autem animæ, virtutes habere, aut earum aliquam. Qui hujusmodi dignitatem obtinet hæc loquitur.

171. *Eructent labia mea hymnum*. Eructatio, ut plurimum, saturatis accidit. Novit igitur divioum verbum spiritualem escam. Ipsum igitur Verbum

Joan. 6. 35. se panem esse ait. *Ego enim sum panis vita qui*

Ibid. 55. *de cælo descendit*. Ait item: *Qui manducat meam carnem, habet vitam in semetipso*. Hunc cum comedimus, hymnum eructamus. Hanc opto mihi eructatinnem accidere. Quod fieri nequit nisi me docueris justificationes tuas.

172. *Pronuntiet lingua mea eloquia tua*. Rogat ut ea quæ ipse loquitur sint verbum Dei, juxta

Prov. 31. 9. illud: *Aperi os tuum verbo Dei*. Hujusmodi autem homo otiosa verba non loquitur. Quare Pau-

Rom. 13. 9. lus ait: *Illud enim, non occides, non mœchaberis, non furtum facies, & si quod aliud præceptum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Nam illud justitia est: *Diliges proximum tuum*.

173. *Fiat manus tua ut salvet me*. Significat non factam esse manum ejus, sed ejus statum erga eos qui salutem consequuntur. Quale est illud: *Esto mihi in Deum protectorem*.

174. *Concupivi salutare tuum, Domine*. Si velis retrogredi & superiora respicere, salutare tuum Christus est. Jesus enim significat Dei salus. Hic ad nos missus est. (*Alius codex*.) Opus est concupiscere salutare Dei. Multi enim quæ secundum carnem sunt concupiscunt. Quod autem secundum Deum, est, in ipso salutem consequi, io ipso requiescere, sancta in hæreditatem accipere. Illud namque est salutare Dei, æterna vita. Imo etiam Jesus explicatur Dei salutare, quia missus est nobis ad salutem. Ad cujus desiderium si quis incedere velit, meditabitur legem.

175. *Vivet anima mea & laudabit te*. De futu-

Colos. 3. 3. ra vita loquitur. *Nam vita nostra abscondita est cum Christo in Deo*. Tunc proprie laudabo, tunc auxiliare mihi. Laudabo scilicet judicia tua illa decantata, de justo lata sine tormentis; de noxio cum tormentis.

176. *Erravi sicut ovis quæ periit*. Postquam opera recte a se gesta narravit, rursum ait se ovem errantem fuisse, humilitati vacans, juxta illud Domini dictum: *Cum omnia perfeceritis, dicite: Servi inutiles sumus*. Luc. 17. 10.

Canticum graduum. CXIX.

Argumentum.

Primum graduum canticum, Deo canit populus in Babylone constitutus, pertæsus diuturnæ captivitatis, & rogans libertatem.

1. AD *Dominum cum tribularer clamavi ... 2. Domine libera animam meam a labiis iniquis, & a lingua dolosa*. Quo pacto non iniqua Babylooiorum labia, quæ idololatriam profitebantur. Hæc autem lingua recte dolosa vocetur, utpote quæ nihil rectum de Deo loquatur.

3. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? 4. Sagittæ potentis acutæ*. Quid ultra dari tibi postulas, inquit: aut quid aliud vis adjici tibi adversus linguas dolosas? Sagittas igne plenas a potente incensas. Significat autem Babyloniorum ultionem mox futuram.

5. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est*. Aliud a Deo postulat, nimirum ut ab incolatu liberetur. 6. *Habitavi cum habitationibus Cedar*. Cedar regio quædam est ad eremum versus orientem sita, & usque ad Persidem pertingens, quam incolit Saracenorum genus: *multum incola fuit anima mea*.

7. *Cum his qui oderunt pacem eram pacificus*. Ea erat malitia Babyloniorum, ut nulla de causa iis qui pacem colebant bellum inferrent. Nisi fortasse respiciat supplicium quod de Chananæis & Amorrhæis sumi præcepit Deus, vetans ne amicitiam inirent cum illis. Nulla autem est ipsis amicitia cum improbis qui veram religionem exsecrantur. *Cum loquebar illis impugnabant me gratis*. Incertus locus.

1. *Canticum graduum*. CXX.

Argumentum.

Secundum modulatur canticum, dum post solutam captivitatem, longum iter ageret Babylone Jerosolymam. Atque inter medium mootium interceptus, rogat auxilium sibi impendi, quem exaudiens propheticus Spiritus respondet: *Dominus custodiet introitum tuum & exitum tuum*.

1. LEVAVI *oculos meos in montes ... 2. auxilium meum a Domino, qui fecit cælum & terram*. Ostendens Dei potentiam ait: *Qui fecit cælum & terram*.

3. *Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te. 4. Ecce non dormitabit &c.* Hanc habeto spem & salvaberis. Illud autem: *non dormitabit*, non laborem eorum qui custodiuot exercitus, urbes, ovilia; sed impatibilitatem Dei significat illud: *Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel*. Videtur autem dormitare cum turbulentis hujus vitæ negotiis & insidiis agitamur.

5. *Dominus custodiat te, Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam*. Idipsum in decimoquinto psalmo ait: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear*. Psalm. 15. 8. Et hoc item loco dicit: Ad dexteram manum tuam coustitutus, & proteget, & custodiet, & omni providentia dignabitur.

Can-

Canticum graduum. CXXI.

Argumentum.

Tertium canticum iter agentibus prædicat ut in domum Dei concedant: Quare sic loquitur.

1. LÆTATUS *sum in iis quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus*.

2. *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Jerusalem*. Vox senum hæc est, qui captivitatem sustinuerunt, & narrant pedes suos quibus jam iter agerent olim stetisse in Jerusalem. B

3. *Jerusalem quæ ædificatur ut civitas*. Ita, inquit, civitas olim erat; non hinc inde dispersa, sed ita constructa, ut videretur una domus esse, ex domorum continua serie & concinnitate.

4. *Illuc enim ascenderunt tribus*. Omnes tribus, inquit, quæ ex Ægypto per virtutem Domini egressæ sunt, ad eam urbem properabant, ad ferendum testimonium, sive ad gratias agendas Deo Israel. *Ad confitendum nomini Domini*. Eo quod impleverit admirabilem promissionem suam. Thronos autem C domus David super eam fundatos esse ait: quoniam scilicet regnum in omnes prænuntiat David. Non unius imperium memorans, sed commune, in optimos & religiosissimos quosque, a quibus regnum Davidis erigitur per gratiam Christi: qui duodecim Apostolis, super duodecim thronos sedentibus, potestatem dedit judicandi Israelem.

5. *Quia illic sederunt throni in judicio*. Secundum historiam illic regia fuit, illic sacerdotum throni; civitate seu quadam duplici corona ac diademate ornata. Jam vero omnium ruina cernitur & D pristinæ felicitatis reliquiæ exiguæ. *Throni super domum David*. In hac, inquit, civitate, id est in Jerusalem, throni regii positi sunt, in quibus justorum judicium redditur. Quos prior occupavit David, ac deinde qui ex illo secundum carnem orti sunt. Quapropter domum ipsius David nuncupat.

6. *Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem*. Heus vos, cum didiceritis quænam olim Jerusalem esset, precamini pro pace ejus, nihil aliud requirentes quam quæ ad pacem ejus conducunt.

7. *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis*. Ac si dicat, in regia tua. Rogo, inquit, tibi bona, propter inhabitantes in te, qui propinqui & fratres tui sunt. Hæc senes Jerosolymæ precantur, ut scilicet pax sit in muris ejus, per hæc enim: *In virtute*, muros intelligit. Aut secundum aliam rationem, sanctos qui in ipsa erant. E

9. *Propter domum Domini Dei nostri quæsivi bona tibi*. Quia, inquit, o Jerusalem, in te est domus Dei nostri, accepta referens beneficia *quæsivi bona tibi*.

Canticum graduum. CXXII.

Argumentum.

Quartum canticum orationem continet eorum qui remigrantes multis annis in itinere versati fuerant. Qui defessi in via, misericordiam & miserationem a Deo impendi sibi postulant, utpote qui a gentibus nihili penderentur. Quare consolans ipsos Spiritus Sanctus, respondet & ait: *Opprobrium abundantibus*.

1. AD *te levavi oculos meos qui habitas*
2. *in cælis. Ecce sicut oculi servorum* A *in manibus dominorum suorum*. Oculi eorum qui habent spiritum servitutis in timore sunt in manibus dominorum & dominæ; ejus autem qui spiritum adoptionis habet ad Dominum Deum.

3. *Miserere nostri, Domine, miserere nostri*. Reduplicatio fervorem precationis ostendit. Non quasi digni simus misericordiam postulamus, sed utpote opprobriis onerati.

Canticum graduum. CXXIII.

Nisi quia Dominus erat in nobis.

Argumentum.

Quintum canticum canentes qui in Judæam adscenderunt, preces emittunt, eo quod liberati sint a captivitate, & ab inimicis quos postea superarunt.

Canticum graduum. CXXIV.

Qui confidunt in Domino sicut mons Sion.

Argumentum.

Sextum canticum canunt, postquam ad ipsum desideratum montem pervenerant. Deinde videntes urbem absque muris, murum ipsi fore postulant Domini auxilium, ac inimicorum insidias effugere posse confidunt: ex eodem nimirum auxilio Dei, qui non relinquit virgam peccatorum super sortem justorum & sanctorum suorum.

5. PAX *super Israel*. Pax enim quæ omnem superat mentem, ei soli datur qui mente valet. Imo etiam deletis inimicis hi pace fruebantur.

Canticum graduum. CXXV.

Argumentum.

Septimum canticum canunt qui cum ad ipsam urbem pervenerint, liberationis a captivitate certitudinem habent. Rogant autem pro reliquis qui adhuc erant in Babylone, ut ipsi etiam redimerentur.

1. IN *convertendo Dominus captivitatem Sion facti sumus sicut consolati*. Hæc Apostoli prænuntiant de seipsis & de gentibus. Nam Davidis tempore nulla captivitas erat. Fortasse vero hæc de spirituali captivitate dicit. Illud enim, *dicent*, futurum prophetice significat.

2. *Tunc dicent inter gentes: Magnificavit Dominus &c.* Hoc nos multis lacrymis deplorandos esse ab omnibus significat. Omnes enim Dei magnificentiam mirantur, quod nos ex acerba illa servitute liberavе F rit. Et nos quidem clamamus, neque enim vacamus sensu, cum reliquos captivos nondum receperimus, pro quibus ita supplicamus: 4. *Converte, Domine, captivitatem nostram sicut torrens in austro*. His significant magnam adhuc multitudinem in Babylone remanere, ita ut reditus ejus, Ægyptii fluminis decursui similis dicatur. Auster hic desertum dicitur.

5. 6. *Qui seminant in lacrymis in exultatione metent. Euntes ibant & flebant*. Rogantibus pro reliquiis captivorum, respondet Spiritus propheticus, & ait: Si fleverint pro iis qui in Babylone supersunt: reditus illis concedetur.

Can-

Canticum graduum Salomoni. CXXVI.

Argumentum.

Octavum canitur canticum jactis fundamentis Templi, sperantibus Judæis fore ut ædificium immotum semper maneret. Latenter igitur prænuntiat futurum ejus denuo sub Romanis excidium. Adjicitque prophetiam de Christi ecclesia. Canitur porro prophetice a Salomone. Sicut etiam revera aliqui psalmi Zachariæ sunt & Aggæi. Octava autem jure intelligatur esse principium novi Testamenti.

1. NIsi *Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam*. Hæc Judæis, ait de firmitate ædificii sui alte sentientibus.

3. *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, filii*. Alte de templo sentitis, inquit, quasi in illo vobis hæreditas data sit. Verum ea, hæreditas vere non est. At cum dilectos suos ex priore populo requiescere fecerit, id est Prophetas; tunc filiis suis hæreditatem daturus est. Ecquinam ii fuerint, nisi discipuli? C (*Cord.*) Nam divina promissio, & puerorum benedictio, ceu quædam merces sperantibus in eum data est. *Merces fructus ventris*. Fructus

Esai. 26. 18. ventris est salus spiritus, juxta illud: *Parturivimus & peperimus spiritum salutis, quem fecimus in terra*. Hujusce fructus merces, ut & hæreditas dabitur, scilicet adoptio.

4. *Sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum*. Excussos vocat eos ex priore populo qui abjecti sunt. Quorum filii scilicet Apostoli, fuere sagittæ potentis. Hisce enim adversarias D potestates quasi sagittis confecit.

5. *Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis*. Beatos prædicat eos qui ex doctrina utilitatem percipient. *Non confundentur cum loquentur inimicis suis in portis*. Aperte prædicationis adventum significat.

Canticum graduum. CXXVII.

Argumentum.

Nonum canticum beatum prædicat eum qui accedit E ad timorem Dei. Jure autem postquam Apostolos futuros declaravit, beatos prædicat eos qui crediderunt.

1. BEATI *omnes qui timent Dominum*.

3. *Uxor tua sicut vitis abundans*. Timenti Deum dono datur non quævis mulier, sed quæ bonis fructibus ornata sit. Nam bona mulier, bona portio.

5. *Et videas bona Jerusalem omnibus diebus vi-*

1. Cor. 2. 9. *tæ tuæ*. Spiritualia scilicet bona, *quæ oculus non vidit &c.*

6. *Et videas filios filiorum tuorum, pax super* F *Israel*: Promissiones dicit. Sicut enim primi fructus animæ erga Deum religiosæ sunt fœtus ejus; sic fecundi sunt promissiones.

Canticum graduum. CXXVIII.

Argumentum.

Decimum canticum multa persequutionum genera Christi populum edocet, & quo pacto omnia superaturus sit, insidiatoribus semper superior effectus.

A Hoc autem ait quia ab initio prædicationis persequutiones fuerunt.

1. SÆPE *expugnaverunt me*.
4. *Dominus justus contrivit cervices peccatorum*. Nam omnes qui persequuti sunt, mali male peribunt.

Canticum graduum. CXXIX.

Argumentum.

Undecimum canticum orationem complectitur Mar- B tyrum, & doctrinam confessionis novo populo datam. Clare autem virtutis propitiationem prædicat, quæ Christus est. De ipso namque dictum est: *Et ipse propitiatio est pro peccatis nostris*. 1. Joan. 2. 2.

1. DE *profundis clamavi ad te Domine*......
2. *Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ*. Aures in Deo Angelicas potestates intelligimus esse, per quas supplicationes nostræ ad Deum accedunt.

3. *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?* Illa autem reduplicatio vocis, Domine, Domine, admirantis est divinæ clementiæ magnitudinem, apud quem esse propitiationem dicit, at non in bonis operibus nostris.

4. *Propter nomen tuum sustinui te, Domine*. Hæc sunt verba eorum qui non propter necessitatem spiritualem, sed propter venerandum nomen ipsum accedunt, *ac sic in patientia currunt propositum certamen*, & nullo Hebr. 12. 1.
tempore abscedunt a Deo & ab iis quæ ipsi placent.

6. *A custodia matutina usque ad noctem speret Israel in Domino*. Oportet enim etiam in molestis rebus Dominum exspectare. Non solum enim in matutina custodia, non conspicua omnia sunt; sed etiam usque ad tenebrosa negotia & eventa. Sed oriente vero lumine, mens perspicax, lætarum rerum augmentum, tristium vacuitatem accipit: speret in illum quasi in fontem: apud illum namque est misericordia qui redemtio est, & propitiatio, qui virtute multa peccata purgat.

Canticum graduum. CXXX.

Argumentum.

Duodecimum canticum docet eum qui propitiatione donatus fuit, ne fidens suo profectu exaltetur, sed humiliter sentiat.

DOMINE *non est exaltatum cor meum*..... *Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me &c.* Ut quis non exaltetur ait, contrariam virtutem esse admodum utilem, quam Salvator docuit his verbis: *Nisi conversi fueritis* Matth. 18. 3.
& efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. Ablactatos autem pueros dicit, tribulationem significans. Eteoim nonnisi cum fletibus infans a matre discedit, dolens quod lacte privatus fuerit. Ita & ego, inquit, in ærumnis degens, semper Deum precor. Quod si non ita adfectus essem, extremum supplicium luerem.

Canticum graduum. CXXXI.

Argumentum.

Decimum tertium canticum, orationem continet pro Davide. Nam cum propitiatio omnibus remissionem peccatorum conciliet, necessario Spiritus san-

sanctus, cum reliquis qui salutem consequuntur A & cum Davide ait: Domine, memento, secundum mansuetudinem ejus retribue illi. Quemadmodum enim ille, mansuetus cum esset, dimisit Sauli injurias sibi illatas, ita & ipsi delicta remitte.

1. **M**EMENTO, *Domine, David & omnis mansuetudinis ejus.*

2. *Sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob &c.* Cum didicisset enim ex Spiritu sancto, Dominum apud homines adventurum, daturumque multorum peccatorum remissionem, & cum speraret ipse per B ejus adventum salutem se consequuturum, ediscere gestit, quandonam id erit, & ubi adventurus sit, & quonam modo peregrinaturus. Hæc edoceri exoptans, in tantam sese afflictionem conjecit, ut lectum omnem recusaverit, domui vale dixerit, & ante Deum jaceat humi prostratus ante faciem sanctuarii, juratus se nunquam surrecturum nisi hæc disceret. Ob ejus perseverantiam misericordia motus Deus, annuit ipsi: ac postquam semel juravit non frustrabitur. Quare intulit: *Ecce audivimus eam in Ephrata*, ipsa est Bethlehem. Ecquam audivit nisi C futuram peregrinationem Domini?

6. *Invenimus eam in campis sylvæ.* Nam spelunca ubi natus est Christus in planitie, seu in campis est.

7. *Introibimus in tabernaculum ejus.* Ecclesias subsequenti tempore futuras significat. *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.* Montem olivarum dicit, ubi omnis qui pertransit, adorat.

8. *Surge, Domine, in requiem tuam.* Ejus in cælos adscensum videre gestiunt. *Tu & arca sanctificationis tuæ.* Arcam sanctificationis sanctam ejus carnem vocat.

D

9. *Sacerdotes tui induentur justitiam.* Non vestimenta de more, inquit, sed ipsam justitiam, justitia autem est Christus.

10. *Propter David servum tuum non avertas faciem Christi tui.* (Implicatus locus.) Cum beneficiorum omnibus hominibus collatorum, tum Davidis memento, quem propter peccatum ad conversionem adduxisti. Servus quippe est qui ex illo secundum carnem servi formam accepit.

11. *Juravit Dominus David veritatem.* Et quandonam juravit? (2.Reg 7.12.) cum diceret ei: *Et erit postquam impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus* E *tuis, exurget ex semine tuo alius qui erit ex ventre tuo: & præparabo in sæculum regnum ejus, ipse ædificabit domum nomini meo: & erigam regnum ejus in sæculum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.*

12. *Si custodierint filii tui testamentum meum.* Futurum testamentum aperte prænuntiat, quod si custodissent qui ex Davide secundum carnem erant, futurum erat ut a parato sibi regno non exciderent.

14. *Hæc requies mea in sæculum.* Nam si antiquum illud templum, ob Judæorum furorem desertum sit, et ibidem loca crucis, resurrectionis, adscen- F sionis divina gratia donata sunt.

15. *Escam ejus benedicens benedicam. Pauperes ejus saturabo panibus.* Singuli namque eorum justi semen cum sint non egent panibus. Scribitur quoque: *Viduam ejus*, scilicet eam quæ patrocinio caret. *Pauperes ejus saturabo panibus.* Id est, eos qui secundum Deum pauperes sunt. Panibus autem spiritualibus.

16. *Sacerdotes ejus induam salutari.* Ipse item Christus est qui salutare est, justiria quoque supra vocatus.

17. *Illuc producam cornu David.* Quo tempore salutare apparebit, gloria Davidis orie-

A tur. *Paravi lucernam Christo meo.* Hoc de Joanne ait, juxta Domini dictum: *Ipse erat lucerna ardens & lucens.* (Joan. 5.35.)

Canticum graduum. CXXXII.

Argumentum.

Decimum quartum canticum declarat bonum a Salvatore, postquàm illuxit hominibus, collatum, dicens.

B 1. **E**CCE *quam bonum & quam jucundum.*

2. *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam.* Cum congregata, inquit, fuerit Ecclesia, & quemdam ceu concentum fecerit; tum unctio sancti Spiritus ac sacerdotium inducetur, primum quidem in caput Ecclesiæ, quod est Christus: deinde in barbam, quæ est decor faciei Ecclesiæ. Hic autem intelliguntur Apostoli. Postremo autem ad totum corpus pertransiit, id est ad omnes qui in Ecclesia Christum induerunt.

3. *Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam usque in sæculum.* Illic, ait; videlicet a- C pud fratres habitantes in unum: *& vitam*; non quamlibet, sed immortelem. In Sion enim sanctissimi Spiritus ros vivificus in sacros Apostolos demissus est, per quem omnes qui credunt benedictionem æternam consequuntur. Illorum enim cor & anima una.

Canticum graduum. CXXXIII.

1. **E**CCE *nunc benedicite Dominum omnes servi Domini.*

Argumentum.

Decimum quintum canticum, jubet eos qui adhuc in Ecclesia catechumeni sunt laudare Deum. Servos autem vocat ipsos, utpote qui nondum adoptione dignati sint. 2. *In noctibus extollite manus vestras in sancta.* In noctibus adhuc consistere illos ait, quia nondum Spiritus sancti illuminatione donati sunt.

3. *Benedicat te Dominus ex Sion.* Ex Sion di- E cit: quia hoc nomen amabile ipsis erat, ubi erat ipsis omnis sanctificationis argumentum. Exinde vero docet ex quocumque loco invocandum esse, dicens: *Qui fecit cælum & terram.*

Alleluia. CXXXIV.

1. **L**AUDATE *nomen Domini, laudate servi Dominum.* Hic quoque psalmus initiatis dicitur, jubens laudare Deum. Nam illud, *allelu*, interpretatur, *Laudate*, illud autem, *ia*, *Dominum*.

3. *Laudate Dominum quia bonus Dominus: psal-* F *lite nomini ejus quoniam suave.* Hortatur eos ad psallendum, qui olim in Ægypto idololatriæ dediti fuerant. Hi autem erant Jacobi posteri. Vocati sunt autem ad Deum hymnis celebrandum. *Israel in possessionem sibi.* Quasi dicat, electum: perspicax enim mens Israel est.

5. *Quia ego cognovi quod magnus est Dominus, & Dominus noster præ omnibus diis.* A creatrice facultate novit ipsum esse Dominum.

6. *In mari & in omnibus abyssis.* 7. *Educens nubes ab extremis terræ.* Hoc ait, quia terram exterius ambiunt maria, ex quibus nubes

educit. *Fulgura in pluviam fecit*. Hoc item symbolum fuerit divinæ virtutis, quod in eodem loco fulgurum ignem cum aqua misceat. *Qui producit ventos de thesauris suis*. Per thesauros declarat incomprehensibilem hominibus esse ventorum naturam. Simile autem huic est illud Domini dictum. *Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis: sed nescis unde veniat aut quo vadat*. Joan. 3. 8.

8. *Qui percussit primogenita Ægypti ab homine usque ad pecus*. Postremam plagam primam ordine ponit, quia post ipsam libertate donati sunt. Pecora autem memorat, quia propter hominem facta sunt, & propter eum castigantur. Ita ut per augmentum terroris divinitus immissam fuisse plagam perspicuum sit.

15. *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum*. Postquam divinam providentiam ostendit & laudibus celebravit. Gentibus quæ nuper ad fidem accesserunt, quasi etiamnum servis, loquens, adfert deorum quos olim colebant confutationem. Postquam dixit: *Quia ego cognovi quod magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus diis*. Ipse enim tanta taliaque opera edidit: illi autem dii olim vestri, solum simulacra erant mortua, & cæca, quibus similes fiant qui faciunt ea. Quomodo enim qui inanimata adorant non lapides animo sunt. Quos autem superius ex consuetudine deos vocavit, nunc confundit & vocat idola, & materiæ & operæ exprobrans.

Alleluja. CXXXV.

1. CONFITEMINI *Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus*.

13. *Qui divisit mare rubrum in divisiones*. Antiquo sermone fertur in duodecim sectiones divisum fuisse mare, ut singulis tribubus singulæ viæ darentur.

16. *Qui traduxit populum suum per desertum*. Non minus miraculum in deserto quam in mari editum est. Multa quippe erant quæ mortem minabantur, fames, æstus, sitis, ferarum multitudo, commodorum omnium indigentia. Illi vero nemine perterrefaciente iter agebant. Ex duobus autem fortissimis regibus, qui de robore & magnitudine gloriabantur, liberavit eos. Ex quibus Og novem longitudinis quinque latitudinis cubitos habebat, & lecto ferreo utebatur.

19. *Sehon regem Amorrhæorum &c.* Non sine causa, aliis omissis hos memoravit reges, sed ut populo in mentem revocaret divinitus concessam victoriam. Nam de robore ipsi & potentia & corporis mole gloriabantur.

23. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus*. Hæc verba: *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus*; aptius conveniunt iis qui a spirituali sive sensibili captivitate liberati sunt.

25. *Qui dat escam omni carni*. Non enim pios tantum benignus Deus curat, sed etiam usque ad bruta animantia: ita ut congruentem singulis cibum dispenset, & providentiam suam extendat a mirabilibus cæli, usque ad vilissima terræ: & exhinc rursum ad usque cælum progreditur. Quare post illud: *omni carni*, adjicit: 26. *Confitemini Deo cæli*. Nam licet omnium sit opifex, per excellentiam tamen Deus cæli dicitur, eorum qui isthic degunt famulatu cultus. Siquidem locus ille a peccato purus & vacuus est.

Davidi per Jeremiam. Ps. CXXXVI.

1. SUPER *flumina Babylonis illic sedimus & flevimus*. Docetur hic, futurum ut iis qui multis post annis in Babylone propter iniquitatem habitaturi erant, flerent & anxii essent, cupientes bona repetere sua.

5. *Si oblitus fuero tui Jerusalem, oblivioni detur dextera mea*. Scilicet ne supernum auxilium consequar.

6. *Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui*. Quæ enim utilitas instrumenti ad sermonem destinati si ad officium non moveatur. Quamobrem beati viri per totam vitam de hymnis celebrandis curam habuere dicentes: *Cantabo Domino in vita mea*. Psal. 103. 33. Erat autem illis veneranda civitas ob divinum cultum, ut ante dictum est: *Propter domum Domini Dei nostri quæsivi bona tibi*.

Si non proposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ. Tuam, inquit, memoriam omni lætitiæ præponam. Ita enim contingit ut reliquæ omnes lætitiæ bonæ sint. Dominus item sacros cibos ante corporales inducit.

7. *Memor esto Domine, filiorum Edom &c.* Filii Edom ab Esau Idumæi, qui capta Jerusalem, acerbe insultabant, donec eam a fundamentis dirutam viderunt.

8. *Filia Babylonis misera*. Propheticus est sermo, qui Babylonis excidium prænuntiat. *Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam*. Ille, inquit, beatus qui te in captivitatem duxerit.

Davidi per Zachariam. Ps. CXXXVII.

Argumentum.

Præsens psalmus prophetiam continet vocationis omnium gentium, de qua gratias agit, quod non solum ipse qui rex erat, Dei adventu & conspectu dignatus sit, sed etiam multos gentium reges, eadem gratia donandos ait, quod post adventum Domini dumtaxat factum est.

1. CONFITEBOR *tibi, Domine, in toto corde meo*. Hoc præceptum dedit Salvator diviti, dicens: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totis viribus tuis*. Mat. 22. 37.

2. *In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum*. Quasi scilicet præsentibus Angelis, & ejus victoriam per Dei auxilium partam semper cernentibus. *Et confitebor nomini tuo super misericordia tua & veritate tua*. Gratias agam, inquit, quod ab umbra liberatus, & veritatem consequutus sim. *Quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum*. De gentium vocatione gratias se referre dicit. Neque tantum de collatis mihi beneficiis gratias ago; sed quod tui gloriam in omnibus contempler, creatoris scilicet, benefactoris, ultoris. Nihil quippe est in rerum natura quod magnitudinem tuam non prædicet.

3. *Diuturnam curam habebis animæ meæ virtute tua*. Πολυημερίαν dicit diuturnitatem. Hæc est autem sententia: Virtute tua transmutabis me a corruptione in incorruptionem.

5. *Et cantent in canticis Domini, quoniam magna est gloria Domini*. Cantica Domini descripsit, quæ ab omnibus ex gentium populo credentibus canenda prædicit.

6. *Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit*. Ne mirere, inquit, si hæc apud homines futura sint, humana quippe non a Dei providentia aliena sunt. *Et alta a longe cognoscit*. Prædefinivit enim a constitutione mundi vocationem gentium, juxta divinum Apostolum, assumtionemque ad excelsa.

7. *Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me*. Simile est illud: *Tribulationem habebitis in mundo; sed confidite ego vici mundum*. Joan. 16. 33. *Super iram inimicorum meorum extendisti manus tuas*. Immissa quippe est adversus illos dextera Patris, id est Filius, quæ nos salvos fecit.

8. *Dominus retribuet pro me*. Postquam judica-

dicavit enim de injustitia qua læsi sumus, principem mundi ejecit.

In finem PSALMUS *Davidi per Zachariam in dispersione*. CXXXVIII.

Argumentum.

Refertur psalmus ad personam Zachariæ, dum filii Israel adhuc essent in captivitate & Propheta quoque cum illis. Describit autem rationem divinæ erga nos providentiæ. Et quod non solum ad universa extendatur, sed rebus etiam singulis prospiciat; ita ut neque motus nostri neque cogitationes ab ejus providentia negligantur. Admiratur œconomiæ profunditatem, vocationem gentium aperte significat, & repugnantiam Israelitici populi adversus Christum. Propter hæc omnia in finem Davidi inscriptus est. Plerumque autem diximus, psalmos ita inscriptos, ad tempus adventus Domini spectare.

1. DOMINE *probasti me & cognovisti me*. Utpote qui confidat, se firmam in Christum fidem habere, nihilque sibi commune esse cum iniquitate improbi populi, eum ipsum qui corda formavit evocat in testem.

3. *Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam & funiculum meum investigasti*. Etiamsi Deus cogitationum motum videat, multo magis vitæ cursum cognoscit. *Semitam meam & funiculum meum investigasti*. σχοινισμὸς est mensura quædam viæ. Dicit autem eum omnem cogitationis motum scire: per vias enim motus significat.

4. *Quoni..m non est dolus in lingua mea*. Et hoc est quam maximum Davidis meritum, quod neminem læserit lingua, vel mendacio, vel perjurio, vel fraude dolove, aliaque simili ratione.

5. *Ecce, Domine, tu cognovisti omnia novissima & antiqua*. Media tacet, quia in medio sita malitia est. Non ab initio enim fuit, nec in fine erit. *Tu formasti me & posuisti super me manum tuam*. Etiamsi, inquit, me formaveris, formatum me tenea & servas; nam impositio manus Dei, collatum nobis Spiritus donum significat. Quemadmodum Apostoli per manuum impositionem Spiritum sanctum præbebant.

6. *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confort.ta est & non potero ad eam*. Ejusmodi est quod dicit. Multa alia esse a Deo in se facta; quæ ipse cognoscere non possit. Nam exsuperant, inquit, facultatem meam, & eorum cognitio mente mea longe superior est, ita ut ea, nec investigare nec loqui possim. Quæcumque enim dixi parva exiguaque sunt. Divinæ siquidem virtutis notitia parvitatem meam fugit.

8. *Si ascendero in cælum tu illic es*. Simile illud:
Cælum mihi thronus est. *Si descendero in infernum ades*. Matt. 5. 34.
Prædicit futurum Domini descensum in infernum.

9. *Si sumsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris*. Id est, si accipiam avium alas nondum defessas; id enim significat illud, *diluculo*, integris scilicet viribus ad volandum, & robore plenas. Hæc est autem sententia. Tu, Domine, qui omnia contines, omnia priusquam eveniant cognoscis, ubique præsens, omnia imples utpote Deus. Deinde, quo me vertam, si in quodpiam peccatum incidam, & si fugæ mihi necessitas incumbat, cum tu, Domine, omnia contineas?

11. *Et dixi: Forsitan tenebræ conculcabunt me*. *Conculcabunt*, id est, contegent & occultabunt me oculis tuis. Sed ipsæ tenebræ perinde tuæ cognitioni sunt atque lumen.

12. *Sicut & tenebræ ejus ita & lumen ejus, &c.* Quemadmodum enim mihi nox tenebrosa est, ita est tibi lucida. Renes autem dicit, terroris incussores. Te, inquit, semper timebam, quia mihi semper judicium tuum ob oculos versabatur. *Suscepisti me de utero matris meæ*. Jure, inquit, tui timorem habui, quandoquidem me in utero versantem providentia tua conservat.

14. *Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es*. Opportune præmissa illa theologia, confessionem postea edit. *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis*. Virtus illa quæ mihi occulta est, tibi Deo conspicua est.

15. *Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto*. Non latuit, inquit, mulieris lapsus, quam ex osse meo clam efformasti, postquam me gravi somno oppressisses; sed abscondita nostra cognoscis, qui latenter illam exsistere fecisti. *Et substantia mea in inferioribus terræ*. Etiamsi dissolvar, inquit, & in pulverem abeam, illud etiam notum est tibi.

16. *Imperfectum meum viderunt oculi tui, &c.* Antequam fierem, inquit, & antequam formarer, præscientiæ tuæ oculi me contemplati sunt ac præviderunt: nec simpliciter, sed ut jam positum, connumeratum & descriptum in libro tuo. *Dies formabuntur & nemo in eis*. Omnibus vitæ suæ diebus probe & ordinate sese gesserunt, ita ut ne unam quidem diem incompositam & inordinatam egerint.

17. *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus*. Simile est illud: *Qui recipis prophe-* Mat. 10.41.
tam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. 18. *Dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur*. Spes, inquit, mihi est quod amicos tuos honore prosequar, futurum ut in resurrectione cum illis consistam, & propter eos honorem a te accipiam. Tunc, inquit, peccatores occidantur, hoc est, promeritas pœnas luant.

19. *Si occideris Deus peccatores*. Gnarus suppliciorum quibus futurum est ut adficiantur, eos quodammodo ab se segregat. *Viri sanguinum declinate a me, quia contentiosi estis in cogitationibus*. Causam indicat cur ab se peccatores expellat. Ideo, inquit, expelluntur, quia adversus Deum loquuntur ipsique repugnant, & frustra elati, superbe agunt adversum genus humanum.

21. 22. *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam?* Amicos quidem tuos diligebam & in amicitiam meam recipiebam: inimicos autem tuos perfecte oderam. Inimici autem Dei sunt primo quidem & proprie impuri dæmones: secundi post illos, qui idololatriam defendunt, & hæresum principes.

In finem PSALMUS *David*. CXXXIX.

1. ERIPE *me Domine ab homine malo*. Clamat ad Deum ut ulciscatur injuriam a dæmonibus humanæ naturæ illatam, & ut iniquitatem in caput iniquorum convertat. Hæc autem etiam de sensibilibus inimicis dici possint.

2. *Qui cogitaverunt iniquitatem in corde, tota die constituebant prælia*. Non tantum enim humana ratiocinia admiserunt; sed etiam opera cogitationibus adjecerunt. Illud autem: *tota die*, Symma- Versio Symmachi.
chus: *per singulos dies*, interpretatur.

6. *Juxta iter scandalum posuerunt mihi*. Hæc omnia, inquit, faciebant, ut cursum ejus ad Deum siste-

sisterent, laqueis pedes ejus complicantes, ut eum a Dei cnnspectu dejicerent.

9. *Ne tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori.* Ego, inquit, Domine, salutem expeto, ne igitur derelinquas me, ne ex hac via deturbatus tradar peccatori, scilicet diabolo. *Cogitaverunt contra me: ne derelinquas me ne forte exaltentur.* Sub tegumento alarum ejus contegi rogat, & sub potenti manu ejus, a qua nemo eripere potest. Ne itaque ut in alia qualibet re magnifice sentiant.

10. *Caput circuitus eorum, labor &c.* In ipsos, inquit, recidat consilium eorum. Hoc enim significat, caput circuitus eorum. Caput enim peccatorum est cogitatio & sensus. Insidiarum quibus me circumdederunt principium & caput, imo etiam defatigatio & labor ipsorum adversum me susceptus in ipsos recidat. Quos æquum est ignis supplicio tradi.

11. *Cadent super eos carbones in igne.* Nam ceu quodam igne ira tua absumes eos. *Dejicies eos in miserias, & non subsistent.* Decident in calamitates, ex quibus nnn evadent. Hoc autem contigit Sauli in bello adversus Alienigenas. Ibi enim confossus finem vitæ accepit.

12. *Vir linguosus non dirigetur in terra.* Excipit impios ignis æternus. C Et in hac vita vir linguosus non dirigetur usque in finem. Nemo enim contentiosus & maledicus, qui in terreno quopiam proposito versetur, dirigitur: Ex eo namque quod contentiosus sit pervertitur. Cum enim hujusmodi homines peccatis dediti sint, qua ratione a virtute dirigantur? *Virum injustum mala capient in interitu.* Quasi enim proprio sibi morbo ex sua improbitate interit, congruenti pœna mulctatus. Sola enim improbitas animam ea adfectam, vice supplicii cujuslibet, in interitum conjicit.

PSALMUS *David*. CXL.

Argumentum.

Similis est hic psalmus præcedenti; verum ad doctrinam commodior.

1. DOMINE *clamavi ad te, exaudi me: intende voci supplicationis meæ cum clamavero ad te.* Clamor contentionem mentis prorsus indicat. Benevolo, inquit, animo, Domine, excipe supplicationem meam.

2. *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Quæ ex mente procedunt, incenso comparat, utpote quæ subtilia sint & Deo soli offerantur. *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Opera per manus edita sacrificio comparat, quia sensibiliora sunt animi voluntatibus. Vespertinum autem ait, quia oportet ad finem usque bonis operibus vacare.

3. *Pone, Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.* Quia novit magnam rem esse, linguam perfecte custodire: Deum rogat ut sibi concedat linguæ temperantiam.

4. *Non declines cor meum in verba malitiæ.* Id est, ne concedas mentem meam semel probe concinnatam in adversum vergere: ut non admittam, inquit, cogitationes iniquitatis.

5. *Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me &c.* Omnem castigationem a justo accipiam: benedictionem autem & adulationem peccatoris ne admittam, qua veluti oleo caput meum inungunt.

6. *Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum, absorpti sunt juxta petram judices eorum.* Juxta petram constituti, ait, absorbebuntur. Significat autem ipsum Christum eos in abyssum demersurum. *Audient verba mea quoniam placuerunt.* Eventus, ait, prænuntiati contra illos supplicii A aderit: hinc autem veritatis & modestiæ fidem verba mea accipient.

7. *Sicut crassitudo terræ erupta est super terram.* Quod terrenum erat in nnbis, inquit, dirupimus, nosmetipsos propter te humiliantes; ita ut omnis nostra virtus ad infernum usque deprimeretur. Simile est autem illi: *Propter te mortificamur tota die.* Rom. 8.

8. *Quia ad te, Domine, Domine oculi mei.* Ego vero nulli humanæ rei confido; sed tuum exspecto auxilium, & rogo ut ne anima mea illo nudetur. *In te speravi, non auferas animam meam.* Id est: ne effundas aut evacues quam in te po-
B sitam spem habeo.

10. *Cadent in retiaculo ejus peccatores.* Incidant, inquit, in sua retia peccatores: *Singulariter sum ego donec transeam.* Tunc, ait, sine timore & sollicitudine pertransibo, cum ipsi peccatores in sua retia inciderint. Ego vero ab iis segregatus degam, donec vitæ finem accepero.

1. *Intellectus David, cum esset in spelunca, Oratio.* CXLI.

Argumentum.

Oratio & nihil aliud sunt isthæc. Verum intellectu opus habent; ut ediscamus nos quo pacto inter varias occasiones, mala effugere valeamus.

2. VOCE *mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum deprecatus sum.* 3. *Effundam in conspectu ejus orationem meam.* Totam mentem suam, inquit, Domino dicavit. *Tribulationem meam ante ipsum pronuntiabo.* In curriculo, inquit, pro ipsa anima con-
D certans, supplicationes offero, rogans tribulationes minui. Nosti utique me injuria persequutionem pati.

4. *In deficiendo ex me spiritum meum.* Hæc, ait, faciebam malorum vehementia conspecta; nam prope mortem ipsam versabar. *Et tu cognovisti semitas meas.* Hæc verba: *& tu cognovisti semitas meas*, sunt fidantis in vitæ cursu & in operibus. Cum videret autem spirituales hostes curantes introduci Saulem in speluncam, Davidis capiendi causa, jure dicebat: *absconderunt laqueum mihi*, quem præsens oratio dissipavit. Nam quod homines spectabat, comprehensus spelunca, omni effugiendi via interclusus erat,
E nec erat qui liberaret eum, nec qui requireret animam ejus.

5. *In via hac qua ambulabam absconderunt laqueum mihi.* Si quis speluncæ locum consideret, hæc congruenter dicta fuisse reperiet. *Considerabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognosceret me.* Apponebant virtutem colentibus congruentia malitiæ machinamenta. Videlicet ei qui cum sapientia ambulabat; abscondebant pro laqueo, sapientiam quæ secundum Deum non est: quærenti cngnitionem, apponebant eam quæ falso ita vocatur. Hoc porro dictum aliquam habet cum illo adfinitatem: *Juxta iter scanda-*
F *lum posuerunt mihi.* Possunt autem hic laquei per hyperbolen declarari; in quos scilicet incidit qui non sibi cavet, de quibus dicit: *Considerabam ad dexteram.* Ambitiosioribus enim ad dexteram laquei positi sunt.

Periit fuga a me, & non est qui requirat animam meam. Nulla quippe supererat fugiendi via in spelunca, cum ante ostium obsiderentur a Saule. Nemo, ait, animæ meæ salutem quærit.

6. *Clamavi ad te, Domine.* In ipsum enim solum spem salutis reponere convenit.

8. *Educ de custodia animam meam.* Hæc ait quasi ad speluncam respiciens. Symma-

chus

Lectio Symmachi. chus autem: *Educ a conclusione animam meam. Ad* A *confitendum nomini tuo*. Quando me, ait, ab hujusmodi ærumna & a custodia liberasti, tibi gratiarum actionis cantica rependam. *Me expectant justi donec retribuas mihi*. Si me exhinc eduxeris, inquit, in mercedem bonorum operum, reliqui justi me in exemplum præ oculis habentes, & ex iis quæ mihi contigerunt quæ ipsos spectant secum reputantes, supplicationes offerent tibi & ad te adcurrent.

1. PSALMUS *cantici David, quando persequebatur eum Abessalom filius ejus*. CXLII.

Argumentum.

Similis argumenti cum priore est hic psalmus. Rogat enim liberari a persequentibus, ut ait Apostolus. Figurate autem isthæc antiquioribus contigere, scriptaque sunt ad monitionem nostram. Docemur itaque in occasionibus ad solum Deum confugere. Sciendum autem est, orationem referri ad personam humanæ naturæ agitatæ & afflictæ ab arrogante illo Satana, a quo per Unigeniti adventum redimi se postulat.

2. DOMINE *exaudi orationem meam*. Exaudiri me, inquit, postulo per veritatem tuam. Perinde autem est ac si diceret. Exaudi me, mitteque Unigenitum tuum, qui est veritas & justitia.

3. *Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi*. Per obscuritatem indicat ignorantiam, in qua olim versabatur. Nihil enim, inquit, differebam a mortuo. Mortuos sæculi, vocat idololatras illos veteres.

7. *Velociter exaudi me, Domine, defecit spiritus meus*. In postremis occasionibus quando cujuspiam anima periclitatur id convenit dicere: neque tamen in humanis negotiis iis uti necesse est.

8. *Auditam fac mihi mane misericordiam tuam*. Matutinam Domini resurrectionem significat: aut fortasse rogat advenire matutinam Christi resurrectionem, qua misericordiam consequuti sumus.

Notam fac mihi, Domine, viam in qua ambulem. Evangelicam doctrinam consequi rogat.

9. *Eripe me de inimicis meis*. Spiritualibus videlicet.

Davidi adversus Goliath. CXLIII.

1. BENEDICTUS *Dominus Deus meus*. Ex gaudio tale procemium emittitur. *Qui docet manus meas ad prælium*. Manus vocat opera cum pietate erga Deum facta, per quæ Satanam impugnamus.

3. *Homo vanitati similis factus est*. Singuli homines huic mundo similes sunt.

6. *Fulgura coruscationem, & dissipabis eos*. Fulgur vocat evangelicam prædicationem.

7. *Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum. Quorum os loquutum est vanitates*. Agit de cogitationibus quæ ex dæmonum insidiis nos circumsistunt. Aut forte aquas dicit Judæorum populum qui circumdabat Apostolos, ut cohiberet ac perderet. Atque illi ipsi fuerint filii alieni, qui vana loquuntur: Et quæ vana, nisi cum Christo dicerent: *Quare tu, homo cum sis, facis teipsum Deum?* Joan. 10. 33.

Tom. I.

9. *Deus canticum novum cantabo tibi*. Evangelicum scilicet: sermo autem est ex persona Davidis. *In psalterio decachordo psallam tibi*. Psalterium decachordum est corpus, quod quinque sensus habet, & quinque animæ operationes: singulis scilicet sensibus insunt singulæ operationes.

10. 11. *Qui das salutem regibus nostris*. Sanctis scilicet Apostolis, quos Christus principes eorum constituit. *Qui redemisti David servum tuum de gladio maligno, eripe me, & erue me de manu filiorum alienorum*. Propter tua cum illis pacta, omnem nostri sollicitudinem geras. Gladium namque malignum, B irruentium furorem & ferocitatem vocavit. Ipsos autem alienos vocat, utpote impios.

12. *Quorum filii sicut novellæ plantationes in juventute sua*. Ejus qui secundum carnem est populi, inquit, florentes sunt: ejus autem qui secundum spiritum, humiles. Hi namque sunt qui dicunt: *Etiamsi exterior noster homo corrumpitur, interior renovatur*. 2. Cor. 4. 16.

Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi. De ornatu terrestri loquitur. Quamobrem non templum Dei factæ sunt, sicut sanctæ credentium animæ; sed similitudo templi. Simulabant enim se secundum legem vitam agere. At in se verbum non C habebant, sed malignum spiritum.

13. *Promtuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud*. Recondiderunt enim non cælestes, sed terrenas divitias.

14. *Oves eorum fœtosæ abundantes in egressibus suis &c.* Pinguia & fœcunda sunt pecora eorum. *Non est ruina maceriæ neque transitus*. Magnam, inquit, felicitatem nacti sunt. Quæ tamen ad finem usque non perdurabit. Illud enim in alio psalmo docuit his verbis: *Dejecisti eos dum elevarentur*. Psal. 72. 18.

15. *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: beatus populus cujus Dominus Deus ejus*. Et illi quidem non re- D cte judicantes, sed quæ carnem spectant magni facientes, eum qui hæc ample possideat beatum esse existimant. Verum id nequaquam felicitas est. Sed invocare Dominum Deum suum (illud est vere felicitas.)

Laudatio ipsi David. CXLIV.

1. EXALTABO *te Deus meus Rex meus*. Non altitudinem ipsi dat quasi ea careat; sed aliis declarat eam ipsum obtinere. Quale est illud: *Pater clarifica nomen tuum in terra*. Non rogat enim eam accipere E quam non habet, sed eam quam habet manifestari: ut indicat illud: *Clarifica me claritate quam habui apud te antequam mundus fieret*. Joan. 12. 28. Joan. 17. 5.

2. *Per singulos dies benedicam tibi*. Apud Hebræos initium præsentis versiculi est *Beth*. Docet autem, nullam esse diem absque hymnis prætermittendam. Tota igitur anima, tota mente, exaltare Deum, & benedicere illi oportet, nomenque ejus glorificare mortalibus nominibus atque verbis.

4. *Generatio & generatio laudabit opera tua, &c.* Ecclesiam ait ex ambobus populis congrega- F tam, ex circumcisione scilicet & ex gentibus. Ejus autem opera narrat quæ in adventu suo fecit: multisque modis ea celebrat; virtutem, magnificentiam, gloriam, sanctitatem, & mirabilia dicens. Ac rursum virtutem, magnitudinem, suavitatem, justitiam & miserationes.

6. *Et virtutem terribilium tuorum dicent*. Cum bonis operibus ita loquentur, & cum recta sententia. Quale est illud: *Terribile est incidere in manus Dei viventis*. Et illud: *Jubilate Deo in voce exultationis: quoniam Dominus excelsus terribilis*. Hæc enim dicent quod ti- Heb. 10. 31. Psal. 46. 2.

Hhhhhh meant

meant & honorent Deum. Narrabunt autem ejus magnitudinem, utpote quæ terminum non habeat, non circumscribentes eam cognitione sua, sed ut incomprehensibilem. Solus namque Filius cognoscit Patrem, & Pater Filium. Etiamsi vero Patrem manifestet quibus vult; at ut opificiis possibile est ipsum videre, habita ratione præparationis cujusque hominis.

Nota Athanasianu[m] stylu[m].

7. *Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt.* Omnibus ipse hominibus, utpote qui Deus bonus sit, suavitatem suam impertivit, & miseratur omnia opera sua. Salutem autem consequuntur qui suavitate ejus frui volunt.

Psalmus CXLV.

1. LAUDA *anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea.*

4. *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* In hora mortis, inquit, omnia cogitata ejus publica fient, nec occultum erit quidpiam eorum quæ in terra cogitavit.

7. *Dat escam esurientibus.* Spiritualem scilicet, iis qui omne bonum expetent.

Psalmus CXLVI.

1. LAUDATE *Dominum quoniam bonus est psalmus.* In præcedenti psalmo sese hortabatur in Deum solum spem ponere: In hoc autem Apostolicum chorum exhibet docentem multitudinem, laudare Deum de beneficiis generi hominum collatis.

6. *Suscipiens mansuetos Dominus.* Mansuetos vocat eos qui fidem ejus susceperunt, imitati eum qui dixit: *Mitis ego sum.* Ego autem peccatores odio habeo, inquit, qui sunt impuri dæmones in igne habitantes.

Matth 11. 29.

8. *Et herbam servituti hominum.* Servitutem hominum vocat boves, mulos & reliqua jumenta.



IN

IN FRAGMENTA SUBSEQUENTIA

MONITUM.

QUÆ subsequuntur fragmenta Commentariorum Athanasii in psalmos prior edidit Petrus Felckmannus sub finem appendicis ad editionem Commelinianam, hac præmissa ad Lectorem admonitione.

PETRUS FELCKMANNUS LECTORI S.

Cum præmissam appendicem hucusque jam perduxissem, incidi in opera Luciferi Episcopi Calaritani, cujus crebra & laudata in Athanasio nostro mentio, jam olim Lutetiæ a Johanne Tilio Episcopo Meldensi edita. Quæ cum pervolverem, incidi in tres Athanasii epistolas, duas ad Luciferum, & tertiam ad Solitariæ vitæ studiosos, quarum ne fama quidem ante ad nos pervenerat. Quas cum ex rerum cum aliis Athanasii Epistolis similitudine & tractatione genuinas esse existimem, hic subjungendas esse putavi. Et quia eodem quoque tempore fragmenta quædam commentariorum sancti hujus nostri in psalmos in συναγ. Nicetæ Heracleotæ in Biblioth. Palatina reperi, eadem similiter, donec integra aliunde prodeant, adjeci tumultuario opere festinantibus prælis a me versa. Quamquam fortasse non omnia quæ Nicetas ex illis decerpsit, damus. Nam codex quo usi sumus in Psalm. 76. deficiebat. Et veri simile non est Nicetam in reliqua psalmorum parte Athanasii explicationes, quas eatenus tam frequenter citat, omisisse.

Denique brevem Athanasii sententiolam, & locorum quorumdam varias lectiones ad finem subdidi, depromtas ex vetustissimo codice Biblioth. Palatinæ, qui continebat similem catenam expositionum in Jobum, ab incerto auctore concinnatam. Tu vero, benevole lector, auctarium hocce benevole acceptare, nostrisque studiis favere velis oro. Hæc Felckmannus.

Epistolas porro memoratas a Felckmanno ad Luciferum & ad Monachos, edidimus supra. Hæc autem fragmenta quod spectat; consimillima illa sunt, paucissimis exceptis, expositionibus Athanasii supra editis. Quod si quandoque nonnulla occurrant quæ in Expositionibus non compareant, non ideo repudianda, & Athanasio abjudicanda; nam, quod observasse juvabit, ad eos psalmorum versus pertinent, quorum explicatio non exstat in Expositionibus, utpote non integris, ac persæpe deficientibus. Ceterum hæc excerpta non ad verbum refert Nicetas, sed plerumque quoad sententiam tantum nec raro permixta cum aliorum Patrum commentariis, quorum ipse nomina adfert. Etenim quando eadem omnino, nec immutata nec auctiora sunt quam in expositionibus, ea omisimus, ne bis idem inutiliter repetatur.

FRAGMENTA
COMMENTARIORUM D. ATHANASII
IN PSALMOS,

Ex Nicetæ Metropolitæ Heracleæ catena expositionum, sive ut ipse vocat, συναγωγῇ ἐξηγήσεων ex Gr. Patribus in Psalmos collecta.

Nicetas hic in proœmio tertiam ex quinque, quas sibi præmittendas esse quæstiones censuit, hanc, τί τὸ ψαλτήριον, explicans, addito nomine Ἀθανασίου, sequentia subjicit.

EST igitur Psalterium instrumentum musicum constans decem chordis, de summis ipsius compagis partibus sonum perficiens, vocemque consona quadam melodia articulatæ voci similem reddens: ac dicitur, Hebræis quidem, Naula: Græcis vero, Cithara. Conficitur vero hoc modo: Sumto ligno recto, nihilque penitus inflexo, decem in eo chordæ tendebantur; ac singulæ seorsim in summitate ipsius Psalterii fixæ constringebantur: earum autem principia desursum demittuntur. In cubito (*sive collo*) namque ipsius Psalterii decem claviculæ sive paxilli trajecti vertuntur, qui chordas tendunt, remittuntve, prout vocum consonantia & proportio requirit, & ad psallentis libitum. Et hoc est, quod magnus Basilius ait, &c.

Idem explicans ista Psalmi 2. *Convenerunt Reges terræ, &c.* ponit.

Athanasius. Quæ vero causa erat, quod Reges, Herodes Ascalonita & Pontius Pilatus con-A venirent, hoc est, conspirarent, & impetum facerent contra Christum? Aut quid rei erat, quod principes Judæorum, impii illi, pestilentissimi & facinorosissimi homines, Scribas dico Pharisæos & Legisperitos, in unum congregati sunt, & contra Dominum, hoc est patrem, insanierunt, contraque Christum ejus, scilicet Filium? Nam qui non honorat Filium, is neque Patrem honorat. Quandoquidem igitur & quæ ab illis patrata sunt, Domini potentiam adhuc magis demonstrarunt, ipsorumque conatus plane contrarium exitum sortiti sunt: idcirco videtur illos David quasi irridere,
B ut qui in vanum omnia tentarunt: vel fortasse etiam accusare. Qua enim quæso causa culpave in Christo deprehensa concursu facto ipsum in crucem sustulerunt? Nonne ipse est, qui Gentibus sapientiam dedit, qui Regibus imperium tribuit, qui Principibus dominatum confirmat? qui denique Judæis summa & proclamatissima illa operatus est miracula?

Et

Et in versum sequentem scribens.

Hæc habentur superius sed breviora. *Athanasius*. Deest hic illud Dicentes; ut hic sit sensus. Congregati sunt contra Dominum & contra Christum ejus, dicentes: Dirumpamus vincula eorum. Quorum? Patris nimirum & Filii: Nolebant enim intra sacram Domini sagenam esse: abjiciamus vero etiam jugum ipsorum, hoc est, legem & præcepta Euangelii, de quo scriptum est: *Mat. 11. 30.* *jugum meum suave est*. Hoc vero etiam ipsemet Dominus ipsis exprobrat per Jeremiam; dum ait: B *Jerem. 2. 20.* *Dixisti, non serviam tibi*: quasi dicat, Sic te gessisti, ut servitutem meam excuteres. Aut igitur hæc tamquam ex Judæorum persona dicuntur, qui subesse Domino recusant, & nec ipsi, neque Patri ejus subjici volunt: aut certe Spiritus credentes admonet & dicit: Ne assimilemur iis qui Christo insidiati sunt, neque connectamur ipsis consentiendo: quin potius grave illud veteris legis onus abjiciamus, nihil æstimantes typos illos, nisi spiritualiter intelligantur. Umbra namque res quædam est imperfecta atque inutilis, si Christi mysterium non describit.

C

Et in illa verba: *Tunc loquetur ad eos in ira sua. v. 5.*

Hæc item superius sed pauciora. *Athanasii*. Tunc. Quando, nisi cum dicerent: *Dirumpamus vincula ipsorum?* Porro quæ sunt illa, *Mat. 21. 43.* quæ in ira ab ipso dicta sunt? Hæc scilicet: *Væ vobis, Scribæ & Pharisæi, quia tolletur a vobis regnum Dei*: *Et vobis Legisperitis, Væ*. Vel certe illud, *Tunc*, refertur ad tempus judicii, quan- *Joan. 19. 37.* do videbunt in quem transfixerunt. Tunc enim *Mat. 25. 41.* conturbabit eos, dicens: *Discedite a me maledicti*. D Divinam autem iram Judæi experti sunt, cum Romanus in ipsos irruens exercitus urbem incendit, templum expilavit, & denique maximam ipsorum partem morte delevit.

Idem in inscriptionem Psalmi tertii.

Athanasii & Cyrilli. Tertii psalmi inscriptio remittit nos ad historiam, quæ extat in secundo libro Regnorum. Habuerat David ex diversis uxoribus complures filios. Inter hos Amnon erat primogenitus: ex alia E vero conjuge suscepti Abessalom, & Thamar filia, uterque forma egregia. Hujus amore correptus Amnon, ac morbum simulans, cum a Davide visitaretur, petiit ab ipso, ut sororem sibi curatricem adesse juberet. Atque ita eam corrupit: post etiam odio habens, domo ejecit. Ipsa vero fratri Abessaloni de injuria conqueritur. Qui licet vehementer esset commotus, iram tamen dissimulat. At aliquanto post tempore Amnonem ad cœnam vocatum interimit, metuensque patris iram, fugit: demumque post tres annos revertitur, ira Davidis jam remissa. Non il- F lico tamen in conspectum Patris admissus, sed demum post duos annos. Tunc vero insidias Patri struere cœpit, currusque sibi & equites comparavit, sibique conciliavit eos, qui Regem judicii causa adibant, sub specie benevolentiæ & clementiæ subjiciens sibi Patris subditos, cogensque ingentem transfugarum multitudinem, ut Patri insidias tenderet. Ad extremum, defecit, seque Regem nuncupavit. Assumsit vero cum multis aliis etiam Achitophelem, qui Davidi erat a consiliis, virum vafrum & industrium. Quo audito, fugit David cum

A iis, qui circa ipsum erant, nudis pedibus. Tunc etiam Semei ipsum execratus est. Precatus vero David, ut Deus consilium Achitophelis velit facere irritum, submittit etiam Chusi, amicum suum, qui sententiæ illius contradicat, ac per Sacerdotes Sadocum & Abiatharem sibi omnia significet Abessalonis consilia. Chusi vero, ubi ad parricidam pervenit, ab ipso tamquam fidelis & benevolus creditus, una cum Achitophele in medium consulere jubetur, quo pacto bellum geri oporteat. Et Achitophel quidem auctor est, ut Abessalom, prius tamen cum patris pellicibus congressus, eum a tergo persequatur, atque imparatum aggrediatur. Chusi autem, de pellicibus quidem nihil consilii dat; at ot e vestigio in patrem impetum faciat, hoc Abessaloni dissuadet: *Ne*, inquit, *in montibus in ipsum incidens, clade accepta, cum exercitum perdas, tum vero ipse in patris manus captivus pervenias*. *2. Reg. 17. 14.* Parricida igitur dicente, *Melius est consilium Chusi, quam Achitophelis*, mœrore correptus Achitophel sibi ipsi laqueo vitam eripuit. Chusi vero omnia Davidi per Sacerdotes significavit: jussitque insuper etiam fugere. Deinceps vero cum Abessalom rebus omnibus instructis, corruptis etiam prius patris pellicibus idque publice, patrem persequeretur, David quidem ipse in aciem non prodiit: ducibus vero suis credito exercitu præcepit ipsis, dicens: *Parcite filio meo Abessaloni*. *2. Reg. 18. 5.* Prælio vero acri commisso in querceto Ephraemitico, cadunt de exercitu Abessalonis vicies mille: ipse vero, laxis, prout valebat, habenis aufugit. Sed quia densam ac plurimam comam aluerat, ea in quercu quadam implicita, mula subtus ipso abeunte, ipse sublimis in arbore pendebat: donec forte conspicatus quidam id Joabo renunciat. Erat vero hic unus de Davidis ducibus. Is ergo sumtis tribus hastis, cor Abessalonis transverberat, atque ita ipsum e medio tollit. Quo audito, lamentatur David: *O fili mi*, ajens, *Abessalom, o fili mi. Quis dederit, ut ego moriar pro te?* *Ibid. 19. 4.* Sic igitur, sublato tyranno, David rursum in regnum restituitur. Sed hæc posterius. Quod vero præsentem psalmum attinet, conscripsit eum David, cum adhuc persecutionem pateretur. Quamobrem etiam planctus continet & ejulatus. Potest autem etiam de Christo intelligi, vero illo Davide. David enim si reddas, significat, *Desideratum & manu promtum*. Quis autem natura & vere desideratus, nisi ipse Christus; utpote qui est *speciosus forma præ filiis hominum?* *Psal. 44. 4.* Aut quis manu tam promtus, quam est fortis Jesus, qui potentia Deitatis suæ de universa Allophylorum, seu dæmonum multitudine tropæa erexit? Hunc enim persecutus est, ut secundus quidam Abessalom, sensibilis ille, & secundum carnem Israel; Judæi scilicet. De quibus pronuntiat per Esaiam: *Filios genui & exaltavi: ipsi vero spreverunt me*. *Esai. 1. 2.* Adjuvit vero persecutionem instar Achitophelis cujusdam, Judas; quem consiliorum suorum participem habebat Christus, intelligibilis ille David. De illo enim dicitur in quodam psalmo: *Tu vero, o homo unanimis, dux meus, & notus meus*. *Psal. 54. 14.* Judas etiam consimiliter Achitopheli seipsum laqueo suffocavit: Christus vero emittens duces suos discipulos ad bellum contra hostes suos gerendum, præcepit ipsis, quemadmodum David ut parcerent Abessaloni, sic & ipse, ne Israelitas negligerent. *Eritis enim*, inquit, *mei præcones testesque in Jerusalem, & in universa Judæa & Samaria, & usque ad ultimum terræ*. *Act. 1. 8.* Ad hæc quemadmodum mulus & comæ Abessalonem neci tradiderunt: sic etiam Judæos bruta ipsorum insipientia, & animus in rebus externis & corporalibus defixus inque iis omnem spem ponens, vera vita pri-

privavit: & nec terra, neque cælo perfrui permisit.

Deinde subsequitur Athanasii nomine argumentum Psalmi 7. prout habetur superius.

Item illa verba Psalmi 11. ὅτι ὠλιγώθησαν ἀλήθειαι, &c. præmissa prius Chrysostomi sententia subjicit.

Hæc apprime conveniunt cum Interpretationa psalmi 11. ubi ad Judæos hæc referuntur.

Sed secundum Magnum illum Athanasium evidenter arguunt hæc verba Judæorum infidelitatem. Quare Moses ad eos respexit, cum diceret: *Filii hominum, in quibus nulla fides est.*

Et in ejusdem Psalmi versum sequentem, præmissa rursum Chrysostomi explicatione.

Cyrilli & Athanasii. Hoc etiam de Judæis verum est: *Unusquisque* enim *vana locutus est ad proximum suum*, Salvatori nostro insidias struens.

Tum etiam Græcorum Poetæ & Oratores, qui cum omnino nullam ejus rei curam haberent, vera ne essent, quę dicerent, conscripserunt singuli, sine pręvio examine, quæ ipsis videbantur, hunc solum finem habentes, ut nimirum linguę suę elegantiam ostentarent.

Item in Psal. 13. *ἐπιγραφὴ.*

Hoc argumentum superius præmittitur psalmo 13. sed priora verba, κατὰ τὴν ἀναγωγὴν ibi desunt.

Athanasii. Secundum anagogen vero, aperit in hoc psalmo & explicat clarissime hominum impietatem & legis prævaricationem in omnibus suis conatibus: ut hinc necessitatem adventus Christi prædicet. Atque sic quidem Divus Athanasius, &c.

Similiter in titulum Psal. 14. *præmissa Theodoreti sententia subjicit.*

* Vide psal. 14.

Athanasius autem & Basilius, magni illi Patres, ajunt, Davidem psalmum hunc cecinisse, ut doceret, quidnam illud sit, quod hominem præparet ad beatam illam quietem consequendam. Quare, cum propositum esset in hoc psalmo hominem perfectum describere, eum, inquam, qui beatitudinis particeps futurus est, ordine ac via quadam utitur in iis quæ in ipso spectari solent, a proximis ac primis facto exordio. Sic igitur incipit, *Domine*, &c.

Rursum in Psal. 15. illa verba: *Sanctis qui sunt in terra*, &c. v. 3.

Hæc leguntur ad versum 3. psal. 15. & paulum mutata & auctiora hic sunt.

Athanasius. Sanctos esse ait hic, qui in Spiritu sunt sanctificati: Christi vero terram, Ecclesiam. Illud vero, Mirificasti, pro, declarasti, ponitur. Voluntates porro ipsius Patris intelligit. Ut universorum hic sit sensus: iis qui in fide sanctificati sunt, cognitam reddidit voluntatem Patris. Potes tamen hunc versum sic intelligere. Admirabiles reddidit Deus sanctos suos. Quare? Quia voluntates ejus omnes in ipsis erant, & ab ipsis implebantur.

Adhuc ad inscriptionem Psal. 18.

Hæc non leguntur in Expositionibus, sed sunt Athanasio digna.

Athanasius. Quandoquidem David hoc loco canit, ut & in 23. psalmo, rerum omnium opificium, reprehendit eos, qui mundum a seipso & casu extitisse dicunt, & nulla regi providentia: illos etiam, qui serviunt creaturæ præ creatore. Quid igitur loquitur ad eos, qui ex Gentibus vocati sunt?

Item in ejusdem Psalmi verba ista *οὐκ εἰσὶ λαλιαί*, &c. v. 4.

Vide ibid. superius ad versum 4.

Porro S. Cyrillus & maximus ille Athanasius per modum interrogationis legunt, quod hic dicitur, Nonne sunt loquelæ, aut sermones, quorum voces non audientur? quasi dicat David: Nonne audiuntur etiam mutarum sive rerum, sive operum voces absque sermone & lingua? Sane, dicat aliquis. Nam quemadmodum textoris artificium clamat varia ac versicolor vestis; ac navis, in qua nihil reprehendi potest, opificem suum prædicat; fabrum denique ipsius opus: sic & creatura, cujus mentionem fecimus, etsi sermone ac ratione destituitur; loquelæ tamen instar ipsa est, admiranda ipsius magnitudo, voxque est eximia ipsius pulcritudo & ordinatissima dispositio. Cęlorum namque narratio, verbaque, quæ dies loquitur, quantumvis non constent voce articulata, neque fiant ministerio oris; docent tamen divinam potentiam, eos, qui vocem mutam audire ac intelligere norunt. Quamquam etiam hoc asseruit David, cum mutam diceret creaturam, quod nimirum neque animata, neque rationalis sit, ut Græcorum sapientibus placet. Hi namque animal quoddam unum esse dicunt universum hunc mundum: imo & partes ejus, ex quibus constat, animalia existimant.

Item in titulum Psal. 19.

Et argumentum psalm. 19.

Inscriptio etiam hujus psalmi est, *In finem*, quia futurorum quorumdam prędictionem continet. Nam secundum magnum illum Athanasium, dicitur hic psalmus in persona amicorum Davidis, ipsi sacrificanti adstantium beneque precantium. Referri tamen potest etiam ad Apostolos, qui Christo, cum crucifigeretur, preces suas conjungebant.

Et in Psal. 28. hæc verba *Et conteret cedros Libani*, &c. v. 5.

Habetur ibid.

At secundum magnum Athanasium, cedri Libani dicuntur eminentiores in populo Judaico, eo quod Jerusalem persæpe Libanus vocetur in sacra scriptura. Vitulus vero significat Altare. Conteruntur igitur in finem & ipsi Judæi & eorum altare.

At in Psal. 34. verba ista: *Et oratio mea in sinum meum*, &c. annotat. v. 13.

Hæc habentur ibidem, sed multo pauciora.

Secundum vero divum Athanasium, quod Christi precatio pro Judæis in sinum ejus revertitur, denotat eos peccato suo immanere, nec quicquam juvari, eo quod insaniæ suæ exsuperantia efficiunt, ut preces Christi quasi retrorsum flectantur. Dominus enim, cum intueretur extremam perniciem quæ ipsos comprehensura erat, mœrore ingenti eorum causa adficiebatur: ipsi vero talia agebant, ut preces Christi pro ipsis neutiquam transmitterentur ad aures usque Patris, sed repercussæ quodammodo a magnitudine impietatis ipsorum retraherentur ac reverterentur ad Dominum. Ideoque ajebat: *Et oratio mea in sinum meum revertetur.* Nam si salvandi fuissent & ab impietate convertendi, transiisset utique precatio Salvatoris recto cursu, atque a nemine impedita ad aures usque paternas accessisset.

A

In Psal. 38. verba, *Utique in imagine ambulat homo*. v. 7.

Expressum ex interpretatione hujus versiculi, supra.

Sententia vero magnorum Athanasii & Cyrilli hæc est: Quandoquidem homo nunc non in veritate, sed in imagine incedit, vita enim vera demum in futuro erit sæculo, idcirco fortassis Psaltes vanitatem appellavit imaginem. Quia ergo non veram hic vivimus vitam, sed talem, quæ est quasi in imagine, neque circa vera bona versamur, idcirco frustra conturbamur circa mundana desideria nos volventes, ac congerentes thesauros, quorum hæredes futuros non novimus.

In illa verba Psal. 41. *Quemadmodum desiderat cervus*.

Expressum ex interpretatione hujus psalmi. Psal. 40.11.

At secundum magnos Athanasium & Cyrillum: Quia in proxime præcedente psalmo ex persona Christi ad Patrem hæc dicta sunt: *Excita me, & retribuam ipsis*, idcirco hic Christum cruci affigentium persona inducitur, qui intolerabiliter laborabant: cum manifestum sit, eos tandem assumendos esse, insertos, ut ait Paulus, propriæ oleæ. Ista igitur Israel resipiscens loquitur.

Sic in versus sequentis verba, *Sitivit anima mea ad Dominum*.

Athanasii & Cyrilli. Quandoquidem qui Christum in crucem tulerant, dolent de suo casu ac resipiscunt, idcirco dicunt, se sitire Deum, ac fontem, qui apud ipsum est, desiderare: de quo dictum est, *Quia apud te est fons vitæ*. Desiderant etiam Deo appropinquare, affectu scilicet & sanctificatione quæ est per fidem in Christo. Et quem ad mortem tradiderant atque interfecerant, Principem, inquam, vitæ nostræ, eum appellant Deum viventem. Illud vero: *Quando veniam?* desiderantium est vocationem futuram, & cognoscere cupientium tempus illud, in quo etiam ipsi coram facie Dei & Patris versabuntur (quæ eadem etiam Filii est) quantumvis nunc sint a Deo aversi. Avertam enim, inquit, oculos meos a vobis. Quamobrem? Manus enim vestræ plenæ sunt sanguine.

Psal. 35.10.

Hæc habentur supra ad hunc versum.

Rursum in versum sequentem.

Hæc non habentur superius ad hunc versum.

Athanasius & Cyrillus. Quia Christus prædixerat, inquiens: Quando videritis Jerosolymam circumsessam castris; ubi verbum istud in opus erupit, Romanis eam diripientibus, ejulabant: primum quidem, quod contra Deum quodammodo impegissent: deinde quod excidissent a salute, quæ ab ipso est: tertio denique, quod vicini ipsos invadentes atque convitiis insectantes dicerent, *Ubi est Deus tuus?*

In procemio Psal. 42.

Vide ibid.

Athanasio vero illi magno idem videtur esse hujus psalmi argumentum atque præcedentis. Israelitæ enim rursum accedunt, salutem, quæ per Christum est, postulantes. Ideo alloquuntur Patrem: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam*. Ipse enim eos in sanctum montem ducturus erat: hoc est, in cælum & supernas illas mansiones (quas etiam tabernacula appellat) & ad altare intellectuale: ipse etiam eorum exhilaraturus juventutem. Juventutem vero appellat lætitiam, & renovatam ipsorum animam. Unde & promittunt se ipsi in cithara oblaturos confessionem. Per citharam vero sæpe corpus intelligi docuit.

Et in ejusdem Psalmi verba, *Quia tu es Deus fortitudo mea*. v. 2.

Athanasius, Cyrillus, Theodoretus. Et qui ex circumcisione resipiscunt, Deum firmamentum suum appellant, & qui ex Gentibus, ipsum fortitudinem suam dicunt: & qui captivi sunt, ab alio se liberandos non sperant.

Nihil horum habetur superius ad hunc Psalmum.

B

Item in ista verba, *Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus*. v. 4.

Athanasius, Cyrillus. Citharam appellat corpus, quo mens per sensus quasi per chordas quasdam canticum Deo sursum mittit. Significat vero cithara, tum mortificationem corporis, tum consonantiam virtutum. Nam mortificationem, nervi: consonantiam vero, harmoniæ innuunt. Demonstravit autem hilaritatem quidem adjectione citharæ: dilectionem autem, in allocutione illa bis repetita. Nam inquit: *Deus Deus meus*: ut discas, quod Deum illum, qui supra omnia est, hunc Deum eximium, propter zelum & fidem, qui ex circumcisione resipuerunt, & qui ex gentibus crediderunt, appellant. Quibus etiam spiritualis juventus lætatur, repugnans veteri homini. Ille enim solus accedit ad Deum exhilarantem ejusmodi juventam, qui spiritu & mente renovatur, consimiliter novo homini & novitati spiritus.

C

Et in procemio 43. Psal.

D

Secundum quidem magnum Athanasium, etiam hic psalmus ejusdem argumenti est cum præcedentibus, eo quod narrent Israelitæ vetera Dei in se beneficia, ac resipiscentes orent recipi a Christo, propterea quod spem suam in ipso ponant, & nomini ipsius confiteantur: at secundum aureos sermones fundentem Patrem, &c.

Hujusmodi argumentum, quod videtur esse Athanasii, non habetur in Expositionibus.

Item in illa verba ejusdem, *Convertisti nos retrorsum*.

Athanasius. Olim, inquit, simul nobiscum ad prælia exibas: nunc vero non modo non adjungis te nobis, sed & avertisti nos, & subjecisti nos omnibus nostris inimicis, adeo ut etiam præda facti sumus odio habentibus nos. Comprehendit etiam nos ignominia, quæ olim inimicos nostros tenebat; subacti sumus ab iis, quibus ante dominabamur: direpti denique sumus ab iis, quos diripuimus. Hæc porro verba ex sententia magni * Athanasii sunt chori Prophetici, calamitates populi quasi sibi factas reputantis: ut vero aliis placet, exercitus Maccabæorum.

Hæc superius ad hunc versum sed pauciora.

E

** Vide ibidem.*

Rursum in verba: *Oblivisceris paupertatis nostræ*, &c. v. 23.

F

Athanasius. Somno igitur comparant diuturnam Dei dilationem, qua usus est erga ipsorum peccata. Precantur vero, ut sibi contingat ille Christi adventus, qui sub extrema tempora futurus erat, ne expertes sint vitæ, quæ ab ipso est: atque inquiunt: *Cur abscondis faciem tuam, & oblivisceris calamitatum & afflictionum nostrarum?* Tu quidem, o Deus, abscondis & avertis faciem tuam, ne videas turpia, & indigna facta, atque tuo contuitu aliena. Verum quia nobis in enumeratis istis factis præclaris fiducia aliqua superest, cur abscondis faciem tuam? Cum-

Hæc desunt in expositionibus supra.

Cumque tot passi mala simus cultus tui ac pietatis causa, cur oblivisceris afflictionis, aut paupertatis nostræ? Nam licet ea non perinde magna sint apud te, ut apud nos, sed egena & parva & paucissima: magna tamen, quatenus ex nobis sunt. Itaque supplicamus, ne obliviscaris paupertatis nostræ, o Domine; quin potius reminiscaris afflictionis, quam sustinuimus tui causa.

Et in versum sequentem 25.

Hæc ibi vid.

Athanasius. Porro depressam sibi mentem esse dicunt etiam Judæi: quia postquam ea quæ Christi sunt sentire recusarunt, deciderunt in sensum carnalem.

Item in versum ultimum.

Hæc auctiora sunt quam in expositionibus.

Athanasius. Deinde indicant hi versus vocationem illam & conversionem Israelitarum, quæ ultimis temporibus accidet. Qui etiam dicunt: Recipe nos, & sis nobis propitius. Tempus quoque conversionis suæ, fidem scilicet in te, o Deus, veram confitentur; subjicientes illud: *Propter nomen tuum*, diserte fatentur, quod non sint digni, qui misericordiam consequantur, quod contrarii Christo fuerint. Et tamen dignum est ipso, misereri & ignoscere lapsibus humanis propter seipsum. Ait enim: *Non facio propter vos, inquit Dominus, sed propter nomen meum.*

Ezech. 20. 14.

Deinde sequitur argumentum in Psalmum 44. eisdem prorsus verbis quibus habetur supra; quare omissum est.

Et in versum primum, præmissa Basilii, Chrysostomi & Eusebii sententia, subjicit.

Expressum ex interpretatione Psalmi 44.

Magnus vero Athanasius, & divus Cyrillus, quasi hæc ex persona Dei & Patris dicerentur, intelligunt ea de Verbo, quod apud Patrem erat in principio: quod, inquiunt, quodammodo ex corde aut ipsis visceribus progenuit. De quo etiam dicit per Davidem: *Eructavit cor meum verbum bonum*. Prognatus namque est filius, ut sermo ex mente, bonus ex bono, Deus ex Deo. Observandum porro, loqui Patrem de Filio tanquam incarnato, cum ait: *Dico ego opera mea regi*. Nam tantum non promittit se ipsum edocturum, cujusmodi verbis uti debeat, inducens nos, ut faciamus opera ejus. Opera vero Dei dicimus, piam conversationem, quæ per prædicationem Euangelicam nobis manifestata est. Christus vero, cum exponeret Judæis, quæ ad salutem facerent, adscribit ea Patri suo, inquiens: *A me ipso nihil facio:* Et rursum, *Pater diligit filium, & ostendit ipsi omnia, quæ facit*. Appellat vero etiam Pater filium Regem pro tempore, ne videatur mediocritate incarnationis aliquid detrahere majestati, quam per naturam habet. Mansit enim etiam post incarnationem nihilominus Rex, natus ex Patre Rege: & licet Rex atque Deus, dicitur ad regiam dignitatem evehi, propter incarnationem. Similiter, quæcumque naturaliter novit ut Deus, eadem rursum audire dicitur secundum humanitatem, propter dispensationem. Christus enim est Rex ille, cui opera sua Pater exponit. Porro quem Verbum dixit, hunc linguam suam quoque appellat: eo quod nihil aliud, quam Patris voluntatem loquatur. Nam etiam in nobis lingua, mentis sensa aliis quasi transfretare facit. Dicitur quoque, calamus scribæ velociter scribentis, quod quæ loquitur, illico etiam in effectum deducat: quemadmodum illud, *Mundare, & statim mundatus est: Adolescens, dico tibi, surge, & statim surrexit*. Quamquam etiam in cordibus nostris ut calamus velociter inscribat voluntatem Patris. Voluntas autem Patris est, ut ipsemet ait, *ut omne quod dedit mihi nihil perdam ex eo*. Velux vero est calamus Patris. Lex namque Mosis per ductus literarum perobscure significavit ea quæ ad utilitatem hominum sunt: Salvator vero communia in compendio demonstravit nobis voluntatem Patris: Est enim magni consilii Angelus. *Et verbum*, inquit, *abbreviatum faciet Dominus in universo orbe.*

Joan. 5. 20. — Mat. 8. 3. — Luc. 7. 14. — Joan. 6. 39. — Esai. 11. 13.

Et in ejusdem psalmi hæc verba: *Audi filia, & vide*, &c. Postquam Basilii & Chrysostomi explicationem, qui totum hunc locum de Ecclesia intelligunt, præmisit, subjicit.

Hæc diversa sunt ab expositione hujus versus; ubi id de Ecclesia explicat Athanasius supra.

Athanasius vero ille magnus, ad sanctam quoque Deiparam refert, quod dicitur, *Audi Filia:* & istud: *Ipse enim Dominus tuus*. Cui simile est illud: *Ave gratia plena, Dominus tecum*: Nam postquam dixit David, Christum esse Verbum Dei, illico humanam quoque ejus ex virgine nativitatem exposuit. Et Gabriel quidem simpliciter gratia plenam appellat, eo quod alienus ab ea esset quoad genus: David vero filiam dicit, quod eam ex semine suo esse sciret.

Luc. 1. 28.

At in inscriptionem Psalmi 46.

Vide argumentum psalm. 45.

Athanasius & Cyrillus. Præsignificat hic psalmus vocationem gentium, cum ex persona sanctorum Apostolorum canatur, qui gentes cohortantur, ut per actiones bonas ac præclaras exsultent ac triumphent de parta victoria de dæmonibus perniciosissimis. Inscriptus porro est, pro filiis Core: non quod ipsorum causa composita hæc oda, sed quod per ipsos præcineretur, utpote ad laudes Deo offerendas constitutos. Dicuntur autem ista, ut jam præmissum, in persona sanctorum Apostolorum, utpote qui jussi erant docere omnes gentes. Quia vero fides plurimorum & maximorum bonorum conciliatrix gentibus fuerat: per hanc enim vocati erant in adoptionem Dei, ac participationem Spiritus sancti, divinæ quoque naturæ communionem sortiti, ac opulenti redditi gratiis cælestibus, participes denique facti erant spei sanctorum; idcirco igitur & quidem non absque ratione jubentur publicas festivitates peragere.

Et in ejusdem Psalmi verba ista: *Subjecit populos nobis*, &c. v. 4.

Vide in argumento hujus psalmi. — Luc. 10. 19.

Divus vero Athanasius, per populos & gentes intelligit satanam, & quæ cum eo sunt malignas potestates. De quibus dixit Salvator: *Ecce dedi vobis potestatem incedendi super serpentibus & scorpionibus*. Dæmonum namque gentes subjecit pedibus Apostolorum.

Item in proœmio Psal. 47.

Vide ibi.

Athanasius. Canitur igitur & hic psalmus ex persona sanctorum Apostolorum, enarrantium, quas passi sunt persecutiones propter prædicationem, & victorias quas in persecutionibus retulerunt. Inscribitur autem canticum Psalmi, eo quod ethica philosophia cum theoretica in eo conjuncta sit.

Et in verba ejus: *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt*, &c. v. 5.

Ibi videsis.

At secundum magnum Athanasium, significatur hic bellum, quod ob prædicationem contra Aposto-

postolos gestum est, tam a visibilibus gentium regibus, quam ab invisibilibus dæmonibus, qui olim dominabantur. Qui & conturbati sunt ac mente commoti, ubi viderunt Deum sanctis suis auxiliari. Insigne enim robur servantis eos, admirationem & stuporem adtulit. Deinde etiam conturbati sunt, ut qui bellum Deo intulissent, ac in summis fuere doloribus. Quod vero deinceps subjicitur, scias, naves Tharsis dici quæ ingentes divitias Salomoni afferebant, quemadmodum in historia Regnorum cognovimus. Quare etiam hic per contritas naves Tharsis, significavit exterminationem opum & potentiæ regum prædictorum. Spiritum vero violentum, sumes pro potentiis intellectualibus, per quas Apostolorum hostes debellavit.

Item in illa verba: *Propter judicia tua Domine.*

Ibi vide.

Athanasii. Quia, inquit, dijudicans gentium caussam, ejecisti dæmonem ipsas impugnantem. Quod si ita vis, mons Sion, siot quibus suprema theologia concredita est: filiæ vero Judææ, Ecclesiæ quæ per orbem terrarum dispersæ sunt, ab Apostolis, qui genus ex Judæis ducebant, constitutæ. Jubet vero etiam prædicatores gaudere propter justa Dei judicia, quæ exercens nrbis salutem nperatus est.

Item in Psal. 49. illa verba, *Ex Sion species decoris ejus*, &c. v. 2.

Ibi vide.

At secundum magnum Athanasium, ex superna Sione secundum adventum suum constituet Dominus, illustrem inquam illum & glnriosum, quem etiam idcirco speciem decoris appellavit.

In Psal. 50. verba: *Cor mundum crea in me Deus*. v. 12.

Vide supra ad hunc locum.

Secundum autem magnum illum Athanasium, Spiritum appellavit ipsam mentem: rectitudinem vero pro firmitate ejus dixit: quasi dixisset: Confirma mentem meam, ut nequaquam proclivis sit deinceps ad prolabendum in peccatum.

In Psal. 60. illa verba: *A finibus terræ ad te clamavi*, &c. v. 3.

Athanasii & Eusebii. Anxius certe est & dolet omnis Dei amans, dum agit in hac vita: dolet vero etiam ob benevolentiam, videns taotam hominum multitudinem perire. Quia igitur etiam David, cum respiceret ad potentiam ac tyrannidem dæmonum, anxietate corripiebatur, idcirco supplicat Deo, ut Dominus *in carne* se manifestans, nos de manibus torquentium eruat. [a] Illud vero, *a finibus terræ*, significat ipsum pro universo terrarum orbe preces fundere. Neque hoc tantum, sed & medium quiddam inter Dei ac hominum substantiam constituere, secundum illud Ecclesiastæ: *Deus in cælo sursum est: & tu in terra infra*. Et Symmachus quidem sic clare hunc locum reddidit, *Cum dolerem*. Significantius vero & apertius Septuaginta: *Dum anxius essem*. Dolor enim etiam de minutis malis dicitur: anxietas vero de magnis tantummodo, quando, multitudine malorum circumventus quis, animum despondet ac quasi desperat, abjectn omni animi consilio, ut qui malo ferendo par non sit.

[a] Hæc habentur in expositionibus ad hunc versum.

Eccle. 5. 1.

Versio Symmachi.

Et in vers. sequentem: *In petra exaltasti me*. v. 3.

Ibi vide superius.

Athanasius. Secundum intellectum vero, *sive sensum spiritualem*, victoriam reportavimus de dæmonibus, qui nos infestabant, per Christum, qui a D. Paulo petra appellatur. Et ut psalmi hujus sensum universum expooam, continet is gratiarum actionem. Ista enim omnia, inquit, quæ enumeravi, acciderunt mihi, quoniam tu o Deus exaltasti me, & extulisti me in petra, quæ apud te est, in verbo scilicet tuo: Christus enim erat petra illa. Quia igitur verbo tuo me axaltasti, atque ita sublimem fecisti, ut non amplius in medio terræ, sed in extremis ejus habitem: insuper etiam quia deduxisti me, ut jam propioquus tibi factus sim, & quia spes quoque mea factus es, qua confideos non confundar: quia denique cum hostes multi me impeterent ac quærerent animam meam, tu solus contra omnes sufficiebas, factus mihi turris fortitudinis: hæc inquam omnia cum a te coosecutus sim, merito tibi hymnos offero, ut qui mihi omnium bonorum auctor fueris.

Et in versum sequentem: *Deduxisti me*, &c. v. 4.

Vide superius in expos.

Athanasii & Cyrilli. Quia vero viæ ducum proprium est demonstrare, quænam via tuta sit, quæ vero periculosa & perniciosa: etiam hoc Christus fecisse comperitur, dum ait: *Ego sum via & ostium*. Illud vero, turris fortitudinis, idem est ac si dixisset, murus ac tutamen mihi factus es, ut nihil mihi accidat mali, cum hi molestiam pariunt inimici. Christus namque turris est stabilis atque inconcussa.

Joan. 14. 6. & 10. 9.

Et in sequentia: *Habitabo in tabernaculo tuo*, &c. v. 5.

Ita fere in expositionibus supra.

Athanasius, Cyrillus. Ad sensum vero: ex bonis quæ jam a Deo acceperat, spem sibi facit etiam de futuris, quod nimirum receptus io superna tabernacula, semper sub Dei erit protectione. Quemadmodum enim, qui festum aliquod acturi sunt, eo jam præ foribus existente, jucuoditate ac lætitia quadam perfunduntur, & quod nondum præsens quasi præsens intuentur: sic etiam sancti, cum bonas spes habeant de futura vita, lætantur de ipsa. Alas vero appellat providentiæ divinæ potestatem: a qua tectus omnis Dei amans nunquam ex tabernaculn Dei excedit, sed in æternum in ipsa permanet.

Et adhuc in verba: *Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum*, &c.

Eusebii & Athanasii. Sciendum porro, esse in his verbis obscuram significationem veræ illius hæreditatis. Ea vero est vita æterna. Sed cum ista demum in futuro sæculn danda sit, quomodo ergo ait David, dedisti? Ideo nimirum, quia licet ea expectetur post resurrectionem: data tamen est, quia jam olim parata est iis qui suo tempore eam sunt adepturi. Observa autem, etiam timentibus Deum datam esse hæreditatem. Si itaque his qui longe ioferiores sunt ea data est: multo ergo magis iis qui longe altius conscenderunt, hoc est, diligentibus Deum. Quod varo indefinite dixit, timentibus, nec addidit Judæis aut gentibus, eo ipso expandit gratiam suam super universos homines. Cum primis autem, timentes Deum solet appellare scriptura, qui ex gentibus accedunt. Quæ vero alia hæreditas est, quam

re-

regnum cælorum? quam etiam in beatitudinibus celebravit Salvator.

Et in seqnentia: *Diem supra diem regis appones*, &c. v. 7.

Vide in expositionibus.

Eusebii, *Athanasii*, *Cyrilli*. Sensus vero spiritualis est: indicant hæc verba, quod etiam hæc portio hæreditatis vita æterna sit. Hoc enim est, annis regis adjicere dies dierum. Denotant namque dies tempora quædam & secula. Cavè vero ne existimes hæc talia de aliquo rege dici: quin potius scito hæc de omnibus, qui in regnum Dei vocantur, accipienda esse: quos utique etiam permansuros ait in æternum in conspectu Dei. Qui enim conformes redditi sunt passionibus ejus, ii regnabunt quoque cum ipso in perpetuum. Quia igitur Propheta præmisit, quia tu o Deus meus exaudisti preces meas, adjecit per quemdam verborum trajectum illud, dies ad dies regis adjicies. Nam, inquit, quia exaudisti preces meas, addidisti dies supra dies. Interposita vero est inter hæc mentio timentium nomen Domini, quia etiam istis a Propheta promissa est hæreditas. Hæc vero est vita æterna.

Et adhuc in sequentem versum: *Permanebit in sæculum*, &c.

Hujus loci nulla est interpretatio in expositionibus.

Symmachi versio.

Athanasius. Inversa est oratio: talis enim esse debet: Quicumque exquisiverit misericordiam ejus & veritatem, is permanebit in conspectu Dei in secula numquam terminanda. Hoc porro magis perspicue expressit Symmachus, sic: *Misericordia & veritas custodient ipsum*. Hæ enim causæ erunt, quod ipse immortalitatem consequatur, Dei misericordia & veritas. At secundum Septuaginta hic est sensus: quis potest accurate cognoscere occultam & justam Dei misericordiam? Judicia enim ejus abyssus multa.

Exinde sequitur argumentum Psalmi LXIII. *ad verbum ut legitur in expositionibus, ideoque ipsum prætermisimus.*

Item in illa verba: *Qui acuerunt ut gladium*, &c. v. 4.

Vide expositionem in hunc versum. Act. 5. 28.

Athanasius. Sensu vero secretiore dicuntur hæc in Judæorum Principes: eo quod blasphemias in Jesum jacientes, dicerent Apostolis: *Nonne præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto?* Verba itaque calumniosa, appellavit romphæam acutam, ut innuat & ipsa acuta esse & facile perimere. Linguam vero sycophantæ comparavit sagittæ, eo quod etiam longe absentes lædat. Maledicus enim & sycophanta nulli, nec præsenti, nec absenti parcit.

Item in illa Psalm. ejusdem: *Conturbati sunt omnes qui vid.* &c. v. 10.

Hujus loci nulla est interpretatio in expositionibus.

Athanasius. Quotquot vident, inquit, tales viros tantis excidere negotiis & a proposito aberrare, conturbantur ac corripiuntur metu, & divinam mirantur providentiam. Dum enim divinam protectionem apud se considerant, terrentur horrore divini judicii, ac intelligunt omnes, Deum fuisse, qui dolos & insidias eorum irritas fecit, eo quod quæ contra me inierant consilia vana demonstrata sunt. Adeo ut jam omnes pronuntient, tuum fuisse o Domine, hoc opus, tibique cuncta adscribant. * Quia enim non metuat, ubi videt Dei animadversionem in impios, & ultionem pro injuste actia relatam?

* Hæc in expositionibus ad secundam partem versus 10.

Item in titulum Psal. LXIV. præmissa Theodoreti sententia.

Hæc auctiora sunt quam in expositionibus.

Athanasius. Conjuncta porro est cum harum rerum prædictione etiam prophetia de salute gentium. David namque introducit hic eos qui ex gentibus in Christum crediderunt, quasi contradicentes sapientibus hujus seculi, ac orantes prioris impietatis dimissionem. Orat deinde etiam pro iis, qui olim steriles & infructuosi erant, nunc vero fertiles facti sunt per fidem in Christum. Dictum vero est jam ante, quod psalmus praxin, canticum vero theoriam denotet. Quando igitur per utrumque istorum res aliqua præclare gesta est, ethica scilicet philosophia cum theoretica concurrente, psalmus cantici existit. Vita enim contemplativa operibus ornata, reddit perfectum hominem.

In ejusdem Psalmi verba, *Beatus quem elegisti*, &c. v. 5.

Hæc non habentur superius ad hunc versum.

Athanasius. Spiritualiter vero adumbrat populum illum novum, qui Christo in sortem hæreditatis ex gentibus electus est. Aulas vero intelligere debemus Ecclesias per regiones dispersas. Alias vero beatum etiam prædicat hic Propheta eum, qui virtutibus est consummatus. Deus enim eum eligit, qui ad certandum & cursu contendendum est idoneus: qui vero victoriam jam reportavit, præclaroque fine vitam conclusit, hunc adsumit in cælum, ubi etiam ipsi tabernaculum tribuit, in propriis sibi aulis, de quibus dictum est: multæ sunt mansiones apud Patrem. Ut ita perfectius quiddam sit assumi ab eligente quam eligi. Nam ubi qui electus est omnia secundum Dei voluntatem peregerit, tunc demum cum gloria in promissa bona assumitur, & domicilio ejus de terrenis locis translato, illic tabernaculum figit, in palatiis, inquam, eligentis se. Quorum desiderio quidam illic adhuc constitutus cum teneretur, inquiebat: *anima mea deficit in atria Domini.* Verba ergo hæc: *Beatus quem elegisti & assumsisti*, merito protulerint, qui præsenti vita abstractos imitantur, ac beatos prædicant.

Joan. 14. 2.

Psal. 83. 3.

Et in versum sequentem.

Horum quædam superius habentur ad hunc versum.

Athanasii. Horum sententia hæc. Bona domus Dei, dicuntur, diversa Spiritus sancti dona. Domum autem Dei vocat Paulus ipsam Ecclesiam. In hac vero domo mirabiliter perficitur virtus illa, quæ appellatur justitia. Qui igitur credit, ac bonis operibus abundat, is habet Dominum in seipso. Dictum namque est alibi, quod Christus habitet in homine interiore per fidem: & quod venturus sit cum Patre ad eum qui sermonem ejus servat, ac mansionem apud ipsum facturus. Atque ita fit hic talis domus Dei: (secundum illud: *Nescitis quoniam templum Dei estis?*) quæ etiam mirabiliter operatur justitiam, illam inquam quæ per fidem exsistit. Sanctus igitur est, quia purus: mirabilis vero propter justitiam.

1. Cor. 3. 16.

Et in ejusdem psalmi verba: *Qui præparat montes*, &c. v. 7.

Athanasius. Ad mentem vero: Tu, inquit, es, qui montes, hoc est adversarias potestates, præparas ad supplicia: (Istis enim præparata est abyssus) & hoc facies, quia potens es.

Et in versum sequentem Theodoreti explicationi hæc subjicit.

Athanasii & Cyrilli. Hæc autem sic intelliguntur, Christum esse qui conturbat multitudinem gentium instar maris profundi ac latissimi, dum non finit eas conquiescere in antiquis erroribus: sed potius commovet & perducit ad cognitionem suæ potentiæ, ac omnes ad sui laudem quasi fremitus fluctuum excitat. Vel appellat hic mare, ingentem illam multitudinem spirituum impurorum, qui conturbantur Christi ad-
Mat. 8. 21. ventu. Unde etiam metuentes dicebant: *Venisti ante tempus torquere nos.* Vel certe mare quidem dicit multitudinem tyrannorum, propter salsedinem sive acerbitatem idololatriæ ipsorum: fremitus vero fluctuum, insidias & tormenta sanctis martyribus ab ipsis inflicta. Quæ quis sustinuerit, nisi qui potentia Christi roboratus atque suffultus fuerit?

Et adhuc in versum sequentem Theodoreti explicationi subjungit.

Athanasii. Significavit vero simul etiam sanctorum Apostolorum prædicationem, quæ tum quod inconsueta esset, tum etiam quod demoliretur avitum gentilium cultum, vitamque eorum ac conversationem corrigeret, illico turbas ac motus dedit inter homines, ac secundum illam Domini vocem nurum a socru, & filium a patre segregabat. Quanquam post etiam motus illos sedaverit, & pacem cunctis reddiderit. Quando igitur, inquit, gentes, hoc est dæmonum examina commovebuntur, tunc te metuent homines in extremis terræ finibus constituti, miracula ingentia conspicientes, quæ sub adventum tuum edentur.

Item in sequentem v. 9.

Athanasii, Eusebii, & Cyrilli. Et quidem cum viderint magna illa signa qui orbem terrarum incolunt, ac timuerint sibi timore bono, tunc utique tam matutinis quam vespertinis egressibus (hoc est, omni tempore) lætantes oblectabuntur in iis, quæ Christi adventus reparavit. Porro ipsius etiam Christi duo sunt egressus, aut progressus: alter quidem mane, hoc est, ante omnem æternitatem ex Pa-
Mich. 5. 2. tre factus, secundum illud: *Egressiones ejus a principio a diebus æternis:* alter vero vesperi, ille nimirum ex virgine, qui contigit in consummatione seculorum. Uterque autem delectationi est & gau-
Versio Symmachi. dio. Symmachus quidem reddens, *accessiones matutini & vesperæ laudibus efferunt*, hoc dicere videtur, quod & exoriente & desinente die acceptam Deo offerent laudem ii, qui errore derelicto, natura Deum cognoverunt.

Et in versum adhuc sequentem, litterali expositione ex Theodoreto præcedente v. 10.

Athanasius. Secundum intellectum autem: Exsaturasti, inquit, terram universam bonis tuis desursum, implevisti gratiis spiritualibus omnes, qui sub cælo degunt; nos vero tunc errabundos, ac instar terræ aridæ & inaquosæ constitutos, fertiles imo fœcundissimos ac vere sacros reddidisti.

Itidem & in versum proxime sequentem.

Athanasius. Secundum autem intelligentiam fluvius Dei est unigenitus ejus filius. Quemadmodum
A enim ex fonte profluit fluvius: ita etiam ex substantia generantis nascitur filius, & est ipsi consubstantialis. Est etiam plenus aquis, quia plenitudo Deitatis habitat in ipso: *& vidimus gloriam ejus, qui plenus* Joan. 1. 14.
erat gratia & veritate. Quamquam etiam per fluvium possit intelligi ipse Spiritus sanctus qui plenus est aquis, hoc est variis gratiæ donis. Præparatus autem esse dicitur cibus spiritualis: eo quod ante jacta mundi fundamenta definitum ac decretum erat Christi mysterium, qui panis est, qui de cælo descendit, ac dat vitam mundo. Quia, inquit, hæc est illa præparatio, veri cibi: quod ipse eum præparasti, & non
B aliter: quasi diceret, summa providentia ac digne majestate divina. Deo enim convenit talia præparare, quorum qui fiunt participes, ii per pœnitentiam conscendunt ad divinam dignationem.

Adhuc in versum sequentem, præmissa rursus Theodoreti sententia. v. 11.

Athanasii & Eusebii. Altiori vero contemplatione: morare adhuc, inquit, o Domine, ac riga profunditates cordium humanorum ut sulcos, & ine-
C bria eas ac redde fertiles, ut multiplicentur fructus justitiæ ipsorum; non solum per fluvium (hoc est, per gratiam sancti Spiritus) sed & per stillas rorantes a magistris tamquam ex nubibus quibusdam: hoc est per notitiam & intellectum divinarum Scripturarum.

Et in proxime annexum v. 12.

Athanasius. Quod igitur ad verborum sensum attinet, annum benignitatis benedictum appellavit eum qui prosperos successus habuit, ut qui a
D Dei benignitate commodam aeris temperiem accepit, ac omni benedictione propter prosperam rerum fortunam fuit impletus: *Et post, Theodoreti & Athanasii.* Fuerit vero corona benignitatis etiam futurum sæculum: eo quod in eo magna benignitate sancti coronandi sint.

Item in illa: *Et campi tui complebuntur pinguedine.*

Athanasii. Sensu vero spirituali comparat David animas credentium campis & agris. Quas
E Deus spiritualibus & divinis donis ita pinguefacit, ut proferre possint pietatis fructus.

Et in verba: *Pinguescent speciosa deserti*, &c. v. 13.

Athanasii. Secundum vero intelligentiam, speciosa ait ipsos sanctos Apostolos & Euangelistas, Hæc superius suo loco habentur.
qui bene saginati fuerant spiritualibus donis. Desertum autem vocat Ecclesiam, quod olim deserta ac vacua esset cognitione Dei.

F
Et in verba sequentia. v. 3.

Athanasii, Cyrilli. Ad intellectum vero: Apparente Dei benignitate, quæ olim deserta fuerat, fructum feret, & colles idolorum sacrificiis polluti, suscipientes eos qui Angelicam vitam sectantur, exultabant. Vel certe collibus assimilat eos, qui quibusvis temporibus sanctarum Ecclesiarum duces sunt, ac populorum præsides, sive pastores & doctores. Quemadmodum enim montes & colles ceteras omnes terræ partes altitudine excedunt: ita etiam altior est dignitas sanctorum Doctorum, quam alio-

aliorum hominum. Et hi exultatione circumcinguntur, hoc est, consolatione spiritus.

Rursum in verba ista: *Et valles abundabunt frumento.*

Gregorii Theologi, & Athanasii. Terrestres nimirum valles, sensibile diariumque frumentum fundent: animæ vero eorum qui præclare verbo culti sunt, spirituale illud atque æternum. Ethnicorum enim animæ, inquit, quæ olim egentissimę erant atque infœcundę, fructu spirituali abundabunt.

Et in verba ultima.

Athanasius. Simpliciter vero; omnes, inquit, prædicti cum omni alacritate laudabunt Deum, qui talem permutationem naturæ hominum donavit.

In Psal. 65. versum primum.

Hæc habentur superius suo loco, sed pauciora.

Athanasii. At secundum altiorem intelligentiam: Jubilatio est hymnus, qui cantatur propter hostes devictos. Quia igitur principes sæculi hujus per Christi præsentiam sublati sunt: ideirco jubet omnes gentes, ut laudes triumphales Deo offerant, ut qui causa fuerit victoriæ; & nomini ejus, hoc est, Filio. Nam quemadmodum nos ex nomine ipsius cognoscimur: sic cognoscitur etiam Pater per Filium.

Rursum in sequentem versum 2.

Hæc habentur superius ad hunc versum.

Cyrillus, Athanasius. At hic quidem verborum sensus est historicus. At secundum spiritualem acceptionem, valde metuenda sunt Christi opera, sive divina ejus miracula, & quod de medio nostri sustulit impurorum dæmoniorum multitudinem. Multitudo autem & abundantia potentiæ, resurrectio ipsius est: quæ quidem subvertit robur mortis; revocavit vero ad incorruptionem universam hominis naturam. Quia autem Judæi, cum spectatores essent miraculorum Christi, ubi stupere oportebat, ipsi eorum auctorem calumniabantur ac impostorem vocabant, ideirco objurgans eos psaltes ait: desistite, ac potius dicite ipsi: tremenda sunt opera tua. Deinde, quoniam videbat eos sibi
E morem non gerere, averso ab ipsis sermone ad Christum calumniis impetitum se convertit dicens: Multa est potentia tua, quantumcumque hostes tui de te mentiti sint, sponte sua oculos claudentes ad divinum tuum lumen quod mundo apparuit, adeo ut ne quidem præcellentia miraculorum eos ad obedientiam permovere potuerit. Nam cum Dominus noster multitudine potentiæ suam ex mortuis (quod ad humanam naturam attinet) resurrectionem perfecisset, mentiebantur de eo Hebræi hostes ejus: hoc est, calumniabantur ejus resurrectionem.

Et in versum proxime cohærentem 4.

Hæc superius ad hunc versum.

Athanasius, Cyrillus, Gregorius Nyssenus. Licet, inquit, Judæi te negaturi sint; subjicietur tamen tibi pro ipsis & adorabit te omnis terra, sive gentes quæ inhabitant terram. Neque enim amplius adoratio fiet Jerosolymis: cum jam legalis umbra cessaverit secundum illud: *Adorabunt eum quisque ex loco suo*, & adoratio jam fiat in spiritu & veritate, eo quod congruentia peraguntur opera Dei adorationi, ipsius appellatione illis imposita. Ista porro, prædictio sunt præ-

Sophon. 2. 9.

A sentis hujus temporis, quo in omnibus gentibus universorum Deus hymnis celebratur, ac Dominus noster Jesus Christus, altissimus ab omnibus vocatur.

Rursum in ista verba: *Venite, & videte opera Dei*, &c. 5.

Hæc supra, sed breviora.

Athanasius. Inducit hic Apostolorum personam, qui doceant gentes, quod iste qui in præsentia sua secundum carnem divina illa miracula operatus est, ipse idem sit, qui olim mare Rubrum arefecit, & Jordanis fluenta divisit, adeo ut pede eum
B Israelitæ transirent. Inquit igitur: Cognoscite animo atque intelligite ex singulis quæ a bono Deo effecta sunt, quam is sit in consiliis suis incomprehensibilis: admiremini etiam ineffabilem ejus sapientiam, per quam humanum genus perducit ad pietatem. Tremendis namque & admirandis machinis usus est propter hominum salutem.

In verba ejusdem: *Ibi lætabimur*, &c. v. 6.

Hæc paulum diversa supra.

Athanasii. Sed ad intellectum: illic regnabimus cum Christo, cum novo ille sæculo imperabit, & lætabimur super ipso. Lætabimur vero in eo, qui quæ difficilia erant, levia reddidit.

Similiter in versum sequentem 7.

Athanasius, Eusebius. Si vero spiritualiter hæc accipiantur, oculos Dei Apostolos dici intelligemus: exacerbantes vero, Judæos, quos etiam Prophetæ vocarunt domum exacerbantem. Quis enim est, ait Deus, qui me exarcebat, nisi domus I-
D srael? Cum igitur Israel excidisset, respexit Deus ad gentes. Quocirca non est cur sese impii jactitent, quasi qui exterminare possint eos qui Evangelio accedunt: imo non est, ut superbus ille populus, Israelem dico, altum sapiat, neque etiam elatum tollat supercilium contra gentium multitudinem. Ne dicat apud seipsum: ego sum primogenitus inter filios Dei, quin potius sciat, quod exacerbavit creatorem suum. Quamobrem etiam hic ad eum respicere desinit.

Eadem ratione in verba sequentia.

Athanasius. Secundum mentem vero, Apostoli sic alloquuntur gentiles. Ubi audieritis ex nobis, quomodo Deus sit laudibus celebrandus, tunc laudate nobiscum, non jam amplius falso sic dictos Deos, sed Deum nostrum vitæ largitorem. Vita namque erat, Paradisi voluptas: in quo posuerat Deus hominem, ut eum coleret atque custodiret.

Eodem modo in verba: *Probasti nos Deus*, &c. v. 10.

Hæc superius paulum diversa.

F *Athanasii, Cyrilli.* At vero ad intellectum, prædicit Spiritus sanctus calamitates Apostolis obventuras propter prædicationem Evangelii, enumerans eas in Apostolorum persona. Quemadmodum enim argentum igne liquefactum optime perpurgatur, sic etiam sanctorum animæ tentationum insultibus strenue resistentes, ab omnibus mundantur sordibus. Earum autem probatio per combustionem efficitur: nam per ignem probantur. Has porro voces refert divus Paulus ad sanctos Martyres. Quamquam etiam ii refrigerium inveniunt qui per ignem & aquam ferventis iræ, ac diffusarum voluptatum

ac

ac cupiditatum pertranseunt, si in istiusmodi animi passionibus non permanserint. A

Item in verba: *Introibo in domum tuam*, &c. v. 13.

Hæc superius, sed breviora.

Athanasius. Ad intellectum vero: intrabimus, inquiunt Apostoli, in domum cælestem, non in sensibilibus, sed in intelligibilibus holocautomatis. Se namque totos, instar holocautomatum, Deo consecrarunt.

Adhuc in sequentia.

Athanasius, *Cyrillus*, *Basilius*. Hæc est altior sententia: omnia sunt spiritualia, & holocautomata, & boves, & hirci, quos oblaturum se promittit. Sacrificium quoque offertur cum arietibus. Sunt vero arietes motus atque impetus animi ab irascibili ejus parte excitati: aut certe ratiocinationes rectricis animæ facultatis, passiones quasi cornibus petentes & impugnantes. Bovem vero sacrificat, qui seipsum Deo offert hostiam vivam, per actiones honestas. Habet enim bos similitudinem quandam cum corpore ex terra formato, cum terræ colendæ adhibeatur. Hirci vero sunt opera resipiscentiæ: illi namque pro peccato offerebantur. Suffitus autem est bonus odor quem puræ animæ exhalant.

Et in verba: *Venite audite*, &c. 16.

Athanasius. Apostoli quidem non rerum antiquarum renovant memoriam: sed recentia Salvatoris nostri mirantur opera, quæ is omnium nostrum animabus largitus est.

Item in Psal. 67. verba: *Sicut deficit fumus, deficiant*, &c. 3.

Athanasii. Peccatores vero fortasse dicuntur ipsi dæmones peccati inventores: qui etiam ut fumus deficiunt, a sancto Spiritu submoti ac dispersi: & ut cera liquefiunt succumbentes adventui Christi, qui ignis dicitur consumens improbitatem. De cetero sublata dæmonum tyrannide, qui ex fide justificati sunt, lætantur.

Item in ejusdem Psalmi verba: *Parate viam ei, qui*, &c. 5.

Eusebii, *Athanasii*. Et sol quoque ille justitiæ formam servi suscipiens, ac radios deitatis suæ quasi subducens, deque cælo descendens, in corpore, imo vero etiam in ipsa morte, sustulit tenebras hominum animis offusas. Et licet in nostram venerit paupertatem, propriamque gloriam per œconomiam umbra quodammodo obscurarit, cum ad homines descenderet, ac carnem inhabitare cœpisset, nihilominus tamen Dominus est nomen ipsi. Nam etiam homo factus non desiit esse Deus. Jubentur igitur sancti Apostoli his verbis, ut exultantes & laudantes pleno cursu ad gentiles ferantur, ac viam animarum ipsorum per prædicationem præparent universorum Regi. Occasus vero etiam ac noctes, fortassis sunt animæ, quæ ex sole justitiæ excident: a quibus Christus erroris tenebras depulerat, inhabitans ipsis per fidem.

B C

Item in Psalm. 72. verba: *καὶ ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι*, &c. v. 16.

At secundum D. Athanasium ait David, cum existimarem posse me cognoscere tam profunda tua judicia, conjeci me in molestias: cum illa sint inscrutabilia. Et tamen idoneum eorum cognoscendorum tempus mihi acquisivi. Id vero est tempus judicii, quando reddes unicuique secundum opera sua. Tunc enim accurate cognoscent, qui animo fuerunt remissiore, qualis res sit virtus, qualis etiam malitia. D

Hæc superius, sed breviora.

Et in Psal. ejusdem verba: *Quid enim mihi est in cælo*, &c. 25.

At secundum sanctum Athanasium: Quandoquidem, inquit, cum in cælo præter te solum nihil habeam, non debui quoque velle accipere a te, quæ in terra sunt, (cum omnia corruptibilia sint & momentanea:) sed unum tantummodo, ut consequar oravi, cujus etiam desiderio me ipsum confeci in terra. Id vero est, ut tu mea portio, & quidem solus sis. Defecit enim anima mea: quid expetens? Illas mansiones, quæ sursum sunt.

Hæc superius, sed pauciora.

Hactenus fragmenta ex Catena Nicetæ: cujus ut dixi priorem saltem partem ex Bibl. Archipalat. nacti sumus. Quod si quis & reliquam habet, poterit quæ desiderantur adjicere. Sequentia vero similiter sunt ex Cod. Archipalat. Biblioth. vetustissimo, continente similem συναγωγὴν explanationum in Jobum ex Græcis Patribus contextam, ab auctore incerto. Is igitur quisquis fuit ad illa verba cap. 41. δένδρα παντοδαπὰ κοιμᾶται, παρὰ πάπυρον, καὶ κάλαμον, καὶ βούτομον, præmissa alia explicatione subjicit. Hæc Felckmannus.

IN

IN EXCERPTA IN JOB

ADMONITIO.

ATHANASII fragmenta isthæc ex Nicetæ Heracleotæ catena desumta habentur in prius editis. Sed jam auctiora & emendatiora prodeunt ex codice Regio 2434. sunt autem excerpta & expressa ex variis Athanasii operum locis, sed non iisdem verbis. Non enim fertur Athanasius commentaria in Jobum edidisse.

Hæc expressa sunt ex oratione 2. contra Arianos. Job. 1. 2.

ATHANASII. Quod autem Scriptura dicat: *Facti sunt ei septem filii*, id nobis adversus Ariomanitas fert opem: qui quasi magnas hæresis suæ suppetias illud usurpant, quod ab Apostolo de Unigenito dictum est: *Fidelem ei qui fecit ipsum*: atque acriter contendunt, Filium Dei rem esse factam. At hujusmodi fulcrum, quasi calamus contritus est ipsis. Quando namque substantia est quid factum aut creatum, tunc illud, *creavit*, & *fecit* proprie de iis rebus dicuntur, & significant rem factam. Cum autem substantia proles est & filius, tunc illud, *fecit*, &, *factum est*, &, *creavit*, non proprie usurpantur, neque rem factam significant, sed pro illa voce *genuit*, ista, *fecit* indifferenter quis utitur. Itaque sese Ariani damnaturi sunt, si Scripturæ sacræ proprietatem ediscant. Nam si factos, editos, creatos, a se genitos liberos parentes dicant, non tamen naturam illi abnegant. Ezechias igitur, ut in Esaia scriptum est, orando dicebat: *Ex hoc die filios faciam*, voce, faciam usus pro voce, gignam, dum de iis qui a se gignendi erant loqueretur. Neque differt ullatenus.

Heb. 3. 2.

Et hic de Job dictum est: *Facti sunt ei filii septem*. Job. 1. 2. Quemadmodum & Moses in lege ait: si facti fuerint.

Primum quærendum, an filius est. Hoc enim commonstrato, cadit illa de re facta vel creata suspicio: omnibusque perspicuum est, dictionem quæ sic habet: *qui fecit eum*, nullam eorum hæresi utilitatem adferre, imo potius damnationem. Ostensum enim fuit, vocem, *factus est*, etiam pro germanis & naturalibus filiis in divina Scriptura usurpari. Quare cum demonstratum sit Dominum esse naturalem ac verum filium; licet de illo dicatur, *factus est*, aut conditus fuit, id nequaquam ita dicitur ac si sit ipse res creata, sed indifferenter ea voce utuntur sancti viri.

Nicetæ Heracleotæ Catena in Job, quædam alia habet excerpta ex Athanasii operibus jam editis, tantum adferemus quæ nusquam exstant vel admodum mutata sunt.

Job. 1. 7. Pag. 23. Hic locus expressus videtur ex Epist. 2. ad Serapionem.

Et ait Deus Diabolo: Unde venis?

Athanasii. His quoque præsens adest, licet condita omnia divisis in locis sint; luminaria quidem in firmamento, nubes in aere. Et quidem hominibus constituit terminos gentium: Angeli vero ad ministeria mittuntur; atque in scala adscendunt & descendunt. Et hoc in loco ait: *Venerunt ut se sisterent coram Domino*. Interrogaturque diabolus: *Unde venis?* In loco itaque sunt Angeli, & quo mittuntur illic adsunt; solus vero Deus est incircumscriptus. Tum eum qui præsens ubique est perquirunt, ut conclusum quodam in loco inveniant eum qui definitus non est. Verum illud, se sistere Domino, idipsum est, quod voluntatibus obsequi illius, ac ei ubique præsto esse. Universæ quippe creatæ res coram Deo sunt; imo ipsæ quoque scelestissimæ quæ prævaricatæ sunt, secundum incircumscriptam illius substantiæ naturam. Angeli vero proprie adsunt Deo, pro insatiabili suo divinæ caritatis amore.

In cap. 2. p. 104.

Athanasius. Job itaque decertabat, magnaque tentatio erat: fortior tamen erat Athleta tentatione. Instabat tentator, atque atrociter oppugnabat; sed acrior erat qui tentabatur, ac conatus impetusque maligni præ animi magnitudine superabat. Fortitudinis argumentum est patientia: ea enim sanctorum quilibet occurrentes in sæculo ferens ærumnas atque dolores, diabolo prævaluit, quæ ambo cum velit Spiritus sanctus ut obtineamus, præcipit in Psalmo: *Viriliter age & confortetur cor tuum, & sustine Dominum*. Psal. 26. 14. Nam qui sustinet is fortis est, qui fortis is patiens fuerit. Quamobrem beatus Job, quia tolerabat, robustior evasit: & quia viriliter labores sustinebat, perseverabat uxoremque repellebat a serpente deceptam, ac mente corruptam. Cum enim malitiæ auctor, hominum sit osor, ac solum quærat quem rapiat ac devoret, ideo se qui sit occultat ac contegit. Ac simulans in phanthasia illam omnibus desideratam veritatem, venenum iis qui se sequuntur immittit suum. Ita Evam decepit, non sua loquendo, sed Dei verba simulando, eorumque sententiam depravando. Ita Jobi uxorem immisit, cum suasisset ipsi ut amorem erga maritum præferret ac simularet: ac docuisset eam blasphemare in Deum. Ita homines subdolus ille phantasiis illudit, quemque decipiendo ac pertrahendo in profundum malitiæ suæ.

Si contra liberos suos non credit, contra Angelos autem suos pravum quidpiam excogitavit. Job. 4. 18.

Cap. 4. Hic locus expressus videtur ex Epist. 2. ad Serap. t. 1. Psal. 115. 2.

Athanasii. Genitorum creatorumque natura mutabilis est, utpote quæ sit extra Dei substantiam, atque ex non exstantibus exsistat. Quamobrem, *omnis homo mendax*: &, omnes peccaverunt & Dei gloria privantur. Diabolus autem, qui in medio cherubinorum erat, ac sigillum similitudinis factus est, excidit ex cælis quasi fulgur. Nosque Angelos judicabimus, eos nimirum, qui suum non servavere principatum. Et hoc loco: si contra liberos suos non credit; ac simpliciter loquendo, creatæ res ejusmodi naturæ sunt ut mutentur. Sola autem divina natura est immutabilis.

Juxta papyrum, calamum & caricem.

Fortassis per arundinem & papyrum, vilitatem ac paupertatem diaboli adumbrat Scriptura. Cap. 18.

Viscera ejus scuta ænea.

Pag. 588. Cap. 40. 13.

Athanasius. Olim multus erat inimicus in fraudibus adversus homines parandis, suisque phantasiis plurimos decipiebat, ejusque fraudes ægre deprehendi poterant; ita ut spiritus de illo diceret: *Quis revelabit faciem indumenti ejus?* & cætera. Neque enim quod erat, idipsum esse apparebat, sed qua forma ad fraudem uti volebat, eam sibi, fictitiam licet, assumebat. Quamobrem multi ab illo decipiebantur: cum autem advenit Salvator, tum omnis fallacia illius propalam facta est. Nam ejus gesta, quæ olim latitabant, per Christi gratiam cognoscuntur: & quibus olim homines fefellerat, iisdem jam ab hominibus proteritur. Fides quippe omni diabolico impetu, & dæmonum furore fortior est.

ADMONITIO

IN FRAGMENTA SUBSEQUENTIA IN CANTICUM.

EXPOSITIONES *Athanasii in Canticum canticorum memorat Photius his verbis*: Πεποίηται δὲ αὐτῷ, φησί, καὶ εἰς τὸν ἐκκλησιαστήν, καὶ εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων ὑπομνήματα, ὥσπερ καὶ εἰς τὸ ψαλτήριον, καὶ εἰς ἕτερα πολλά. Commentaria, *inquit*, edidit in Ecclesiasten, in Canticum canticorum, quemadmodum & in Psalterium & in alia multa. *Hæc porro fragmenta prodeunt ex expositionibus in Cantica editis a Joanne Meursio anno* 1617.

Cant. 1. 6. IN *gregibus amicarum tuarum quasi errabunda*. Ille sic eam alloquitur: Nosce teipsam prius, ut me quoque cognoscere possis. Si te nosse non possis: si non noveris, neque scias teipsam, egredere tu ad calcanea & vestigia, & pasce capellas tuas, ac nutries peccata virtutum loco. *In tabernaculis pastorum*, in concupiscentiis adversariarum potestatum, quæ te pascunt.

Cant. 3. 2. *Vocavi eum nec respondit mihi. Surgam & circuibo civitatem*.

Athanasius. Legem legam, Prophetas legam; investigabo Euangelia. Hæc autem ait divino amore compuncta: *In lecto meo in noctibus*. Cant. 3. 1. Lectum vocat perfectiorem boni participationem; noctem vero dicit, lecti tempus. Nomine porro noctis, indicat invisibilium rerum contemplationem, ad similitudinem Mosis, qui in caligine fuit, in qua versabatur Deus.

Ejusdem.

Ignorabam enim quis esset qui me vulnerasset. A Mihi decumbenti Dei cognitionem indidit Verbum. Ac protinus surgens quæro eum qui me vulneravit, rogoque illum ut coram me se sistat, ac circumeo quærens patruelem meum.

Egredimini & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem. Cant. 3. 11.

Judæos pudore afficit dicendo: egredimini, quasi diceret: Quousque in umbra sedetis? ecce enim ex Juda Dominus ortus est, * caritatem a filiabus Jerusalem. Cogitationum firmitas, aut interiores sancti lapides. *In corona qua coronavit eum mater sua*. *Posuisti* enim, ait, *super caput ejus* B *coronam de lapide pretioso*. Psal. 20. 4.

Descendat patruelis meus in hortum suum. Cant. 6. 1.

Affla me, o Verbum, & doce me eloquia tua: ac præcepta tua conscribe in tabula cordis mei. Parata jam sum: possum tua auxiliante gratia, tua invisibili & omnipotente gubernante manu, & verba audire divina, & mysteriorum esse particeps.

* De significatione vocis ἀγάπη jam superius actum fuit & agetur in Onomastico.

IN FRAGMENTA IN MATTHÆUM

MONITUM.

PRODEUNT *hæc fragmenta cum ex codice Colbert.* 2544. *tum ex Catena in Matthæum a P. Possino edita. Utrum porro ex quibusdam Athanasii in Matthæum Commentariis desumta sint, an ex ejus aliis operibus, hinc & inde, ut sese loca offerebant excerpta, haud facile est augurari. Attamen ut posteriore modo rem cecidisse putemus, suadere videntur loca quædam amplissima ex Athanasii scriptis superius editis, ac inferius ejusdem Athanasii nomine edendis excerpta, quæ in catenis in Matthæum, Marcum, & Joannem comparent. Unde si qua sint hæc fragmenta quæ in scriptis Athanasii hodiernis non exstent, ex aliis Athanasii amissis operibus fortean excerpta sunt*.

Ex Catena Græca in Matthæum a Possino edita & ex Mss.

Liber generationis Jesu Christi.

ET sacerdos & Rex Christus erat. Sacerdos quidem, utpote qui se obtulerit hostiam pro nobis: Rex vero, ut qui adversus peccatum & mortem regnaverit.

Matth. 1. 17. *Generationes quatuordecim*.

Quid est quod cum in hisce generationibus duodecim tantum personæ compareant, quatuordecim tamen generationes inveniuntur? Pro persona, arbitror, transmigrationem Euangelista posuit: & pro alia persona, Christum.

Matth. 2. 2. Illud: *Venimus adorare eum*, signum est Magorum probitatis atque fidei. Qui enim tantum itineris intervallum Christi adorandi gratia confecerunt, quid facturi erant si in sua regione tantum mysterium editum fuisset? commendandi itaque sunt viri illi ob fidem, atque laudandi omnino virtutis suæ causa.

C *Surgens accipe puerum*. Matth. 2. 13.

Hæc loquendi ratio, probe arguit Apollinarium impietatis, qui dixit, nequaquam Christum accepisse animam intelligentiæ capacem. Sed solum corpus, absque anima & ratione extitisse.

Cibus autem ejus erant acrides & mel sylvestre. Matth. 3. 4. Quod herbæ genus quoddam sit, acris dictum, id nos Salomon edocet his verbis: *Florebit amygdalum, & coagulabitur acris*. Eccle. 12. 5. Sed mel illud sylvestre, nequaquam est herba, sed mel revera sylvestre, acerbissimum, ac gustui ingratissimum.

D Illud: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne*, Matth. 3. 11. id denotat, quod ipse vos purgaturus sit. Quia scilicet id præstare non valet Joannis baptisma: sed Christi, qui etiam remittendi peccata potestatem habet.

Si Filius Dei es. Qui ad singulas tentationes, Matth. 4. 3. ita Diabolus interrogat: *Si Filius Dei es*? Id nimirum ait ad eorum similitudinem, quæ jam olim in paradiso dixit. Adamum enim sic adloquitur:

Quæ

Gen. 3. 4. *Qua die comederitis, aperientur oculi vestri*: quo ostenderet illis, se a Deo fuisse deceptos. Quamobrem hic quoque ad singula sua dicta assidue repetit: *Si Filius Dei es*; id est, si vox quæ te Filium vocavit vera est, quare non confirmas eam, agendo quæ tibi dico.

c. 4. 23. *Docens in synagogis eorum*. Palam Christus & cum fiducia docet, ut credant illi, Judæi, suam doctrinam non esse legi contrariam. quod scilicet maxime omnium Judæos in furorem adversus eum concitabat.

c. 5. 6. *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam*. Esurientes ac sitientes justitiam dicit eos qui alacri ac fervido animo justitiam exercent. B Saturabuntur enim, ait, & in hac vita, eo quod paucis sint contenti; multoque magis in futura, utpote cum Christo semper versaturi, ubi neque dolor neque luctus erit.

v. 8. *Beati mundo corde*. Quia quisquis omni cupiditatis affectione cor suum purgaverit, propria in pulcritudine divinæ naturæ videt imaginem. Apta enim est animæ puritas, ad Deum per se ipsam speculandum.

6. 2. *Orantes autem ne multum loquamini*. Longas hic orationes, sed non frequentes, aversatur. Ju- C bet enim ut sine intermissione precemur.

c. 6. 1. *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cælis est.*

S. Athanasii. Hortatur igitur Unigenitus ne eleemosynam faciamus coram hominibus: non ut fratres refugiamus in misericordiam præstando; sed ne præsentem venemur gloriam, vanorum more Pharisæorum: sed ut potius mercedem a Deo exspectemus, qui non tantum dono delectatur, quantum divite & bona donantis voluntate, ut ex pauperis viduæ exemplo discere certique esse possu- D mus.

c. 6. 3. *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito; & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi in manifesto.*

Athanasii. Ambæ enim manus se mutuo adjuvant: nam sinistra pecuniam sive crumenam tenet: dextera vero bonum semen spargit in pauperes. Non vult autem Unigenitus sinistras carnalesque cogitationes scire quid faciat manus dextera sancti Spiritus, ne forte rectæ & diviti voluntati adversentur dicentes: multorum annorum cibos & impensas E habebimus. Dextræ enim partes sancti Spiritus nihil horum curant, sed dominicæ voci auscultant aMatth. 6. 33. jenti: *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis*. Sic certe non noverit sinistra, quid faciat dextera. Cum enim mens puro & intento Deo placendi desiderio, totisque nitens viribus ne ab officio recedat, legitime certat: tunc nullius neque membri alius meminit, nisi ejus quod tunc utile est, non secus ac artifex, qui omni tempore ad vas sibi utile dumtaxat attendit. Item si nihil est infidelitatis in fide, nec lux natura potest esse tenebrarum causa, nec cum Christo diabolus apparere F potest: manifestum est neque cum ratione posse esse id quod rationi omnino contrarium est. Quod si cum ratione prorsus esse non potest quod rationi contrarium est: is qui ad virtutum rationem est erectus,

A positionem rationi contrariam non novit, sed solam virtutem cognoscit; atque idcirco neque dexteram per excessum, neque sinistram per defectum novit. Utrobique enim aperte occurrit quod rationi est contrarium.

Quærite autem primum regnum Dei. Regnum Dei nihil est aliud quam futurorum bonorum possessio; id est, Dei contemplatio & cognitio, quantum humanæ est facultatis.

Propterea dico vobis: ne soliciti sitis animæ vestræ quid esuri sitis aut bibituri; neque corpori vestro, quid induamini. v. 25.

S. Athanasii. Non quod cibis indigeat anima, quippe quæ incorporea sit: sed communi more ita locutus est. Namque etiamsi cibis non indigeat: attamen in corpore manere non potest, nisi ipsum nutriatur. Nempe quemadmodum sol, cum calidus sit, lutum siccat, exhauritque omne humidum, nihil tamen in sui naturam assumit: ita & anima quæ, ut docent Philosophi, calida est, (anima enim, ajunt, calida est velut accensus ignis) facit ut cibi consummantur, nihil tamen in sui naturam accipit. Quod autem calida sit anima, ex morientibus manifestum est. Postquam enim anima a corpore separata est, omnia membra frigida sunt. Licet item argumentum a fame &c. Hæc fut similia sunt iis quæ in libro de Definitionibus exstant.

Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris: jugum enim meum suave est, & onus meum leve. xi. 29.

S. Athanasii. Inde adjutus divinus Apostolus, ponderosum peccatum appellavit & circumstans. Quid enim grave magis & noxium quam peccatum? Hebr. 12. 1. quemadmodum e contrario, quid levius & utilius quam virtus? Nam peccatum, in Proverbiis scriptum est, vulneratos multos pondere dejicit: *& unusquisque catenis peccatorum suorum stringitur*. Proverb. 9. 26. Ibid. 5. 22. Virtus autem eos, qui eam amplectuntur, vivificat & in altum erigit, ut in Proverbiis dicitur: *Lignum vitæ est iis, qui ipsam amplectuntur*: Ibid. 3. 18. & in Psalmis, *Suscipiens mansuetos Dominus*. Psal. 147. 6. Locus vitiosus. Idcirco peccati quidem symbolum est talentum plumbeum quocum dejicitur, quippe cum eo utentes in profundum inferorum dejiciat: quibus item insunt carnis pondera & cupiditates, & quos peccatum circumstat, his liberum non est oculos ad Deum attollere. Jugum salvatoris suave est & onus leve. Quomodo, inquit, leve onus, cum dicat: *Si quis non odit patrem & matrem*: Luc. 14. 26. & , *Qui non tollit crucem, & sequitur me, non est me dignus*: Matth. 10. 38. & , *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*: Luc. 14. 33. cum item ipsam quoque jubet tradi animam? Id te doceat Paulus qui ait: *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis, mire supra modum æternum pondus gloriæ operatur*. 2. Cor. 4. 17. Et rursus: *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Rom. 8. 18.

Propterea dico vobis, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: blasphemia autem in Spiritum non remittetur illis. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo neque in futuro. xii. 31.

In mss. iis præmissis quæ leguntur in Testimoniis ex Scriptura sacra p. 24. & in Quæst. LXXII. ad Antiochum hæc adduntur.

Athanasii. Non dicit Christus: Qui blasphemiam protulerit, egeritque pœnitentiam, veniam non consequetur; sed qui in blasphemia perseveraverit. Digna enim pœnitentia omnia solvit peccata. Quod autem dicitur blasphemiam in Spiritum sanctum neque hic dimitti, neque in futuro sæculo, quidam perpen-

pendentes quatuor ajunt esse modos quibus peccatorum venia obtinetur, duos hic & duos in futuro sæculo. Cum enim peccatorum meminisse per omne tempus non possimus, ut hic pœnitentiam homo agat: idcirco Dominus, nobis pœnitentiam non agentibus, duos, ut dictum est, modos in futuro benigne dispensavit. Cum quis scilicet bona differenter egerit, sive misericordia & commiseratione commotus in proximum, ceteraque alia humanitatis officia, ea in futuro sæculo judicii tempore ponderata, io quam propendebunt partem, veniam consequentur. Et hic quidem primus est modus. Secundus vero is est, cum quis peccatis constrictus, audita Domini voce dicentis, *Nolite judicare, ut non judicemini*, (Matth. 7. 1. vel. 3.) neminem audens judicare in examinandis ipsius actis, velut mandati observator, nec ipse judicatur. Nec enim sui immemor est mandati, veracissimus. Duobus autem aliis modis hic venia obtinetur, cum quis oimirum peccatis onustus, divina dispensante providentia, miseriis, ærumnis, morbisque affligitur. Siquidem his eum purgat Deus, quo ipse non novit modo. Quapropter si tentatus gratias agit, mercedem ob gratiarum actionem recipit. Sin se ingratum exhibeat, propter quæ peccata castigatur, ex his judicatur: insuperque pro ingrati animi vitio pœnas cogitur persolvere. Quæ quidem quispiam adversus hominem peccat, multis possunt modis veniam consequi. Nam qui in hominem peccat, & de alio homine bene meretur, in quam naturam peccavit, huic eidem se perpurgavit. At blasphemia adversus Spiritum, (quæ est infidelitas cui nulla conceditur venia, nisi quis fiat fidelis) neque hic neque io futuro sæculo impietatis & infidelitatis peccatum dimittetur.

Quia clauditis regnum cælorum. (c. 23. v. 13.)

Lucas autem ait, quia tollitis clavem cognitionis, id est fidem in Christum, utpote quæ viam paret ad cogoitionem veritatis & doctrinæ ipsius. quam clavem ab iis abstulerunt qui ejus ope intraturi erant.

Ex Catena in Marcum Edita a Possino anno 1673.

(Marc. 5. 6.) *Videns autem Jesum a longe, cucurrit & adoravit eum.*

Dæmoniacorum acerbissimum deligunt Evangelistæ, ut de illo plurima eoarrent. Quamobrem miserabiliorem Lucas exhibet calamitatem, quod scilicet diruptis vinculis & catenis, erraret per solitudinem. Marcus autem ait: sese lapidibus ille percutiebat. Cootigit autem ut cum ambo similiter acerbi essent, simpliciter diceret, dæmoniacum, nec accurate numerum referret.

Cum ait: *Pater si fieri potest, transeat calix iste, veruntamen non mea voluntas, sed tua, fiat. Spiritus quidem promtus est, caro autem infirma.* (Marc. 14. 36.) Duas hic voluntates esse significat: humanam, quæ est carnis; & divinam. Humana quippe voluotas propter carnis infirmitatem abnuit passionem. Divina vero ejus voluntas promta erat.

In codice Regio 2440. quæ est catena in Lucam hæc habentur nomine Athanasii.
Et præter hæc alia ex operibus quæ jam edita exstant excerpta,
quæ consulto nos omisimus.

(Luc. 1. 46.) *Magnificat anima mea Dominum.*

Sicut enim gloriam Deo referre, non significat extrinsecus ipsi laudem aliquam & honorem adferre, neque etiam Deum sanctificare, significat illi sanctitatem addere: sic magnificare Deum, non significat ipsi conferre magnitudinis accessionem: sed qui magnificat illum, magnitudinis illius participationem in se recipit. quapropter dictum est: *Magnificat anima mea Dominum.* Quę sane mirabilia ei non videbuntur qui probe noverit Deum nequaquam accipere, sed largiri bona.

At qualis est res virginitas. Nam alias quidem virtutes si quis exercere velit, is a lege dirigitur. Sed Virgioitas quę legem superat, atque ad pręstantiorem scopum vitæ institutum agit, indicium est futuri sæculi, & una angelicæ puritatis imago. Multa sane sunt quæ de illa dici possint, ne autem in planis & apertis rebus immorer, unum tantum dicam, quod instar aliorum omnium erit, quo hujus virtutis pręstantiam ostendam. Omnium namque Deus Verbum, cum vellet Pater omnia excitare atque renovare, matrem corporis, quod gestaturus erat, non aliam quam Virginem esse voluit, quod ita factum est. Atque eo modo Dominus noster homo ad nos peregrinatus est; ut, quemadmodum omnia per ipsum facta sunt, ita quoque Virginitas ex ipso oriretur, ac per ipsum hominibus isthæc gratia tribueretur, atque aucta perseveraret. Quaota porro sit isthæc Virginum gloria, & quod sit illud indicium ejus divinitatis, hinc ediscere licet: Si sanctorum Martyrum parentes conspicui sunt ob filiorum fortitudinem, si gaudet Sara Isaac enixa, & beati sunt quotquot semen habent in Sion, & familiares in Jerusalem, ut ait Propheta: quanti æstimanda est gloria sanctæ Virginis & deiformis Mariæ, quæ Verbi mater secundum carnis nativitatem est & vocatur. Etenim divinum hunc partum cum Angelorum exercitus celebravit, tum mulier elata voce dixit: *Beatus venter qui te portavit & ubera quæ suxisti.* (Matth. 11. 27.) Imo ipsa dominipara & semper virgo Maria, cum nosset id quod in se gestum erat, ait: *Exinde beatam me dicent omnes generationes.* (Luc. 1. 48.) Quod autem io Maria gestum est, id omnibus virginibus in gloriam vertitur. Ipsæ namque velut ex illa radice, ceu virginei pendent rami.

In illud; *Nunc dimittis servum tuum, Domine.* (Luc. 2. 29.)

Mortem itaque contemnamus. Licet enim timeamus illam, nihilominus moriemur tempore nobis a provideotia præstituto. Præstat eam ex virtutis motu expetitam excipere, quam sine gloria oppetere. Nam qui cum pietate diem obit, nequaquam mortuus est, qui vero in tempore solum aufertur, quasi sibi ipsi vixerit; ipsi necesse est etiam temporis reddere rationem; & si noo reddat, audire: *Recepisti bona in vita tua, nunc autem cruciaris.* (Luc. 16. 25.) Viriliter itaque agendum, ut præcepit Apostolus, ita ut jam mortificemus membra, quæ sunt super terram: atque præparanda pro exitu sunt opera nostra. Ut si temporis terminus accedat, aut vocemur a Salvatore, dicamus & nos: *Nunc dimittis servum tuum, Domine.* (Luc. 2. 29.) Quod si Dominus ipse venerit, inveniat nos vigilantes: neque dormientes objurget dicendo: *Sic non potuistis una hora vigilare.* (Marc. 14. 37.) Somnus porro animæ est incuria, & mortis oblivio.

Beatus Lucas a Jesu ad Adamum recurrit, ot ostendat, corpus, quod sibi Jesus assumsit, ab Adamo, quem Deus creavit, ortum habere, & oportere Dominum ex Deo & homine unum confiteri, quamobrem scriptum est: *qui fuit Adam, qui fuit Dei.* (Luc. 3. 38.)

In

In codice Reg. 2246. fol. 44. in illud Epistolæ primæ ad Corinthios.

1. Cor. 7. 1. *De his porro quæ scripsisti* (ut loquar) *bonum est hominis mulierem non contingere*. Ad hæc omnia, exstat quoque sancti Athanasii interpretatio, in libro de honorabili conjugio. Præterea sic potest res explanari. Ad luxuriosos & carnales homines cum scriberet Paulus, eorum erga carnem suam amore usus est, ut fornicationem abjicere suaderet; sic dicens: A Reliqua peccata animam lædunt, & ipsi soli damnum immittunt. Sed qui fornicatur una animæ & corpori suo nocet, illudque corrumpit & enervat: atque animalem & vitalem aufert vigorem. Ac si diceret: vestro saltem parcite corpori, quod curatis & fovetis, cujusque ingentem solicitudinem geritis.

ADMONITIO.

QUOD *subsequitur fragmentum excerptum videtur ex quadam homilia Athanasio adtributa: nam an Athanasii vere fuerit id in incerto versatur. Sane conspicuum nullum præfert Athanasianæ orationis indicium.*

In Codice Reg. 2999. fol. 274. hæc habentur Athanasii nomine, est Catena in Epist. ad Hebræos.

Heb. 6. 1. QUAPROPTER *intermittentes inchoationis Christi sermonem*.

Sed re altius repetita rursum videamus, quæ sit inchoatio sermonis; id ipse rursum postea exponit, his Ibid. verbis: *Non rursum jacientes fundamentum pœnitentiæ* & cætera. Quod si illod sit initium, quid aliud doctrina nostra est, quam pœnitentiam esse agendam ab operibus mortuis, ac per spiritum assumendam esse fidem in resurrectionem mortuorum & condemnationem æternam. Quid autem est initium? nihil aliud quam hoc. Initium, inquit, est, cum non adest proba & accurata vita. Sicuti enim eum qui disciplinam litterarum ingreditur, oportet primum elementa auscultare & edilcere; ita & Christianum hæc primum accurate nosse oportet, nec ullatenus his de rebus dubitare. Quod si doctrina ille egeat, nondum posuit fundamentum. Eum namque qui firmus est, oportet consolidatum esse ac consistere, neque ullatenus moveri. Quod si futurum aliquando est, ut qui institutus in fide & baptizatus est post decem annos de fide rursum audiat, nempe credendam esse mortuorum resurrectionem, is nondum habet fundamentum, quippe qui rursum Christianismi initium exquirat. Nam quod fides sit fundamentum, ac quod superest deinde ad ædificationem conferat, au- 1. Cor. 3. 10. di ipsum loquentem. *Ego fundamentum posui, alius superædificat*. Quid est autem, *ad perfectiora feramur*: ad tectum ipsum, inquit, demum perveniamus, id est, optimam agamus vitam. Quemadmodum enim in clementis, alpha continet omnia, ut & fundamentum, totum ædificium; ita quoque vitæ puritatem continet certitudo & firmitas fidei, citra quam nemo potest esse Christianus, ut nec absque fundamentis potest ædificium exsistere, nec absque elementis potest quis litterarum esse peritus. Sed si quis circa elementa semper versetur, aut itidem circa fundamentum, non ei quid amplius erit. Ita apud nos agetur. Si namque in fidei initio semper maneamus, numquam ad ejus finem perventuri sumus. Tu vero ne arbitrere ideo fidem minorem haberi, quia elementum vocatur. Ipsa quippe uni- Heb. 5. 13. versa virtus est. Cum ergo ait: *Omnis qui lactis est particeps, expers est sermonis justitiæ: parvulus enim est*. Non lac ipsam vocat: sed de iis adhuc ambigere, illud est infirmæ mentis, quæ multis sermonibus egeat. Hæc enim dogmata sana & recta sunt: illum namque perfectum vocamus qui cum fide probam ducit vitam. Quod si quis fidem habens mala perpetrat, imo de ipsa etiam fide ambigit, doctrinamque afficit contumelia, eum jure ac merito infantem vocemus, utpote qui ad initium recurrat. Itaque etiamsi sexcentos annos in fide transegerimus, neque tamen firmi consistamus, in- B fantes in ipsa sumus, cum vitam exhibemus ei minime convenientem, cumque fundamentum adhuc ponimus. His autem præter eam de vita agenda admonitionem, & aliam adfert, nutaturum scilicet ædificium, si egeant fundamentum ponere pœnitentiæ a mortuis operibus. Quisquis enim ab alio in aliud transfertur, & aliud quidem dimittit, aliud eligit; primum aliud damnare debet, atque ab eo sese amovere toto affectu, atque tunc ad aliud se conferre. Quod si denuo priori adhærere debeat, quo pacto ad posterius denuo accedet. Quid ais, legem reprobavimus, at denuo jubes ad eam recurrere? Illud nequaquam C translatio est, nam & hic legem habemus. Legem itaque, ait, per fidem abrogamus? absit: imo legem confirmamus. Ego namque de malis operibus egi, non de lege. Qui enim virtutem est ingressurus, primum malitiam ut damnet oportet, ac sic demum illam adire. Pulcre autem pœnitentiæ baptisma quoque adjecit. Non poterat enim pœnitentia mundos illos exhibere. Quamobrem quam primum baptizabantur, ut quod per se facere non valebant, id per Christi gratiam fieret. Nequaquam igitur pœnitentia sufficit ad purgationem, sed adhibendus est baptismus. Oportuit ergo ad ba- D ptismum accedere, cum primum quis peccata sua improbaverit ac proscripserit. Quid autem est illud: *Baptismatum doctrinæ?* Non quod multa sint baptis- Heb. 6. 2. mata; sed unum tantum. Quid ergo illud in plurali protulit? Quia dixit: *Non rursum jacientes fundamen-* Heb. 6. 1. *tum pœnitentiæ*. Si enim ipsos denuo baptizasset, & prius instituisset, ac rursum ab initio baptizati, res agendas edocti fuissent, & non agendas, perpetuo indisciplinati futuri erant. *Impositionis quoque manuum*, Heb. 6. 2. inquit: ita namque Spiritum sanctum acceperant, Paulo manus ipsis imponente. *Ac resurrectionis mor-* E *tuorum*. Illud enim & in baptismo efficitur, & confessione solidatur. *Et judicii æterni*. Quare hæc loqui- Ibid. tur? Quia verosimile erat eos, postquam credidissent, aut vacillare, aut improbe & segniter vitam agere. Vigilate, inquit, nnn licet dicere: si segniter vivamus, rursum baptizabimur, rursum instituemur: rursum Spiritum sanctum accipiemus. Licet jam fide excidamus, rursum poterimus per baptismum peccata abluere; eademque denuo consequi quæ suppetebant antea. Fundamentum, inquit, F posuimus, cum baptizaremur, abrenuntiationem scilicet operibus satanæ. Semel enim baptizati, his conditionibus baptizati sumus. Nequaquam ergo isthæc ab initio resumenda sunt. *Quapropter intermittentes* Heb. 6. 1. *inchoationis Christi sermonem*, da baptismate agen-

dum, & de impositione manuum, per quam Spiritum accepistis, & de mortuorum resurrectione ac judicio: ad perfectiora feramur. Neque enim eadem semper sunt repetenda. Semel quippe dictum & factum est. Sed opus est ut nostra quoque adferamus; scilicet mansuetum vitæ institutum, necnon fidei dignitatem. Hæc enim est perfectio, inquit, ut ambidextra sit virtus: ac si dicat: Vigilate: non licet enim segniter vivere ac rursum baptizari, ac per impositionem manuum Spiritum sanctum advenientem accipere. Fortassis autem ii qui Judæorum more sentiunt, quod varii sint in lege baptismi, volebant novæ quoque legis baptismo, qui regenerationem tribuit, plerumque baptizari: quod cuperent sæpe sibi remissionem concedi peccatorum; quamobrem infert: *Impossibile enim est, eos qui semel illuminati sunt &c.* Heb. 6. 4.

Cod. Colb. 4097. Panoplia Euthymii Zygabeni. In qua permulta exstant ex Athanasii operibus supra editis excerpta, nos ea solum damus quæ nusquam exstant edita. Dubia videntur esse.

Ejusdem (Athanasii) contra Valentinum, qui in multis consentit cum iis qui supra memorati sunt hæreticis.

QUID causæ est quod dicitis Christum, cælestem, non humanam induisse carnem, cum Apostolus
Heb. 2. 11. dicat: *Qui sanctificat & qui sanctificantur, ex uno omnes?* Quam ob causam non erubescit, inquit, fratres
Psal. 21. 23. eos appellare, dicens: *Narrabo nomen tuum fratribus meis. Ex uno* autem, quonam? Ex Adam videlicet,
Heb. 2. 14. juxta Lucæ genealogiam. Ac rursum: *Quia pueri communicaverunt carni & sanguini & ipse similiter participavit eisdem.* Atque ut cælestis carnis adimat
Ibid. suspicionem, subjecit: *Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ: Unde debuit per omnia fratribus similari.* Et plurima ejusmodi. Sed Dominus, ajunt, dixit in Euangeliis: *Nemo ascendit in*
Joan. 3. *cælum, nisi qui ex cælo descendit Filius hominis, qui est*
1.Cor. 15. 47. *in cælo.* Ac rursum Apostolus: *Primus homo de terra, terrenus: secundus homo*, Dominus scilicet, *de cælo cælestis.* Ecce enim utrobique cælestis homo nominatur. Quibus respondemus: cum Christus qui duplex est naturis suis, unicus tamen sit hypostasi, quæ utriusque sunt naturæ sibi propria efficit. Et sicuti Apostolus cum dixit de iis qui Christum occiderunt: Si cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent, nequaquam significat passam esse deitatem; quæ est Dominus gloriæ, sed rem assumtam; sic in hisce dictis, ipsum Filium & Deum passum esse dicitur, ob unam Deitatis hypostasin, quæ humanæ quoque naturæ hypostasis facta est; sed passum secundum humanam suam naturam, atque ex cælo quidem descendisse, & nihilominus in cælo esse, secundum hypostasin deitatis. Filium autem hominis esse secundum naturam postremo assumtam, post descensum ex cælo. Ac rursum: idem Dominus propter unam hypostasin, secundus quidem homo secundum unit.m humanitatem: ex cælo autem, secundum divinitatem. Nisi enim unamquamque proprie intellexerimus, in repugnantia Apostolum conjiciemus. Quomodo enim per omnia similis nobis terrenis? Quomodo etiam frater noster, qui carne cælesti indutus sit? Et sexcenta alia absurda hinc consequentur.

Ex Euthymii Monachi Zygabeni, Orthodoxæ fidei dogmatica panoplia, e Græco translata per Petrum Franciscum Zinum Veronensem. Parisiis anno 1556.

Græca non reperimus. MAGNI *Athanasii, adversus illos, qui Christum unam esse dicunt naturam compositam. Licet enim postea ab Eutyche & Dioscoro Monophysitis, hæc hæresis fuerit prorogata, fuerunt tamen antea quidam, qui nefariæ istius opinionis semina projecerunt. Sanctus autem Maximus eam dicit Apolinarium disseminasse.*

Quid? argumenrum illud, quo veluti ariete animas petunt? partem, inquiunt, essentiæ propriæ Deus fecit carnem assumtam. Ut eo p.cto una utrumque essentia intelligatur, quæ impatibilis sit, quatenus verbum est; patiatur autem partem carnis, quæ cum verbo ad unam essentiam absolvendam concurrit. Hoc autem absurdum esse & maxime exsecrandum, facile quivis intelligat. Pars, inquiunt, divinæ essentiæ caro, & quod magis ridendum est, pars illius, qui nullas habet partes. Compositam faciunt, quæ simplex est. Nam si hæ mutuæ inter se partes ad unum aliquod concurrunt, compositum diversum ostenditur, quod e partibus constat differentibus. Præterea suscipit incrementum ex carne addita, quæ non in natura propria spectatur, sed pars est essentiæ carnem ipsam accipientis. Quinetiam ex his mutatio patet, cum Verbum amplius secundum æternam essentiam non maneat, sed aliud quiddam propter augmentum esse contingat. Deum naturam mutabilem, mutabilis naturæ partem constituis, & unam istam ex utraque novam compositionem & mutationem ostendis, adeo ut magna difficultas in animo oboriatur, cum nec quid inde sequatur videri queat, neque re propositæ nomen reperiatur. Quo enim nomine unam ex utrisque essentiam appellemus? Verbum tantum? At carnis pars id non permittit. Carnem tantummodo? At id Verbi natura non concedit. Christum ne? Dispensationis, non autem essentiæ, istud est nomen. Proh impiorum hominum insaniam, qui dum immutabilem audent essentiam tractare, proprio etiam nomine ipsum spoliarint. Ista enim ratione Filio ne illud quidem servabitur, ut ejusdem cum Patre sit essentiæ. Qui enim essentiæ propriæ accessionem, & mutationem ex alterius admittit admistione, is cum illo qui in eadem manet essentia, non est ejusdem essentiæ. Pater enim præter gloriam propriam in natura nihil possidet. Filius autem in natura carnem adjungit, ut carnis & Verbi una sit essentia, multum abesse deprehenditur ab eo, qui nullam accessionem ad essentiæ propriæ incrementum aut mutationem acceperit. Necesse igitur est, ut unam essentiam Verbi & carnis, non confusam agnoscas, aut in eorum qui Arrium sequuti sunt, errorem incidas, & illorum essentiæ diversitatem introducas, & sacris Domini vocibus adverseris, & magno cum periculo respuas illud: *Ego & Pater, unum su-* Joan. 14. 9.
mus. Et, *qui vidit me, Patrem vidit.* Quomodo Joan. 10. 30.
unum, ubi tanta differentia reperitur? Ut unus quidem ad finem usque manserit, qualis ab omni æternitate creditur fuisse: alter autem carnis compositione propriam essentiam miscuerit, aut auxerit, aut per confusionem in aliud commutarit?

tarit? Quomodo qui hunc videt, videt illum, si Patris quidem essentiam divinitas dumtaxat indicat; Filii vero, divinitas & humanitas, quæ unum quiddam natura sunt? Et Patris quidem essentia partem non habet, quæ patiatur. Verbi autem natura, carnis partem habet quæ patiatur? Quid ista impietate magis nefarium? Unam essentiam dicere, & hanc in partes secare varias & differentes, & voces dicere contumeliosas, quæ rei propositæ accommodari nequeant, nisi perfectæ naturæ pars patibilis, & pars sit impatibilis; & pars patiatur, pars autem non patiatur; & pars vivat, & pars intereat. Magis profecto miserandum animal, cujus mortui, dolores pars sensu percipiat. Siquidem unius essentiæ sit simul & interire & vivere. Sed rejiciatur hæc inanis doctrina. Nec partem naturæ simplicis, & quæ dividi non potest, accepimus. Nec quod est impatibile, parte quidem pati, parte autem non pati didicimus. Neque unius naturæ definitionem, in duabus agnoscimus, neque diversæ, etsi nomen admisimus. Quæ quidem omnia constituere deprehenduntur, qui Verbum & carnem, in unam essentiam convenisse dicunt. Quomodo igitur & caro sumta est, & qui illam sumsit non est immutatus? Et qui cum illa conjunctus est, servat eamdem essentiam cum Patre suo? Quomodu ex carnis assumtione, & ex iis quæ per ipsam, sapienter supra quam dici potest, gesta sunt, non ad incrementum, aut mutationem essentiæ propriæ pervenit, sed ad communicationem naturalis dignitatis, quam arcanæ conjunctionis gratia perfecit? Aliud enim est dicere, duas naturas perfectaa in unam personam convenisse, & aliud ex duabus partibus unam essentiam esse conflatam. Nam divinæ quidem essentiæ ratio simplex est, humanæ autem dispensationis miraculum duplex. Quare nec essentiæ simplicitas in varias partes secatur, neque duplex dispensationis ratio in unam conflatur essentiam. Qui enim fieri potest, ut quod æternum est, & quod est recens, in una considerentur natura? Num & sanguis & aqua fuit divinitatis essentia, quæ fontis instar defluxit e latere? Si ejusdem est & pati & non pati, necesse est & voluntates esse diversas, & non easdem actiones. Alia enim convenit formæ Dei, & alia formæ servi: alia templo, & alia inhabitanti Deo. Perpetuam igitur in unam essentiam introducunt seditionem, cujus essentiæ pars unum vult,
Marc. 14. 36. pars aliud. Si una essentia, cur dicit: *Non quod ego volo, sed quod tu?* Quomodo eadem est quæ fecit & quæ facta est? Quomodo eadem & omnia novit antequam fierent, & extremum diem & horam ignorat? Quomodo eadem & precatur
Psal. 21. 1. & preces suscipit? Quomodo dicit: *Deus meus, Deus meus, cur me dereliquisti?* Quis novit eamdem a seipsa naturam derelinqui, & seipsam, ut alium invocare, quæ quidem omnia naturam duplicem consequuntur? Verum quoniam & humanæ naturæ exemplum nos quidem ad pietatem confirmandam adtulimus; alii autem ad eversionem detorquent, necesse est, ut & de hoc item differamus.

Ejusdem adversus eosdem.

Ecce enim falsam alteram cum impietate ratiocinationem pepererunt. Quemadmodum, inquiunt, homo ex duobus consistens, una dicitur natura, sic etiam Dominum Christum ex Verbo & carne exsistentem, unam esse constat essentiam. Quod duo tantum inter se differentia perfectam unam nequeant essentiam conficere, & quæ non sit mutabilis, paucis antea demonstratum est. Quod autem exemplum hoc rei ab ipsis propositæ nihil prosit, statim ostendetur. Homo ex anima mente prædita, & corpore sensibus affecto animal jure censetur. Quoniam horum neutrum sine altero prius consistit, neque naturæ terminum conservat, cum exsistendi principium sumant ex utero, atque ita in vitam exeant, & unius animalis constitutionem efficiant. At Dominus Jesus non imperfecti e rebus exsistendi principium accipit, sed naturarum perfectarum in se principium ostendit. Atque illic quidem hominis partes sunt, anima & corpus: hic autem, neque caro pars Verbi est, neque Verbum pars carnis. Horum enim utrumque, priusquam conjungantur, perfectam naturam ostendit, ut nihil omnino neque divinitati ad rationem propriam, neque humanitati desit. Aliud enim est, duabus ex partibus essentiam absolvi, & aliud, duas essentias conjungi, quarum utraque perfecta sit. Quamobrem & forma Dei dicitur, & forma servi. In homine vero neque anima sola est homo, neque caro. Nam si harum altera reipsa perfecta foret natura, aliquid etiam sine altera perfecisset. Et hoc perspicuum est, non solum ex divinis legibus, verum etiam ex verbis humanis. Etenim, qui hæc profitentur, sic hominem definiunt, esse animal ratione præditum, mortale: ut ratione præditum ad animam, mortale spectet ad corpus. Sic utrumque unius esse personæ, non autem duarum censuerunt. Pari ratione & divina scriptura hominem ipsum & ad imaginem Dei significat, propter animæ ratione præditæ excellentiam, & masculum appellat & fœminam propter carnis proprietatem; ut animam & corpus unius personæ, non autem duarum, partes esse declaret. Cur igitur hoc utuntur exemplo, quod nullam habet similitudinem? Si enim duas personas perfectas ostenderunt in unam conclusas essentiam, recte exemplum protulissent. Sed unius personæ duas partes dicentes, duas dicunt personas, cum Dominus Christus duo vocetur perfecta, & Deus & homo, propter utriusque perfectionem. Sic enim servatoris Christi nomen nunc quidem solam ostendit divinitatem, utpote absolutam & perfectam, nunc autem humanitatem, quippe cujus perfectioni nihil desit. Nunc autem cum ipsa persona utraque duarum naturarum differentiam & perfectionem nova conjunctione suscipiat, illi quidem ad divinitatis mutationem & eversionem, humanitatem adhibuerunt: nos autem ut ostenderemus & testaremur, fieri posse ut duarum rerum congressus sit, & una persona. Nam si nihil prohibet, quominus hominis natura duas habeat partes, ex quibus una consurgit persona, homo nimirum, qui ita constat; quanto magis divina gratia valet efficere, ut duæ naturæ perfectæ in conjunctionem minime confusam concurrant, nec tamen una singularis tollatur persona? Quemadmodum autem cum audimus: *Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia*, rerum omnium procreationem, ut par est, soli tribuimus divinitati, sic audientes: Unus patibilis Christus, conjunctæ carnis affectionem agnoscimus. Qui enim possimus ejusdem essentiæ & in eodem, imbecillitatem, & virtutem intelligere? *Spiritus*, inquit, *promtus, caro autem* Mat. 26. 41.
infirma, non autem pars carnis, aut pars Spiritus: Et rursum: *Si enim*, inquit, *crucifixus est infirmitate*, 2. Cor. 13. 4.

tate, vivit ex virtute Dei. Cernis nomina & res, spiritus & caro, virtus & infirmitas, crux & vita, qui suscitat & qui suscitatur, qui exaltat & qui exaltatur. Cernis autem in una persona, non partium compositionem, sed perfectarum naturarum conjunctionem, qua non duæ una fiunt essentia, sed una dignitas & gloria declaratur. Non igitur naturarum negamus conjunctionem, sed in unam essentiam dicimus nunc confluxisse. Fieri non posse, ut duæ una fiant essentia, docet naturæ lex, docet & prædicationis ratio, suadet in omni rerum genere experientia, aperte etiam ipse Dominus indicat, qui post resurrectionem suam non credentibus adhuc discipulis; *Palpate*, inquit, *me & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere*. Palpate, inquit, prius, ut ostenderet se spiritus non esse spectrum, quo spectantes deciperentur, sed corpus tactui resistens. Quis non videat naturarum proprietates, cum spiritus quidem carnem & ossa non habeat, quæ corpori adsunt; & corpus quidem videatur, spiritus autem non cernatur? Corpus tactui sit obnoxium, spiritus autem sub tactum non cadat? Quomodo igitur essentia una, cum tanta sit differentia?

Luc. 24. 39.

Ejusdem, adversus eosdem.

Quid dicitis? Quid demonstratis? Abit naturarum differentia; & nullum earum indicium relinquitur? Quomodo igitur subjectum appellabimus? Verbum ne solum? Nequa enim id quispiam carnem dixerit, qui eo nomine se illud putet honorare. At quomodo non ipsum afficitis contumelia, cum talem ipsius essentiam putatis esse, ut alteri liceat essentiæ procreatæ in eam commutari? Quod enim a deterioribus capi potest commune multorum est, & non unius eximium. Cui autem id proprium est ut sit inaccessum, huic quomodo alterum adjungatur? At non modo Verbum afficitis contumelia, verum etiam carnis personam tollitis. Cujus enim indicium amplius non relinquitur, hujus gloriam quomodo cognoscemus? Si enim cognoscitur, quoniam est, merito eam honoratis. Sin non est, quomodo gloriæ fruitur amplitudine? Nisi ostenderitis id quod honoratis, non apparebit gloriæ magnitudo. Necessarium igitur est confiteri, duorum minime confusam conjunctionem, nec ad accipientis mutationem, nec ad accepti interitum esse factam, sed ad gloriæ societatem, quæ in unius persona declaratur. Quamvis enim utrumque verbum solum, natura etiam repugnante, vocari patiamini, non tamen discrimen absconderetis. Quandoquidem unum erat a Principio, alterum autem factum est. Unum quod nec cerni nec tangi potest, ex infinito infinitum; alterum autem ex eo, quod cerni tangique potest, in id, quod nec cernitur nec tangitur, transiit. Et unum quidem semel immutabile, alterum autem ex mutabili ad præstantiorem pervenit conditionem. Præterea si hoc est solum Verbum, cur non invenimus, caro facta est Verbum; sed, *Verbum caro factum est*? Quis porro adeo insanit, & mente captus est, ut audeat dicere divinam assentiam assumpsisse aliam divinitatis essentiam ex altera provenientem natura, ut per talem accessinnem incrementum illius, quod natura nullius indiget, & perfectum est, compararet? Ad hæc, quomodo divina Scriptura, etiam post novum reditum prædicat, quæ carnis sunt propria, nempe rursum venturum, eodemque modo visum iri? Num Angelis etiam repugnabitis, qui aperte dixerunt: *Hic Jesus qui assumtus est a vobis, sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum?* Omnia ad carnem significandam plane spectant. Illud, *hic veniet*, sicut in corpore, nunc quidem hic, nunc autem illic perspecto; *quemadmodum vidistis*, id est, carnis oculis. Hęc qui ita non accipit, is non solum Angelis repugnat, verum etiam sacris Spiritus sancti oraculis adversatur: Quomodo intercedit pro multis Dominus Christus, ut Verbum solum? Et ubi est æqualis cum Patre dignitas, si tanquam inferior intercedit, non autem cum auctoritate largitur, cum sit puriter omnipotens? Nonne perspicuum est, primitiarum esse, pro massa propria intercedere, ut suam erga carnis naturam affectionem ostendat? Quem autem non moveat clarissima sapientissimi Pauli prædicatio; qui, Deus, inquit, *ignorantiæ tempora despiciens, denuntiat omnibus ubique, ut pœnitentiam agant, quoniam constituit diem in qua judicaturus est orbem terrarum, in justitia, in viro, quo definivit, fidem omnibus faciens, ipsum a mortuis suscitasse*. Nonne differentiam sustulit? Nonne dixit Deum in viro? Nonne demonstravit Deum qui suscitavit, & hominem qui suscitatus est? Verum quamquam differentiam ostendit, non tamen conjunctionem inseparabilem prætermisit. Non enim dixit, Deum cum viro; sed, Deum in viro. Jam quomodo illud intelligemus: *Videbunt in quem transfixerunt*; nisi carnis natura, quæ clavos suscepit, aperte foramina demonstret? Neque enim divinitatis essentia, quæ nec videtur, nec tangitur, vestigia vulnerum in testimonium est allatura; sed natura ex patibili genere suscepta, impiorum scelus redarguet, qui cogentur propria flagitia agnoscere in carne quam vulnerarunt: sic & naturarum proprietates non esse sublatas; & certum humanæ carnis assumtæ lucrum, & impudens adversantium argumentum, & vim veritatis inexpugnabilem demonstravimus.

Joan. 1. 14.

Act. 1. 11.

Act. 17. 30.

MO-

MONITUM.

HÆC *fidei confessio exscripta fuit ex codice Vaticano num. 1431. membranaceo optimæ notæ & perantiquo, in quo exstant Cyrilli opera, interque illa pag. 24. comparet Athanasii nomine sequens opusculum. Initium porro hujusce idipsum est quod illa fidei formula ad Jovianum Augustum missa superiusque cusa tomi hujus part. 1. In subsequentibus autem liquido expenduntur Symboli quod vocatur Apostolorum articuli: non indignum sane opusculum est Athanasio, iisque compositum vocibus & clausulis quæ Athanasii ævo obtinebant: neque leve est argumentum quod illius solum ævi Arianorum, Pneumatomachorum, Apollinaristarum errores dilucide hic repudientur. Ex usu quoque vocis, ὁμοουσίου pro substantia Patris, videtur adscribendum Athanasio. Damnantur enim qui negant Filium esse ex eadem hypostasi vel οὐσίᾳ ex qua Pater, quæ ratio loquendi post Athanasii ævum vix usurpabatur. Exstat item hæc symboli interpretatio in Cod. Reg. 2502. in charta papyracea vulgari descripto anno 1562. cujus lectiones annotamus. Et ubique adscribitur Athanasio.*

Athanasii Archiepiscopi Alexandrini Interpretatio in Symbolum.

CREDIMUS in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem: & in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, genitum ex Patre, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & quæ in terra, visibilia & invisibilia. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, incarnatus & homo factus est, id est genitus perfecte ex Maria semper Virgine per Spiritum sanctum: qui corpus & animam & mentem, & omnia quæ sunt in hominibus, præter peccatum, vere, nec specie tantum habuit: qui passus est, id est, crucifixus, sepultus, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos cum gloria in ipso corpore: sedet ad dexteram Patris, venturusque est in ipso corpore cum gloria judicatum vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et credimus in Spiritum sanctum, qui non

Hic notantur Apollinaristæ:

Hic Pneumatomachi.

A alienus est a Patre & Filio, sed consubstantialis est Patri & Filio, increatus, perfectus, Paracletus: id est, advocatus: qui loquutus est in lege, in Prophetis, & in Euangeliis. Qui descendit in Jordanem, prædicavit Apostolis, qui habitat in sanctis. Et credimus in unam solam hanc catholicam & apostolicam Ecclesiam, in unum baptisma pœnitentiæ, & remissionis peccatorum, in resurrectionem mortuorum: in judicium æternum animarum & corporum, in regnum cælorum & vitam æternam. Eos autem qui dicunt, fuit aliquando cum non esset Filius, vel fuit aliquando cum non esset B Spiritus sanctus: aut, ex non exstantibus factus est, aut qui ex alia substantia vel essentia dicunt esse Filium Dei aut Spiritum sanctum, mutabilem atque variabilem, eos (inquam) anathemate damnamus, quia eos anathemate damnat Catholica mater nostra & Apostolica Ecclesia. Et anathemate damnamus omnes qui non confitentur carnis resurrectionem: omnem item hæresin, scilicet omnes qui hanc non tenent fidem sanctæ & solius catholicæ Ecclesiæ.

MONITUM.

IN FRAGMENTUM SEQUENS.

NON *fine scrupulo ἀποσπασμάτιον sequens inter Athanasiana edimus, licet enim non sit Athanasio indignum & Apollinaristarum hæresis hic confutetur: & in epist. ad Epictetum, & alibi oppugnata; olet tamen quidpiam peregrinum, & videtur maxime sub finem Euthychianorum hæresin impugnare: unde forte suspicio oriatur quinto sæculo exaratum fuisse. Quia tamen una cum præcedenti expositione fidei nobis Roma transmissum fuit, hic locum habeat & eruditorum examini subjiciatur. Est porro fragmentum istud superius inter fragmenta Euthymii editum ex versione Zini, sed plura hic habentur, & quædam mutila loca restituuntur.*

Ex Cod. Vaticano. num. 400. Papyraceo.

Ejusdem Athanasii, de exemplo ex natura hominis allato.

MULTAM in adversariis conspicati ad fovendum malum solicitudinem, necessum est ut longiorem ipsis opponamus confutationem. Nemo itaque nobis vitio vertat, quod non finem altercandi faciamus; sed potius homines qui in eam nos compellunt necessitatem in crimen vocet. En tibi enim captiosam aliam quam sunt contra veritatem commenti ratiocinationem. Quemadmodum, ait, homo ex duobus constans, una dicitur natura; ita & Dominus Christus ex Verbo & carne constans una substantia comprobatur. At enim quod possint res tantum inter se dispares, & perfectæ unam constituere substantiam nulla facta mutatione, jam paucis superius dictum est: quod autem hujusmodi exemplum

C nihil ad rem & propositum eorum faciat, mox commonstrabitur. Enimvero homo ex anima intelligente, & sensibili corpore animal esse probe cognoscitur: quia sine altero neutrum prius existentem habet hypostasin, neque naturæ terminum per se potest servare. Utrumque enim pariter ex utero existendi accepit initium, atque ita vitam ingressa sunt ambo, uniusque animalis constitutionem efficiunt. Dominus autem Jesus non ex imperfectis rebus existentiam accipit, sed perfectarum in se naturarum conjunctionem exhibet: & illic quidem pars hominis sunt, anima & corpus; hic vero neque caro pars Verbi, neque Ver-D bum pars carnis: nam utrumque, etiam ante conjunctionem perfectam exhibet naturam, ut nihil penitus deficiat, vel divinitati quod ad sui rationem pertineat, vel humanitati: aliud quippe est compleri duabus partibus substantiam; aliud conjungi duas substantias,

quarum utraque suam habeat perfectionem: quamobrem & forma Dei dicitur & forma servi. Quod hominem vero spectat neque anima sola homo, neque caro. Nam si horum aliquid perfecta esset natura, vi prædita agendi, quiddam sine alio operaretur. Cum autem horum alterutrum memoratur, totum a parte solet indicari: neque tamen perfectam naturam agendi vi prditam habet una solum pars. Et hæc quidem homo esse dicitur non modo in divina lege, sed etiam in hominum libris. Definiunt itaque hominem qui sunt harum periti rerum, Animal rationale mortale, atque ita rem explicant, ut rationale ex anima petant, mortale ax corpore definiant. Eodem modo utramque partem unius esse personę, non autem duarum, ęstimat divina Scriptura: enimvero eumdem hominem secundum excellentiam personæ adfirmat ad imaginem Dei esse, secundum vero carnis proprietatem masculum & feminam nuncupat, quo ostendat animam & corpus partes unius & ejusdem personæ esse, non autem duas personas. Quid causæ igitur est quod hoc utantur exemplo, cui simile nihil inest? Si duas perfectas personas in unam substantiam compositas ostenderent, probe id exemplum usurparent: cum autem duas partes unius personæ memorant, nequaquam duas personas dicunt. Quemadmodum anima & corpus nequaquam duo lunt perfecta animalia: At enim Christus duo dicitur esse, Divinus videlicet atque humanus ob utriusque naturæ perfectionem. Sic itaque Salvatoris Christi vocabulum, nunc solam deitatem ut nullo indigentem & perfectam. (Modo humanitatem), nunc utrumque, ut palam fiat duarum discrimen & perfectio naturarum, atque illius stupendæ conjunctionia personam indivisam esse: *Unus*, inquit, *Dominus Jesus Christus, per quem omnia:* hujusmodi significatio ad deitatem pertinet: non enim cum carne erat cum omnia crearet. Rursus, si patibilis Christua dicatur; ita nempe dicitur, ut humanæ quæ passa est naturæ perfectio ostendatur. Non enim ait patibilem esse partem, ut novi isti dogmatistæ. Nec enim ait: Patibile est Verbum carne. Hujusmodi sane voce utrumque declaratur, uti supra dictum est. *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in secula*. Nequaquam pars fuit substantiæ heri & hodie, parsque item in sæcula: sed ipsę heri & hodie secundum perfectam humanitatem: & in sæcula, secundum perfectam deitatem: atque demum secundum utramque immortalis: quia caro ax conjunctione cum immortali impatibilitatem accepit atque interminabilitatem. Ita illi quidem ad conversionem deitatis, & ad eversionem eorum quæ naturis competunt, & ad nugas absurditatesque, hominis exemplo ac speculatione sunt usi. Nos autem ad argumentum & testimonium, quod fieri possit ut duorum conjunctio intelligatur, ac per utrumque una persona conspiciatur. Si namque hominia naturam nihil prohibuit quo minus duas haberet partes, quibus persona constituitur, atque una solum persona esset, homo scilicet ita constitutus; quanto magis divina gratia comprobare potest, posse fieri congruenter ut duæ perfectæ naturæ in conjunctionem nihil confusam concurrant; nihil læsa personæ unitate. Anima namque & corpus conjuncta simul, animal unum efficiunt; duæ autem naturæ diversæ substantiæ una copulatæ, unam filiationem non tumultuario opere sine mutatione efficiunt. Quemadmodum enim cum audimus: *Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia;* soli divinitati, & merito quidem, tribuimus omnium opificium; ita quoque cum audiamua Impatibilis Christus, unitæ carnis passionem esse cognoscimus. Enimvero qua ratione ejusdem naturæ in eadem ipsa re infirmitatem una & potentiam cognoscemus? *Spiritus promtus est, caro infirma*, non pars Spiritus, neque pars carnis. Et rursum: *Si enim Crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute*. Alia nomina alia opera; Spiritus & caro, virtus & infirmitas, crux & vita, quod excitat & quod excitatur, quod superexaltat & quod superexaltatur. Hæc autem in una persona sunt, non secundum compositionem partium, sed secundum conjunctionem perfectarum naturarum. Non unam substantiam quam duæ efficiant; sed quæ unam dignitatem & unam gloriam significet; ita non negamus unionem, sed negamus substantiarum fieri identitatem. Quod enim fieri nequeat duas substantias unam effici, docet lex naturalis, docet prædicationis verbum, suadet omnium generationum experientia, manifeste pronuntiat Dominus. Dum enim adhuc discipuli resurrectionem non crederent: *Palpate me*, inquit, *& videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere*. Palpate prius, ut ostenderetur esse non phantasia spiritus fallens eos qui rem cernerent; sed ipsa corporia forma, quæ eos qui tangerent de ea re certiores faceret. Quis itaque non videt quæ sint naturarum propria: spiritus quidem quod neque carnem habeat, neque ossa: corporis vero quod habeat: & hujus quidem quod videri possit, illius quod non possit: hujus quod tactui subjiciatur; illius, quod tactum non admittat. Quo pacto igitur una substantia fuerit, cum tanta sit rerum discrepantia? Si spiritus solum est unde carnem habet? si corpua tantum, unde gloria? Sed spiritus quidem sine carne est, natura Deus: corpus autem animatum, rationabili pulcritudine ornatum, per ossa vero & carnem tactu agnitum. Ita ostenditur duarum discrimen naturarum, & non confusa unio, & indivisibilitas adorationis.

Marginal notes: 1. Cor. 8. 6. — Hebr. 13. 8. — 1. Cor 8. 6. — Matth. 26. 41. — 2. Cor. 13. 4. — Luc. 24. 39. — Tangere enim aut tangi, nisi corpus, nulla potest res. Lucr.

SEQUUNTUR ALIA EJUSDEM S. ATHANASII

FRAGMENTA

E variis variorum auctorum operibus ut videre est deprompta a Felckmanno.

Theodoretus Dialogo primo τῷ ἀτρέπτῳ ἀπὸ τοῦ λόγου περὶ τῆς πίστεως ὁ μείζων, Athanasii hæc citat: quæ nullibi in editis habentur.

QUOD scriptum est, *In principia erat Verbum*, aperte divinitatem significat, illud autem, *Verbum caro factum est*, Domini humanitatem indicat.

Gen. 49. 11. *Ejusdem ex eadem Oratione*. Et illud: *Lavabit in vino stolam suam*, hoc est, in proprio sanguine corpus, quod est indumentum divinitatis.

Ejusdem ax eadem Oratione. Hoc enim, *Erat*, refertur ad ejus divinitatem, illud vero, *Caro factum est*, ad corpus. Verbum caro factum est, non in carnem resolutum, sed carnem gestans. Quemadmodum si dixerit quispiam, hic senex factus est, cum non talis esset genitus: vel, miles factus est veteranus, cum non prius esset talis, qualis factus est. Joannes, ἐγενόμην, inquit, hoc est, *factus sum*, seu *fui in insula Patma, in die Dominico*: (Apoc. 1.) non quod illic factus fuerit, vel natus; sed dixit, ἐγενόμην ἐν Πάτμῳ, factus sum in Patmo, pro eo quod est, accessi. Ita etiam Verbum ad carnem accessit, ut dictum est, *Verbum caro factum est*. Audi dicentem: (Psal. 87. 4.) *Factus sum tamquam vas perditum*, &, *factus sum sicut homo sine adjutoria inter mortuos liber*.

Idem Theodoretus Dial. II. τῷ ἀσυγχύτῳ eumdem περὶ πίστεως λόγον τὸν μείζονα citans, hæc inde decerpsit.

Psal. 109. 1. Quæ autem de eo adjecimus, *Sede a dextris meis*, de corpore Dominico dicta sunt. Si enim (Hier. 23.) *cælum & terram ego impleo*, dicit Dominus, ut inquit Hieremias: omniaque continet Deus, a nullo autem continetur: in quanam sede sedet? Corpus ergo est, cui dicit: *Sede a dextris meis*.

Corpus est ergo cui dicit, *Sede a dextris meis*: cujus etiam fuit inimicus diabolus cum malis potestatibus, & Judæi, & Græci. Per quod corpus, pontifex & apostolus, & fuit & dictus est, per id quod nobis tradidit mysterium, dicens, *hoc est corpus meum, quod pro vobis* frangitur, (Mat. 20. 26.) & *sanguis novi testamenti*, non veteris *quod pro vobis effunditur*. Divinitas autem neque corpus habet, nec sanguinem; sed homo quem ex Maria portavit eorum causa est: de quo dixerunt Apostoli: (Act. 2. 22.) *Jesum Nazarenum virum a Deo ostensum in vobis*.

Similiter Dial. II. τῷ ἀπαθεῖ ex eodem opere citat.

Quod excitatur a mortuis, homo erat, an Deus? Interpretatur Petrus Apostolus qui melius quam nos scit, & dicit: (Act. 13.) *Cum enim de ligna deposuissent, posuerunt ipsum in monumento. Deus autem suscitavit eum a mortuis*. Corpus ergo Jesu mortuum, quod de ligno depositum est, & in monumento positum, a Joseph autem ab Arimathia sepultum, ipsum Deus Verbum suscitavit, dicens: (Joan. 2. 19.) *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum*. (Mat. 2.) Qui cum etiam omnes mortuos vivificet, etiam ex Maria susceptum hominem Christum Jesum vivificavit, quem assumsit. Si enim cum esset in cruce, quæ prius dissoluta erant, sanctorum mortua corpora suscitavit: multo magis suscitare potuit corpus quod gestavit, qui est semper vivens Deus Verbum, ut dicit Paulus. *Vivens enim Dei verbum, & efficax*. Hebr. 4. 2.

Rursum Theodoretus & Gelasius lib. de duab. nat. contra Nestorium & Eutychen hæc:

Vita ergo non moritur, sed mortuos vivificat. Sicut enim lux in loco tenebricoso non læditur: ita nec vita pati potest, quæ mortalem naturam invertit; est enim immutabilis, & nec verti, nec diversa & altera esse potest Verbi divinitas. Sicut ait in prophetia de seipso Dominus: *Videte me, quia ego sum, & non sum mutatus*. Mal. 3. 6.

Et rursum sequentia:

Qui vivit, mori non potest, sed mortuos potius vivificat. Est ergo & fons vitæ, divinitate, quam habet ex Patre: & homo qui mortuus est, vel potius a mortuis suscitatus: qui etiam intercedit pro nobis: qui ex Virgine Maria natus est: quem Verbi divinitas propter nos suscepit.

Accidit ut Lazarus morbo affectus moreretur. Homo autem Dominicus, non ægrotans, nec invitus mortuus est, sed ex se ad mortis œconomiam accessit, confirmatus a Deo Verbo, qui in ipso habitabat, qui dixit: *Nemo tollit animam a me, ex meipso eam pono. Potestatem habeo ponendi ipsam, & rursum potestatem habeo accipiendi eam*. (Joan. 10. 18.) Divinitas ergo est Filii, quæ ponit & accipit animam hominis, quem gestavit. Plenum enim hominem suscepit, ut & plenum ipsum, & cum ipso mortuos vivificaret.

Idem Theodoretus lib. 2. hist. Ecclesiasticæ cap. 4. meminit περὶ τῶν ἀδελφοκτονιῶν πρὸς τοὺς παρθένους λόγων ipsius Athanasii, ex quibus hoc excerptum adfert.

Quocirca ne quis vestrum tantopere contristetur, etiamsi vobis vel sepultis invideant illi impii, minimeque corpora vestra patiantur efferri; nam eo usque impietatis pervenit Arianorum exitialis catastrophe, ut etiam portas claudant, circaque mortuorum sepulcbra veluti dæmones considéant, prohibituri ne quis decedentium humo mandetur.

Synodus VI. Œcumenica Act. XIV. in fine hoc fragmentum ex Athanasii tractatu in illud, Nunc anima mea turbata est, *adducit*. (Tom. 6. Conc. pag. 986. Joan. 12. 27.)

Similitudinis Domini ad nos utilitas magna est, eo quod & nos assimilemur ipsi. (Est vetus interpretatio.) Nisi enim ille assimilatus fuisset hominibus, non poterat Deo homines assimilari. Sed Deo homini facto assimilantur homines. Oportuerat itaque eum, qui ut similis nobis fieret, descendit, in hoc maxime similem effici, in quo transmutari indigebamus. Transmutari autem egebamus secun-

secundum passiones, ut hæ in impassibilitatem transferrentur, Nullus igitur hæc de passionibus non credat, existimans verti deitatem, sed supervenisse ei passionem ex carnali & animali animæ motione conjectet, & supervenisse & victam fuisse. Ideo namque advenit, ut vincatur ab ipso. Ideoque victa est, ut omnis natura humana per cognationem beneficium capiat. Ex hoc quippe incipientes transfiguramur omnes, ex passibilibus impassibiles, & ex mortuis viventes effecti. Nullus igitur perturbatus ad infidelitatem accedat, si dicit Deus qui Dominus pariterque & homo est: *Nunc anima mea turbata est*. Hoc enim factum est deitate quidem acquiescente, carne autem insurgente. Possibile enim erat deitati prohibere perturbationem, sed noluit, ut similitudinem, quam ad nos habuit, non dissolveret. Tale ergo aliquid est intelligendum ex rebus, quæ circa nos sunt. Cum temperatur mel cum aqua, non mel mutatum est, sed superabundavit aqua: similiter quando dumtaxat motio carnis est in Domino, talem quamdam similitudinem assumamus, sicut aquam in melicrato, id est, in melle temperato superabundantem. Quando iterum, quod divinum est, demonstratur, & operatur virtutes, & ostendit potestatem, talem similitudinem assumamus, sicut dum mel aquam superat. Hoc enim possibile est deitati, aliquando quidem carni permittere, ut superabundet: aliquando vero eam superare ad perimendam passionem ipsam & carnis infirmitatem. Indicium vero est, quod quadraginta totis diebus abstinuit corporali cibo, & non esuriit ipsum corpus. Post hæc quippe (sicut scriptum est) esuriit. Hic carnis exsuperantia: deinde esuriit post tantum tempus. Exsuperavit quod carnis est, idcirco ut tentatio ingereretur, & tentator confunderetur, & homo, qui a principio per cibum lapsus est, per abstinentiam cibi resurgeret. Tolerat autem & perturbationem carnis, ipsa morte adveniente. Etenim quomodo obediens futurus esset, nostram pro nobis obedientiam complens, nisi & adversitatem haberet, & vinceret adversitatem? Nobis si quidem ex carne infestatio fit, & si inobedientes fuerimus mandato, victi carne, hoc modo peccatum emergit. Ergo & in Domino adversitatem quidem fieri oportebat a carne, obedientiam vero vincere. Quamvis enim Deus est, veram in carne & secundum carnem obedientiam implet, & voluntatem carnis voluntate superat deitatis, sicut dixit: *Quia descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, Patris*, (Joan. 6. 36.) propriam voluntatem dicens ipsam quæ carnis est. Nam & caro propria ejus erat: neque enim voluntas Filii divina, a voluntate Dei separata est. Oportebat quippe moveri carnis voluntatem, subjici vero voluntati deitatis. Atque ita hominum inobedientiæ solvuntur per hanc admirabilem obedientiam, qua Christus obedivit pro nobis. Considera igitur, facta motione carnali quid afferat. *Et quid dicam? Pater salva me ex hac hora. Sed ideo veni ad hanc horam. Pater, clarifica nomen tuum ipsum.* (Joan. 16.27.) Illud *quid dicam? Salva me ex hac hora*, loquitur secundum motionem carnis: ideo veni in hanc horam, divinitate vincente effatus est, pene nec apparere carnalem voluntatem permittente divina. Ipsum igitur, *Quid dicam?* tamquam abscindentis est sermo, ut appareret quidem nobis, quia & caro vera, subjecta vero est non valens circumducere, sicut equus sessorem, nec quantum est ipsam manum qua regit, inflectere. Denique quid arbitratur passionem? Non ignominiam, non confusionem: sed gloriam suam & Patris, & accelerat magis, quam evitat, passionem. *Pater, clarifica nomen tuum.* Non erit, inquit, a me ulla recusatio, sed recusans obtemperat, & non recusans obtinet. Carnalis enim natura recusat mortem, & erat hæc in Christo, quoniam Verbum caro veraciter factum est. Deitatis autem voluntas elegit mundi salutem, quam mors operata est. Dehinc impletum videtur id: *Ut faciam voluntatem ejus, qui misit me.* Dixit (Joan. 12. 28.) Christus: *Pater, clarifica nomen tuum.* Et responsum est de cælo: *Et clarificavi, & iterum clarificabo.* Ut sciamus, quia distantia nulla est, neque separatio Patris & Filii, magis autem ut lucremur conjunctionem nostram, quæ ad Deum in Christo facta est. Nullus quippe hominum est, qui non seipsum abstraxerit a voluntate Dei ex aliqua parte, vel re, vel tempore. In solo autem Christo inseparabilis voluntas servata est, quem adsequentes conjunctionem ad Deum lucrati sumus, unitionemque salutarem ad similitudinem divinæ unitionis, sicut ipse perhibuit. *Ego & Pater unum sumus, ita & hi in nobis unum sint.* (Joan. 14. 9.)

Latet fortassis adhuc liber hic alicubi etiam integer, siquidem Episcopi Cyprii in eadem Act. 14. *Paula ante dicunt, esse sibi domi ejus quoddam exemplar, & aliud Constantinopoli vetustissimum. Apparet autem ex hoc fragmento hunc tractatum scriptum esse contra Arianos, qui eo Christi dicto,* Nunc anima mea turbata est, *abutebantur ad evertendam Dei Patris & Filii eamdem essentiam, ut videre est ex orat. 4. contra Arianos.*

Est in Illustr. Biblioth. Archipalatina Codex Mss. vetust. continens Catenam expositionum ab incerto auctore ex Patribus Græcis in Euangelium D. Lucæ collectam, in qua ad cap. 23. fol. 216. solide hæc verba leguntur.

Sanctus Athanasius in illud Euangelii, *Postquam hæc dixisset, exspiravit:* Talis fuit Salvatoris nostri mors, quam quidem ejus corpus secundum naturam obiit, Verbum autem secundum voluntatem suscepit, utpote qui libere corpus suum morti tradiderit, ut pro nobis secundum ejus naturæ conditionem pateretur, itidemque pro nobis divinitus resurgeret: qua in re totus conditionis humanæ cardo vertitur, nostra videlicet ad vitam evocatio, & a morte suscitatio.

Quod vero hoc fragmentum nostri sit Athanasii, indicia est, quod idem ille Codex fol. 214. similiter ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος λέγων, hunc nostrum ex secunda oratione contra Arianos citat, & fol. 43. aversо, similiter ex epist. de decretis Synodi Nicænæ, ut suo loco monemus. Hæc Felckmannus.

Et quia mentionem Codicis hujus fecimus, adscribam etiam alium locum ex eodem. Sic igitur 15. fol. 20. A. ad cap. 1. Lucæ.

Athanasius. In qua qui ante sæcula ex Patre est, in ultimis temporibus ex Virgine nascitur, invisi-

visibilia antea vel sanctia, quæ in cælo sunt, potestatibus, deinde visibilis propter unionem ejus cum homine visibili. Visibilis, inquam, non per invisibilem deitatem, sed per operantem Dei virtutem per humanum corpus & totum hominem quem renovavit, proprius ipsi effectus. Creator enim cum esset ipsum in Verbum, consummatione sæculorum creatum induit, ut illud iterum restauraret, eo quippe fuit opus ad hominis revocationem, qui

A ab initio ex nihilo fecit omnia. Hujus rei gratia incorporeua ille in terras venit, corpusque sibi non alienum a nostro, sed ex intacta Virgine, virtute Spiritus sancti efformatum assumsit; quod adorabilis Verbi amictua effectum est, ut promulgata lex corruptionis humanæ in eo aboleretur, & quem ab initio condiderat hominem ad sui similitudinem, eidem rursus a tali gradu collapso factus ipse similis, similitudinem hominia cum ipso pristinam restitueret.

SEQUENTIA ITEM SUNT FELCKMANNI.

Et sunt quidem huic similia loca quædam, ut pag. 21. 22. 63. 172. 173. at qui totidem verbis idem sit cum hoc, a me hactenus animadverti non potuit. Atque idcirco malui bis (si tamen) egregium hunc locum haberi, quam penitus omitti.

Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum refert duos libros Athanasii contra Gentiles suo tempore extitisse: at nobis hodie unus tantum est. Nisi forte secundum esse voluerit Hieronymus eum, qui est de Incarnatione, quod ipsum & initium istius innuere videtur, ubi brevem summam præcedentis repetit. Vide in Monito ad Orat. contra gentes, quid sit hac de re sentiendum.

Idem Hieronymus ibidem librum ejus quendam contra Ursacium & Valentem commemorat. Ac meminit quidem illorum persæpe Athanasius, eosque exagitat in Apologiis, ut in opere de Synodis Arimin. & Seleuc. & in epist. ad Africanos, & alibi: at qui in ipsos tantum scriptus sit liber ab ipse, talis hodie nullus extat.

Liber de Psalmorum titulis, quem ab eodem scriptum ait Hieronymus, quemque Photius hypomnemata in Psal. nominat si is non est, qui Tom. 1. sub titulo, de Interpretatione Psalmorum ad Marcellinum habetur: probabile fuerit, eum esse, quem in Synodi VII. Œcumenicæ Nicenæ II. Act. 4. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in Epistol. ad Thomam Episcopum Claudiopoleos, hæc verba Psalm. 79. juxta Græc. vel 80. juxta Hebr. codices, Qui sedes super Cherubim appareas, exponentem citat, in hæc verba: Etenim Cherubim illorum exemplaria, ignota juxta naturam omnibus hominibus existentia, spiritus & ignis existunt, & ab omni corporea figuratione & natura aliena, ea, quæ de ipsis a Propheta corporalius dicuntur, symbolicum & altius ductum sensum habent. Aliter enim intelligere juxta sacram, & corporeis non decentem rationem oportet. *Hæc ibi. Notat Fronto Ducæus Burdegal. V. Cl. in suis quibusdam in Athanasium collectaneis, quæ ex Bibliotheca Commelini habemus, esse apud Politianum Athanasii opusc. in Psalmos. Similiter M. Crasius in Indice quodam libb. Mss. qui Constantinopoli adhuc exstant, refert apud Illustriss. Principem, Jacobum Marmoretam esse S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini explicationem in Psalterium Davidis: An vero id sit, de quo agimus, non temere dixerim.* Vide in Monito ad expositiones in Psalm.

Eadem Synodus Act. VI. ex Epistola Athanasii ad Eupsychium, cujus sit initium: In quibus nos existimasti, *hoc fragmentum citat.*

Communis ovium fructus est, hæc inquam tergoris messis, haud quæ omnibus ad communem casum prostat, verum postquam tinctura, quæ de mari accipitur, tincta fuerit, purpurea dicitur, & appellatione mutata & usu, propter excellentiam regibus tantummodo optatur. Ita lana est, & non est. Natura quidem manet id, quod a principio fuit, usu autem non amplius, (Vulgaris enim usus fuit) propter colorationis dignitatem. Ita quoque caro natura communi (*videtur hic addendum*) de assumpta; postquam enim (*enim abundat*) facta fuerit regis indumentum, cum ipso rege ejusdem fit dignitatis, quamquam natura non fuerit talis. Quare recte Dominus gloriæ dicitur. Et secundum quod homo quoque fuit, assertiones & passiones naturæ eum invaserunt, & contumeliis aliorum fuit obnoxius. Quonam enim modo rex veste utitur, sic ipse quoque se carne circumcinxit. Quemadmodum autem, qui regis purpuram rumpens, regi pœnam dat, quasi insidiator aut malevolus, quamquam ipse Rex nihil fuerit passus, purpuræ autem passio ad ipsum refertur: ita quoque carnis passio, Verbo Dei manente impassibili, in ipsum propter contumeliam descendere dicitur. Et ob id Paulus Dominum Christum, quatenus homo, filium Dei tradit. Et ante hunc Gabriel paradoxum novi partus Mariæ euangelizans: Ave, inquit, gratia plena, Dominus tecum. Ecce tu in utero habebis, & paries filium, & vocabunt eum Jesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur. Quare Jesus filius Dei vocatur, non quod caro sit in divinam naturam mutata, sed propter unitionem ad Deum Verbum cognominem dignitatem accepit. *Hæc ibi Synodus, ubi & Eupsychium presbyterum Cæsareæ fuisse dicit. Ac meminit ipse Athanasius in epistola ad Palladium epistolæ cujusdam suæ ad Monachos Cæsarienses: de quorum numero an & hic Eupsychius fuerit, quis facile dixerit? Nisi forte malis Eupsychium hunc male dici presbyterum, fuisse vero Episcopum Cæsariensem. Nam in orat. 1. contra Arianos, meminit Eupsychii Cappadociæ Episcopi, qui contra Arianos scripserit.*

Porro Theodoretus quoque in Dial. II. τῷ ἀσυγχύτῳ mentionem facit epistolæ ad Eupsychium, cujus etiam mentio est Act. ult. Synodi Chalcedonensis, at non Athanasio, sed Attico Constantinopolitano, qui Chrysostomo suffectus est, tribuitur.

Gelasius quoque Romanus in fragmentis librorum V. de duabus in Christo naturis contra Nestorium & Eutychem, inter alia hæc ex Athanasio affert, quæ, quia hactenus in nostris operibus invenire non potuimus, (inde inquam, quia similia plurima sunt) ideo hic addere voluimus.

Athanasii, *inquit*, Episcopi Alexandrini in libris contra Arianos: Quia igitur aliqui, magis autem plurimi, qui nondum discipuli facti, ex qua petulantia ad docendum venerunt, nescientes, neque, quæ dicunt, neque, de quibus affirmant, excæcatis oculis mentis, non habentes intellectum videntem Deum, sicut Jacob, neque mundum cor videns Deum, ea quæ propter hominem Salvatoris nostri, quem propter nos indutus est, sunt scripta, & opera humilia, & pauperes voces, divinitati tribuentes Verbi, errant & errare faciunt minus doctos & infirmos, ut humiliter de Domino sapiant, necessitatem habemus exponere, sicut Judas scribit per epistolam, quæ congruant verba divinitati Verbi, & quæ secundum Salvatorem intelligendo homini. Sicut enim in sacculo aurei solidi & argentum positum unius Impe-

ratoris imaginem & inscriptionem nominis utraque habent, sed novit nummularius custos eorum auri excellentiam ultra honorem inferioris argenti; ita licet in una scriptura de divinitate Filii; & de corpore ex Maria, quod propter nos indutus est, sit scriptum; singula tamen eorum scimus, sicuti discipuli sapientes unius & vere magistri. Quæcumque igitur humilia verba & opera sunt, in corpus Filii intellige scripta, quæcunque literæ gloriosæ, in Verbi divinitatem.

Tum subjicit. Ejusdem contra eosdem. Certissime itaque sciat omnis domus Israel, quia Jesum & Christum eum Deus fecit, hunc Jesum, quem vos crucifixistis. Et ipsum ergo crucifixum Dominicum hominem, ostendentes quasi per digitum Apostoli, dixerunt: Hunc Jesum, quem vos crucifixistis Christum, & Dominum eum fecit Deus. Certissime itaque Dominicus homo & principium inquit viarum, principium omnium sanctorum, qui appellati sunt via, & Dominus & Christus est, qui factus est & crucifixus.

Dominicus homo.

Et paulo post idem Gelasius: Athanasii episcopi Alexandrini, *inquit*, in libris adversus Hæreticos: Quæcunque igitur humilia verba & opera sunt, in corpore Jesu intellige scripta: Quæcunque vero gloriosæ sunt literæ, in Verbi divinitate. Quando esuriit post jejunium, corporis passio est: cum vero ex quinque panibus quinque millia virorum, præter mulieres & infantes, pascit, & duodecim sportæ fragmentorum remanent, opus Verbi divinitatis. Cum vero super cervicalem dormit in nave, corporeæ quietis est opus: cum ambulans supra mare, imperat fluctibus & ventis, quiesce, obmutesce, mox audit ab his, qui in navi cum jurejurando confessi sunt: vere Dei filius es. Cum stans ad sepulcrum Lazari deflet, & venturus ad passionem, dicit: *Tristis est anima mea usque ad mortem*, & anxiatur: Spiritum quidem divinitate promtum ad omnem dispensationem dicit: carnem vero infirmam. Carnis vero infirmitas est, contristari & mœstum esse. Quando imperative dicit: *Lazare, veni foras*, & surrexit vivens mortuus quatriduanus, quod factum non est a principio mundi, signum divinitatis est. *Hactenus Gelasius.*

His similia habentur in Epist. ad Epictetum & in libris contra Apollinarium.

Damascenus quoque lib. de duabus in Christo voluntatibus edit. Basil. pag. 484. hunc ex Athanasio citat locum:

Cum enim in principio Deus effinxisset hominem, eum ex natura sua impeccabilem & voluntatis arbitrio sui ipsius Dominum reddiderat, ut inquit sanctus Athanasius.

Idem in orat. de defunctis sub finem sic ait:

De hujus loci sententia fuse in Præfatione Generali.

Propterea conspicuus ille vita & moribus, solidumque ecclesiæ Dei fundamentum Athanasius, hæc inter cetera de mortuis in Domino pronuntiat, idcirco Deum iis, qui salutem consequuntur, indulsisse, usque dum communis omnium resurrectio advenerit, ut inter se unum in locum animæ convenientes collætentur, spem habentes quod futurorum tandem bonorum possessione fruituri sint.

Idem in eodem sermone circa medium ex Athanasii ἐν τῷ εἰς κοιμηθέντας παραμυθητικῷ (ut vocat) λόγῳ hæc adsert:

Licet ad astra qui cum pietate consummatus est repositus fuerit, ne deneges oleum & cereos, Christo Deo invocato, ad sepulcrum accedere. Accepta quippe Deo isthæc sunt, magnamque ab illo referunt retributionem. Nam oleum & cera ceu holocaustum sunt. Sacrificium incruentum est propitiatio. Largitio autem pauperibus facta, accessio est omnia optimæ retributionis.

Fronto Ducæus Burdegalensis in collectaneis, quorum jam meminimus, notat apud D. Thomam Aquinatem in libro contra errores Græcorum mentionem fieri thecæ seu voluminis Athanasii in Joannem. Et addit idem: In epitome Biblioth. Gesneri liber de fide Catholica dicitur exstare Viennæ apud Lazium. Hæc Felckmannus. Verum jam bene multos Athanasii de fide Catholica libellos edidimus, quorum quidam fortasse iste est a Frontone Ducæo memoratus.

MONI-

MONITUM.

FRAGMENTA *subsequentia a viro Clarissimo Jacobo Milio principali Collegii sancti Edmundi Oxoniensis nobis transmissa, nimirum χωρὶς [illegible] immixta, ut oblata nobis suas edi curavimus. Primum autem opusculum, de novem Herodis morbis, si non aperte spurium admodum, suspectum videtur, in quo sunt pleraque [illegible]. De novem Herodis morbis vide T. 2. Nec minore suspicione laborat secundum.*

A

Athanasii Alexandrini, ex Interpretatione in Matthæum.

De novem insanabilibus morbis quibus Herodes afflictus interiit.

Mat. 2. 19. MORTUO *Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto. dicens: Surgens accipe puerum & matrem ejus, & vade in terram Israel: mortui sunt enim qui quærebant animam pueri.* Erant eutem qui Jesum occidere quærebant Herodes & Antipater filius ejus. B Interiit autem Antipater gladio transverberatus in carcere. Deprehensum quippe fuit ipsum veneficum esse & fratree suos Alexandrum & Aristobulum insidiis oppressisse. Ipse quoque Herodes mortem obiit, corpore ejue variis ac diversis morbis tradito. Primo, febris ipsi inerat fornace ardeotior. Secundo, intolerebilie prurigo per totam corporis superficiem. Tertio, frequentes viscerum cruciatus. Quarto, pedum tumores quasi aqua intercuti distenti fuissent. Quinto, ventriculi tumida inflemmatio. Sexto, in verendis putredo vermes generans. Septimo, ad hæc, orthopnœa, C ut non posset oisi erecta cervice respirare. Octavo, difficultas anhelitus. Nono, convulsiones omnium membrorum. Sunt autem morbi oumero novem. Febris eutem inerat fornace ferventior, quia ardebat libidinis & fornicationis morbo. Prurigine intolerabili laborabat, quia obtemperabat magistris qui auribus prurientes erant. Viscerum cruciatibue torquebatur assidue, quia non psallebat il-
Psal. 102. 1. lud: *Benedic anima mea Domino, & omnia interiora mea nomini sancto ejus.* Pedum tumoribus quasi aqua intercuti distentus, quia contemnebat puram & noo turbidam aquam fontis salientis in vitam æter- D nam. Ventriculi tumida inflammatio: quia erat impotens iræ & immisericors in subditos. Verenda eutem ejus vermes gignebant, quia intemperantia equos emissarios imitabatur. Orthopnœa tenebatur, quia non surgebat diluculo ad Dominum adorandum qui ipsi regiam tradiderat dignitatem. Anhelitu laborabat, quia non respiraverat odoramentum ceritatie, sed fœtorem belli inexpiabilie. Omnia autem membra ejue convulsione afficiebantur, quia & ipse omnes pueros qui erant in Bethlehem convulserat: qua autem mensura mensus quis-
Sap. 11. 17. piam fuerit, merito eadem de cælo remetiatur ipsi. *Per quæ enim quis peccaverit, per hæc & punietur.* E Hunc itaque Herodem ait Josephus paterno quidem genere Idumæum, materno Arabem. Africanus autem, & qui perinde atque ille sedulo conscripserunt, ajunt illum Aotipatri filium, Aotipatrum vero patrem hebuisse Herodem Ascalonitem æditumm templi Apollinis. Antipatrum autem filium ejus dum puer esset, captum a letronibus Idumæis, cum non posset pater ejus Herodes redemtionis pretium solvere, Idumæorum moribus educatum, pro Idumæo habitum fuisse, licet Ascalonita esset. Agebat tunc Augustus imperii annum quintum supra quadragesimum, coosule Sylvsno, octavo Kalendas Jenuarii.

Athanasii Alexandrini, de falsis Prophetis.

AIT *Dominus: Attendite a falsis Prophetis qui* Mat. 7. 15.
veniunt ad vos in vestimenta ovinm, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos. Si itaque quempiam videris, o frater, qui sit honesto indutus vestimento, ne attendas, etiam si ovis pelle indutus sit, & nomen habeat presbyteri, aut episcopi, aot diaconi, aut ascetæ. sed ejus opera curiosius inquire: Num sit temperans, num hospitalie, num misericors: en caritatem hebeat, an perseveret io oratiooibus, an sit patiens: si Deum ventrem habeat, & guttur infernum, divitiarum cogeodarum morbo laborans, pietatem pro questu habens dimitte illum: non est eoim pastor peritus, sed lupus rapax. Si autem nosti arbores ex fructibus probare, quænam scilicet sint, oatura, gustu, pinguediue; multo magis ex operibus periculum facere debes eorum qui Christo ed quæstum utuotur, quie dum aliquem sanctitatis famam præferunt animam possident diabolicam. Quod si ex spinis non colligis uvas, nec ex tribulis ficus; quid opinaris posse te ex prævaricatoribus quidpiam boni audire, eut ex proditoribus quidpiem utile ediscere? Illos itaque aversare ut lupos Arabicos, & spinas inobsequentiæ, tribulosque iniquitatis, & arbores melas. Si videris sapientem aliquem, juxta sapientiæ consilium, mane vigila ed illum, & stationes portarum ejus terat pes tuus, ut ab eo ediscas legis umbras, gratierum dona. Neque enim sophisticus sermo, & habitus modestus introducunt in regnum cælorum; sed fides perfecta ac minime curiosa, cum prudeotia virtutis plena & conspicua.

Athanasii Alexandrini. Quo pacto intelligendum illud: Qui respicit mulierem, &c.

MŒCHATUR corde cum muliere qui perficiundo operi consensit, sed ab illicito & pravo congressu prohibuit eum aut locus, eut tempus, aut metue Romanarum legum. Quod eutem multi qui exterius in peccatum proruperunt, quasi mœchi supplicio affecti fuerint, facile est id omnibus palam facere ex Holopherne. Nem cum fœdum opus peragere gestiret, Judith, ceu lex quædem justitiæ, districto gladio caput ejus abscidit, postquam, ad opem & patrocinium sui legum datorem Deum & continentiæ adjutorem invocasset. Eodem quoque modo duo presbyteri, cum Susannæ dixissent. *In*
concupiscentia tui sumus, etiamsi facinus non per- Dan. 13. 20.
petrassent, ut mœchi plexi sunt, & morte sunt mulctati. Si itaque hoc tempore quispiam sit hujusmodi, intemperans, lascivus, alienas uxores appetens, is animo fornicatur. Nam qui in affectus suos imperium habet, si purue sit a quopiam delicto, & ab obscœnis dictis, hic noo est mœchus, sed passiones cohibens, divino metu reprimens voluptatum impetum, quasi decumanum maris fluctum a solida & prævalida petra repressum.

Atha-

Athanasii Alexandrini. Interpretatio in illud:
Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi.

Ex fortasse pars expositionum in Psal. 148. POSTQUAM jussit Spiritus sanctus cælestibus ordinibus ut Dominum laudibus celebrent, sermonem transfert ad terrena, idipsumque jubet. Cum tres autem sint ordines, cælestium nempe, terrestrium & infernorum, qui genu flectunt Jesu. Cælestes quidem ordines præcedentibus verbis ad hymnum utuntur: terrestres autem, dicendo: *Principes & omnes judices terræ: juvenes &* Psal. 148. 11. *virgines*. Antequam autem eorum mentionem faciat, ad inferna vertitur, quæ per dracones & a- A byssos significat. Nam & ipsæ quoque illorum olim gigantum animæ, qui olim increduli fuerant & bellum gesserant adversus Deum, per dracones significantur. Imo vero ipsa quoque multitudo hominum toto orbe contentorum, quæ primis sæculis exstitere, & morte detenti sunt, genua flectunt, utpote liberati ab illa: *Dixit enim iis qui in vinculis e-* Esai. 49. 9. *rant, exite, & iis qui in tenebris* .... Quapropter & ipsi ad hymnum vocantur cum principibus illorum, & cum præstantibus viris. Quod autem ii qui olim increduli fuerant & Deo restiterant liberati fuerint, id Petrus in Catholicis subindicavit dicens, *In quo & iis qui in inferno erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando.*

Mss. cod. Græcus Bibliothecæ Vaticanæ num. 790. in 12. spisso & in charta Papyracea videtur habere 400. annos: est eleganti manu, & minusculis litteris exaratus. Est collectio diversorum fragmentorum operum SS. Patrum. Tale fragmentum inter alia reperitur.

Magni Athanasii, ex sermone contra hæreses.

Philip. 2. 6. QUI *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Duas habet formas, eas retine, neutram adulteres. Neque enim homo cum sit filius Dei & Deus, formam Dei destruxit; neque Deus cum sit, humanam formam recusavit. Quandoquidem igitur duas habet formas, domini scilicet & servi: aliam natura divinam, alia natura humanam; aliam ante sæcula, aliam novissimis temporibus; aliam ex Patre, aliam ex Vir- B gine; aliam ex solo, aliam ex sola, atque ex hisce duabus constans rebus, duo in uno sunt. Neque enim dividimus Deum Verbum a corpore, neque duos novimus filios & christos; sed Filium Dei ante sæcula in postremis temporibus hominem, ex ipsa vulva Virginis editum perfectum. Quemadmodum enim qui ipsum genuit Pater perfectum genuit Filium, ita & ipse unus Filius & Verbum Patris, hominem qui funditus perierat salvum facere cupiens homo perfectus effectus est; ut simul exteriorem salvum faciens, interiorem minime negligeret. Neque enim assumto corpore animam reliquit, sed & animam & mentem assumsit.

MONITUM

IN SEQUENS FRAGMENTUM.

MEMINERIT *eruditus Lector, Athanasium in Hist. Arianorum ad Monachos frequenter agere de episcopis Meletianis, Simoniacis, Arianisque, imo Ethnicis aliisque magnorum criminum reis totam Ægyptum in postrema Constantii persequutione occupantibus. Ita ut vix quisquam esset in Alexandrino Patriarchatu quin vel Arianus Meletianusve esset, vel Arianis partibus simulate hæreret. Hos aversari atque a cœtu suo pellere Catholicis jubet Athanasius, si tamen illius sit hoc* [illegible]*, quod verisimile est: nam ejus tempori hæc congruere opinamur, licet excerpti brevitas rem definiendi adimat facultatem. Videmus sane Oxyrinchi cives Catholicos, quod eorum Episcopus Theodorus sese in Arianorum castra conjecisset, ab ejus communione recessisse, atque Athana-* In vita Athan. anno 356. n. 11. *sius omnes per Ægyptum populos a scelestis hujusmodi præsulibus abhorruisse. Prodit autem hoc Fragmentum ex codice Vaticano num. 392. membranaceo optimæ notæ, nobisque a Fratribus nostris Roma transmissum est.*

Sancti Athanasii magni.

INCEDENTES autem in via nulli errori obnoxia & vivifica oculum eruamus si nobis offendiculo sit; non quidem sensibilem illum, sed spiritualem: ut si, verbi causa, Episcopus D aut Presbyter, qui sunt Ecclesiæ oculi, improbe versentur & populum scandalizent, abjiciendos oportet. Præstat enim in domo orationis absque illis agere conventus, quam cum illis injici, quasi cum Anna & Caipha, in gehennam ignis. Similiter, si Diaconus qui pro manu habetur, indignum quid egerit, ab altari segregetur.

Græca tibi damus, erudite Lector, Fragmenti epistolæ Athanasii ad Eupsychium superius p. 513. inter Felckmanni excerpta editi, ex Synodi Nicænæ II. Act. VI. cujus antiquam versionem laudatus Felckmannus edidit. Nec videtur Athanasio indignum.

Ex Chronico Paschali pag. 4. postremæ editionis.

ET Athanasius magnum illud Ecclesiæ Alexandrinæ luminare in superius memorata ad Epiphanium epistola, hæc docet his verbis.

Itaque sicut certaminum & gaudii consors fuisti, ita finem querelarum facito; imo potius precare ut deinceps Ecclesia firma pace fruatur, & hæreses E a nefario proposito cohibeantur; & hi jurgia compescant, qui sibi quæstiones excogitarunt, obtentu quidem salutaris Paschatis, revera autem rixandi maxime causa. Nam cum ex nostrorum numero videantur esse, & Christianorum nomine glorientur, proditores Judæos æmulantur. Et quænam ipsis consen-

sentanea desensionis ratio suppetat, cum scriptum
Luc. 22. 7. sit. *Prima autem die Azymorum, & qua oportebat* A *occidere Pascha*. At enim tunc sane pulcre factum est; nunc autem, ut scriptum est: *Semper errant corde*.

Exstat item fragmentum epistolæ ad Antiochenos, diversæ ab ea quam superius edidimus, in Concilio Lateranensi T. 6. Conciliorum p. 301.

Ejusdem (Athanasii) ex dogmatica ad Antiochenos epistola.

QUAPROPTER Verbum quidem Deus esse prædicatur; hominis vero genealogia texitur, ut idem ipse naturaliter ac vere utrumque sit: Deus quidem quod ad æternitatem & naturæ opificium spectat; homo autem quod attinet ad generationem ex muliere & ad augmentum staturæ ætatisque: ac Deus quidem secundum vivificas operationes; homo autem secundum similes nostris affectus atque infirmitates.

Exstant item apud Facundum Hermaniensem lib. 11. p. 468. primæ editionis ex epistola ad Atiochenos, eadem ut conjectamus, hisce verbis.

QUID ergo etiam sanctus Athanasius dicat in epistola ad Antiochenos debemus inspicere. Ex veteribus enim eruditus & legis doctor existens, Proverbia Salomonis legens, & duas personas de Domino inveniens, unam quidem circa hominem, quem ex Maria pro nobis futurus erat adsumere, altera autem circa Verbum, quod ante omnia sæcula æterne ex Patre natum est: & de Jesu quidem ex Maria scribit Timotheo: *Memor esto*
2. Tim. 2. 8. *Christum Jesum resusrexisse a mortuis, ex semine David, secundum Euangelium meum*. De Deo Verbo autem quod cum Patre semper est, dixit, quoniam est omnia.

Adfert exinde locum ex epistola Petri qui post Athanasium Alexandrina sede potitus est. Ubi laudatur hæc Athanasii ad Antiochenos epistola. At cum Sirmondo arbitramur, hanc epistolam ad Antiochenos esse admodum suspectam, utpote quæ doctrinam complectatur ab Athanasiana penitus abhorrentem. Quod si a Petro Athanasii successore ea ipsa laudetur, id pari Nestorianorum fraude fortasse factum, quo facilius commentum defenderent. Ejusdem porro ad Antiochenos epistolæ, fragmentum aliud mox occurrit eodem libro pag. 469. sic.

In eadem ergo ad Antiochenos epistola, in qua beatæ memoriæ episcopum Athanasium successor ejus Petrus omnia diligenter exposuisse perhibuit, hoc quoque continetur.

Hebr. 13. 8. *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula*. Heri quidem ante sæcula, sempiternitatem significat: hodie autem terrenum sæculum: in sæcula autem, post transitum hujus vitæ. Jesus Christus autem, qui juxta hominem salvatoris intelligitur, non est ipse. Qui enim provectum ætatis suscepit, aliquando infans existens, & aliquando vir, incipiens quasi annorum 30. sicut ait Lucas non potest ipse esse.

Et paulo inferius hæc adjiciuntur p. 470. Denuo in eadem epistola. Est, inquit, Spiritus vitæ sanctus cum Patre & Filio in singulis Prophetarum per generationes transiens, qui indicat quæ erunt & quæ fuerint, habens oculos ante & post, hoc est, sicut diximus, scientiam futurorum atque præteritorum, quæ in Salomone narrat ex persona filii hominis ex Maria, & Filii Dei Verbi, quod ab initio erat apud Patrem: & duas personas significans, de homine quidem ex Maria creato & plasmato: de illo vero, qui ante sæcula est sine principio & æternæ nativitatis. Quoniam ergo verborum seductores, & non eruditi spiritu observantes errare faciant indoctos, dicentes a quadringentis annis est operatio corporis Domini, & quomodo in eum quidam referunt quod dictum est: *Dominus creavit me principium viarum suarum in opera ejus*. Prov. 8. 22. Cum dicat Scriptura, ante mon- B tes & colles, ante fontes, & ante sæculum generatum & creatum? Hæc dicentes a quibusdam laudari putantur, non dividentes quæ persona prophetico spiritu de corpore Domini clamat, & quæ de æterna ejus a Patre generatione docet. *Subsequitur Facundus.* Sunt multa similia in hac epistola, quæ adversus Apollinaristas dicta, Nestoriani quoque in assertionem sui erroris assumant.

Verum hæc repetitio duarum personarum in Christo auget νόθείας suspicionem. Quid enim simile Athanasius habet, an non potius in libris contra Apollinaristas unam semper personam innuit. Sic p. 747. Ἵνα ᾖ ὁ ἀμφότερα, τέλειος κατὰ πάντα, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. C *Ut sint utraque unus in omnibus perfectus, idem ipse Deus & homo. Apertius autem commentum repudiat p. 756.* οὐκ ἐν διαιρέσει προσώπων, ἀλλ' ἐν ὑπάρξει θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος: id est, *Non in divisione personarum, sed in existentia deitatis & humanitatis.*

Et inferius p. 506. Aliud fragmentum dubium adfert, sic habens:

Quid erat, inquit, voluntarium & non voluntarium Christo? a Judæis exhonoratio, detractiones, injuriæ, plagæ, super hæc quoque calumniæ, & quod est in omnibus ultimum mors corporis. Sed si fuisset D possibile, ut non passus obtineret in nobis quod studebat, non voluisset pati. Quoniam autem omnino & inexcusabiliter futuri erant Judæi præsumere quæ in eo facta sunt, suscepit ut pateretur, & fecit voluntarium, quod non erat voluntarium, propter utilitatem ex passione.

Ex Facundo Hermaniensi alius accedit locus melioris notæ ad commendationem Diodori Tarsensis, estque excerptum Epistolæ cujusdam Athanasii ad Diodorum, ab initio, his verbis.

Beatus igitur Athanasius ita, memorato sancto Diodoro scribit.

Domino meo filio, & amantissimo consacerdoti, episcopo Tarsi Diodoro, Athanasius in Domino salutẽ.

Gratias Domino meo, qui ubicumque suam doctrinam fundat, & maxime per filios proprios, qualem & teipsum res ipsa demonstrat. Etenim antequam scriberet vestra reverentia, cognovimus quanta gratia facta est in Tyro per tuam perseverantiam: & congaudemus tibi, quia per te cognovit & Tyrus rectum verbum pietatis. Et ego quidem occasionem assumens scripsi tibi, dilectissime & amantissime. Tu vero quomodo me scribente non rescripsisti, miratus sum. Itaque non sis segnis scribere continue: sciens E quia sicut filius requiescere me facis patrem, & sicut præco veritatis superlætificas me. Et nihil contendas adversus hæreticos, sed silentio verbositatem illorum supera, mansuetudine malitiam. Sic enim sermo tuus, sale conditus, habebit gratiam: illi autem apud omnium conscientiam.....

Tomo V. Concil. in Hispalensi II. p. 1673. hæc duo Fragmenta adferuntur.

Sanctus Athanasius in Tractatu quem scripsit de Christi nativitate, sic dicit:

In hoc sit ergo, fratres carissimi, fides nostra, in hoc tota salus & vita consistat, ut credamus Deum Dei Filium, primum ante omnia sæcula a Deo Patre invisibiliter (*in margine additur*, impassibiliter) genitum: deinde a Maria virgine secundum hominem natum, & secundum hunc hominem passum, mortuum, sepultum, resurrexisse ab inferis, ascendisse in cælum.

Item idem in expositione fidei.

F Verbum, inquit, nascitur de Maria Virgine, accipiens corpus animale: sed neque sermo comprehensus est carne; sed in carne & supra carnem. Et sicut Deus dicitur, ita Dei virtus, Dei veritas: passus autem humana carne: sed sermo Dei impassibilis est. In passione quidem moritur homo, ut vivificaret protoplastum qui ceciderat per inobedientiam.

FINIS SECUNDÆ PARTIS TOMI PRIMI.



INDEX LOCORUM
SACRÆ SCRIPTURÆ.

Genesis.

CAP. 1. V. 1. *IN principio fecit Deus cælum & terram.* 19. 88. 200. 253. 255. 276.
2. *Et spiritus Dei ferebatur super aquas.* 242. 5.
3. *Fiat lux.* 191. 217. 226.
6. *Fiat firmamentum.* 217.
6. *Fiat cælum & congregentur aquæ, & appareat arida, &c.* 17.
14. *Fiant duo luminaria in firmamento cæli ad illuminandam terram, &c.* 190.
1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* 12. 17. 217. 226. 273. 402.
26. *Et dominentur piscibus maris.* 402.
28. *Crescite & multiplicamini & replete terram, & dominamini illi.* 371. 402.
2. 3. *Et benedixit Deus diei septimo & sanctificavit illum, quia in ipso, &c.* 200.
5. *Omne virgultum agri antequam nasceretur in terra & omne fœnum agri, &c.* 165.
7. *Et spiravit Deus in faciem Adæ inspirationem vitæ, & factus est homo in animam viventem.* 384. 385. 386.
16. *Ex omni ligno paradisi comedes, de ligno autem scientiæ boni & mali, &c.* 19.
17. *Quacumque die comederitis ex eo morte moriemini.* 202.
3. 9. *Adam ubi es?* 223.
19. *Terra es, & in terram reverteris.* 202. 203.
22. *Hæc est mater omnium viventium.* 386.
4. 1. *Possedi hominem per Deum.* 183.
9. *Ubi est Abel frater tuus?* 223.
6. 2. *Videntes filii Dei.* 235.
3. *Non permanebit spiritus meus in hominibus his quia carnes sunt.* 242.
7. 1. *Ingredere tu & filii tui in arcam.* 222.
4. *Post septem dies adducam diluvium in terram.* 222.
8. 1. *Adduxit Deus spiritum super terram & imminutæ sunt aquæ.* 244.
21. *Sensus & cogitatio hominis in malum prona est ab adolescentia sua.* 365.
9. 27. *Dilatet Deus Japhet.* 272.
19. 24. *Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem a Domino.* 185. 274. 281.
21. 5. *Abraham vero centum annorum erat, cum factus est ei Isaac filius ejus.* 179.
22. 3. *In te benedicentur omnes gentes.* 473.
24. 40. *Dominus mittet Angelum suum ante faciem tuam, &c.* 417.
25. 8. *Dormivit plenus dierum.* 447.
25. *Exiit quippe Esau, cui pellis pilosa.* 411.
26. 24. *Noli timere quia ego tecum sum.* 224.
27. 2. *Ecce ego senui & ignoro diem mortis meæ.* 129.
29. *Fias Dominus fratris tui.* 187.
37. *Ecce eum tui Dominum feci.* 187.
28. 3. *Deus autem meus benedicat tibi, & crescere te faciat atque multiplicet, &c.* 212.
12. *Somniavit Jacob Patriarcha, & ecce scala innixa in terra, cujus cacumen ad cælum, &c.* 250.
31. 5. *Non est facies patris vestri sicut heri & nudius tertius.* 325.
32. 12. *Erue me de manu fratris mei Esau, quia eum timeo.* 211.
26. *Non te dimittam nisi mihi benedixeris.* 211.
30. *Vidi Deum facie ad faciem.* 211.
31. *Sol autem ipsi exortus est quando transivit speciem Dei.* 213. 282.
48. 5. *Duo ergo filii tui qui tibi facti sunt in Ægypto antequam venirem ad te in Ægyptum, mei sunt Ephraim & Manasses.* 183.
15. *Deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in præsentem diem, &c.* 211. 246.
16. *Angelus qui eripuit me ex omnibus calamitatibus meis.* 417. 561.
49. 10. *Non deficiet Princeps ex Juda & dux de femoribus ejus donec venerint quæ reposita sunt ei, & ipse est expectatio gentium.* 30.

Exodi.

CAP. 1. V. 9. *Ecce nunc magna est multitudo, & fortior nobis est.* 469.
2. 24. *Quia audivi gemitus eorum, & vocem eorum audivi, &c.* 454.
3. 2. *Angelus Domini e rubo apparuit instar flammæ ignis &c.* 212.
10. *Vade in Ægyptum.* 130.
13. *Si me interrogaverint quod est nomen ejus, quid dicam eis?* 191.
14. *Ego sum qui sum.* 209. 229.
4. 10. *Alium elige.* 191.
11. *Quis dedit os homini? & quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum.* 262.
7. 1. *Dedi te Pharaoni in Deum.* 429. 463.
12. 41. *Egressa est omnis virtus Domini eu terra Ægypti.* 91.
46. *Os non comminuetis eu eo.* 411.
14. 31. *Timuit autem Dominum populus & crediderunt Deo & Moysi servo ejus.* 246.
15. 1. *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est.* 470.
9. *Persequar & comprehendam.* 131.
16. 28. *Dixit autem Dominus ad Mosem quousque non vultis audire mandata mea, &c.* 377.
17. 2. *Da nobis aquam ut bibamus, &c.* 454.
20. 3. *Non erunt tibi Dii alii præter me.* 16.
4. *Non facies tibi idolum neque ullius rei similitudinem sive rerum, &c.* 16.
13. *Non occides.* 477.
21. 2. *Si emas servum Hebræum.* 408.
23. 1. *Vanum rumorem non admittes.* 121.
7. *Insontem & justum non occides.* 423.
32. 4. *Hi sunt Dii tui Israel qui te eduxerunt de terra Ægypti.* 260.
12. *Novi te præ omnibus.* 399.
32. *Si quidem remittis eis peccatum eorum, remitte: sin minus dele me de libro tuo quem scripsisti.* 389.
34. *Qua die visitabo inducam super eos peccatum eorum.* 260.
33. 1. *Vade ascende de loco isto tu & populus tuus, &c.* 245.
15. *Nisi ipse proficiscaris nobiscum, ne me ex isto loco educas.* 245.
17. *Et istud verbum tuum, quod locutus es faciam: invenisti enim gratiam coram me, & novi te præ omnibus.* 245.
20. *Nemo videbit faciem meam & vivet.* 188.
34. 6. *Dominus longanimis multæ misericordiæ & verax.* 467.

Levitici.

Cap. 9. V. 7. *Et dixit Moyses ad Aaron accede ad altare & fac sacrificium pro peccato tuo & offer holocaustum tuum, &c.* 237.
18. 5. *Quia qui fecerit ea homo, vivet in illis.* 480.
22. 16. *Ego Dominus qui sanctifico eos.* 342.
26. 12. *Inhabitabo in illis & inambulabo.* 284.
45. *Ego eduxi vos de terra Ægypti, testes vos estis si Deus alienus erat in vobis præter me.* 245.

Nume-

Numerorum.

CAP. 10. ℣. 29. Dixit Moyses Raguelì Madianitæ genero Moysis. 238.
11. 29. Ne mihi æmuleris. Quis tribuerit populum Domini esse Prophetas, cum dederit Dominus spiritum suum super eos. 242.
14. 24. Servus meus Caleb, quia factus est alius spiritus in eo & secutus est me: inducam ipsum in terram in quam illic ingressus est. 244.
24. 5. Quam pulchra domus tua Jacob, & tabernacula tua Israel? ut nemora umbrosa, &c. 28. 316.
17. Orietur stella ex Jacob & homo ex Israel, & percutiet duces Moab. 28.

Deuteronomii.

CAP. 4. ℣. 7. Quæ natio magna cui Deus appropinquat? 230.
13. Si audieritis vocem Domini Dei vestri ut custodiatis omnia mandata ejus quæ ego præcipio tibi hodie ut facias bonum, &c. 86.
19. Neque oculis respiciens & videns solem & lunam, & omnem ornatum cæli deceptus illa adoraveris. 16.
24. Deus noster ignis consumens est. 342. 367. 384.
32. Interrogate dies qua priores te factæ sunt a die qua Deus hominem creavit in terra & ad summum cælum. 196.
6. 4. Audi Israel Dominus Deus tuus, Dominus unus est. 16. 276. 281.
13. Dominum Deum tuum adorabis, & illi servies. 17. 382.
13. Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo & in tota fortitudine tua, &c. 16.
7. 8. Manu eduxit populum. 236.
23. 4. Vocem ejus audietis & ipsi adjungemini. 230.
28. 15. Prophetam vobis suscitabit Deus. 178.
28. 66. Videbitis vitam vestram pendentem ante oculos vestros. 28. 29. 186.
30. 14. Verbum fidei intra cor tuum est. 11.
30. 33. Dominus Deus qui præit ante faciem vestram. 245.
32. 4. Deus fidelis & verus. 183.
6. Numquid non ipse est pater tuus qui possedit te & fecit te & creavit te? 93. 200. 235.
8. Quando dividebat Altissimus gentes. 165.
17. Immolaverunt dæmoniis & non Deo, Diis quos ignorabant. Novi, &c. 200.
18. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Dei te nutrientis. 200.
35. Ego solus. 210.
39. Præter me non est Deus. 209.

Iosue.

CAP. 1. ℣. 6. Fortiter & viriliter age. 224.
7. Non erit portio, neque hæreditas Levitis in terra, Dominus ipse portio eorum est. 383.
24. 23. Dirigite cor vestrum ad Dominum Deum Israel. 306.

Judicum.

CAP. 3. ℣. 10. Et factus est super eum spiritus Domini, & judicavit Israel. 242.
11. 29. Factus est super Jephte spiritus Domini. 242.
13. 16. Non mihi sed Deo offer. 189.
24. Crevit puer & benedixit ei dominus, cœpitque spiritus Domini ire cum illo. 242.
15. 14. Irruit in eum spiritus Domini. 242.

Regum primi.

CAP. 2. ℣. 27. Revelatus sum omnibus patribus vestris. 235.
25. Si peccaverit vir in virum orabit pro eo sacerdos: si vero in Dominum peccaverit quis orabit pro eo? 386.
8. 7. Non te spreverunt, sed me. 380.
12. 5. Testis est Dominus, testis est & Christus ejus. 117.
22. 2. Omnes qui erant in angustia constituti & oppressi ære alieno. 128.
26. 10. Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut venerit dies mortis ejus, &c. 130.
21. Peccavi fili mi David. 48.

Regum secundi.

CAP. 7. ℣. 12. Et erit postquam impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis exurges ex semine tuo alius qui erit ex ventre tuo. &c. 485.
17. 14. Ne in montibus in ipsum incidens clade accepta eum exercitum perdas, tum vero ipse in patris manus captivus pervenias, &c. 492.
18. 1. Parcite filio meo Abessaloni. 492.
19. 4. O fili mi Abessalon; o fili mi, quis dederit ut ego moriar pro te. 492.

Regum tertii.

CAP. 1. ℣. 15. Servum tuum Salomonem. 182.
8. 45. Et factus usque huc & usque huc, & cæli obscurati sunt nubibus & spiritu. 244.
17. 1. Vivit Dominus in cujus conspectu adstiti hodie. 389.
18. Quid mihi & tibi est homo Dei? 379.
18. 15. Vivit Dominus ante cujus conspectum hodie sto. 301.
19. 10. Zelo zelatus sum pro Domino. 448.

Regum quarti.

CAP. 1. ℣. 10. Descendat ignis de cælo. 130.
4. 9. Ecce homo Dei magnus venit ad nos. 379.
5. 8. Ut scias esse Deum in Israel. 208.
19. 33. Protegam hanc urbem. 424.
20. 18. Et filii tui qui egredientur ex te. 183.
23. 17. Et homo Dei venit ex Juda, & prophetavit super altare Bethel. 379.

Paralipomenon primi.

CAP. 29. ℣. 15. Umbra est vita nostra. 420.

Tobiæ.

CAP. 4. ℣. 19. Ab omni sapiente consilium accipe. 120.
12. 7. Sacramentum regis abscondere. 52.

Job.

CAP. 1. ℣. 2. Facti sunt ei septem filii. 179. 183. 501.
6. Et venerunt Angeli Dei, ut assisterent coram Domino. 250.
7. Et ait Deus diabolo: unde venis? 501.
4. 18. Si contra liberos suos non credit, contra Angelos suos pravum quidpiam excogitavit, &c. 502.
18. Si sanctis Angelis suis non fidit, sed contra Angelos pravum quid cogitavit: stellæ vero non sunt mundæ in conspectu ejus. 250.
5. 26. Venies autem in sepulcrum ut seges matura suo tempore demessa, aut sicut acervus areæ suo tempore comportatus. 129.
9. 8. Qui solus extendit cælos. 210.
13. 7. Numne ante Deum loquimini? 384.
18. 5. Lux impiorum extinguitur. 164.
25. 5. Stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus. 253.
26. 4. Cui annunciasti verba? spiratio vero cujus est quæ procedit a te? 384.
33. 4. Spiritus est qui mortalibus intercedit, spiratio vero omnipotentiæ est quæ me docet. 384.
38. 11. Hactenus stabis, neque transilies, sed in te ipso conterentur fluctus tui. 468.
40. 10. Sed ecce bestia apud te fœnum tanquam boves edent & vigor ejus in lumbis, virtus vero in umbilico ventris, &c. 385.

14. *Initium facturæ Domini, factum ad illudendum Angelis.* 385. 423.

Psalmorum.

Psalm. 1. v. 2. *Sed in lege Domini voluntas ejus, &c.* 420.
2. 2. *Adversus Dominum & adversus Christum ejus,* 98. 477.
6. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion, montem sanctum ejus.* 198.
7. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* 88. 235.
8. *Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* 427. 441.
4. 6. *Multi dicunt quis ostendit nobis bona?* 342. 384.
7. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* 386.
5. 7. *Odio habuisti omnes qui injuste agunt.* 178.
6. 2. *Domine ne in ira tua arguas me.* 381.
7. 8. *Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti, &c.* 344.
13. *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit.* 425.
8. 7. *Constituisti eum super opera manuum tuarum.* 198.
9. 1. *In finem, pro occultis filii, psalmus David.* 235.
7. *Inimici defecerunt framea in finem, & civitates destruxisti.* 314.
10. *Factus est Dominus refugium pauperi.* 181. 186.
10. 8. *Justus Dominus & justitias dilexit.* 178.
13. 1. *Dixit insipiens in corde sua non est Deus.* 258. 373.
1. *Non est Deus.* 255. 373.
15. 5. *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei.* 342. 383.
8. *Providebam in conspectu meo semper, quia a dextris est mihi ne commovear.* 180. 482.
10. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* 186. 225.
17. 1. *Diligam te, Domine, fortitudo mea, dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus.* 212.
10. 14. *Inclinavit cælos & descendit. Dedit altissimus vocem suam.* 173.
30. *In Deo transgrediar murum.* 214.
18. 1. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* 10. 188. 253.
5. *In omnem terram exivit sonus eorum.* 101.
19. 8. *Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur.* 174. 313.
20. 4. *Posuisti super caput ejus coronam de lapide pretioso.* 502.
21. 1. *Deus meus quare me dereliquisti, &c.* 339.
10. *Tu es qui extraxisti me ex utero.* 236.
13. *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.* 442.
17. *Foderunt manus meas & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea. Diviserunt sibi vestimenta mea & super vestem meam miserunt sortem.* 28.
23. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* 100.
32. *Annuntiabitur Domino generatio ventura, & annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur quem fecit Dominus.* 202.
23. 1. *Domini est terra & plenitudo ejus.* 253.
7. *Tollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales.* 26. 174. 217. 181.
10. *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* 162. 341.
10. *Dominus Sabaoth.* 189.
25. 6. *Lavabo inter innocentes manus meas.* 435.
26. 1. *Dominus illuminatio mea & salvator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ a quo trepidabo?* 132.
3. *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.* 301.
29. 12. *Convertisti planctum meum in gaudium mihi.*

30. 3. *Fias mihi in Deum protectorem & in domum refugii ut salvum me facias.* 181. 186.
7. *Salvasti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici, &c.* 132.
24. *Viriliter agite & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.* 131.
31. 9. *Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus.* 213.
32. 4. *Rectum est verbum Domini & omnia opera ejus in fide.* 204.
6. *Verbo Domini cæli firmati sunt.* 17. 191. 235. 251. 254. 256.
9. *Ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt.* 17. 87. 191. 254.
33. 2. *Benedicam Dominum in omni tempore.* 479.
8. *Castrametabitur Dominus in circuitu timentium eum & eripiet eos.* 561.
35. 7. *Homines & jumenta salvabis, Domine.* 471.
10. *Quoniam apud te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen.* 87. 165. 192. 340. 346. 384.
36. 31. *Lex Dei ejus in corde ipsius.* 379.
37. 14. *Ego autem tanquam surdus non audiebam & sicut mutus non aperiens os suum, & factus sum sicut homo non audiens.* 309. 314.
40. *Dominus adjuvabit & liberabit eos, quia speraverunt in eum.* 131.
38. 2. *Cum consisteret peccator adversum me, obmutui & humiliatus sum & silui a bonis.* 309.
40. 1. *Expectans expectavi Dominum & intendit mihi: & exaudivit deprecationem meam, &c.* 131.
11. *Excita me & retribuam ipsis.* 494.
42. 3. *Emitte verbum tuum & veritatem tuam.* 252. 354.
43. 6. *In te inimicos nostros ventilabimus cornu.* 214.
21. *Expandimus manus nostras ad Deum alienum.* 155.
44. 1. *In finem pro iis qui commutabuntur, filiis Core ad intellectum, Canticum pro dilecto.* 235. 236.
1. *Eructavit cor meum verbum bonum.* 91. 98. 130. 158. 228. 235. 254.
4. *Speciosus forma præ filiis hominum.* 492.
7. *Sedes tua Deus in sæculum sæculi: Virga directionis, virga regni tui.* 176. 185. 254.
8. *Dilexisti justitiam & odisti iniquitatem.* 177.
8. *Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* 173. 177.
9. *Myrrha & gutta & casia a vestimentis tuis.* 176.
17. *Constitues eos principes super omnem terram.* 442.
